C. GESNERI
OPERA

1586.

II 5

The Library of the
Wellcome Institute for
the History of Medicine

MEDICAL SOCIETY
OF
LONDON
DEPOSIT

Accession Number

Press Mark
GESNER, C.

66189/D

40.0.x.

CONRADI GESNERI TIGVRINI PHILOSOPHI ET MEDICI CLARISSIMI, PHYSICArum Meditationum, Annotationum & Scholiorum Lib. v.

NVNC RECENS

EX VARIIS GESNERIANAE DILIGENTIAE RELICTIS SCHEDIS ET LIbris, ſtudioſè collecti, methodicè diſpoſiti & conſcripti, per CASPARVM VVOLPHIVM Tigurinum Medicum.

OPVS THEOLOGIS, PHILOSOPHIS, PHYSICIS, *Medicis & Grammaticis vtile & neceſſarium.*

Cum rerum & verborum indice.



TIGVRI

IN OFFICINA FROSCHOVIANA,

ANNO M. D. LXXXVI.

MVSEVM BRITANNICVM

66189/D

STEMMATA ANTIQVISSIMAE ET NOBILISSIMAE FAMILIAE IM THVRN.



IN NOMEN ET INSIGNIA NOBILIVM
& generoſorum im Thurn.

TVRRIGENI qui ſint, Lector, prælustris origo
Quæ generis, cur tam nobile ſitq; genus,
Dicere quid verbis opus eſt? Præſentia cernis
Signa loqui. Cernis nomina nuda loqui.
Herculis ingenium LEO, fortia pectora TVRRIS,
Quæ nullis cedunt viribus vſq;, notant.
Tutum præſidium nomen promittit amicis,
Et regale canit ſtemma decus generi.
Quid LEO? (ſi rogites igitur) Quid nomina TVRRIS?
Hæc ſunt virtutum præmia TVRRIGENVM.

Henrychus Vuolphius Tigurinus.

BRITISH MUSEUM
SALE DUPLICATE
1787

II 5

ANTIQVA NOBILITATE, PRVDENTIA ATQVE VIRTVTIBVS CLARISS. VIRIS D. IOHANNI, BEATO VVILHELMO, IOHAN. VVILHELMO, RVEGERO, ET IOACHIMO, IM THVRN, fratribus, dominis in Teyingen, Alticken, Schvvandeg, Bieſingen & Levvenſtein, &c. dominis & amicis ſuis obſeruandis.

NEMO *eſt omnium hominum, ita puto, viri nobiliſſimi, quibus ingenium* DEVS *aut mentem ſanam dedit in corpore ſano, qui vel contemplatione eorum quæ naturæ modum excedunt, vel conſyderatione rerum in ipſa natura totoq́ mundo conſtantium, non aut admirando obſtupeſcat, aut ſingulari ſaltem voluptate ac delectatione capiatur. Nam quia hæ varietate ſua & multitudine, ſplendore quinetiam ac pulchritudine oculos, imò, vt Platoni viſum eſt,* πάσας τὰς αἰσθήσεις εὐφραίνειν *& quaſi perſtringere conſueuerunt: illa diuinitate præterea quadam participantes, cæteris rebus omnibus ceu perfectio quædam inſunt, non poteſt non rerum tam admirabilium tamque variarum contemplatio oblectare, animumq́ humanum amœniſſima voluptate complere. Eſt namq́ ingenio noſtro huiuſmodi quædam vis incitatioq́ quaſi congenita, quod Homerus intelligens* ἀλφηστὰς *homines, hoc eſt indagatores inuentoresq́ rerum appellauit, vt ſponte & vltrò nos inuitet trahatq́, ad earum præſertim rerum inueſtigationem, quæ aut dignitatis gloriæq́ acquirendæ opinionem afferunt, aut quæſtus cuiuſdam vtilitatisue ſpem faciunt: perinde ferè atque ipſa rerum nouitas, magnam quandam cupiditatem curioſitatemq́ hominibus ingenerare plerunq́ aſſolet. Erigimur namq́ his quodammodo ac quaſi latiores, vti Cicero loquitur, fieri videmur cogitando, vt humana hæc noſtra præ illis ceu minima & exigua deſpiciamus. Quia verò Philoſophia, vt quæ rerum diuinarum humanarumq́ pariter atq́ cauſarum, quibus hæ continentur, ſcientia ſit, ſpem exploratam oſtendat* τοῦ τε καλοῦ καὶ τοῦ τιμίου, *(quæ Ariſtoteles in huiuſmodi requirit) virtutum præterea inſtrumenta & induſtriæ ſubſidia promittat, optimus ſanè quiſq́ quo melior, quo ingenioſior, aut proprij commodi ſtudioſior, hoc & curioſior ad inueſtigandum quæ complectitur, & ad cognoſcendū quæ abdita ſunt auidior promptiorq́ fuerit. Ex huius ipſius verò partibus omnibus, quarum nulla inculta aut deſerta iacet, vt quæ ad animi culturam vſumq́ reliquæ vitæ requiſitæ ſint omnes, præ cæteris tamen quæ Naturam, & cauſas corporum natura conſtantium rimatur, optimo cuique atq́ ampliſſimo, vt digniſſima, ita etiā iucundiſſima vtiliſſimaq́ eſt. Quando igitur natura et ſponte noſtra ad veritatis inquiſitionem mirificè propēdemus, quiſquis in hac politioris humanitatis ſuauitate, quā propè iā delectantur omnes, periucūdè verſari ſolitus fuerit, is nō ſolùm tū demū homo vt verè ſit gloriari poterit, ſed quod hominis propriū eſt, humanitatis commēdatione alijs proderit. Contrà verò ex numero hominum eijciendū, imò potius ex naturæ humanæ finibus exterminandū eū putarim, qui his pulcherrimis ſpeculationibus ſpretis neglectisq́, humanā & ſibi cognatā naturā exuens, belluinā quādā induat. Proinde quibus modis aut rationibus, præter inſitā illā, quam diximus, naturæ noſtræ vim, ij potiſſimùm, quibus nil non ad res præclarè vel ſuſcipiendas vel agendas, impedimēto eſt, partim naturam ingeniumq́ temere accuſando, partim vanam perſuaſionē cuiuſdam difficultatis prætexendo à rerum honeſtarum & admirabilium ſtudio alieniores ſunt: ceu ex profundo Endymionis ſomno tandem excitari debeant ac poſſint, paucis, quæ ad Naturalis huius philoſophiæ partis, aut etiam totius, (ſeparari enim ſeſe quæ cognata ſunt, vix patiuntur) commendationem propriè & proximè ſpectare videntur, Geſnerianæ diligentiæ exemplo inuitati, nobis hoc loco referre viſum eſt. Ac primo quidem, vbi ea dixerimus, quæ antecedentia huius contemplationis verè dici poſſunt, mox deinde eadem breuitate etiam concomitantia atque conſequentia referentur: vel quod perinde eſt, primo de eius origine primisq́ authoribus: tum de materia circa quam verſatur, ac deniq́ de eiuſdem fine ſiue vtilitate: quo triplici numero, velut reliquarum rerum omnium, ita & Phyſicæ noſtræ perfectio conſummatioq́ conſiſtit. Et ſperamus ſanè hoc inſtituto noſtro, ſi non pro rei dignitate & amplitudine, omnibus, omni ex parte ſatis fecerimus, ſaltem hoc nos conſequuturos, vt in vtramq́ partem dicendo, audiendoq́, tandem eliciamus aliquid, aut potius exprimamus, quod aut verum ſit, aut ad rei veritatem quàm accedat proximè: ſimulq́ fiat, vt qui nunc animis videntur alieniſſimis, his aut lectis aut auditis, ad melius ſentiendum traducantur.*

De origine igitur & primis initijs atq; adeò Phyſicæ ſubtilitatis authoribus,id quod ex tribus propoſitis primum erat,nihil dum certi definitiq;,quantum ego quidem inueſtigando cognouerim, vetuſtatis monumenta ſtatuerunt, perinde vt de totius Philoſophiæ primo initio adhuc dubitatur. Sunt qui hanc gloriam Barbaris gentibus, Perſis, Babylonijs, Ægyptijs,aut ipſis etiam Græcis, quanquã ſerius, tribuant: alij in Hebræorum,populiq; Dei laude hoc ponunt, à quibus etiam reliquarum artium atque ſcientiarum tantùm non omniũ initia et quaſi ſemina in omnes totius orbis gentes populoſq; deriuata et ſparſa ſunt. Et verisimile quidem eſt, Deum Opt. Max. erga populum ſuum, quem ex omni numero multitudineq; ſibi delegit, propriumq; dicauit, hoc quaſi propenſiſſimæ ſuæ voluntatis ſingulare argumentum extare voluiſſe, vt ingeniorum nimirum feracitate diuinis facultatibus inſtructiſſimorum,non ſolùm omnibus alijs admirationi eſſet, ſed multis numeris præluceret. Verùm ſi id quod quærimus,pro eo atq; homines melioris iudicij decet, ab vltima antiquitate repetamus, Deo ſummo,maximoq;, & eius bonitati atq; benignitati, à quo & per quem,vt omnia ſunt & conſeruantur,ſecundum illud, θεῶι πάντα πλέα: ita eidem hoc quoq; diuinitate plenum,beneficium,acceptum referemus. Et licet liberalitatis beneficentiæq; diuinæ communicatio,in vniuerſum mundum, omneſq; adeò creaturas longè lateq; ſeſe diffundat,in vnum tamen hominem omnis beneuolentiæ tot tantiq; theſauri redundant, vt ex omnibus mundi miraculis,nihil eum habuiſſe vel charius vel in maiori cura, videri poſſit. Hinc à Platone diuinum miraculum: à Pythagora diuina mens, à reliquis priſcis minor mundus eſt appellatus. Soli quidem & Lunæ, reliquiſq; ſyderibus diuinitatem quandam ineſſe voluit rerum opifex: at homini, ſimul atq; ex ſua diuinitate humanum animum inſpiraſſet, omnis ſcientiæ, intelligentiæ, artium ac deniq; cognitionis ſemina, cæteris rebus ferè denegata, ἀμέξως indidit. Nam quod præterita tenemus, quod futura præuidemus, quòd complectimur præſentia, diuinitatis opera ſunt omnia. Memoriæ vis, mentis acies, attentiſſima cogitatio: quicquid deniq; id eſt quod ſapit,ſentit aut vult cæleſte & diuinum eſt. Ab hoc principio vniuerſum Sapientiæ ſtudium, quod vno nomine Philoſophiam vocant, ſimulq; omnes eius partes originem,progreſſum ac perfectionem acceperunt. Proinde non immerito à Platone Dei donũ: à Cicerone verò eiuſdem inuentum,eſt appellata. Atq; his Dei beneficijs egregiè ornatus primus ille ab eodem formatus homo, Adam, quum ſeſe iam ab eius ſtatim ortu, tùm ad æternorum contemplationem, tum rerum humanarum prudentia moderationem, creatum intelligeret, mox ſtatim naturæ interpretem egit, & illuſtre diuinæ in eo mentis ſpecimẽ edidit, vt inde primus Philoſophus, idemq; nobilis & ſummus verè & ſuo merito appellari à nobis poſſit. Nam vbi primum ex eo ſomno eſſet expergefactus, quo Dei voluntate amplexus erat, eiuſmodi fecit, de fœmina, quæ in conſpectum eius prius non venerat, iudicium, (quod in omni philoſophia eſt maximum) vt & ſubſtantiæ ſuæ partem eſſe quamprimum agnouerit, et nomine Euæ præterea impoſito, ſimul tum naturam muliebrem, tum officium viro debitum complecteretur. Idem de cæteris iudicium fecit, tum animantibus tum plantis. Nam hœdum, Gedi nomine appellari voluit, ab incurrendo nimirum, quòd in matris ſuæ vbera dum lactat, impetu quodam facto, incurreret. A fœcunditate ſeu ſemine numeroſo, piſces ab eo nominatos nouimus. Columbam vel à deprædando vel opprimendo, quod multorum iniurijs expoſita & ferè oppreſſa, ſeſe vlciſci neſciat. Leonem à ferocitate, animal ad dilaniandum diſcerpendumq; promptiſſimum. Coruum à nocturnis tenebris, quod externo eius habitu obſcuro nigroq; tenebras ſeu noctem referat. Sed hæc aliaq; ſigillatim ſingula commemorando, quis tandem modus eſſet? In promptu omnis generis exempla ſunt, & ita res loquitur, quaſi maioribus theatris propoſita. At magni iudicij, & ſummæ cuiuſdam facultatis erat, de ſingulis omnium animalium, rerumq; cæterarum naturis, ingenijs, facultatibus, virtutibus, quin etiam & vitijs, ita ſentire, vt ſimplici nomine, ſtatim etiam latentes inuolutæq; earundem vires, maximeq; propriæ cuiusq; naturæ, exprimerentur. Quid quæſo eſt, quod maius acumen, maioremq; animi contentionem requirat, quàm ſolo nomine, naturæ alicuius rei facta interpretatio? An ne eum, quem tantæ tamq; difficilis rei facultatem conſequutum conſtat, ſummi philoſophi aut Phyſici dignitate indignum cenſeamus? Verum hunc haud ita multò poſt ſequutũ ſacræ literæ teſtantur Moyſen vatem, cuius ſcripta cùm alia extant, tùm maximè memorabile illud eſt, quod de creatione mundi verè Philoſophicum & Phyſicum poſteris reliquit. In primis verò eius libri caput primum, de rerum ortu, quod temporis, ſyderum, motus, generationis, cauſarum, animalium, ſtirpiumq; deſcriptiones continet, quid aliud videri poterit, quàm rerum naturalium totius huius vniuerſitatis, quaſi quoddam elegans & ſuccinctum compendium? Tertius ab his Phyſicæ non poſtremus author, populi Iſraelitici rex, Salomon hominum prudentiſſimus. De hoc hiſtoriæ ſacræ perhibent, eum de omni rerum genere, animalibus quadrupedibus, auibus, piſcibus, inſectis: deq; ſtirpibus in vniuerſum à Libani Cedro ad Hyſſopum, hoc eſt à ſumma ad minimam, per medias ſpecies deſcendendo, hiſtorias confeciſſe, opera ſanè planè Philoſophica & Phyſica: quæ ſi ad noſtra vſque tempora deuoluta forent, non ita fortaſſis de multis, vt ho-

die ſit, dubitaremus. Hos ſacræ hiſtoriæ authores, deinceps ex Barbara gente, noui non obſcuri naturæ contemplatores, exceperunt, qui contractam & terminis anguſtis comprehenſam naturalem ſcientiam, prout inuentis præterea addere haud omnino difficile eſt, paulatim vſu & ſtudio explicarunt, amplificandoq́ exornarunt. Ex omni verò multorum ſeculorum, frequenti ſapientum numero, duo præ cæteris clariſſima omnis antiquitatis et ethnicæ philoſophiæ lumina excitata ſunt, Platonem dico θεῖον & δαιμόνιον Ariſtotelem. Ex horum literarum monumentis, cùm omnis doctrina liberalis, omnis hiſtoria, omnis ſermo elegans peti poteſt, tùm tantam continent artium varietatem; vt nemo ſine iis ad vllam rem illuſtriorem ſatis ornatus poſſit accedere. Ab his oratores, poetæ, muſici, mathematici, medici, ac denique philoſophi: præterea imperatores & rerum publicarum principes, tanquam ex omnium artium officina profecti ſunt. His ſit ertium Ciceronem addere placeat, qui vtriusq́ horum philoſophiam, eloquentia & dicendi elegantia pulchrè exornauit, ethnicæ & philoſophicæ ſapientiæ triadem conſummatiſſimam confeceris. De Platone verò ſeorſim, non neceſſe habeo plura in hunc locum referre: notum eſt eius excellens & ſingulare ingenium diuinitatis non omnino expers: nec etiam in Ciceronis vberiores laudes excurremus, ſatis ſit ipſum Latinitatis philoſopum magnum extitiſſe. De Ariſtotele verò cur nonnulla afferamus, noſtri inſtituti ratio facit. Nam quia huius philoſophiæ partis coriphæus ſit, eum in conquirendis Geſnerianis hiſce Meditationibus libenter ſumus ſequuti: ac proinde laudis eius commemoratione, eiusq́ philoſophiæ commendatione, & ipſum hoc opus commendabimus, & iuniores ad eius lectionē excitabimus. Ariſtotelem igitur ſummo ingenio virum, non tantùm principem & quaſi Deum philoſophorum, quod Cicero Platoni tribuit, eſſe iudicamus, ſed etiam, ſi qua humani ingenij perfectio ſumma exiſtit, ea certè ipſum inter omnes mortales excelluiſſe aſſeremus, quo reliquorum nemo nec aſpirare, nedum vlterius progredi ac pergere voluit. Hunc Cicero flumen aureum vocauit, ſiue propter orationis ſuauitatem, quæ in libris de animalibus, ethicis ac politicis potiſſimùm, tanta cum gratia & venuſtate fluit, vt ipſæmet Charites manus fragrantibus ſuccis in eius ſcriptis abluiſſe exiſtimari poſſint: ſiue, quod veriſimilius eſt, propter pretioſiſſimam in eius libris rerum optimarum copiam. Quam enim philoſophiæ partem non integram complexus eſt methodò? Breuius ſanè & μεθοδικωτέρως tractauit omnia, quàm qui eum præceſſerunt philoſophi: & quæ ſcribenda ſuſcepit, à certo principio per certa media ad finem vſq́ perduxit; & omnino firmiore genere confirmando ac demonſtrando ſingula, quàm quiſquam aliorum vſus eſt. Eius libri pro bibliothecis eſſe poſſunt, plurima enim ex veterum monumentis, quæ interciderunt, hinc inde citat: & ceu floſculis antiquorum ſententijs aſpergit. Proinde non immerito monendi ſunt atq́ hortandi omnes ſtudioſi, vt optimum huius doctrinæ genus ſummo ſtudio colant & conſeruent. Plato ait igniculum illum à Prometheo cœlitus allatum, nihil aliud quàm methodum eſſe, cuius artifex ſummus Ariſtoteles eſt. At hoc igniculo amiſſo, rurſus homines in belluas transformarentur. Fouendus igitur hic cognitionis ignis eſt, vt eius luce animi caligo illuſtretur, & tanquam moly, hoc eſt, diuino amuleto à belluinis formis, & inſcitiæ monſtris tutus ſit. Itaque cum vir prorſus incomparabilis, in omni ſapientiæ doctrinæq́ genere ſolus ita palmam obtineat, vt in ſocietatem communionemq́ eius neminem admittat, decet ſanè, vt quemadmodum natura beneficijs ſuis toto cœlo terraq́ communiter omnibus ſeſe impertit, ſic ſummus vtiq́ naturæ interpres vnus ab omnibus toto mundo legatur, diſcatur, ametur, & celebretur. Atq́ hæc ſunt ferè, quæ de Antecedentibus Naturalis philoſophiæ, dicenda erant: vnde arbitror manifeſtum ſit, eam et antiquitatis nomine (quæ in rebus omnibus debet & ſolet valere plurimum: ſunt enim ferè quæ antiquiora, meliora) ad Deum proximè accedere, & præterea authores propagatoresq́, neq́ paucos neq́ obſcuros habere; adeò, vt in hac parte quiſquam amplius deſyderare poſſit nihil.

Alterum ex iis, quæ initio propoſueramus id eſt; quod Concomitantia ſiue præſentia nominauimus, quibus nos tùm materiam ſiue ſubiectum circa quod verſatur hoc contemplationis genus; tùm dignitatem amplitudinemq́ intelligimus. Phyſicæ præſtantia, ſi cæteris philoſophiæ partibus conferatur, minimè vulgaris cenſenda eſt. Nam ſi Ariſtotelis opinione ſcientiæ alicuius præſtantia, vel à ſubiecti nobilitate, vel à demonſtrationum certitudine, aut vtroq́ etiam metienda ſit; fuerit ſanè hæc de qua ſermo eſt, vtroq́ modo multis præferenda. Ante omnia quidem circa Naturam verſatur; quæ vis nobilis ac planè diuina, rebus naturalibus omnibus inſita eſt, quam ethnici plæriq́ ob ſuam excellentiam numen quoddam eſſe putauerunt, hinc illud Ouidij natum eſt,

Hanc Deus, & melior litem natura diremit.

Hæc nihil temerè, nihil fruſtrà, nihil inordinatum, nihil ratione carens, aut ocioſum, ſed omnia ob certam & vtilem cauſam facit. Hæc omnium mutationum; generationis & corruptionis, incrementi & decrementi cauſa eſt; ſed à meliore ſui facultate, à generatione inquam, nomen accepit: dicta enim eſt φύσις, παρὰ τὸ φύειν καὶ γεννᾶν: eſt enim vis rebus tum natis, tum naſcentibus ingenita. Hæc eſt; inquit Cicero, quæ deorum notionem animis hominum impreſſit: Hæc eſt quæ cupiditatē ingenuit ho-

mini veri inueniendi. Hanc vim, Naturam, veteres admirati ei in diuerſis mundi partibus, diuerſa no-
mina impoſuerunt. In animalibus hæc vno nomine Anima appellatur, in reliquis inanimatis nomen
generis retinuit. At in rebus quæ manifeſtum aliquem motum habent, vt in plantis præcipuè, numina
faciunt ethnici, Nympharum nomine appellata, ex quarum numero ſunt, quæ δρυάδες, ἁμαδρυά-
δες, χειμωνιάδες, &c. dicuntur: & à fluentibus aquis, κρηνῖδες, λιμνάδες et infinita præterea Nym
pharum nomina alia finxit antiquitas ſuperſtitioſa. In vniuerſum Natura velut liber eſt vnus diui-
nitate plenus, diuinorumq; ſpeculum. Sed neq; Cauſarum tractationem, quarum cognitio in omni philo-
ſophia neceſſaria eſt, negligit Phyſica. Si enim, vt Ariſtoteles vult, tum demum nos aliquid cognoſce-
re videmur, cum primas cauſas perſpectas habuerimus: aut, vt Plato cenſuit, homines eo ipſo mentis,
id eſt, Dei ſcientiæq; amicos fieri, quum primarum cauſarum beneficio intelligibilia, quorum vera ſta-
bilisq; ſcientia eſt, ſectamur: veram vtiq; ſcientiam aſſequuturos nos ſperandum eſt, ſi ſapientis naturæ
cauſas ſcrutati fuerimus. Quin & Corporum naturalium omnium, ſimplicium æquè atque compoſito-
rum, perfectè pariter atque imperfectè mixtorum, propoſitam habet conſyderationem: Solem ſyderum
moderatorem ac tanquam ducem: Lunam accretione & diminutione aerem contemperantem: tum ter
ræ etiam globum in medio mundi è mari eminentem: pecorum animaliumq; reliquorum numeroſam
multitudinem, plantarum diſcrimina, lapidum gemmarumq; occultas facultates, & omnia deniq; alia
ad varium humanæ vitæ vſum comparata, contemplatur Phyſicus. Quibus adde miraculum diuinum
ipſum hominem, cæli contemplatorem, omniumq; rerum dominum. Hæc vt leuia aut vilia abiectaq;,
num aliquis contemnat? magna hæc & diuina Dei opera, imò & immortalia, ſi ſpeciem reſpicias, num
negligenda ſibi aut contemnenda quiſpiam putet? Quin inſuper, Animam quoq; ipſam vim planè cœle-
ſtem admiratur & conſyderat Phyſicus, non per ſe quidē, ſed vt corporibus, ad vitam motumq; ſuppedi
tandum, ineſt. De cuius præſtantia idem merito, quod Antenor Homericus de Helena Græcarum ve-
nuſtiſſima, iudicium faciendum.

Οὐ νέμεσις Τρῶας καὶ ἐϋκνημῖδας Ἀχαιοὺς
Τοιῇ δ᾽ ἀμφὶ γυναικὶ πολυὼ χρόνον ἄλγεα πάσχειν.
Αἰνῶς ἀθανάτοισι θεῆς εἰς ὦπα ἔοικεν.

Hoc Antenoris de Helena iudicium, nos ad meliorem interioremq; animi pulchritudinem, diuinio
rem Helenam, traducemus: cuius ea ſit formæ excellentia atque dignitas, vt in eius contemplatione ver
ſari, eamq; certatim ſibi vendicare optimum ac doctiſſimum quenq;, minime ſit mirum aut reprehenden
dum. Nam ſi nemo reprehendit veterem illum Ariſtæum, quem legimus annis 40. in deſerto habitaſſe,
nec aliud interim quàm apes alendo, earum naturam conſyderaſſe ac literis mandaſſe: longè magis lau
dandi mihi videntur, qui longo tempore, & laboris ſimili patientia in melioris naturæ, & cœleſtium
apum conſyderatione immorantur, animam intelligo cum antiquis philoſophis, quæ nihil quàm nectar
& ambroſiam, potum cibumq; diuinos legit ac in ſuos fauos recondit: cuius origo non vt aliorum ani-
malium ex ſemine eſt, ſed purior, caſtior & διιπετής. Fœcundiſſima eius cognitio eſt, & rerum o-
mnium cognitionis fontes quoſdam atque principia in ſe habet: principiorum autem notitia fœcundiſ-
ſima eſt, et omnium quæ ex eis deducuntur in vnaquaq; ſcientia veluti ſcaturigo. Animæ cognitio, non
ad vnam ſolam ſcientiam principia ſuppeditat, ſed vniuerſas. Ipſa enim principium principiorum eſt,
vel vt Ariſtoteles loquitur, forma formarum, cum omnia intelligat, & in omnia quodammodo intel-
ligendo, Protei cuiuſdam inſtar, ſe vertat. Quamobrem & Dei imago dicitur, qui quidē prius veriusq;
ἀρχέτυπος & μεταδοτικῶς forma formarum, ens entium, & principium principiorum eſt: anima
verò ſecundariò & μεταληπτικῶς. Quum igitur omnium rerum & notitiarum primogenia ſemina,
(Stoicis σπερματικοὶ λόγοι ſunt, Platonicis, ideæ) in Deo ſint: in anima verò ſimilitudine quadam
& immitatione, ſiue anima & corpore ſimul conſyderatis, ſiue anima tantùm, quæ, vt diximus, cum
intelligat omnia, forma formarum eſt, auguſtam, copioſam, ſed difficilem ſimul eius contemplationem
eſſe, non eſt dubitandum. At verò ex hoc principio ſcitè ad alia innumera intelligenda ceu viam ſter-
nere viciſſim eſt exiſtimandum: quibus reputatis & probè perpenſis, nullo tædio aut faſtidio in natura
eius prolixius curioſiusq; inquirenda, capi debemus. Demonſtrationum præterea certitudine hæc con-
templandi ſcientia, alijs multis præſtat: incipit namq; ab ipſis principijs, cauſas rerum rimatur, circa ſen
ſilia conſiſtit, à quibus omnium demonſtrationum principia dependent, & petuntur. Adde quod his
ipſis tot ætatibus, hominum ſeculisq; conſumptis, nemo adeò contradixerit. Cæterum & illud in confeſ-
ſo eſt, eas artes aut ſcientias cæteris præſtantiores verè dici, quæ termini ac quaſi fines reliquarum
ſunt, illas verò, quæ harum complexu includuntur, vtpote priorum ſeruitijs ſubiecta, his poſtpo-
ni & minori in pretio haberi. Sic quæ externa, mortalia, caduca dicuntur, aut quouis artificio
conſtant, corporibus: corpora, animæ: ſenſus, rationi: ratio agens, ei quæ in contemplatione eſt: & hæc

tandem

tandē Deo, vt omnium præſtātiſſimo et vltimo bono, ſubiecta eſſe cernimus. Vnde fit, vt artes, corpora itē, ſenſus, & practicā denique animæ facultatem, omnia inquā, contemplatiuæ ſcientiæ (in quarum numero etiam hæc noſtra locum inuenit) tanquam reginæ, & cedere & obſequi neceſſe habeant. Præterea, ſi quod philoſophis placet, omnis noſtra in actione vita poſita eſt, eaq; hoc firmior magisq; integra cenſetur, quo ad vitalium facultatum robur exercendum fuerit actuoſior: contemplationis omnino actus, qui à vita ſeparari minime poteſt, quiq; tam duratione quàm dignitate longè excellit, dulciſſima fuerit & ſuauiſſima vita. Neq; enim, vt ſenſus, falſa aut vana, aut etiā quandoq; praua delectamenta, ab extrinſecis rerum imaginibus mutuatur, ſed veras omnino rerum rationes naturasq; intus poſſidēs, purè, verè, ſubtiliter, puris, veris, certis, pulchrisq; paſcitur. Et licet hæc verè de primo mētis gradu intelligente dici poſſint: referri tamen eadem poſſunt cognatione quadam, ad eum intellectum, de quo nūc ſermo eſt.

Cæterum vti hoc contemplandi ſtudium pulcherrimum ac planè iucundū eſt, ita ſanè (fatendū eſt enim) nemo ob rerum circa quas verſatur ſubtilitatem & magnitudinem, ſine labore improbo, ſtudio acri & animi alacritate egregia, vſum eius ſibi comparauerit. Omne, inquit Seneca, honeſtum in arduo ſitum eſt, etiam id quod honeſto maximè vicinum: tum vulgo etiam dici ſolet δύσκολα εἶναι τὰ καλά. Nam cum vniuerſam philoſophiam, minus ab initio iucūdam, à ſenſibus reductam, ac præterea humanis vſibus atq; negotijs minus accommodatam, ſibi pleriq; proponant: eamq; præterea fingant arboris radici perſimilem, quæ inutiliſſima, dura, rigida, diſtorta et inamœna præ cæteris aſpectu pars videtur, animum ab ea, eiusq; reliquis partibus penitus abijciunt. Verum hi longius à vero abeſſe videntur, & à communi inſuper vtilitate & priuata, hac eorum coniectura, aberrant. Degeneris animi & inertis eſt, ab honeſti boniq; actione ob difficultatem abſtinere, perinde vt excelſi & generoſi in huiuſmodi conſeneſcere. Cur enim arboris radix qualis qualis appareat, inutilis videatur, quū fundamētum, principium, & quaſi vita ſit reliquarum quas producit partium? Rami & frondes, vtcunq; floribus et folijs ornati, odore grati, aſpectu iucundi, fructibus pleni ſint, ſi radicibus deſtituantur, cadunt & penitus emoriuntur. Idem nobis, ſi collatio rerum fiat, de naturali philoſophia (nam neq; huic ſuæ partes ſuo principio firmatæ, deſunt) ſentiendum fuerit. Vulgo dici ſolet, ſcientiam non habere oſorem niſi ignorantem: proinde niſi ei, qui periculum de re aliqua fecerit, vt in alijs, ita in hac quoq;, fidem habendam putarim. Aequè difficile eſt de rebus incognitis iudicium ferre, quàm de nobiſmet ipſis. Quiſquis enim ſeipſum optimum cenſuerit, nec alijs iudicium ſui ipſius permiſerit, is & in maximis rebus & in plurimis impingit, φιλαυτία quadā communi deceptus. Ergo vt in pauciſſimis aberrare ſolitos animaduertimus, quicunq; alijs, vt de ſeipſis ferrent ſententiam, quales nam ſint, poteſtatem fecerunt: ita ſanè ij demum audiendi in rebus vel laudandis vel vituperandis, qui in ijs ætatem exercendo conſumpſerunt ſuam. Facilè eſt & ferè cuiuſuis in vniuerſa vita & artibus, magnas & inſignes eminentias differentiasq; diſcernere: exiguas autem & tenues, ijs duntaxat, qui & prudentes ſint, & ipſarum artiū periti. Etiam atq; etiam igitur videndum, ne temerè de rebus, quas nondū percepimus, aut ne guſtauimus quidē temerarium iudicium faciamus, cuius poſtea pœnitere poſſit. Præterea nec Democrito temerè aſſentiendum, qui ἐν βυθῷ εἶναι τὴν ἀλήθειαν cenſuit: quod non natura, ſed praua hominū opinione verū putatur: quæ ſi animis hominū exempta fuerit, ſperādum eadē ratione è tenebris & profunditate emerſurā, quā olim priſcorū ſtudio emerſam hodie cognouimus. Et quanquā fortè perfectā plenamq; rerum cognitionē conſequi non poſſimus, aliquid tamē in ijs proficere, quàm deſperare omnino, & ne conari quidē, & penitus ignorare præſtabit. Rerum.n.pulcherrimarum vel parua cognitio, longè præſtātior eſt, quàm vtcunq; perfecta viliorum aut inutilium ſcientia. Naturæ impedimēta, ſi quæ fortè fuerint, Demoſthenis exemplo, diligentia & induſtria ſuperanda. Πόνοι γεννῶσι δόξαν, κάματοι περιξενοῦσι στεφάνους: labore gloria cōparatur, & ſudore coronæ: καὶ ὅπου πλείων ὁ πόνος, ἐκεῖ μείζων ἡ ἡδονή. Quod cum labore partum eſt, maiore lætitia accipitur & diligentius quoq; aſſeruatur. Generoſa ingenia, ratione moderante & dirigente, magnum habent momentum ad virtutē conſequendam. Reuocetur in memoriam, quod non ad parua Deus homines, ſed ad magna crearit, ac proinde os homini ſublime dediſſe, iuſſiſſeq; ad ſydera tollere vultus. Leuiora fient quæ difficilia videntur, ſi ad εὐταξίαν ordinemq; fiat reſpectus, qui & memoriæ lumen affert, & honeſtatem decusq; rebus etiam arduis conciliat. Quorum igitur animi ſuapte natura ad honeſtatē, & ad ſtudium cognoſcendi veri propendent, hos neutiquam pigebit, quum ad huc per ætatem licet, & alios audire, & de viris magnis & eruditis rectè ſentire & iudicare. Hoc conſilium qui liberè admiſerint, mox ſanè conabuntur, ſi non difficiliora quæq; primò, at ſaltem leuiora, paulatim ad altiora aſcendendo, inquirere. Nam quo magis rationalis animi pars in huiuſmodi ſtudijs incrementum acceperit, eò facilius obſequiū, & obedientiam maiorē obtinebit. Quæ.n.maxima ſunt, ſi ratio nondū exercitata aut cōfirmata ſuperauerit, haud dubium eſt, quin promouendo vbi maiores vires ſpacio temporis adepta fuerit, facilius ſit ſuperatura.

Quocirca exercitationis initio terreri non oportet eum, qui in ſcientia præclara parum ſe profeciſſe ſenſerit. Progrediente enim tempore, magis proficiet, ſi modo æquo animo audire eum pergat, à quo ſe erudiri poſſe atq; diſcere amplius ſperauerit: & legere ea, quæ ad faſtigium artis rectiſſima deducunt.

Tertium quod tractandum propoſuimus, Conſequentia ſunt, quibus & finem, cuius cauſa omnia facienda ſuſcipiuntur, & vtilitates continentur. Eſt autem naturæ contemplatio non ſolùm vtilis ijs rebus quæ in vita tractantur, vtpote quæ medicinæ principia præbeat, & artibus mechanicis cæteris ſubſidia ſubminiſtret, quarum quælibet naturam ſubiectæ materiæ, & naturales differentias conſyderat: nec inſuper ſolùm animæ partem familiarem nobis & coniunctiorem perficit, eo modo quo Theologia intelligibilem atq; ſupremã, ſed etiã reliquis virib. animæ plurimũ affert vtilitatis & ornamenti. Ad virtutes quidem actiuas adipiſcendas naturalis ſcientia maximum habere momentum videtur. Ad iuſtitiam primò, conſiderando ordinem vniuerſi, ceſſionem mutuam elementorum, & præterea vt ab auaritia nos abſtrahat. Ad temperantiam deinde, reputando quod nuſpiam voluptas à natura primaria ratione inſtituatur. Et ipſummet ſtudium, quod in hac ſcientia collocamus, facit nos externa contemnere, & quæ alij admirantur. Tum ad modeſtiam confert, conſyderando quanta ſit naturæ in rerum contemperatione & mira elementorum mixtione modus, moderatio & ordo. Ad fortitudinem quinetiam, conferendo corpus & vitam noſtram ad magnitudinem & tempus vniuerſi: quod genita cuncta corrumpantur, & quid ſit corruptio, diſſolutio nimirum, per quam partes vniuerſitati rerum redduntur, renouantur quæ conſenuerunt, debilitata & proſtrata confirmantur vel eriguntur. Inſuper nihil referre vel nunc vel poſt paucos annos emori, perpenſa temporis infinitate. Contempta autẽ morte nihil tantùm reſtat quod mentem peruertere poſſit. Ad prudentiam, ob cognationem eius cum anima rationali. Animi excellentiam & liberalitatem auget: perſuaſi enim nihil in rebus humanis magnum eſſe, ſorte noſtra & paucis contenti, alijs facilè & vltrò communicantes, nec inhiantes alienis, liberales erimus & magnanimi. Ad cœleſtium ſecretiorumq; rerum notitiam: docet enim de ſubſtantia animæ, diuinis & à materia cogitatione vacuis formis inueniendis, via eſt aptiſſima. Nam & Ariſtoteles et Plato à naturalibus motibus ad primam cauſam, intelligibilem, æternam, & omnia mouentem peruenerunt. Deniq; & pietatem & obſeruantiam erga Deum auget, promouetq;. Operibus enim Dei cognitis, in admirationem & commendationem opificis allicimur, quas propenſus amor, fides indubitata & certa ſpes certiſſimè conſequuntur. In vniuerſum quidem Socrates philoſophiam Phyſicam non malè primus ad ethicam cõuertit, nimirum vt ipſi nos noſceremus. Nam cum ea partim quidem in rebus quæ extra nos ſunt, partim in ijs quæ noſtro corpori cognata, noſcendis verſetur (vnica tantùm eius, quæ de anima doctrina eſt, excepta) proindeq; communis ad omnem philoſophiam ſit, quatenus de mente tractat: διάνοια tamen & τὸ ὀρεκτικὸν καὶ ἐμπαθὲς, quæ animæ peculiares facultates ſunt, ethicæ ſubiectum ſunt, quatenus nimirũ vult aut aliquid appetit. Sed et morũ virtutumq; officia, quibus viri boni maximè commendari ſolent, ex phyſica de animalibus hiſtoria, vnde plurima exemplorum & omnium officiorum documenta petuntur, colligi & haberi poſſunt. Et quia comparationes aſſimilationesq; (παραβολαὶ dictæ) variæ, aptiſſimæq;, quibus orationibus ornamenta comparamus, Phyſica præbet, ad dicendi facultatem ea quoq; non inutilis fuerit. Sed vnde quæſo Poëtæ ſua illa rara & admiranda commodius accipient, quàm ex his naturalium rerum ſcrinijs? Medici fatentur ipſi, ſe ſua inde ordiri, vbi philoſophus naturalis deſinit: teſtis eſt Galenus, primum Ariſtotelem anatomen corporis deſcripſiſſe. Quin nec voluptate, ac quodam quaſi relaxamento ſolatioq; hæc contemplatio caret, qua iuuari ac perfici quamuis actionẽ, author eſt Ariſtoteles. Nam quia vulgo dicitur ἐκ τοῦ ὁρᾷν τὸ ἐρᾷν: & ἥδιστον τυχεῖν οὗ τις ἕκαστος ἐρᾷ, non poteſt pulcherrimarum quæ in mundo extant rerum & aſpectus & varietas, quæ ipſa ad delectationem plurimum valent, non magnam in nobis creare voluptatem & oblectamentum. Iuuat quidem humanorum corporum formas intueri, quarum elegans conuenienſq; ſymmetria eſt: iuuat intueri ſtellas, flores, gemmas, ædificia artificioſè & affabre extructa aut elaborata: cur non delectationi fuerit, conſideratio ordinis & cauſarum, quibus hæc omnia conſtant? Et quanquam hæc aliaq; multa ſint ac videantur huius ſcientiæ commoda, videbitur tamen præſtantior & ad hominis perfectionem melius accommodata vtilitas ea, ex qua eorum quæ ſenſibus percipiuntur cognitione, formam quandam & quaſi ideam eiuſmodi percipimus, quæ noſtræ menti prius velut inſculpta impreſſaq; erat. Nam quia noſtrum ſcire nihil ferè aliud eſt quàm recordatio, & melioris vitæ ἀνάμνησις (diſcendo enim propter inſitas nobis & ingenitas cognitionum notiones ruminiſci videmur) rectè facere videbimur, ſi indefeſſo ſtudio contemplandi, eorum memoriã nobis refricemus, quorum fomites, rudimenta à noſtro ortu, naturaq; accepimus. Atq; hæc quidem quaſi præteritorum redintegratio, ad hominis perfectionem, conſummationemq; plurimum habet momenti. In homine ratio optimum eſt, hac antecedit animalia, Deum ſequitur. Quo quis igitur ad eam quæ hominis propria eſt, perfectionem, vel inſtitutione vel propria induſtria, aut deniq; vſu & exer-

cita-

citatione, propius acceſſerit, hoc rectius dicetur finem naturæ ſuæ debitum aſſequutus: et licet alijs deſtituatur, valetudine inquam, diuitijs, imaginibus, auorum proauorumq́ ſerie, dummodo mente pia & erudita inſtructus ſit, & ratione ſua non tam ad proprium, quàm aliorum promouendum commodum, rectè vtatur, laudandus & celebrandus eſt. Gladius laudatur, non cui deauratus eſt Baltheus, & cuius vagina gemmis diſtincta, aut quem Homerus ἀργυρόηλον vocat, ſed cui & ad ſecandũ ſubtilis acies, & mucro eſt munimentum omne rupturus. Et quia duobus vitijs animus noſter (quandiu ergaſtulo huic incluſus detinetur) laborat, quorũ alterũ ex affectuũ perturbatione: ex ignoratione et ſciẽtiæ imperfectione alterũ promanat: nulla poteſt excogitari melior ad perfectionẽ vtriuſq; emendatio, quàm ſi ratione affectus cõponantur: doctrina, ſeu muſarũ concentu ignoratio, pellatur. Vt enim cithara ſi temperata non ſit, diſſonantem ineptumq́ ſonũ edit: ita animus niſi Muſica hoc eſt doctrinæ harmonia temperetur, ſibi ipſi diſſentit, & nonnunquam præ ignoratione contradicit. Peculiare hoc anima habet, vt turpia reſpuat, & aſciſcat pulchrum: turpitudo enim eſt tetra quædam mali facies, vt pulchritudo facies boni iucunda. At quia in hominem nihil turpius cadere poteſt ignoratione, & turpe eſt nil diſcere velle, doctrina contra nihil pulchrius: omnino nihil formæ noſtræ, hoc eſt animæ magis conſentaneum fuerit, quàm rerũ pulcherrimarũ, quales Phyſicæ & Philoſophicæ ſunt, cõtemplatione eundẽ pulchriorem illuſtrioremq́ reddere, & omni turpitudine quæ in animo ignorantia dicitur, liberare. Nã vt medicina corpus, muſica ſpiritũ, ſic philoſophia animũ curat. Animi perfectio ea eſt, qua primæ intelligentiæ redditur ſimillimus: at verò hoc verius non fit, quàm ſi ſeſe ſuo quodammodo corpore exoluens, in diuinorũ aut ſaltẽ ſubtiliũ contemplatione erigat: quo fit vt & voluptate perfruatur, & animũ perfectione ſuæ origini intelligibili quàm ſimilimã efficiat. Nã dum intelligendo omniũ paulatim naturas cõprehendit: deinde eorũ quæ apprehẽdit formas penitus induit: volũtate inſuper ſingulis partim fruitur partim etiã dominatur, quodãmodo omnia, & quaſi Deus fit. Deus quidẽ & intra & extra ſe perficit vniuerſa: mens veri philoſophi, quaſi Deus quidã intra ſe vniuerſorũ veras ſempiternaſq́ concipit notiones. Et hæc ſanè cauſa exiſtit, cur & naturaliũ rerũ & totius etiã philoſophiæ contẽplatio, tantopere cõmendetur, nimirũ, quod qui in ea verſatur, viuere tũ demũ verè dicatur: cognitionis ſcil. rerũ diuinarũ vita, quæ peculiaris vita eſt à corpore ſeparata quo ad eius fieri poteſt: & humanarum præterea ſciẽtia, quæ toti animanti communis eſt, & prioris quædam imago, quæq; in rerum ſenſibiliũ duntaxat cognitione verſatur.

Ex quibus omnib. alijſq; multis quæ in hanc ſententiam afferri potuiſſent, ſatis arbitror conſtare, quib. de cauſis Naturalis ſcientia etiã ſeorſim, à ſuo vnde dependet, genere, conſyderata, optimũ quemq; ad ſui cultũ venerationemq́ trahere, inuitareq́ debeat: quin etiã planè neceſſariam eſſe ad vitam homini propriã rectè & prudenter inſtituendã. Et quanquã multa occurrant tum in noſtra ipſorũ natura, tũ ipſius rei ſubiecto incommoda & difficultates, quæ vtcunq; promptis moram impedimentumq́ afferre poſſunt, quæq; paulò ante nos attigimus: ſperãdum tamen eſt, eos qui ingenuis ſtudijs artibusq; delectantur incommoda, commodorum compenſatione, facilè ſuperaturos. Et vt hoc faciant alacrius, exempla negotiatorum ſibi inſpicienda proponant, qui rem, aliaq; fortunæ bona quærendo, quæuis pericula terra mariq; ſuſtinent, vtcunq; ad ſcopulos appellentes, ventis procellisq́ miſerè iactati, fortunarum ſuarum naufragia ſæpe viderint. Imitemur Ariſtidẽ illũ qui Iuſti cognomẽ obtinuit: is à Nicia interrogatus, quonam pacto iuſtus euaſiſſet, probè grauiterq́ fertur reſpondiſſe: naturæ primum, maximumq́ id munus fuiſſe, deinde verò ſe quoq; prompto animo naturam ſuam adiuuiſſe. Memorabile profectò ſummæ induſtriæ exemplum hoc eſt, quo nulla nobis ad imbuendum perficiendumq́ animum virtutibus & diſciplinis inſtrumenta deeſſe ſignificatur: non vires, non tempus, non ætatem, non ingenium, non deniq; fortunam: vna nobis deeſt induſtria & voluntas. Animus quidem, quem diuinitus accepimus, dux corporis, & breui tẽporis ſpatio id cõſequetur, & viriũ ſatis habebit, et fortunã ipſe reget. Proinde vbi per ſocordiã hæc defluxerint, nõ eſt quod naturæ infirmitatẽ, ſed noſtram ignauiã accuſemus. Eiuſmodi præclara voluntas induſtriæ ad maiorũ fortiter facta immitanda, omni profectò laude digna, in Quinto Maximo & Publio Scipione, alijſq; Romanæ gloriæ æmulis viris illuſtribus, elucet. Hi enim quoties maiorũ imagines intuerentur, vehemẽtiſſimè animos ad virtutẽ ſibi accendi, dicere ſoliti erant: non quidẽ cerã illam, aut figurã, aut ſtatuã tantã vim in ſeſe habere credentes, ſed memoriã rerum geſtarũ gloriæ flãmam egregijs viris ingenerare: quæ prius ſedari nõ poſſit, quàm virtus eorũ famã atq; gloriã adæquauerit. At quis quæſo eſt omniũ, qui nõ cupiat aut affectet probitate et induſtria cũ maiorib. ſuis certare? Famã extendere factis, hoc virtutis opus. Et licet ſtudio noſtro vtcũq; diligenti & labore ſupremum intellectus gradum obtinere aut conſequi nequeamus, hiſq́ magnis philoſophis, qui ætate nos anteceſſerunt pares fieri, ſaltem poſt ſupremos illos ſapientes in ſecundis, aut tertijs, aut etiam quartis nos haberi non recuſemus. Id quod conſequemur facilè ſi modo exercere corpora noſtra velimus, & longiori tempore aſſidua exercitatione periculum fecerimus. Quòd ſi enim Herculis in fortitudine robur, qui primum bonæ habitudinis corpus obtinuiſſe creditur, adæquare non poſſimus, at Achillis

acceepiſſe præclarum quiddam nobis videri debet. Quod ſi ne huius quidem, at Aiacis, aut Diomedis, aut Agamemnonis aut Patrocli. Sin ne horum quidem, at ſaltem aliorum quorundam heroum præſtā-tium. Eſt enim aliquid prodiſſe tenus, ſi non datur vltra. Ὁ χρήσιμα εἰδώς, οὐχ ὁ πολλ᾽ εἰδώς, σοφὸς, *Euripidi.*

Huiuſmodi verò volūtatis & diligentiæ, ſi aliud vllum extaret exemplum, vnus ad imitandum Conradus Geſnerus fœlicis memoriæ, omnis verè eruditionis, pietatis & virtutis perfectiſſima regula & quaſi quædā in excelſo poſita antiquitatis ſtatua, poſteritati abunde ſufficeret, in qua ceu in aliena perſona effictos boni viri mores, philoſophi eximij ingenium, rerum quæ in toto mundo naturaq́ conſtāt contemplantis diligentiam: breuiter expreſſam rectè inſtituendæ vitæ imaginem, quotidie videremus. Extant huius ſuæ diligentiæ induſtriæq́ & multa & præclara in omni ſtudiorum genere edita monumenta. Quid verò & quantum in Naturali philoſophia, qua ſupra modum delectabatur, præſtare potuiſſet, ex eo quem ex Bibliothecæ meæ librorum & ſchedarum diſiecto numero deprompſi, nuncq́ non paruo labore publicum facio, conſtabit. Solebat hic, pro eo atq́ varijs negotijs diſtrahebatur, tumultuariè primùm, quæ in animum incidebant meditationes, mox in proximam quamq́ etiam abiectiſſimam chartam, ne quæ vlteriore conſyderatione digna videbantur, penitus perirent, breuiter referre, eamq́ deinceps in communem capſulam reijcere. Præterea inter legendū vel publicè vel priuatim, quicquid conſonum, aut diſſonum aut aliter explicandum apud authores obſeruaſſet, id ipſum eius libri vel fronti vel calci, aut proximo margini aſcribere. Ex hac confuſa mole & per magna interualla diſtracta materia, meo ſtudio, labore & moleſtia non parua, natum eſt hoc, quod hodie prodit poſthumum Geſneri volumen. Et ſiquidem verum ſit, quod dici ſolet, eam demum artem quemq́ exactè nouiſſe, in qua diu multumq́ ſit verſatus, de Geſnero noſtro illud ipſum, qui ab ipſa adoleſcentia hiſce ſtudijs deditus, & ætatem reliquam in iiſdem conſumens, verè dici poterit, eum inquam omnium acutiſſimè de acutiſſimis, ſubtiliſſimè de ſubtilibus, doctiſſimè de grauibus & ſenſiſſe & ſcripſiſſe. Aeſchines apud Rhodios legiſſe fertur orationem ſuam quam in Chteſiphontem, contra Demoſthenem dixerat: qua perlecta, rogatus, vt poſtridie, etiam illam legeret, quæ erat à Demoſthene pro Chteſiphonte ſcripta, quam cum ſuauiſſimam, vt erat, & magna voce legiſſet, admirantibus omnibus, dixit, quanto magis miraremini, ſi audiuiſſetis ipſum? Idem de Geſneri noſtri Philoſophicis lucubrationibus quoq́ dici poterit. Nam quæ hoc loco & tempore prodeunt, breuiter, compendiosè καὶ πρὸς οἰκείαν ὑπόμνησιν *ſcripta ſunt, eadem ipſe vberius explicuiſſet, fuſius propoſuiſſet, melius diſpoſuiſſet, plenius demonſtraſſet, & ornatius omnino dixiſſet. Quicquid igitur id fuerit, quod aliquis vel in ipſo authore & toto eius opere, vel in mea ipſius præſtita opera & diligentia, reprehēdere aut deſyderare poſſet, id omne titulus operi à me præfixus excuſare poterit. Suppeditabunt tamen hæc qualiacunq́ ſint, materiam cuiq́ ad ſuam rem philoſophicam augendam. Proderit non parum ijs, qui in Scholis publicè vel Ariſtotelis Græcè ſcriptos libros, vel aliorum compendia tantùm profitentur. Nam minuetur his labor in prolixis & alicubi etiam ocioſis Græcorum commentarijs legendis: hic medullam ab omni verborum faſtu reſectam, breuius, & alicubi etiam ſignificantius ſuis adhibitis verbis textui Græco adaptata legent. Pleraq́ tabularum forma, iuxta Dialecticam methodum proponuntur, quæ & breuitatis & perſpicuitais nomine tanto gratiores ferè eſſe ſolent, quo maiori artificio, diligentia, methodo, & tēpore longiore conſcribuntur, quàm reliquæ lucubrationes: & quo plura tantillis ſpacijs comprehenduntur. Nec dubitandi formulæ,* an, fortè, &c. *diſplicere debent: dubitare enim propè ſcire eſt, & de ſingulis dubitare non inutile eſt: ſic enim latentes & ſopitæ rerum difficultates & ſcrupuli eruuntur. Sed & alia nonnulla vel laudanda in hoc opere, vel etiam excuſanda ſupereſſent, quæ prudens, ne longior ſim, prætermitto: quòd mihi perſuadeam diligentiores ſua ſponte, & repetita lectione facilè percepturos commoda: incommoda verò, ſi quæ videbuntur, vt in labore magno & perplexo nemo ſatis oculatus eſſe poteſt, æquiores modeſtioresq́ eadem etiam, pro ea qua quiſq́ eſt præditus humanitate et facilitate (maleuolorum namq́ Theoninos dentes non ita multum moror) excuſaturos.*

Cæterum hoc Geſneri ſingularis ſtudij perfectæq́ eruditionis teſtimonium, & mei ipſius erga rei phyſicæ ſtudioſos propenſiſſimæ voluntatis monumentum perpetuum, ſub veſtro, viri ornatiſſimi, nomine & authoritate, vt publicè extaret, multæ me & graues mouerunt cauſæ. Ac ante omnia quidem exiſtimaui, inſtitutum hoc meum Geſneri manibus honorificum, operi ipſo dulciſſima veſtri nominis commendatione gratum, & deniq́ mihi, quòd tantorum virorū patrocinium, poſthumo partui, adoptarim, honeſtum & glorioſum futurum. Etenim ſi, quod Ariſtoteli olim placuit, hodie quoq́ verum eſt, ὅμοιον ὁμοίου ἐφίεσθαι, *hoc eſt vt Cicero interpretatur, nihil eſſe quod ad ſe rem vllam tam alliciat, tā attrahat, quàm ſimilitudo: ad vos vtiq́ quaſi quodam iure pertinere, ſplendoriq́ nominis veſtri congruere videbitur, vt antiquiſſimæ & veræ nobilis ſcientiæ arcana continens liber, ſub antiquiſſimæ pariter nobiſſimæq́ familiæ protectione, in omnium hominum, adeoq́ communis vitæ vſum, prodiret.*

Vltimæ

Vltimæ antiquitatis,quibus vos claretis,magno argumento ſunt, ædificia illa & turres maiorum veſtrorum,quæ etiamnum in vrbe ampliſſima atq; ornatiſſima Scaphuſianorum,patria veſtra,ad Rheni ripas extructæ,conſpiciuntur : & multò ante,quàm auguſto illo ponte,qui nunc eſt, Rhenus continenti iunctus eſſet,non ſolùm iter facientibus,per loca nondum exculta,fidele perfugium , ſed fidum tutumq́; merciũ quoq́;,propter vicinas & præaltas Rheni cataractas neceſſariò exonerandarũ,quaſi emporium extiterunt. Quin inſuper ſumma & ſingularia virtutum,quibus maiores veſtri claruerunt,præmia cẽſeri debent,ampliſſima & ſplendida ab imperatoribus principibusq́; in eoſdem collata ἀφθόνως beneficia. Neq; enim parum eſt , vt feuda regaliaq́; alia multa taceam , quòd prægrandia eius loci vectigalia (quæ rerum publicarum præcipui nerui dicuntur) imperatoria munificentia maiores veſtri obtinuerunt : beneficia ſanè nullis alijs debita, niſi quos aut alta nobilitas,aut illuſtria præclaraq́; facinora,quibus principum animi pleniore obſequio deuinciri ſolent, commendaſſent. Hæc eadem virtutum ornamenta,viri nobiliſſimi,hodie quoq; in vobis ita ſplendeſcũt , vt cum Platone verè exclamare poſſimus,non poſſe niſi ex generoſa ſtirpe,ingenuam prolem : aut cum Ariſtotele,ex melioribus meliores naſci. Quas enim paternæ gloriæ virtutes & fœlicitates in vobis deſideret aliquis? Prodierunt ex veſtra familia,dignitatis equeſtris viri illuſtres, duces exercitus magnanimi, & prouinciarum præfecti æquiſſimi: voſq́; ipſi,tum eadem hæc pleraq́; obtinuiſtis , tum præterea etiam honores & dignitates vel domi in patria,vel foris in principium aulis,ſummas: lata præterea iuriſdictionum priuatarum dominia,rerum facultates amplas : & quæ his maiora cenſentur, doctrinæ & eruditionis,prudentiæ & pietatis exiſtimationem: literarum quin etiam linguarumq́; variarum cognitionem,aliaq́; multa θεῶν ἐρικυδέα δῶρα,vt Homeri verbis vtar,diuinitus conſequuti eſtis. Hæc aliaq́; magna laude & admiratione digna,me iam pridem in veſtri amorem cultumq́;,veſtra quin etiam humanitate & voluntate prouocatus,ita pertraxerũt,vt dignus cui Muſæ omnes per omnem vitam iniquæ atq; iratæ ſint, viderer,niſi hanc promptam meam volũtatem ſtudiumq́,quo potuiſſem modo,vobis poſteriſq́; probaſſem. Hac igitur de cauſa confidentior factus,vobis,viris clariſſ. laborioſiſſimũ hoc opus,fortunæ iniurijs mea opera ereptum,methodo ac ordine reformatum,offero atq; dedico. Peto autem à vobis,viri nobiliſſ. maiorem in modum,vt tum ipſum hoc opus,quod propugnatoribus vobis et patronis publicæ vtilitati redditur , animis beneuolis recipiatis , veſtraq́; authoritate conſeruatum velitis: tum etiam me,hancq́; meam perpetui amoris officioſæq́; voluntatis & obſeruantia,qua vos colo,ſignificationem, æqui boni faciatis : vobiſq́; perſuadeatis nihil me habere carius,nihil antiquius,quàm ſtudiũ erga vos meum ijs maximè rebus declarare,quibus plurimùm ſignificare potero , veſtram mihi exiſtimationem & dignitatem chariſſimam eſſe. Valete viri generoſi. Datæ Tiguri Heluetiorum. Anno 1586. Februarij 12.

Veſtræ amplitudini
addictiſſ.

Caſparus Vuolphius Tigurinus Medicus.

Ad Lectorem.

NAturæ ſi vis cauſas effectaq; noſſe,
Hunc cupide legito (lector amice) librum:
Hic etenim tibi diſcendi ſimul atque docendi
Materiem largam ſuppeditare poteſt.
Quanto Ariſtoteles naturæ arcana labore
Scrutatus literis prodidit illa ſuis,
Tanta & Geſnero his inuentis addere lucem,
Peruigil ac perpes cura laborq; fuit.
Hæc verò tenebris blattiſq; ſepulta periſſent
Cuncta, nec illorum fructus & vſus erat,
Ni tuus, affinis, labor improbus illa dediſſet
In lucem, methodo perſpicua & facili.
Ergo tibi grates agimus magnas & habemus,
Muſarum flagrant quotquot amore ſacro.
Quæſumus, & reſtant tua quæ monumenta latentq;,
Promas ex docto largifluoq; penu.

Ioa. Guil. Stukius.

IN EDITIONEM PHYSICARVM MEDITAT. D. Conradi Geſneri ad D. Caſparum Vuolphium patruum, Henrichi Vuolphij carmen.

DEucalion duros lapides formauit in artus
Humanos. Veri fabula ſi quid habet.
Scilicet in totum cruda exundauerat orbem
Barbaries, mentes & riguêre hominum.
Quas vbi Deucalion diuina emollijt arte,
Præceptis mores excoluitq; feros.
Humani generis genitor mox creditus. Et quid
Mirum? Mors viua eſt barbara vita hominum.
Te quoque, mî Patrue, illi Deucaliona vocarent
Vates, à quibus hæc fabula nata fuit.
Oſſa per innumeras chartas ſi ſparſa vidiſſent
Geſneri Sophiæ mortua, perq; libros.
Præpropero ſignata ſtilo, quæ Athlantide natus
Vix legat, inuentor qui tamen artis erat.
Docta, ſed haud exacta ſatis: nec viua, ſed inter
Abiectas ſparſim ſemiſepulta ſchedas.
Geſneri damnoſa quibus mors horrida mortis
Cauſa, vago ſimilis diluuioq; fuit.
Quæ tua non iecit, magno ſed lecta labore
Hunc in Muſa librum contulit, inſtar apis.
Nec poſt terga, oculos ſed enim repetebat acutos
Hic labor. Auxilio nec tibi Pyrrha fuit.
Ecce tamen lucemq; vident, ſeriemq; ſagaci
Arte catenatam, qua relegantur, habent.
Non minus ergo tibi hæc debent, quam Deucalioni
Iactus homo, rigidus qui fuit ante ſilex.
Materiam reperit Geſnerus, Vuolphius addit
Formam, ſic liber eſt natus vtroque patre.
Geſneri eſt igitur laus quod ſunt: & tua Vuolphi
Quod benè ſunt: laude eſt dignus vterq; pari.

INDEX RERVM ET VERBORVM IN QVATVOR PRIORES MEDITATIONVM LIBROS.

ACerbus ſapor 216.217
Acerbi & auſteri differẽtia vide Auſterum.
acetum quales habeat facultates & qualitates 102
acidus ſapor 217.217
actus primus, actus ſecundus, vide ἐνδελέχειαν
actus in mouentibus duplex eſt 72
actus triplex 27
actio 106
actio omnis circa quæ verſetur 3
ἀκούειν vide deriuetur 201
ἀκρατῶν differentiæ 246.247
æmulatio quid 246
aeris humiditas eſt pinguiuſcula 101
aer humidior aqua 101
aeris humiditas ab aquea ſpecie differt 101
aeris pars vtrum ſupra moueatur ibid.
aeris regio media, æſtate frigida 104
aeris in regiones diſtinctio 103
æſtimatio quid 220.223
æther vnde dictus 86
αἰσθητικὸν quod modis dicatur 205
αἰσθήσεως etymon 201
Alexander quare mentem potentia materiam ſolùm eſſe dixerit abſq; forma 263
amarus ſapor 216.217
amor quid 246
anaclaſis & de ea opiniones Geſneri 135
ἀναλογισμὸς quid 45
anima quid Ariſtot. 171
animæ cognitio eſt difficillima 162.165
animæ eſſentia in tabula comprehenſa 166
anima non Dei pars, nec de ſubſtan. Dei ibid.
anima eſt imago quædam Dei 163
animę nihil ſimilius poſt Deum lumine 164
animam formam eſſe, non materiam 169
anima vtrum ſpiritus dici poſſit 166.167
anima an ſit vis quædam corporea 175
animam non eſſe corpus 169
anima non eſt res naturalis 42
anima hominis non ex Elementis conſtat 168
anima an craſis 168
animam pro ſale tantum homini datam qui putarint 273
anima eſt actus primus 172
anima actus eſt, non autem potentia diſputatio 176.177
anima quare definiatur actus corporis potentia vitam habentis 173
animæ conſyderationes generales in tabula 165
anima differt à mente 176
animam mortalem eſſe qui voluerint 278.279
anima ſuapte natura mortalis eſt 40 & eius probatio 273
anima non mortalis 176.284. 288 qui immortalem crediderint 279 immortalis ex Ariſtotel. ſententia 284.285. 286 ex Themiſtio 286 ex Mõtani ſententia 287 quod immortalis ſit diſputatio 36 eſſe immortalem 274.275.281
anima damnatorum non verè immortalis 280
anima an vna 178.179
animam vnam actionibus organis differre 178.179
anima an tota ſit in quauis parte tota 185
animæ & eiuſdem facultatum per figuras repræſentatio 187 & ſeq.
anima vegetatiua quid 195
quibus conſiſtat ibid.
anima ſenſitiua quid 171
anima an per ſe moueat & quomodo 233
anima quod per ſe moueatur argumenta 236.237
& quod per ſe non moueatur argumenta 238
anima non motio ſubſtantialis 172
anima quieſcens mouet corpus ex Ariſt. 238
anima mouens à quibus aliquãdo impediatur 233
anima per ſe immobilis diſputatio 177
animæ effectus nõ propriè ſunt motus animæ 238
animã patitur à phantaſmatib. 237
anima concupiſcens quæ appetat 246.247
anima intellectiua quid 171
anima intelligens cur non motus ſit cauſa 233
animæ rationalis eſſentiæ initium infinitum eſt 270
anima rationalis vna eſt in nobis 260
animæ rationalis & irrationalis an vnum ſit ſubiectum 271
anima rationalis, quomodo ſit ſeparabilis & inſeparabilis à corpore 276
mathematicè à corpore viuo ſeparatur, 277 ſeparatur multis modis 277 & 280
quando benè ſuccedat 277
Eius ſeparatio propriè eſt mentis agentis 277
animæ libertas qualis 245
animas qui circum errare voluerint 274
animus propriè mens eſt 249
animum eſſe diuinum quid 274
animal formam & materiam à femine accipit 248
animalium corpora an dicantur propriè mixta 111
animalia quare tantùm in terra & aqua 145
animalium diſtinctio ſecundum motum 240
animalia quare non omnia memoria ſint prædita 232
animalia cætera an rationẽ habeant 250
animalia quæ diſciplinæ ſint capacia 227
ἀόρατα quæ 210.211
apodixes ſeptem circa proprietates motuum 68.69
appetitiua potentia ſeu ὄρεξις quid 244
appetitus naturalis qualis, ibi. voluntarius qualis 244. 245 ſenſitiuus qualis, 245 ſequitur ſenſum, 243 in animali-

bus eſt triplex, ibid.
appetentis animæ gradus 243
ἁπτόμενα quomodo dicantur 65
ἀφὴ vnde deriuetur 291
ἀφὴ & συνέχεια quomodo differant 66
aquarum originem in tartaro poſuit Plato 125
aquarum differentiæ 126
aqua frigidior cur non citius cõ caleſcat 123
arbitrium an habeamus 268
argumenta in 8 lib. phyſicor. 9. 10 de generat 23. 14 de cœlo, 10. 11. 12 de meteoris 14. 15 de anima 16 de animalib. 17. 18
Ariſtoteles quare phyſica maximè excoluerit, 8 ob multas cauſas legendus, 6 laus 6 libri de animalibus non publicè legendi, 6 Græcè legẽdus 6 ſtylus qualis, 6. 7. 8 ſtylus in lib. de animal. qualis, 17
Ariſtot. quare facultatem nutritiuam potentia corpori ineſſe dixerit 199
artium materia ſeu ſubiectũ 48
ars circa quæ verſetur 1
artes omnes quomodo ad philoſophiã accommodentur 3
artium omnium finis 3
artes ſubtiliores in qua facultate 183
artifex quas ſpecies conſyderet 179
aſſatio 243
atomi non ſunt infiniti 88
auditus ætymõ 201 quid 211 organa, obiectum modus 11
augmẽtatio quid eiuſdemq́ organa 197 modus & cauſæ ibid. à calore natiuo fit 200 quando fiat ibid. non ſolùm ſecundùm materiam ibid.
Auſteri & acerbi differentia 215
axiomata vniuerſalia quædam dici poſſunt 22

B

Βίος & βιοῦν de quibus dicã tur 272
bonum ſummum non eſt coniũctum materiæ 37
bonorum gradus tres ſunt 281
brutorum phantaſiam ad rationem accedere qui crediderint 272

C

Calor 102
caliditas ibid.
calidum ibid.
calidi, caliditatisq́ effectus 140
καθ᾽ αὑτὸ vide fol. 47
caro non eſt tactus organũ 219
cauſarum tractationis commendatio 43
cauſa quid ibid.
cauſæ & principij diſcrimen vide principium
cauſarũ methodica diſtributio 44. 45
cauſarum tabula vide principiorum tabulam
cauſarum generalis tractatio 43 44
cauſæ efficientes vide efficiẽtes
cauſa materialis vide materia
cauſa finalis vide finis.
cauſæ cõſeruantes nutritionem 196
cauſarum continentium diſtinctio 170
cauſæ continentes ſalutis & incolumitatis rerum 282
cauſa procatarctica 51 antecedẽs ibid. cõiuncta 52 ſine qua nõ 46
cauſæ ad effecta collatæ ibid.
Chriſti corpus in cœna in ſpiritu & veritate conſyderatur 249
Chriſti corpus non infinitum 79
cibi & potus diſcrimina 196
κινεῖν generalius quã ποιεῖν 110
climaces naturæ 19. 20
cœli motus primus eſt, 94 perpetuus eſt ibid. an ab anima intrinſecus mouẽte, ibid. aptiſſimus eſt tempus conſtituendum, &c. quare infinitus 40
cœlum tria ſignificat 88. 89 neq́ graue neq́ leue 86 ingenitũ eſt, quare mutationibus non obnoxium ibid. quomodo à reliquis naturalibus differat 93 habet naturam vniuerſalem cœleſtem ibid. non eſt vbiq́ 77. 78 paſcitur vaporib. terreis 96
cognitio duplex 22
cognitio æquiuocè dicitur 249
cogitatio ſiue διάνοια duplex 221
colores varij quando appareãt in cœlo 119
colorum differentiæ 209
cometam nõ eſſe Meteoron putãt Seneca 119
cometarum differentiæ 120
cometa quomodò differat à traijciente ſtella 120
compoſitorum partes 167
compreſſile, incompreſſile 156
commune & vniuerſale quomodo differant 22
concoctio 141. 196 differentiæ 142 finis ibid. organa 196
concretio quid eiuſq́ cauſæ & quæ corpora cõcreſcant 145. 146 &c.
conſcientia quid 266
concupiſcentia quid 268
contactus formalis quotuplex 111
continua & contigua quæ 72
continuũ mouenti eſt quod extrinſecus mouetur 66
in continuo quomodo primum vltimumq́ ſit intelligendum 64
corpus inter magnitudines ſolùm perfectum 84
corpus nullum ſine aqua & terra 145
corporis differentiæ propriæ, an ſint qualitates tactiles 108
corporum ſimilarium differentiæ 149. 50. 151
corpus quotuplex 42
corpora ſolida non ſunt ſimpliciter ſonora 12
corpora quędam quare nõ perpetuo moueantur 40
corpus infinitum an poſſit aliquod eſſe ſtatuere 87
corpus nullũ neq́ ſimplex neq́ compos infinitum eſt, ibid.
corpus nullum circulariter motum infinitum eſſe poteſt 87
corpus nullum ſenſibile ſimplex infinitum eſt ibid.
corpora oĩa patiuntur à qualitatib. ſed diſsimiliter 104
corpus diuiſibile ſolum patitur 106
corruptibile 90
corruptionis cauſa in corporibus 110
Χρόνος vnde 87
cruditas eiuſq́ differ. 144

D

Diaclaſis & de ea opiniones Geſn. 135. 136
dialecticus etiam de principijs & cauſis docet 28
diuiſio in infinitum quomodo fiat 78
definitiones de motu 73
delectatio phyſicæ finis 4

Deus

Deus in nullo prædicamento 252
Deus mentis diuinæ primū obiectum 252
Deum mens noſtra capere non poteſt ibid.
Deus eſt τὸ πρῶτον καθ᾽ ὅλου 251
Deus prouidus 59
Dei propria quæ 36
Deus nihil fruſtra facit 53
δόξα quid, & an animæ pars
dulcis ſapor 216.217
ductilia quæ 154
ductile & eorum differ. 157
durum quid 145

E

ECnephias 130
effectus ad cauſam efficientē 53
effectus vnius an plures ſint cauſæ efficientes ibid.
efficiens vna cauſa poteſt effectus contrarios producere 54
efficiens producens aliquid facit ſibi ſimile ibid.
efficientis cauſæ plures differentiæ ibid.
efficiens cauſa ad aliquid eſt & ad duo refertur 50
efficiens cauſa eſt etiā δι᾽ὸ 50
efficientium cauſarū quæ diſtinctio apud Medicos 52
efficientiam cauſarum diuiſiones 57
efficiens cauſa alteræ nō poteſt viciſsim alterius eſſe cauſa 53
elementa eſſe quatuor, 97 ſunt materia ſecunda 98 quomodo coniugantur in harmoniā ibid. tranſmutabilia ſunt in formas compoſitorum ibid. mutantur & quomodo ibid. quomodo nexum faciant, 98.99 an ſe mutuo gignant, 99 quomodo in mixtis maneant, & non, 112
elementi mutatio an niſi per medium fiat 111
elementum quid 98 quoduis habet duas qualitates 100
elementorum contrarietas fuit neceſſaria, 99 qualitates primæ & ſecundæ, 103
elixatio 142
emollibile quod 153.154
empedocles quid ſenſerit de mūdo 89
Ενδελέχεια 169.171.172
ενέργεια quotuplex 173
ens idem non eſt vnum & multa 24.25
ens quot modis dicatur 23
ἐπιλογισμὸς quid 46
ἐφεξῆς quomodo dicatur 64
ἐπιστήμη quid, & quid à παιδεία differat 1.2
ἐπιχαιρεκακία quid 246
ethica vnde & quomodo diſcatur 4
euentus videtur eſſe motus quidam 60
exhalationes omnes quare non accendentur 117
exhalationum accenſarum diſtinctio ibid.
exhalabile, non exhalabile 160
exhydrias 130
experientia quarum ſit rerum 1
ἐχόμενα quomodo dicantur 65

F

FAcultatu animæ principia vnde 181
facultates an animæ partes dici poſsint. 179
facultatum animæ diuiſio 129. 180. 181
facultas vitalis 194
facultas nutriendi ſeu alēdi corpori ineſt & actu 199
facultatum naturalium fabula perſpicua 198.199
facultates ſubſeruientes nutritioni 195
facultatis animæ motricis diſtinctio per tabulam 234
facultas quæ in nobis συλλογίζει 256
facultatum quatuor animæ Analogia ad Elementa 181
fatū & de eo meditationes per elegantes 59
fatum & neceſsitas ſi ſit an Deus non ſit orandus ibid.
fides quid 264
fides quare dicatur ſubſtantia 257
fideles quomodo veſcātur Chriſto ibid.
finis eſt cauſa, 55 eſt ἐνέργεια 57 eſt terminus ad quem, 56 diſtinctiones plures 56.57 quidem eſt ἔργον, 57 omniū rerum Deus eſt, ibid. finis & ſcopi diſtinctio 53 finis effectum præcedit 44 nobiliſsima eſt cauſa ibid.
finitum vide infinitum.
finitum ab infinito non patitur 88
firmamentum quid 95
firmamentum vnum gradū percurrit ducentis annis ibid.
fiſsile, infiſsile 157
fons vnde dictus 125
fontium origo vnde 270
fontes & quæ inde oriantur aquæ 125
forma eſt diuinum principium 33 phyſica forma quid philoſophis ibid. eſt actus, ibid. forma vniuerſalis non gignitur aut corrumpitur, 34 ſubſtantialis, 48 vtrum aliqua communis & prima, 49 materiæ appetitum non excitat, 34 melior quàm materia, 37 mouet materiam, 237 externa non eſt commune ſenſibile ad viſum & tactum, 106
formæ diſtinctio, 49
formarum diſtinctio methodica 33 34 numerus maior quàm rerum quæ ſub ſenſum cadunt, 33 gradus ſeu climax 34 quæ rebus inſunt diſtinctio, 170
formas ex elementis prodiiſſe non abſurdum eſt dicere, 270
formabile, informabile 155.156
fortuna & de ea meditationes non iniucundæ 60
fortunæ variæ ſignificationes 61 etymon & varia nomina ibid. eſt cauſa efficiens, quæ accidit, &c. ibid. poetarum genius quidam f. eodem omnium actionum humanarū non eſt domina 61
foueæ ſiue βόθυνοι quando apparent 115
fragile non fragile 155
friabile ſeu ψαθυρὸν 158
frigus 102.103
frigiditas 102
frigidi, frigiditatisq́ effectus 140.141
flatuum diſtinctio 117
flatum alia diſtinctio 130
flexile 154
flumina an interdum deficiant 116

fluuius 125
fulgur quomodo fiat quorundã opinio 133
fulminum differentiæ ibid.
fulmina non ſunt à Ioue ſecundũ Plinium ibid. 134
vbi generentur ibid.

G

GAzę error 18
Generatio duplex, 110 du⸗pliciter fit, 109 rerum natura lium à cœlo dependet, 107 quot & quæ requirat, 199 ſubſtantiarum nõ eſt motus, 68. 108 vnius eſt alterius cor ruptio, 108 quid, eiusq́ obie⸗cta, organa, 197. 198
generationis ordo 108 finis, 109 diſcrimẽ cum mixtione, 111 cauſa eius prima, 108 eius principia, vide Principia.
genitum 90
γεῦσις vnde 201
γλισχρὸν 137
grando vide fol. 122 & 123
grando non fit altioribus locis ibid.
grandinis materia 124
grando æſtate minus fit ibid.
quando fiat, 122
grandinis altitudinem granorũ magnitudo oſtendit 124
grandinis generatio ibid.
grauia quomodo dicantur per accidens deorſum moueri 68
guſtus quid 213
guſtus organa, medium obiectũ ibid.
guſtatus quidam tactus eſt 215
ſuperat odoratum 214

H

HAbitus vide priuatio
halo quid, & vbi generetur 134
harmonia quid 212
heraclitus quid ſenſerit de mun do 89
hiatus quando appareat 118
hominis finis quis 56
homo habet aliquid melius a⸗nima 38
homo non habet continuum o⸗doratum 223
homo quo pacto procedat 242
humidum 103
hyems qualis anno 1560 114

I

IGnis Elementaris cauſa effici⸗ens, & conſeruans 100
ignis factitius corrumpit ibid
ignis noſtri flãma ſuprema non eſt viſibilis ibid.
ignis ſupremus non eſt negan⸗dus ibid.
ignem an ſupra aerẽ videamus 205
ignis vnde ſurſũ moueatur 100
ignis differentiæ quæ ibid.
ignis fatuus 119
imaginatiua facultas quæ 224
imaginatio & ſenſus commu⸗nis in vnũ coniungũdi ſunt 223
impiorum infœlicitas 281
impoſsibile & falſum non om⸗nino idem ſignificant 91
impoſsibile, & non impoſsibile 155
incorruptibile 90
infinitum phyſicum de quibus accipiatur rebus 76
infinitum eſſentia ex priuatione tantum intelligitur ibid.
infinitum vt circulus & genera tio ibid.
infinitũ quot modis dicatur ibi.
infinitum materiæ maximè con uenit 77
infiniti diuiſio ibid.
infinitum actu nullum eſt ibid.
infinitum à finito pati impoſsi⸗bile eſt 87
infinitum in genere quantitatis eſt 24
infinitum an poſsit eſſe inſenſi⸗bilibus rebus 77
inflammabile, vide Vſtile
ingenium eſt in intellectu poſ⸗ſibili 261
ingeniorum excellentiam qui habeãt, eorumq́ differ. vnde 185
ingenitum 90
intellectus θεωρητικὸς quid 260. 266
intellectum agentem immorta⸗lem eſſe & à corpore ſeparã⸗bilem 288. 289

L

LAc quare concreſcat 147
λαμπρὰ quotuplicia 291
lacteus circulus quid 171
lacus vnde dictus 126
libri de cœlo quare poſt phyſi⸗cos lib. ordine ſequantur 10
libri de cœlo non inſcribendi de mundo 13
liber de Mundo non ponendus poſt lib. de cœlo 13
libri de anima an rectè lib. Me⸗teor. ſequantur 162
linea vtrum ex punctis compo⸗ſita 85
linea nõ poteſt diuidi in inſeca⸗bilia ibid.
λεπτὰ καὶ ἄλυτα vide fol. 148
locus non eſt extra cœlum 69
locus locato æqualis 74
locus debet totum continere 75
logica philoſophiæ inſtrumen⸗tum non pars 2
quomodo & vnde diſcenda 4
lumen duplex eſt 269
non eſt corpus 164

M

MAteria 47 eſt apta ex qua aliquid producatur, ſed non ſemper fit 31 dicitur eſſe & non eſſe, 31. 30 non propriè cauſa eſt, 43 ma⸗lo participat, 37 eadem an pluribus formis & corpori⸗bus ſubijciatur, 108
materiæ gradus in rebus com⸗poſitis 31 diſtinctio metho⸗dica, 31. 32 effectus propriè non dicitur, 43
Mathematicus quas ſpecies cõ⸗ſyderet 170
Mathematicæ artes an philoſo⸗phiæ partes 2
Medicus imitatur naturam 35
μέγεθος dicitur ἐπιπλέον 84
memoria quid, eius obiectum, officium, organũ, 232 nõ eſt phantaſia, ſed nõ ſine ea, 231 vbi memoriæ ſedes, ibid. ad communẽ ſenſum referenda ibid nõ eſt futurorũ, nec præ⸗ſentiũ, 232 prẹteritorũ eſt ſine ſenſu, ibid. eſt paſsio primi in⸗terioris ſenſus ibid.
memoria & phantaſia ſubiecto differunt, 229
memoria & reminiſcentia diffe runt 232
meteororũ etymologia 14 va⸗riæ ſignificationes 113 effici⸗ens cauſa 118 diſtinctio 114 non certa cognitio 14 lib. 4 ponendus poſt lib. generat. & corr. 15 Elenchus 114. 115. 116. 117 tabula in ſumma re⸗gione generatorum 118

miſe⸗

miſericordia quid 246
mixtionis à compoſitione ſeparatio 111
mixtio quotuplex ibid.
mixtionis et generationis diſcrimen ibid.
μνημόνευμα & phantaſma qd differant 229
mobile primum ſecum rapit inferiores 95
molle quid 145
montium origo qualis 101
montes quare hypernepheli & hyperenemi 127
mors quid 175
motus quid 62
motus definitio homonyma credi poteſt ibidem
motus proprie ſecundum accidentia eſt 63
motus finalis cauſa eſt terminus ad quem ibidem
motus principium non in tempore fieri ibidem
motus principium, non eſt motus ibidem
motus principium ſolam habet potentiam ibidem
motꝰ differt tẽpore & re 63.64
motus nullus in momento temporis fieri poteſt 69
motus violenti ſpecies 71
motus quæ deſyderet ibidem
motus quot modis vnus dicatur ibidem
motus regularis vniformis habetur 66
motus vltimus non fit 66 67
motus rectus circulari minime eſt contrarius 86
motus diuturni non ſunt contrarij 86
motus totius circuli, totius eiuſdem motui nõ euadit contrarius ibidem
motꝰ in animali quotuplex 234
motus in animali cauſæ efficientes ibidem
motus in animali organa ibid.
motus animalium ſecundum locum quot modis fiat 241
motus quid conferat nutritioni 196
motus alius calefacit, alius refrigerat 68
motus ſecundum locum quotuplex 85
motionũ ratio & proportio 69
moueri per accidens quæ dicantur 71
motionis primũ tempus qd 72
in motu animalis quæ conſyderentur 241
motrix facultas ſequitur appetitum, qui & eius cauſa 232
motus aptitudo vel ineſt formæ vel materiæ 40
mundus totus eſt σύμπνους 124
mundus vnus tantum 88
mundi plures fieri impoſsibile eſt ibidem
mundus quare perfectus dicatur eſſe 92
mundi partes non ſimpliciter perfectæ ibidem
mundus eſt totum ibidem
mundum qui ingenitum eſſe dixerint ibidem
mundum qui genitum eſſe dixerint ibidem
mundus an æternus ibidem
mundus ſufficit ad omnia corpora naturalia excipienda ibidem
medium an detur inter dextrum & ſiniſtrum 93
mundus non immortalis 89
mundus reſtaurari poſt interitum poſſet ibidem
mũdus nõ poteſt infinitꝰ eſſe 97
muſculus non eſt tactus organum 219

N

NAſus nõ eſt odorandi inſtrumentum 213
naturæ definitio 39. deſcriptio 36. diuiſio 41. vocabulum quid ſignificet 35. varia nomina 35. finis ibid. climaces 19.20
natura quare dicatur principiũ motionũ 39. cognata eſt creationi, fortunæ, arti 35. non quiduis ex quouis producit 31. vtrum ſit Deus 33. 36. vniuerſitatis quid Plat. Ariſt. 41. Medicis Craſis dicitur 42. cauſa per ſe eſt 40. nihil producit propter finẽ externum 56
natura rerũ quare meditanda 4
naturalis philoſo. vide phyſica.
naturalis facultatis hiſtoria 200
naturalium rerũ quomodo ſcientia eſſe poſsit 4
neceſsitatis plures differẽtię & meditationes 58
nix vide ſol. 122
notionis quot ſint 22.23
notitia quid, & quotuplex 265
nubes vide ſol. 122
numerus, numeratus, vel numerans quid 81
nunc, fingitur tantũ moueri 82
νοῦς Ariſtoteli quid 249
νοῦς φυσικὸς δυνάμει ἐστι 254
νοῦς ποιητικός τίς ἐστι 254
nutritio quid 195
nutritio à calore natiuo fit 205
nutrimenta minimum in corpus agunt 106

O.

OCuli ingenium indicant 208
odium quid 246
odoratus etymon 201
odoris eſſentia quid ſit non ita facile eſt dicere 213
odorum differentiæ ibid.
odorandi inſtrumentum non eſt naſus 213
oleum quare nõ coaguletur ſed concreſcat 147
olfactus quid 212
olfactus organa, obiectum, medium 212.213
opinio quid 264
opinari & putare quid differant 256
ὄρεξις vnde 201
ordo in phyſicis neceſſarius 5
ordo in legẽdis li. de animal. 19
oriens cur dextra dicatur 93
ὀσφραντόν quid 213
παιδεία quid, & quid ab ἐπιστήμη differat 1.2
palus 125
paradoxum quid 34
parmenidis error 24
paſsio 106
per ſe quot modis dicatur 41
phantaſiæ cognitio 249
phantaſia quotuplex 184
φαντασία, φανταστικόν, καὶ φάντασμα quid differãt 230
phãtaſia latinius quomodo nominetur 226
phãtaſia de quibus dicatur ibi.
phantaſia præſentium & abſentium qualis ibid.
phantaſia præſentium ne an præteritarum ibid.
phantaſia circa artes in alijs animalibus peculiaris eſt ibid.
phantaſia in homine vniuerſalior eſt 227
phantaſia veluti Mercuriꝰ 227
phantaſia quot modis dicat 227
phantaſiæ officia 228 (ibid.
phãtaſia quomodo differat à ſenſu
phãtaſma & μνημόνευμα quid differant 229

phantaſia alia λογιστικὴ, alia αἰσθητικὴ 221.227
phantaſiæ appetitus diuiſio 193
phantaſia quomodo differat à ſenſu communi 224. 225. 228
phantaſia & memoria ſubiecto non differunt 229
Phantaſia quando imperet ibid.
phantaſia an phantaſmata ipſamet iudicet ibid.
philoſophiæ variæ definitiones 1
philoſophia ἐγκυκλοπαιδεία eſt 5. naturalis circa quæ verſatur 84
philoſophiæ variæ definitiones 1. pulchra deſcriptio 55. partes quæ 2. partium ſubiecta 3 partium analogia ad corpus humanum 2. officia 1
philoſophici habitus qui, & in quo differant 1
philoſophia Naturalis vide phyſica, vel Naturalis
phyſica, vide Naturalis philoſophia
phyſicæ ſubiectum 4
phyſicæ quis finis 4.5
phyſica vnde & quomodo dicat 4
phyſica quomodo ab Ariſt. appellata ibid.
phyſica poſt moralem & rationalem ſcientiam tradenda 6
phyſica theologo neceſſaria eſt 5
phyſicæ qua modeſtia opera danda 5
phyſicus quas ſpecies conſyderet 170
phyſicus quæ accidentia conſyderet 2
phyſici libri Ariſt. quinquaginta 8
phyſici Ariſt. tractatus nouendecim 8
phyſicorum lib. 8. quare commune habeant nomen: quare ἀκροάσεως inſcripti: quæ præcipua tractatio: quæ diuiſio 9
phyſiognomiæ rationes 223
πίδαξ 125
πηγὴ 125
pinguis ſapor 216.217
planetæ colorem proprium cur mutent 97
planetarum ſphæræ cur in orientem ab occidente mouean tur 95
Plato tres animas cõſtituit 287
Plato quot poſuerit principia 28
Plato quid de mundo ſenſerit 89
pluuia vnde 122
poſsibile et verum non omnino idem ſignificant 91
ποταμὸς 125
potentia ſeu δύναμις 173.174
potentiarum diuiſio ex Simpl. 161
potentia quanta ſit, per maximũ determinanda 90
preſsilium corporum differentiæ 156
principia non ſunt neganda 25
principia αὐτόπιστα quæ 25
principia ex ὑποθέσεως 25
principia ex prioribus & poſterioribus pendent 25
principia quædam per ſe, quædam per accidens 30
principia ſunt contraria 23
principia tria eſſe 23
principia eſſe contraria quomodo demonſtretur 29
principia diuerſorũ philos: ex Plutarcho 29
principia generationis rerum quæ 29
principiorum nullæ ſunt probationes 75. tabula 26. 27. cognitio eſt coniecturalis 23. diſtinctio alia 30. notitia eſt in mente agente 184
principij & cauſæ diſcrimen 29
priuatio quare ſecundum principium 32
priuatio iunctam habet ſecum potentiam 32
priuatio & habitus nõ ſunt proprie cõtraria 30
priuatio mera negatio Geſnero 32
priuatio alia omnimodo alia habitus 32
priuationis proprietas 32
proprietates occultæ qualitates ſecundæ dici poſſunt 104
prouidentia 59
prouidentia vel ſibi vel alij & ſimul fruendi modum futurũ prænoſcit 60
prudentia quid 264
pudor quid 246
putare & opinari quid differant 256
puteus vnde dictus 125
puteus quomodo à lacu differat 125

Q

Quadrupedes viuiparæ quomodo progrediantur 242
quadrupedes ouiparæ quomodo incedant 242
qualitates primæ quare ſic vocantur 102
qualitates elementorũ non ſunt cauſæ per accidens 102
qualitates in elementis primæ, quid poſsint 102
qualitates actiuæ & paſsiuæ quæ 104
qualitates ſecundæ quomodo ſentiantur 104
qualitates ſecundæ quomodo generentur 104
qualitatum ſecundarum ordo & diſtinctio 105
quid ſemper ſit, & nunquam ſit 79
quies contraria eſt motui ſimpliciter conſiderata 40
quies quotuplex 74
quintum eſſe oportet corpus ſimplex 85

R

Rationis etymon 248
ratio cur in multis pereat, vel manifeſte lædatur 271
rationalis potentia quare inorganica dicatur 261
ratio & ſenſus in quibus conueniant & differant 262
ratiocinatio quando falli poſſit quando non 193
reminiſcentia 223
rerum naturalium cauſa 110
rerum omnium quotuplex differentia 42
res artificiales & naturales vtrum ſubſtant. aſcribendæ 42
reſolutio fit ad vnum primum 32
riuus vnde dictus 125
ros vide fol. 122
ruptile & non ruptile 155

S

SAl quare cibis addatur 214
ſalſus ſapor 216.217
ſanguis cur craſſeſcat ſeu concreſcat 147
ſapientia quid 55
Sapientia in qua facultate animæ 183
ſapientes quam finem ſibi proponant 55
ſapor quid 213
ſaporis etymon 214. medium 214
ſapor quid Theophraſto 215

ſapor

ſapor à quo fiat Ariſt. 215
ſaporum differentiæ 213.214. 215.216
ſaporũ oppoſitio in tabula comprehenſa 215
ſapor ex quibus qualitatibus fiat ex Gal. 217
ſapor acris 216.217
ſapor inſipidus 216
ſapor fatuus, vide inſipidus.
Saturnus quare Κρόνος dictus 78
σκίδνασθαι 138
ſcala ad ſeparationem animæ 277
ſcientia quid 264
ſcientiarum materia ſeu ſubiectum 48
ſcientiæ, in qua facultate locũ habeant 183
ſciens ex anima & ſcientia compoſitus eſt 265
ſecabile, inſecabile 157.158
ſenſus etymon 207
ſenſus definitio 208
ſenſus duplex 208
ſenſus quiuis vnum obiecti genus habet 202
ſenſum circa quæ decipi contingat 203
ſenſus quarum rerum iudex ſit 203
ſenſus interior quid 220
ſenſus interiores quotuplices ex varijs authoribus 220
ſenſus communis obiectum, officium, organum 221
ſenſus communis quare ſic dictus 227
ſenſus communis & imagines recipit et receptas iudicat 222
ſenſus communis officia qualia 225
ſenſus communis contraria quomodo cognoſcat ibid.
ſenſus exterior quintuplex 208
ſenſus quid à mẽte differat 240
ſenſus & phãtaſia in quibus differant, & in quibus conueniant 230
ſenſus communis magis eſt actio 224
ſenſus exterior magis eſt paſſio ibid.
ſenſus alius per vnum, alius per plura media fit 204
ſenſus per ſe pati 236
ſenſus quomodo differat à phantaſia 228
Senſus cõmunis quomodo differat à phãtaſia 224.225.228
ſenſus communis quare ratius erret 193
ſenſus & ratio in quibus conueniant & differant 262
ſenſus etiam à paruis ſenſibilibus mouentur 208
ſenſus non patiuntur & non alterantur 239
ſenſus vtrum ſemetipſos ſentire ſeſe ſentiant 206
ſenſus quomodo rerum ſpecies apprehendant 207
ſenſuum vocabulorum germanic. etymologiæ 207. ſenſuũ nomina ad intellectum quoque accõmodantur 202 progreſſus in ſentiendo 203. interiorum ordo, & quomodo ſeſe ſequantur 222. interiorũ diſtinctio ibid.
ſenſiliũ diſtinctio 203. quomodo mentem habere dicantur 207. quando & quomodo nõ recte à ſenſu communi percipiantur 205. communia quinque 206
ſentire 253
ſiccum 103
ſimilitudinibus non facile fides habenda 271
συναίτια quæ 45
συνέχεια & ἁφὴ quomodo differant 66
συνεχῆ quomodo dicantur 65
ſol luminis principium eſt 164
ſolem mundi animã Plinius vocauit 96
ſol an calidus actu 106
ſomnus quid, eiuſdemq́ cauſæ 196.197
ſonus quid 211
ſonorum differentiæ ibid.
ſoni quot modis fiant 22
ſpes quid 245
ſpes alit animos piorum 281
ſphæras quot poſuerint veteres & poſteri 95
ſpiritus an rerum naturalium omnium forma 167
ſpiritus animę inſtrumentũ 168
ſpiritus quomodo ſua tenuitate terræ motum facit 127
ſpongiæ non habent phantaſiam 229
ſtellarum quot differentiæ 96
ſtellæ fixæ an videantur ſcintillare ibid.
ſtellæ traijcientes vbi fiant 120
ſtellarum traijcientium generatio 122
ſtellas & cœlum paſci vaporibus terreis 96
ſtirpiũ corpora an proprie mixta dicantur 111
ſubiectum vnum plures poteſt habere formas 34
ſubiectum quale librot. de cœlo 10

T

TActus etymon 201
tactus quid 218
tactus medium, organum obiectum 218
tactus ſenſus quot modis dicatur ibid.
tactus ſenſus an vnus ibid.
tactus inſtrumentum ſecundum Ariſtot. ibid.
tactus organum nõ eſt caro nec muſculus 210
tactus cur ſit neceſſarius in mixtione 110
tactus actione & paſsione communior eſt ibid.
tangere ſe quæ dicantur 111
τεγκτά 137
τέλος 55
tempus vnde dictum 78
tempus quid 73.80
temporis definitio 81
temporis notio difficilis eſt 79
tempus mente tantum percipitur 79
tempus nihil aliud quàm motus 79
tempus infinitum potentiâ ibidem
tempus an ſit genus ibid.
tempus eſt ſpacium, &c. ibid.
tempus cur ex ſolis vertigine deſcribatur 79
tempus quid ab vnitate differat 82
tempus ceu flumen eſt Ouidio 80
tempus quomodo cognoſcatur 80
temporis vocabulorum diſtinctio 82 83
tempus terminatur inſtantibus 83
tempus perdit & gignit per accidens 83
tempore, quæ in eo ſunt tabeſcunt 83
tempus non eſt extra cœlum 89.

τέταγος ἢ τετάγη 125
terram in medio quid contineat 101
terræ an duplex ſit centrum 101
terra omnium mixtorum ἑστία 124
terræ motus quot modis erumpant 130
terræ motus diſtinctio ex Ariſt. 130.131
terræ motuum figura 132
terræ motus hiſtoria mirabilis ibidem
terræ motus alia hiſtoria 133
theologorum reprehenſio 1
theoremata de motu 72.73
theoremata alia de motu 74
timor quid 246
tinctile & intinctile 154
tonitru quid Plinio 134
tonitrui cauſa ibid.
torrens vnde 125
tractile & non tractile 156
tractilium differentia 156
traiiciens ſtella & cometa quomodo differant 170
triſtitia quid 246
typhon 130

V

VAcuum nullum datur in natura 75
vacuum nõnulli ſimpliciter tollunt, aliĩ diſtinctius 75.76
in vacuo nihil mouetur 75
vacuum non eſt extra cœlum 89
vapor humidus 121
Velcuriĩ error 32
venena ſolum agunt 106. non patiuntur
veneris ſtella cur nunquam longius 96
ventus an ſit aer mobilis 127
ventorum motus obliquus 127
venti viginti quatuor apud Vitru. 128
ventorum expedita deſcriptio pro pueris ibidem
ventorum nomina, ſitus et ordo 129
venti non fiunt in aere ſuperiore 127
ventus non vnus ſed plures ſpecie differentes ibidem
verecundia quid 246
vinum diuerſorum generum eſt 150
Viſus organa 209
viſus eſſentia in quo conſiſtat 208
viſus definitio 210
viſus etymon 201
viſus cauſæ quatuor quæ 208
viſio quomodo fiat 209
viſio an extramittendo & recipiendo fiat 211
virtus quid 185
virtutes in qua facultate animæ 183
virtutes ſunt intellectiuæ et morales 185
virtutes intellectiuæ quæ 264
virtutes morales quæ ibid.
virtus eſt κατὰ προαίρεσιν omnino 246
virtutum moralium alia diſtinctio 185
vita quid 175
vitium eſt κατὰ προαίρεσιν non tamen omnino 246
vniuerſum ex omni naturali & ſenſibili corpore conſtat 89
vniuerſale, vide commune.
vnum quot modis dicatur 24. 66
vocis differentiæ 212
voluntas quid, & quotuplex 267
voluntas ad intellectum ſe habet 243
voluntas non differt ab intellectu genere 243
vſtile, non vſtile 159
vtilitas doctrinæ de anima 162
vulgares quem finem ſibi proponant 55

Y

ὑπέκκαυμα quid Ariſtoteli 113
ὕλη 48
ὑποκείμενον eodem 48
ὑπόστασις 55

Z

ZOõ de quibus dicatur 272
zoophyta cur non quoq; mouentur loco 238

FINIS.

CONRADI GESNERI TIGVRINI PHYSICARVM MEDITATIONVM LIBER PRIMVS:

Qui eſt,

DE PRINCIPIIS ET CAVSIS CORPORVM NATVRAlium, *& quæ hæc ipſa proximè ſequuntur.*

De Philoſophia, cui Phyſica ceu pars ſubijcitur, quædam in genere meditationes.

QVOD ad nomen *Philoſophiæ*; malè videntur facere, qui Philoſophię tùm doctrinam tum nomen traducunt & condemnant ſimpliciter: nam quo ad nomen, & quo ad rem, operam dat rebus diuinis humanisq́, & meditatur ſedulò, conaturq́ in earum cognitione proficere, quantùm quidem homini aut neceſſarium aut vtile eſt. Nec Theologiam ipſa reijcit, ſed veluti caput ſuum agnoſcit. Theologos verò illos, qui nulla rerum neq́ naturalium neq́ humanarum cognitione inſtructi, alios docere volunt, & ſacra eius interpretari tanquam arrogantiores, & ita affectos, vt ſi quis ſolùm caput homini ad vitam ſine pectore, ſine ventre, & membris ſufficere clamitet, reijcit.

2 Philoſophia *definitur vel à*
- Partibus. *Sic enim definitur à*
  - Pythagora. *Agnitio entium naturæ, quatenus entia ſunt.*
  - Cicerone: *Cognitio diuinarum humanarumq́ rerum.*
- Etymologia: *vt, Amor ſapientiæ.*
- Fine, *ſecundum Platonem: Meditatio mortis, voluntariaq́ & naturalis.*
- Vltimo *fine: Aſsimilatio ad Deum, quantùm homini poſsibile eſt.*
- Subiecto *& ſimili, & ſimul à fine: Perfectio animæ, & medicina corporis.*

3 Philoſophici *iſti habitus ſæpe inter ſe confundũtur.*
- Ars.
- Scientia.
- Sapientia.
- Prudentia.
- Experientia *ſeu peritia:*
- Philoſophia.
- Cognitio.

Differunt *tamen: nam*
- *in probabilibus verſatur,*
- *in certis & conſtantibus.*
- *in diuinis.*
- *in humanis actionibus.*
- *in reb⁹ ſingularib⁹ & exercitatione.*
- *generaliſsimum ad bonas & vtiles actiones.*
- *ad mala etiam & inutilia.*

¶ Παιδείαν verò Ariſtoteles libro primo de partibus animaliũ, & libro primo Ethicorum cap. 3. ſolertiam nominat, vſu & exercitatione comparatam nimirum, quæ de rebus iudicare poſsit probabiliter: nam ſi cum demonſtratione fiat, ἐπιστήμη eſt. Πεπαιδευμένος, ὅστις κρίνει καλῶς περὶ ἑκάστου, qui rectè de ſingulis iudicare poteſt: vel qui πολυπειρίαν ἐν λόγοις καὶ πράγμασιν ἔχει, vt Euſtrath. interpretatur, peritus, benè liberaliterq́ inſtitutus. Qui autem benè eſt inſtitutus, iudicat quę videt & audit, non quidem demonſtratiuè, ſed ſingula referendo ad principia quędam ceu ad locos communes, quos ipſe ex vſu rerum animo ſibi concepit. Ergò non ſolùm ἐπιστήμη vniuerſalia quædam habet, ſed etiam παιδεία. Poteſt autem homo vnus ἐπιστήμην habere plurium rerum & artium, παιδείαν verò

& ἐμπειρίαι nõ item. In uniuerſum ἐπιστήμη eſt ſcientia & contemplatio vniuerſalium, circa cauſas & principia rerũ. Παιδεία uerò, ideſt peritia, uniuerſalia particularibus aptè accommodat, & de ſingulis certa ratione diſſerit. Sic etiam in ſingulis ſcientijs ἐπιστήμη & παιδεία ſua eſt.

4 Τῆς φιλοσοφίας μόριον τὸ

- Πρῶτον, τὸ μετὰ τὰ φυσικά, περὶ τὰ ἄυλα παντάπασι, τὰς πρώτας καὶ ἁπλᾶς οὐσίας, τὰ ἁπλῶς εἴδη. *Pars philoſophiæ prima, de abſtractis à materia ſubſtantijs, de primis & ſimpliciſſimis eſſentijs, quæ ſimpliciter formæ dicuntur.*
- Δεύτερον, περὶ τὰ ἔνυλα παντάπασι, τὰς δ' δευτέρας οὐσίας: ὧν τὰ εἴδη τινῶν ὄντα εἴδη ἐξ προσθέσεως, θεωρεῖ.
- Τρίτον, τὸ μαθηματικόν: τὸ περὶ τὰ μεσαπῶς τῶν ἀΰλων τε καὶ ἐνύλων: τὰ ἐξ ἀφαιρέσεως ὄντα. ἀφαιρουμένη γὰρ ἡ ψυχὴ διὰ νοήσεως αὐτῶν τῆς ὕλης, οὕτως αὐτὰ κεχωρισμένα ὡς ἄυλα θεωρεῖ: *vt ſunt magnitudo, numerus, figura, ſonus. Quanquã nõ ſunt* οὐσίαι, *ſed* συμβεβηκότα, *poſt* οὐσίας, *tamẽ collocantur: non poſt primas quibus nihil accidit, ſunt enim planè ſimplices, ſed poſt ſecundas, à quibus accidentia quædam ſeparari poſſunt cogitatione, & à mathèmatico conſyderantur: alia non poſſunt ſeparari, & conſyderantur à Phyſico: quæ ſcilicet accidentia ſunt rebus propria & per ſe, ita vt ſemper in omnibus inſint. Nam vaga & non propria accidentia, ſoli ſenſui relinquit Phyſicus: propria verò & per ſe, ipſe à ſenſu incipiens conſyderat: ſed ſenſus indiuidua tantum; Phyſicus & ratio* καθόλου.

¶ Philoſophiæ hæc diuiſio triplex eſt; vt apparet, & aliam uocat primam, aliam ſecundam; & quandam etiam tertiam: legimus autem apud authores communiter de prima & ſecunda tãtùm, tertiam verò non item: nam Mathematica philoſophia potius ad præparantes & ancillantes ſcientias referenda.

PHILOSOPHIAE TRIPARTITA DIVISIO alia, & communior.

5 Philoſophia omnis aut eſt

- Prima *ſiue Theologia, & vera ſapientia, quæ aliarum velut caput eſt, & ſummas omnium rationes continet: è qua & Phyſici & Ethici, & omnium artium bonarum atq; ſcientiarum ſtudioſi, omnes deniq; homines, omnis bonæ cognitionis, omniumq; actionum ſumma principia petunt ac mutuantur.*
- Secunda *autem Philoſophia eſt ac dicitur, quam Naturalem appellant, de rebus omnibus corporeis & naturalibus quatenus mouentur.*
- Tertia *non tàm in contemplatione quàm actione hominum poſita; unde & Practica appellatur: cum ſuperiores duæ Theoricæ ſint.*

¶ Logica & Mathematica, organa quædam ſunt potius Philoſophiæ, quàm partes eius.

PHILOSOPHIAE ANALOGICA AD corpus humanum partitio.

6 Quot *res ſunt, ideſt, quot ſcibilia, totidem etiam ſcientiæ, hoc eſt, Philoſophiæ partes ſummæ, & proximè ſubiectæ primæ: aliæ verò ex his oriuntur: quemadmodum humanum corpus in ſummas & maximas partes, caput, thoracem, & artus diuiditur, atq; hæ rurſus in alias: ita & Philoſophia in*

- Theologiam *ceu caput, & principium ſenſus & motus.*
- Phyſicam *ceu thoracem.*
- Ethicam *& Politicam, quæ velut artus & membra ſunt, actionibus ſimiliter deſtinatæ.*

⊕

Thọrax

⊕ Thorax *rurſus in ſuas partes diuiditur ſed non principales.*
Membra *quoq; in ſuas; ut brachium & digitos, palmam, carpum, cubitum. Sic Phyſica in*
- Coſmographiam,
- Geographiam
- Aſtronomiam
- Meteorologiam, *&c.*

Manus, *partim inſtrumentum, partim pars corporis noſtri exiſtimari poteſt: ſic* Dialectica *vel*
- Organum, *vt Ariſtoteli.*
- Pars *philoſophiæ, vt alijs.*
- Vtrunq;, *vt Stoicis.*

7 Artes *liberales omnes & ſcientiæ aut ſunt*
- Partes *philoſophiæ*
  - Primariæ, *vt*
    - Ethica.
    - Phyſica.
    - Metaphyſica.
  - Secundariæ, *& illis ſubiectæ, ὑπάλληλοι vt*
    - Phyſicæ, *Medicina.*
    - Oeconomicæ, *Polytica.*
    - Ethicæ, *Polytica, Oeconomica.*
- Inſtrumenta *ad*
  - Contemplandum *ſeorſim, Mathematica*
    - Muſica.
    - Aſtronomia.
    - Geographia.
    - Geometria.
  - Docendum *alios*
    - Loquendum, *Grammatica*
    - Confirmandum, / Refutandum, *Dialectica.*
    - Ornandum, *Rhetorica.*

ARTIVM ET ACTIONVM finis & ſcopus.

8 Artes *omnes imò omnis actio verſatur circa bonum*
- Honeſtum, *ſola Philoſophia.*
- Iucundum
  - Animi, *ſola Philoſophia.*
  - Corporis
    - Ex *ſanitate, Medicina, in mediocritate conſiſtens.*
    - Artes *aliquot illiberales, extra ſanitatem, in exceſſu aliquo.*
- Vtile: *Artes aliquot mechanicæ, quæ Oeconomicæ ſubſeruiunt, & pleraq; à Phyſica procedunt, vt Res ruſtica.*

DE PHILOSOPHIAE PARTIVM SVBIECTIS.

9 Subiectum *philoſophiæ*
- Primæ, ὁ νοῦς.
- Secundæ, λόγος, τὸ λογικὸν } ἀπαθῆ { Anima *nimirũ quatenus intelligit & contemplatur tantùm.*
- Ethicæ, διάνοια, καὶ τὸ ὀρεκτικὸν καὶ ἐμπαθὲς. *Anima hominis quatenus vult & appetit aliquid.*

De Phyſicæ, ſiue ſcientiæ de natura nomine, ſubiecto, fine ſeu ſcopo, & nonnullis alijs generalibus, meditatio.

1 Metaphyſica partim innata nobis ſunt, partim in cæteris ſcientijs à ſingularum principijs docentur: optima verò earum pars ex Chriſtiana Theologia hauriturі, vnde fit, vt ſtudia eius peculiaria ferè nulla ſint.

Ethica etiã per morales ſcientias, quibus pueri ſtatim erudiri ſolent, & à parentibus ac pręceptoribus, maximè verò ex ſacrarũ literarũ ſtudio, quid quemque deceat aut dedeceat, quęque mutua ſint hominũ officia, pręſcribente, cognoſcitur.

Mathematica, Logica, & Phyſica ex libris addiſci Philoſophorum maximè indigent, cum nulla eiuſmodi habeant adminicula, vt prædictæ.

Vtrum rerum naturalium ſcientia aliqua eſſe poſsit.

2 Miretur fortè quiſpiam, quomodo rerum naturalium cognitio, ſciẽtia conſtare poſsit, cum res eiuſmodi omnes corrumpantur: ea verò quæ cognoſcuntur methodo, hoc eſt via & ratione quadam, eodem modo ſemper ſe habeant, & nunquam intereant. Huic reſpondendum, res quidem & affectiones rerũ, quatenus in ſingularib. ſunt, & exiſtunt ſingularia, cognoſci non poſſunt, ſed ſolùm appræhenduntur ſenſibus: quatenus verò animo obijciuntur, ſub quadam vniuerſali ratione formæ nimirum beneficio, eatenus ſcientia & methodus ac demonſtratio harum rerum eſſe, dici poteſt.

Scientiam de rebus naturalibus quomodo Ariſtoteles vocarit.

3 Phyſica ab Ariſtotele aliquando *Secunda philoſophia* nominatur, quoniam rebus his quæ natura conſtare dicuntur, multò ſunt alię quædam ſubſtantiæ tùm nobiliores, tùm præſtantiores, vt ſunt diuinæ illæ atque immortales intelligentiæ, quarum cognitio *Prima philoſophia* meritò dicitur.

De philoſophiæ naturalis ſubiecto.

4 Philoſophię naturalis ſubiectum eſt corpus naturale ſeu mobile, quatenus tale eſt, ſeu mouetur. Et affectiones quæ illi vniuerſaliter inſunt, vt motus, locus, tempus, materia, forma, quæ his ſunt annexa, & quę talia videntur, cum non ſint, vt vacuum, infinitum.

Quis finis phyſicæ.

5 Phyſicæ finis eſt conſyderatio hominis, quia hæc vltima pars eius eſt, & intra ipſam: fructus verò & ſcopus ſeu finis extra ipſam, rerum cognitio & veritas: vt deambulationis alius finis eſt, pars viæ poſtrema, alius extra viam, nempe valetudo. Finẽ nacti quieſcimus: rerũ veritatẽ edocti, animo trãquilliore ſumus.

6 Finis rerum omnium vltimus, Deus eſt, ante Deum, homo. Cum igitur omnia ſint hominis cauſa facta, ideſt, tanquam dona & beneficia ei à Deo conceſſa: tres ob cauſas rerum naturas meditari debet: 1. vt rebus melius vti poſſit, & maiori cum fructu: 2. vt Deo pro ijs gratias agat, aget autem maiores, ſi dignitatem earum intellexerit: 3. vt per hos quaſi gradus ad Dei cognitionem perueniat.

Eſt & finis aliquis mentis delectatio, ſeu oblectatio potius, qua mirificè afficitur is, qui hæc ſectatur ſtudia. Vt enim oculos hominum perſtringit ac quaſi faſcinat intuitus corporum humanorum, quæ concinna ſymmetria, & decenti proportione, ab opifice Natura ſunt elaborata: vt iuuat mirum in modum in-

tueri

tueri ſtellarum tam varios,ratos tamẽ curſus; aut herbarum multitudinẽ,formã & ſuis accidentibus diſtinctam; aut ædificia mirabili ingenio artificioq́ extructa, aut deniq; alia omnia quæ in mundo vel à natura ingenioſè producuntur, aut ab arte ſubtiliter inueniuntur: eodem ſanè modo, aut amplius etiam mentẽ hominis affici credendum eſt, quæ homini præcipuè in eum finem, vt altum nimirum ſaperet, inſpirata eſt,conſideratione cauſarum,quarum beneficio hec omnia ſiue naturalia ſiue artificioſa ſint tam certo conſtantiq; ordine, tamq; admirabili ſucceſsione tùm fiunt ac generãtur, tum mutantur, tum etiã tanto tempore conſeruantur. Præſertim cum ipſa huius contemplationis vtilitas, voluptatem mentis augeat.

7 Cum Philoſophia tanquam vnum corpus ſit, & in varias ſcientias atq; artes,ceu partes & particulas diuidatur, quę omnes cõſenſu quodam afficiuntur, vnde & ἐγκυκλοπαιδείαν vocant, quæuis ſcientia ad quamlibet aliquo modo vtiles eſſe videtur,tùm aliâs tùm quoniam pręexercitatum ingenium ad alia quoque magis promptum redditur.

8 Vtilitas Phyſicę eſt etiam ad conciones. Imò vix vllus ſcripturæ Sacræ locus mihi dari poſſet, quem non dicendo ex Phyſica aliquo modo illuſtriorem redderem; doctrina namq; hæc, quæ ex rerum naturalium cognitione habetur, lucem afferet materiæ,quæ in Sacris literis continetur, ſi rectè ſuo loco adhibeatur. Accipe initium vtriuſque Teſtamenti. *Ab initio creauit Deus cœlũ & terram.* De initio,Phyſica: De creatione,Phyſica,& ſigillatim de Cœlo,Terraq;, &cæt. Liber generationis Ieſu Chriſti,&c. Quomodo non ex ſemine, ex nulla materia natus ſit,naturæ Dominus. Aliter tamen Theologus,quàm Philoſophus.Philoſophi his de rebus argutè & ſubtiliter diſputant: Rhetor autem aut concionator futurus,non ad viuum omnia reſecare debet, & quaſi ſummo iure vti (quòd ſumma iniuria & ſumma ineptia foret) ſed auditorum iudicio ſe accommodare.

Breuiter: Scopus Phyſicæ.

9 1. Cognitio ipſa,& quæ eam ſequitur voluptas.
2. Via ad agnitionem Dei.
3. Præſidia vitæ,vt ars medica, agricultura.
4. Ad Dialecticam,vt Cauſarum partitiones.
5. Ad Theologiam. Concluditur enim in Phyſicis ab Ariſtotele, vnum eſſe aliquem primum motorem æternum,incorporeum,immutabilem; *libris ſcilicet De anima.*

De modo in Phyſico ſtudio tenendo.

10 Rerum naturæ inſpectio,etſi plurimum voluptatis habet,nec non vtilitatis ad res humanas,non eſt tamẽ in ea immorandum nimium; ne ad illos tanquã Sirenum ſcopulos conſeneſcamus, & pereamus; ne tanquam lotophagorum hoſpites patriæ obliti,delicijs tantùm viuamus; veram & ſolidam aſpernati voluptatem, quæ laboribus quæritur. Nam ſicut in corporis victu, bonis & ſuauibus cibis frui licet,non nimium tamen,non ſemper, non ita vt fœlicitatis ſummam in eis reponamus, vt voluptuarij & Epicurei homines. Ita in ſtudijs quibus animus paſcitur, non nimium indulgendum eſt, vtpote Phyſicis, Mathematicis,&c. Τὰς φυσιολογοῦντας ἔφη Πίνδαρος, ἀτελῆ σοφίας κάρπον δρέπειν. Hæc non eò dico, vt ab his ſtudijs iuuenes dehorter,ſed potius vt adhorter, vt promptè alacriterq́ ea abſoluant, quô citius ad meliora feſtinare liceat. Et vt ita vtantur, ſicut vino vtimur, vt re optima, non nimium, non intempeſtiuè.

De ordinis neceſsitate in Phyſicis rebus tradendis.

11 Magna eſt vtilitas horũ Phyſicę commentariorum, vt in cæteris omnibus

quæ ordine & methodo tractantur: quod licet aliqua minus rectè, aut breuius aut obſcurius explicata ſint, ex ordinis tamen ratione eandem rem apud alios authores, eorumq́ interpretes, quorum in Phyſica maximus eſt numerus, melius, copioſius aut dilucidius tractata inuenire liceat. Omnes enim ſcriptores eiuſdem ſcientiæ, ferè de iiſdem rebus & eodem ordine differunt.

Phyſicorum librorum in tota Philoſophia ordo & locus.

12 Poſt morales ſcientias, quæ ad vitæ noſtræ inſtitutionem pertinent: & rationales, quæ veri falſiq́ cenſuram tradunt, capeſcenda erit rerum naturalium ſcientia. Hæc enim quum medium locum in philoſophia vniuerſa obtineat, animus Dialecticis & Rhethoricis præceptis inſtructus, tùm naturę contemplationem, quæ verè animorum ingeniorumq́ naturale pabulum à Cicerone dicitur, conſequutus, ad altiora ſubtilioraq́, quę à materia magis remota ſunt, & diuinitati participant, ſtratam ſibi fecit apertamq́ viam.

De Ariſtotelis, & eius librorum de natura, lectione.

13 Ariſtoteles legendus omnino tùm ſubtilitatis nomine: abundantia enim quadã ingenij pręſtabat, teſte Cicerone: tùm verò vetuſtatis aut authoritatis exemplo: Vt enim in ætatib. authoritatẽ habet ſenectus; ſic in exemplis teſtimoniiſq́ antiquitas, & ad faciendam fidem authoritas. At Ariſtotelis authoritas grauitaſq́ nõ noſtro tantùm ſeculo celebrata æſtimataq́ eſt, verùm Ciceronis iam pridẽ temporibus, ingenio diligentiaq́ longè omnium, vnico Platone excepto, habitus fuit præſtantiſsimus. Proinde etiam hodie merito eius ſcripta, ea qua ab eo ſcripta ſunt lingua, legi ac cognoſci debent.

Non quidem totus. Quędam enim eius faciliora ſunt, *vt libri de animalibus*, quàm vt publicè opus ſit exponi, præſertim ad alia ſtudia feſtinantibus: quædam obſcuriora, prolixioráque, *vt octo acroamatici libri*, qui hoc nomine interprete ægent.

Græcè legendus, exemplo vtilitatis: Primò quòd Latinè malè translati ſint ferè eius libri: Deinde quod interpretes eius boni & probati, quorum opera in eruendo eius, alioquin obſcuro, ſenſu, requiritur & maximè neceſſaria eſt, omnes ferè Græcè ſcripſerint: Tertiò, quòd ſine his perlectis, nemo noſtra ætate verè philoſophatus ſit, aut philoſophi nomen promeruerit: & ſi qui ſine iſtorum cognitione aliquid ſcribere conati ſunt, eos omnes multa ineptè & ridiculè ſcripſiſſe, quales equidẽ nominare multos poſſem noſtræ ætatis, magnę alioquin exiſtimationis viros, niſi honoris gratia illorũ famæ & nominibus parcerem. Græci ſanè Ariſtotelis & eius interpretũ lectionẽ, ſi quis tollere velit, ille omnis Philoſophię fundamentum tollit: non minus quàm Theologiæ, qui Græcam & Hebraicam vtriuſq́ Teſtamenti lectionem ſuſtulerit. In dubijs & obſcuris nunquam ſatis fit lectori diligenti, donec exemplar ipſum authoris in ſua lingua viderit.

De ſtylo Ariſtotelico, & idiomate orationis.

14 Breuis & argutus & obſcurus eſt Ariſtotelis ſtylus, & ſæpe talis eius dictio, vt non vno ſed diuerſis modis ſermo idem accipi poſsit: id quod plerunq́ in verſionibus aut non apparet, aut minus quàm in archetypo. Dictio quidem ipſa per ſe facilis puraq́ eſt & ſimplex, conſtructio verò & ſententiarum coaptatio difficilis.

Quæſtione aliquando propoſita, antequam illam ſoluat, Ariſtoteles aliam inducit, & ex huius ſolutione, ſoluit etiam primam.

In ſyllogiſmis frequenter minorem tantùm propoſitionem ponit, prætermiſſa vel maiore vel concluſione.

Cum duæ interrogationes vel quæſtiones ponuntur: poſterior ferè eſt affirmationis loco, & ſolutio prioris.

Conſtructio. Non ſolùm Atticam, ſed communem ſæpe ſyntaxin ſequitur, vt cum neutris pluralibus verba etiam pluralia addit. Ὅσα πνεύμονα ἔχει ἀναπνεῖ πάντα, initio libri de reſpiratione. Τίνα τρόπον ἐκπνέουσι τὰ τοιαῦτα τῶν ζώων ibidem. Aliquando in vna ſententia vtrumque, vt ibidem. Ὅσα ἄναιμον ἔχει τὸν πνεύμονα, ἧττον δέονται τῆς ἀναπνοῆς.

Hyperbata, aliquoties ab eo vſurpantur: vt de Meteoris lib. 1. cap. 2. Ἐπεὶ γὰρ διώρισται πρότερον, &c. multa interferuntur, & poſt nouem verſus ſequitur demum: ὥστε τῶν συμβαινόντων περὶ αὐτὸν, &c. hic demum eſt ἡ ἀνταπόδοσις ad ἐπεὶ: vel etiam adhuc inferius Ἀναλαβόντες οὖν τὰς ἐξ ἀρχῆς θέσεις, hoc ſenſu, Quoniam hæc omnia (nempe 4. eſſe elementa, & veluti materiã ſeſe præbere cœlo quod quintum elementum dicimus, & ab eo moueri, &cæt.) prius demonſtrata ſunt: ea nunc repetentes ſummatim. Sic libro de iuuentute & ſenectute ab initio ſtatim, poſt Ἐπεὶ οὖν: multò poſt redditur, ὥστε καὶ τὰ φυτά. quod & Epheſius annotauit. Alibi etiam in ἀποδόσει, ὥστε videtur abundare Latinis. Et paulò ante, Ἐπεὶ δὲ περὶ ψυχῆς ἐν ἑτέροις, &cæt. poſt duas demum lineas redditio ſequitur, Τὰ μὲν οὖν ἄλλα τῆς ψυχῆς, &cæt. Et libro primo de partibus animalium, à principio ferè, Εἰ δὴ τοῦτο ἐστὶ ψυχὴ, &cæt. ad hoc nihil redditur, ſed poſt tres verſus repetitur: εἰ δὴ ταῦτα οὕτως; ideſt, ſi igitur hæc ita ſunt. Ibidem paulò poſt, Καὶ τῆς φύσεως διχῶς λεγομένης, &cæt. poſt genitiuũ abſolutum, ſequitur ὥστε: quaſi præceſſerit, ἐπεὶ ἡ φύσις διχῶς λέγεται: vt genitiuus ille abſolutus pro verbo poſitus videatur, ſequitur paulò poſt ὥστε καὶ οὕτως λεκτέον; &c.

Abundantia, ὥστε videtur in periodis aliquando abundare (præſertim in hyperbatis) vt in libro de Reſpiratione capite ſecundo. Εἰ δὲ (εἶτα legitur) ὅταν ἀφῶσι τὸ ὕδωρ τότε ἐκπνέουσι κατὰ τὰ στόματα ἢ κατὰ τὰ βράγχια, ὥστε (niſi οὕτω legas) συμβαίνει ἅμα καὶ ἐκπνεῖν καὶ ἀναπνεῖν. Et ſimiliter, Ἐπεὶ vel ἐπεὶ δὲ, vt libro ſecundo de Anima capite ſecundo. Τριχῶς γὰρ λεγομένης τῆς οὐσίας, ἐπεὶ δὲ τὸ ἐξ ἀμφοῖν ἔμψυχον, &cæt.

Negatio duplex aliquando pro ſimplici ab eo ponitur: καὶ μηκέτι τὸ θύραθεν εἰσιὸν οὐ δύναται ἀνείργειν. De reſpirat. cap. 4.

Ariſtoteles quandoque duos nominatiuos contrarios ponens ſimul, verba etiam contraria ſimul ſubiungit, vt Ethicorum 7. cap. 8. ἡ γὰρ ἀρετὴ καὶ μοχθηρία τὴν ἀρχὴν, ἡ μὲν φθείρει, ἡ δὲ σώζει.

Enallage frequens apud eundem generis, numeri & caſuum.

Genitiuus abſolutus. Ἐοίκασι μὲν τοι λέγειν ὡς πάντων ἀναπνεόντων, pro ὅτι πάντα ἀναπνέει.

Accuſatiuus abſolutus, loco genitiui: initio capitis quarti de Reſpiratione.

Ἐλλείψεις frequentes ſunt illorum vocabulorum, quæ per ſe facilè intelligi poſſunt, etſi in præcedentibus nuſquam nominentur: vt capite quarto de Reſpiratione, Ἀναπνέοντος οὖν (ſcilicet τοῦ ζώου) καὶ εἰσιόντος τοῦ ἀέρος.

Ellipſes quædam vſitatę ſunt Ariſtoteli: præſertim verò vbi oppoſita nominanda ſunt, alterum tantùm nominat: Vt cum dicit, aliquid diuidi in album, ſubauditur & nigrum.

Neutris vti ſolet abſolutè: Vt ὄρνις ὄρνιθος διαφέρει τῷ μᾶλλον, τὸ μὲν γὰρ μακρόπτερον; τὸ δὲ βραχύπτερον.

In τέον aduerbia conſtruuntur cum datiuo & accuſatiuo in eadem periodo, Ethicorum pag. 47. lin. 35. Et rurſus pag. 48. lin. 4. Melius puto cum accuſatiuo ſemper, vt ſimpliciter, verbi gratia ποιητεόν pro ποιεῖν δεῖ interpretemur.

Relatio. ὁ μὲν, ὁ δὲ. Ἐκεῖνο ad remotius, τοῦτο ad proximius: vt de Reſpiratione cap.

tertio. ὁ μὲν ſemper Ariſtoteli ad proximum, ὁ δὲ ad remotius. Aliquando relatiuum ὃ non ad proximum refert, vt initio libri de reſpiratione. Τῆς ἀναπνοῆς τὸ μὲν ἐκπνοή ἐστι, τὸ δὲ εἰσπνοή, περὶ ἧς (ſcilicet ἐκπνοῆς) οὐδὲν λέγουσι τίνα τρόπον ἐκπνέουσι τὰ τοιαῦτα τῶν ζῴων. Sic & alibi quædam quaſi per parentheſim interponit, & ſequens relatio ad aliquod remotius pertinet, cum videatur omnino ad proximum pertinere, vnde tenebras offundi legentibus neceſſe eſt: vt pagin. 345. verſu 37. æditionis Baſilienſis anni 1539. à Bebelio & Iſingrinio. Καί τοι τότε ἐχρῆν, &cæt. Τότε non ad proximum pertinet; ὅταν τὸ περιέξ ᾖ ψυχρόν, ſed ad præcedens; ἐν ταῖς ἀλέαις.

Μὲν bis ponitur in eadem periodo, vt Ethicorum 9. pag. 47. lin. 28. ἡ νομικὴ μὲν ἐπὶ ῥητοῖς, ἡ μὲν πάμπαν, &c.

Ab initio periodorum aliquando, vt τὸ τῆς ἀναπνοῆς pro ἡ ἀναπνοή.

Ἐπεὶ à principio periodi ſæpius illi abundat, vt in tertio de anima capite duodecimo.

Habet præterea ſingulares quaſdam & peculiares phraſes & vocabula, vt cum dicit.

Εἰ δ᾽ ὅτι βέλτιστον, &cæt. lib. 6. cap. 7. de animalibus puto: niſi τὸ ὅτι ad ſequens βέλτιστον pertineat, pro ὡς βέλτιστον.

Ἄναιμον pro ὀλίγαιμον, initio de reſpiratione, vt ἄποδες aues.

Ἀναπνέειν aliquando communiter; aliquando pro εἰσπνέειν.

Μὲν τοι pro δὲ, vt, Περὶ ἀναπνοῆς ὀλίγοι μὲν τινες εἰρήκασι, τίνος μὲν τοι χάριν ὑπάρχει τοῖς ζῴοις,

Οὐδὲν pro οὐ, vt capite quarto de reſpiratione.

Πολὺν χρόνον διαμένει παρὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχύν, initio libri de Reſpiratione, vbi Παρὰ videtur cauſam ſignificare, vt Perionius transfert. Alcyonius verò, Multò tempore durant integrè.

Τὰ συμβαίνοντα abſolutè, ea quæ vſu venire ſolent, & quæ omnium experimentis conſtant.

Ἦν, erat, pro antea dictum eſt eſſe.

Κίνησιν & ἐνέργειαν pro eodem ponit. Lib. 3. de Anima, cap. 65. diſtinctionis Themiſtij. Καὶ ἡ ὄρεξις κίνησις τίς ἐστιν, ἡ ἐνέργεια.

Νοῦν & διάνοιαν, non diſtinguit, lib. 1. de anima.

Ψυχὴν dicit pro νοῦν, in eodem, cap. 4. diſtinctionis Geſ. in periodo, Εἰ γὰρ λάβοι ὁ πρεσβύτης ὄμμα, &c.

De phyſicorum librorum Ariſtotelis numero, ordine ſeu diſpoſitione, & ſingulorum argumentis.

15 Summa Phyſicorum librorum ſunt libri quinquaginta, quos ab Ariſtotele ſcriptos habemus. Tractatus autem integri nouendecim: præter librum De mundo, & Problemata, quorum ſectiones ſunt 38. Maximè enim phyſicam philoſophiam Ariſtoteles excoluit, vtpote magis familiarem & coniunctam naturæ noſtræ, iuxta illud *cognoſce teipſum*, quod in phyſicis & ſecundum corpus docetur & animam. Et quia Theologicum & Mathematicum genus permulti iam ante ipſum docuerant. Naturalem verò primus perfecit: nam propter animalium hiſtoriam 80. talenta ab Alexandro cepit. Quocirca δαιμόνιος vocatus eſt: vt Plato θεῖος.

1. *De*

1. *De libris octo Phyſicorum, qui* Ακρόασις *inſcribuntur.*

Phyſicorum libri octo ſoli generale nomē retinuerunt. Quāuis enim omnes quos in diuiſione diximus libri ad naturalem ſcientiā pertineāt: primi tamē octo cōmunia cunctis principia, & quæ ea omnia conſequuntur continent, proinde commune nomē tulerunt: ac in eis de ipſa natura (vt in ſecundo libro) & ſimpliciſsimis principijs rerum, quę naturę propiora ſunt, diſſeritur. Nobis enim compoſita propiora & notiora ſnnt. Ακρόασις autem inſcribitur, quod niſi præceptoris voce expoſita, non intelligeretur, vel quòd non quilibet ad Acroamaticos libros, ſed diſcipuli tantùm admitterētur, eratq; hoc ſtudium ἑωθινὸν, matutinum. Ad exotericorum verò auſcultationem, vt ſunt hiſtoriales & rhetorici, quæ profeſsio erat δειλινὴ, veſpertina, quibuſuis accedere licebat.

De Phyſicorum auditu tractatio præcipua eſt de Motu: quoniam de corporibus naturæ traditurus, quorum eſſentia per actiones cognoſcitur aptiſsimè, à motu exorditur; quæ ex corporeis actionib. maximè expoſita eſt cognitioni ſenſuum: ideoq; prima & ſimpliciſsima. Et ex motibus ad ea quæ mouent & mouentur aſcendens, uſque ad principem motorem peruenit, qui mouet immobilis ipſe.

Libri Phyſicorum octo, bifariam diuiduntur: prioribus quinque (quatuor) voluminibus de principijs agitur, authore Adraſto, & ijs, quæ principijs annexa ſunt: in tribus reliquis omnem de motu ſcientiam promit. Vnde à ſubiecto ipſos libros quoq; denominat, Simplicius.

Res naturales quinq; numero, libri hi phyſicorum cōtinent; Materiam, Formam, Locum, Tempus, & Motū: de poſtremo in vltimis quatuor libris tractat; de reliquis in quatuor primis, Philoponus.

In poſterioribus quatuor libris de motu agit: habet enim hic variam & multiplicem conſiderationem, & plurima ad ipſum ſequuntur. Quare totam aliquando phyſicam tractationem de motu vocat: Hoc aut illud, inquiens, in libris de motu explicatum eſt.

In primo libro agit de cauſis vel elementis, materia & forma. Præcipuè autem refutat opiniones veterum de principijs naturalibus, docetq; de materia & forma, ſed magis de materia, ſicut in ſecundo etiam de vtriſq; loquitur, ſed magis de forma. De priuatione etiam hoc primo tractat, quæ & ipſa res naturales ſequitur, non tamen omnes, ſed gignendas & corrumpendas tantùm: iſte enim per vices ſolent nunc formæ, nunc priuationi locum dare.

In ſecundo de cauſa efficiente προσεχῶς ideſt propinqua, quam dicit eſſe naturam, & principij nomine vocat, & ſimiliter de ipſo fine, quem propriè cauſam dicit. Sed quia ſunt alię quoque cauſæ, quæ per accidens cauſæ efficientes videntur eſſe, vt caſus & fortuna, ſimul de iſtis quoq; agit.

Tertio cum ſtatueret naturam eſſe principium motus, & earum deinceps rerum omnium, quæ motus alicuius proprietate notaq; deſignantur, in tertio docet, quid ſit motus & in vniuerſum, & ſingillatim ſingula genera. Cum verò continuus ſit naturalis motus, omne autem continuum in infinitum ſit ſciſsile, eodem tertio libro, & de infinito & de continuo diſputatur, quoniā aliqui phyſicorum infinitum inter communia rebus naturalibus ſtatuebant. Anaxagoras enim homœomerias infinitas rebus ſingulis ineſſe dicebat: ſimiliter atomos Democritus infinitos ponebat. Adfert igitur ſententiam ſuam, & declarat quòd infinitum non poſsit actu dari, neque ſimul totum ſubſiſtere, ſed potentia ſolùm, & particulatim exiſtere. Sunt namque huiuſmodi quædam in rerum natura, quæ vniuerſim quidem non poſſunt conſtare, ſed conſtant per partes;

quemadmodum diem eſſe dicimus,non quod totus ſimul ſit, ſed quia particula=
ri ſucceſsione exiſtit. Sic & ſpectaculum eſſe dicimus, cum non vniuerſum vnà
ſit,ſed nunc lucta,deinde cæſtus,aut tale quippiam ædatur. Ita infinitum partim
eſt,partim non eſt.Hoc uniuerſim,illud particulatim,ſemper enim, & infinitum,
ſucceſsione particulari res gignuntur.

Quarto. Corpora autem naturalia cum loci egeant, & eius in quo ſunt, & eius
in quo mouentur,ea ratione de loco diſſeritur in quarto. Adhæc cum nonnulli
putarent locum eſſe uacuum interuallum, atq; inter principia ipſum inane ma=
gno plauſu conſenſuq; collocarent (Democritus enim omnia ex atomis & ua=
cuo conſtare aſſeuerabat) iure eodem eas exulcerat quæſtiones, quæ de inani
atq; uacuo ferebantur. Item cum motum omnem metiatur tempus, neceſſari=
um videbatur de tempore diligenter eſſe perquirendum.

In quinto motum,qui proprius eſſet, ab alijs mutationibus,ſeparauit.

In reliquis libris, quæ oppoſitiones pugnantięue, tùm motus ad motum, tùm
quietis ad quietem,quæ motus item uiciſsim quietiſq; haberẽtur,poſtremo quis
eſſet motus unus deinceps oſtendit.

Sexto. De motu,quatenus is de numero continuorum eſt,præcipuè tractat.

In ſeptimo,habetur comparatio mouentium ad res motas, quarum demõſtra=
tionum hæc ſunt capita.

1. Omne quod mouetur,ab alio moueri.
2. Primum mouens, primumq; motum neceſſariò exiſtere, neq; in infinitam
ſeriem mouentia & mota protendi.
3. Motum omnem finitum eſſe, & terminis contineri,excepto circulari.

Octaui Phyſicorum demonſtrationum capita præcipua ſunt. Motũ eſſe ſem=
piternum,neq; incœpiſſe,neq; deſiturum unquam: Quod probat partim ex na=
tura motus,partim ex natura temporis, quod cum ſemper fuiſſe oſtẽdat, motum
etiam ſemper extitiſſe probat. Nam temporis intelligentia ſine motu conſiſtere
nequit. Poſtquam igitur motum ſempiternum oſtendit eſſe,cõcludit quod mo=
bile quoq; ſempiternũ ſit, corpus cœleſte ſcilicet, & motus ſempiternus, qui ta=
men neq; per ſe neq; per accidens moueatur,in nullo corpore,puriſsima ἐντελέ-
χεια ſine omni potentia materiæ, infinitæ virtutis mens, quæ ſummum naturæ
bonum eſt, ex quo (ut in prima philoſophia inquit) totum cœlum, ãtq; natura
uniuerſa dependet & conſeruatur.

DE LIBRIS·DE COELO.

Poſt octo Phyſicorum libros doctorum omnium conſenſu; libri de Cœlo
ſequuntur.

Libris quatuor de Cœlo ſubiectum eſt corpus mobile ſimplex, rectum, aut
circulare. In his oſtenditur cuiq; harum corporis differentiarum ſuam mouen=
di rationem peculiariter competere, & quonam pacto, quibuſue de cauſis. Sic
motus ſimplex,rectus,ſurſum tendens,corpori ſimplici,recto,leui competere o=
ſtenditur & quo pacto: ut motus qui deorſum eſt,corpori graui. Eſt autem mo=
tus localis natura prior quàm cæteræ tranſmutationes ſint; & proinde diſputa=
tio librorum de cœlo, reliquorum tractationem præcedere debet, & ob cauſas
quoq; alias: non enim recte faciunt,qui hunc ordinem conuerterunt.

Rerum naturalium æternarum,aliæ tùm in uniuerſum,tùm iuxta partes ſin=
gulas huiuſmodi ſunt,vt cœleſtia: alia in uniuerſum quidẽ æternę ſunt,particu=
latim verò gignuntur ac intereunt; vt elementa quatuor. De his in libris duo=
bus poſterioribus de Cœlo agit: de illis in prioribus.

In libro primo de Cœlo, ex ſimplicium motuum differentijs quinq; ſimplicia
cor=

cia corpora oſtendit, ſcilicet corpus circulare, & quatuor habentia motum rectum. Quodq; circulare corpus, neque ſit vnum aliquod ex quatuor, nec ex eis conſtitutum; ſed quinta quædam eſſentia; à quatuor illorum numero exempta, ijſdemq; præſtantior, quæ nec vniuerſim, nec ulla ex parte mutationem vllam niſi localem ſubeat: ingenita, incorruptibilis. Generationes enim & interitus rerum ex contrarijs & in contraria fiunt; at circulari corpori nihil eſt contrarium. Contrariorum enim cum contrariæ ſint motiones, circulari motioni nulla contraria eſt.

Deinde oſtendit cœlum magnitudine finitum eſſe. Impoſsibile enim eſt corpus vllum infinitum eſſe; præſertim quod moueatur. Addit etiam perinde facere qui cœlum infinitum dicit, ac illum qui vlnam vel circulum infinitum diceret. Nam & qui vlnam nominauit, ſimul certæ magnitudinis; & qui circulum, determinatæ figuræ notionem, propoſuit: Ita qui cœlum, ſimiliter.

Inſuper quòd mundus tantùm vnus ſit; non plures nec infiniti multitudine: quibus conſequens eſt hunc corruptibilem, finitum, vnumq; eſſe ex omni naturali ac ſenſili corpore conſtitutum; nullo extra cœlum relicto vel corpore vel vacuo, vel loco.

Poſt hæc repetita diſputatione de ingenito & incorruptibili, oſtendit cœlum ingenitum & incorruptibile eſſe, eiuſq; gratia mundum quoq; non genitum & incorruptiblem, vel ingenitum, ſed corruptibilē, generabile enim & corruptibile mutuò conuerti.

Eorum quæ in libro primo de cœlo dixerat, concluſionem facit in *libro ſecundo*. Et præter alia de quatuor elementorum integritate docet.

Primum autem, quòd circularis latio, quæque in ipſo manent, natura cœlo inſint, non per vim aliquam.

Mox, De localibus ipſius interuallis atque extremis eorum, ſcilicet ſuperi, inferi, dextri, ſiniſtriq;, ante & retro.

Tertio, De contrario motu planetarum, cur is fuerit inſtitutus.

Quarto, De figura, quod ſit ſphæricum cœlum & ſtellæ.

Quinto, cur moueatur in eam partem, in quam moueri conſpicitur.

Sexto, Quòd primi cœli motus æqualis ſit, & minimè inæqualis.

Septimo, De ſtellarum ſubſtantia, figura, ordine, motu.

Octauo, Cur cùm prima ſphæra vno motu vertatur, quæ ab ea diſtant, non tanto pluribus motibus circumagantur, quantò plus conſpiciuntur diſtare, veluti Sol & Luna: ſed quæ mediæ ſunt pluribus motibus cientur.

Nono, Cur quiſque ex errabundis orbibus vnam ſolam ſtellam habeat, cum ſuprema tantum numerum habeat.

Poſtremùm omniū, De terra agit, nō per ſe quidē, ſed de habitudine eius ad cœlū quòd centri rationē obtinēs in medio cœli ſit locata, nulla vi indigens qua ſuſtineatur, vt quiſpiam putauerit, ſed contrà potius non ſine ingenti violentia à medio amoueri poſsit. Figuram habens ſphæricam, & circum ipſam immotam cœlum moueatur, quodq; magnitudinem ad cœlum comparatā minimam habeat, pleriſq; omnibus ſtellis, excepta tantùm Luna, minor.

Breuiter, tria ſunt capita huius libri. De cœlo, De aſtris, De terra.

Libro tertio de cœlo. Tractaturus de elementis, hoc eſt, ſimplicibus ſub Luna corporibus, ſuū quęq; locū, naturę ſuę debitū ac conuenientē, obtinētibus, quatenus gignūtur & corrūpuntur, ratione cōtrarietatis primarū qualitatum, quib. prædita ſunt: nō quidē tota, ſed ſecundū earum partes tātùm (nam de integritate ipſorū mundū conſtituente in pręcedentib. loquutus eſt.) Primum quærit an ſit generatio: aliqui enim nullum prorſus motū aut mutationem exiſtere putabant;

perſuaſi ſcientiam rem eſſe ſtabilem & rerum ſemper eodem modo ſe habētium, quare ſi ἐπιστήμη, ideſt ſcientia ſit, vt eſſe volebant, omnia oportere ἑστῶτα, ideſt, ſtabilia eſſe. Ariſtoteles verò generationem aſſerit, dubitationes illorum partim ratione, partim euidentibus actionibus rerum diluens. Poſita generatione negat eam ex incorporeo fieri: ſic enim aut vacuum daretur, rei genitæ poſtea occupandum, aut corpus oporteret per aliud corpus tranſire. Fit igitur, ait, ex corporeo, quod uocamus elementum, in quod vltimum corpora reſoluũtur potentia aut actu exiſtens: ex quibus vtrum verum ſit declarabit inferius. Mox numerum elementorum definit, quod nec vnum ſit, nec vel numero vel magnitudine infinita ſint: cœlo enim quod finitum eſt continentur, & nihil actu infinitum admittitur. Nec unum eſt, ſecus enim non tantæ vigerent contrarietates, & aduerſariæ motiones in rerum natura: nec homo doleret, inquit Hippocrates, aut ſi doleret, ſemper uno medicamento curaretur. Supponit igitur quatuor eſſe. Demonſtrationem enim eius in ſecundo libro demum de generatione & corruptione profert: ad id confirmandum hic ſe præparans, & oſtendens, quòd elementa gignantur, idq; ex ſe mutuo, non ex alio quopiam: corpus enim generabile ſimplex præter quatuor elementa nullum dari poſſe. Sed cum ex ſe mutuo gignantur, oportet quòd vnum alteri vel actu inſit vel potentia. Non ineſt autē actu, ſic enim non generatio rerum, ſed concretio tantùm & diſcretio fieret, & atomi uel homœomeriæ inducerētur, res abſurda & impoſsibilis, quæ omnia omnibus ineſſe concludit. Ineſt igitur potentia, quomodo autem inſit, & quomodo ex ſe mutuo gignātur, in libris De generatione & corruptione perſequetur. Concludit igitur de elementis, quòd generationi ſint obnoxia, non æterna, ſed corruptibilia: Ac neq; ex incorporeo, neque ex corpore ullo alio, ſed ex ſeſe mutuo generentur: neq; verò id per ſecretionem, aut concretionem, neq; diſſolutionem planorum aut indiuiduorum: ſed per qualitates trifariam in ijs inſpectas, aut iuxta facultatem agendi, aut iuxta actionem, aut paſsionem, quæ poteſtate erat, actuq; fit in patiente. Rectè ait è poteſtate & actu, & paſsione, quæ iuxta qualitates ſint, oportere quærere ipſorum generationem, utpote cognituris nobis ex hiſce generationem illorum mutuam, & ex modo inuenturis quot & quæ ſint elementa.

In quarto de cœlo. Elementorum generationis ex ſe inuicem modum inquirens, ad mentionem venit de facultatibus, paſsionibus & motibus ipſorum. Et cum in fine tertij dixiſſet oportere omnes elementorum differentias conſiderare, tùm eas quę ſecundum facultates ac motus ipſorum examinantur, tùm quę à qualitate, actione aut paſsione ſumuntur, ſtatim & quarto de grauitate ac leuitate differit, iuxta quas naturaliter mouentur, & peculiarem quæq; locum ſortiuntur.

Vel aliter & fuſius.

In quarto, vt primum ex ſimplicibus corporibus è motu inuenit, ita reliqua (vt Phyſicum decet, natura enim principium motus eſt) inquirit è motu recto: qui cum per poteſtatem grauis & leuis inſit, naturalibus corporibus, leuiq; prius inquiſitionem facit, vt quibus potiſsimum ſpeciem ſuam ſortiantur quæ ſub Luna ſunt ſimplicia corpora (cœleſtibus enim hæc non conueniunt) quæ rectà mouentur & ſunt generationi ex ſeſe mutuo obnoxia, quamuis aliæ paſsiones pleræq; & facultates & actiones inſint illis. Vt per caliditatem, ariditatem & raritatē, aliaq; huiuſmodi, & iſtis cōtraria. Graue autem & leue quid appellemus, ſtatim initio primi libri, oportere ait ſuppoſuiſſe, ita vt ad præſentem tunc contemplationem ſatis eſſet, diligentius poſt modum cognituris, cum ipſorum ſubſtantiam contemplaturi eſſemus, in præſentem locum nimirum ea differens. Itaque diſtinguens primum id quod ſimpliciter leue & graue, & quæ cōparatione

inter

inter ſe dicuntur, & tradens ipſorum differētiam; deinceps opinionem antiquorum de graui ac leui enumerat, oſtenditq́ꝫ quod nullus eorū de ſimpliciter graui ac leui ſermonem fecit, ſed de ijs quæ ad aliud ſunt. Mox in tertio capite definit, ob quā cauſam alia corpora natura ſurſum ferantur, alia deorſum; atq́ꝫ aſsignata cauſa communi, in quarto capite differentiam tradit extremorum elementorum idest ignis & terræ ad aërem & aquam. Quintum, quod ſimpliciter graue ſit terra: leue autem ſimpliciter ignem eſſe oſtendit, ſubiecto medio definito. Sextum demonſtrat medium iſtud definitum eſſe: atq́ꝫ inde, quod etiam extrema ſint definita, atq́ꝫ ob id extrema etiam elemētorum, leue ac graue ſimpliciter: quod perinde eſt, ac ſi ignem ac terram dixeris. Deinde, quòd & quæ in medio ſunt aër (inquam) & aqua, partim grauia, partim leuia ſunt. Septimum, quod ignis nequaquam grauitatem habeat, & terra neutiquam habeat leuitatem. Media porrò in locis proprijs quidem, nec leuitatem habere neq́ꝫ grauitatem at in locis ſuperiorum, grauitatē habent, leuitatē non habent. Octauū, quòd elementa quatuor proprijs differētijs materiæ differūt, neq́ꝫ componuntur media ex extremis.

Hucuſq́ꝫ de libris De cœlo: ſic enim inſcribendi ſunt, non etiam de mundo, vt hodie faciunt, & olim Alexander voluit. Non enim aliud de mundo tractant, niſi quod cum cœlo cōmune habet, vel propter cœlū potius habet, quod ei bona ſua cōmunicat, vt quòd finitus ſit, vnus, æternus. Nec, vt Syrianus & alij voluerunt, dicendū eſt quòd de cœlo tantùm omnes quatuor libri ex profeſſo tractēt, ideſt de æterno & cyclico corpore: quæ verò de elementis dicuntur, non aliam ob cauſam afferri, quàm propter doctrinam de cœlo, vt illud demonſtretur, non eſſe de numero quatuor elementorum, nec ex ipſis conſtare, ſed peculiarem habere eſſentiam quintam, ab alijs quatuor diuerſam, vt cætera quatuor. Nō inquā ita ſentiendum ceu planè aliena, πάρεργάq́ꝫ ſint, quę de elementis loquitur. Sed tū de cœlo tum de quatuor elementis vtpote ſimplicibus corporibus, eum ex profeſſo in his libris tractare exiſtimādum. Totum autē opus à cœlo vtpote digniori, & quia priores duo tractatus de ipſo tantùm agunt, denominatur: vel ſynecdochicè, quoniam elementa cætera contineantur cœlo, quod ipſum quoq́ꝫ elementi nomine aliquando Ariſtoteles abuſiuè nuncupat.

Poſt hoc opus aliqui perperam *Librum de mundo* ponunt, nec enim huius inſtituti & methodi eſt, nec ab Ariſtotele ſcriptus videtur; aut ſi id concedatur, exotericus tamen non acroamaticus eſt.

3. *De libris, De generatione & Corruptione.*

De generatione & corruptione libro primo. Poſtquā ſupra diſſeruit de grauitate & leuitate elementorum, iam de reliquis etiam differentijs facultatū ipſorum dicturus, iuxta quas in ſe mutantur inuicem, ex quibus & generationis eorum modus eluceſcit, & numerus quæ nam ſint & quot, prius de communi vel ſimplici generatione & corruptione docet, ſcilicet quid ſit (quod ſit enim in libris de cœlo aſſeruit) quomodo differat ab alijs mutationibus, vt alteratione & augmentatione. Nam multi veteres philoſophi nullum diſcrimen cōſtituere videbantur, inter eiuſmodi mutationum genera, ſed nominibus tantùm ea differre aiebant, re autem congruere: & reliqua, quæ ad vniuerſalem generationem corruptionemq́ꝫ pertinent, perſequitur, ac ita demùm de mutua generatione ſimplicium corporum ex ſeſe diſputat, vt quæ elementa ſint omnium quæ gignuntur & corrumpuntur mixtorum corporum. Proprium etiam huius inſtituti putauit diſputationem de tactu ſuſcipere, quod actionis & perpeſsionis ratio nunquam ſatis intelligatur, niſi cognito earū intermedio, quod ſcilicet interſiſtit, & veluti

internuncius vtraq; conciliat, & coniungit. Itaq; veterum ſomnia de actione & paſsione conuellit, meatuſq; & atoma, quibus illi maximè vtebantur ad vtriuſq; motus reddendam rationem, nullum ad id adiumentum afferre teſtatur. Poſt de naturali mixtione loquitur, quę cum temperationem & appoſitionem ſub ſe cõprehendat priori ſignificato contentus eſt. Temperatio enim neceſſario accommodatur ad fabricationem eorum, quæ ex elementis finguntur.

De generatione & corruptione libro ſecundo complectitur elementorũ diſcrimina, vel potius facultates agentes, patibileſq;, vt hoc modo generationis illorũ mutuę rationẽ inueniat, & demõſtret quatuor tãtùm numero elemẽta eſſe, quòd ſupra pro hypotheſi ſumpſerat. Idcirco aũt de mutatione illa elemẽtorũ in ſe inuicẽ diſputationem inſtituit, vt vicíſsitudine, atq; talium corporũ commutatione, mundi naturam continuari, & ad immenſum tempus permanere demonſtraret.

4. *De libris meteororum.*

Meteororum libri tractant de aquis, terra, metallis; ſed nomen accepert ab ijs, de quibus primo loco diſſeritur. Videntur dicta Meteora διὰ τὸ ἐν μεθορίῳ εἶναι ἐσχάτων στοιχείων, ideſt, quod in loco medio & confinio extremorum elementorum fiant: & ſic propriè vocantur ſublimia, quæ ſecundum naturam quidẽ ſunt, ſed imperfectam, & motum minus ordinatum, quàm cœlum ſeruant, ut cometæ, faces, ſalientes, &c. qualia in proximo ſtellis loco generãtur. Poſt hæc meteora dicuntur, communes aëri & aquis affectiones, quę in nubibus & circa nubes fiunt ex vapore, qui medius eſt inter aërem & aquam: ſiue reuera, ſiue apparenter tantùm, vt impreſsiones & apparentię, quarũ vtraq; aëri & aquæ ineſt: per quæ manifeſta fiunt quæ de faſcibus, parelijs, halo, iride, ac ſimilibus tradũtur. Poſtremo meteora etiã terreſtria habentur, vt euaporationes terræ, quæ cauſæ nubiũ, pluuiarũ, grandinis, niuis, pruinæ, roris, tonitruum, fulgurum, flatuum, &c. Aqua vero terræ incluſa, fontes: ſpiritus, terræ motus producit. Eſt autẽ non omnino certa meteororum cognitio ſed magna ex parte veriſimilis. Quædam enim (verba ſunt Alexandri) dubitationem habent, velut quo pacto fiat iris, & cur aqua maris ſalſa ſit. Alia mediocriter aſſequimur, velut de nubium conſtitutione deq; ipſarũ in aquam mutatione. Nam de huiuſcemodi, ſi non exactam doctrinam facere poſsimus, non tamen ipſorum generationem prorſus ignoramus.

Meteororum libro primo. Primũ agit de regionibus aëris & affectionibus eius, flammis ſublimibus, & differentijs earum, cometis & lacteo circulo. Deinde de pluuia, nube, caligine, pruina, rore ac grandine. Tum propoſita diſputatione, de ventis, fluminibus, fontibus, cataclyſmo ac mari, de cæteris quidem tractationẽ hoc libro abſoluit; de mari autem in ſecundo demum libro diſſerere incipit.

Meteororũ liber ſecũdus. Sermonem de mari orditur, & quęrit quę ſit eius ſubſtãtia & natura, & ſalſedinis aquæ cauſa, quoúe pacto primũ hæc fiat. Ac primo veterũ Theologorum, & Heſiodi, Homeri, Orphei opinionem affert, qui fontes quoſdam maris ac terrę principia faciebãt propria, non aũt ex aliorũ mutatione generationem ipſorum. Similiter & Phyſici ſtatuebant, non ingenitũ eſſe mare, ſed ex fontib. quibuſdã deriuari. Aliqui igitur ipſorũ, mare dicebãt reliquias eſſe primi humoris, cuius tenuiores partes in ſpiritus euaporarẽt, & ſolẽ lunãq; alerẽt, quę cauſa etiã cõuerſionis illorũ ſyderũ ad euaporationes ſubinde ſe conuertentiũ, & conſumentiũ, propterea ipſum imminui tandẽ, planè exiccandũ; reliquũ craſsius & ſalſum permanere. Alij mare ſudorẽ eſſe dicebãt terrę à ſole calefactæ. Alij aquã per terrã deuolutã ſalſedine putant imbui. Salſos enim nitroſos & acidos humores in terra eſſe. Poſt tractationem de mari, eius generatione & ſalſedine, loco, & aſsignatam cauſam cur acceſsione fluminum non augeatur, de ſa-

de ſaporibus,& coloribus aquarum diſputat: mox de ventorum cauſis,generatione,cur quandoq; ceſſent,quandoq; moueantur,vnde & quo tempore quiſq; flare ſoleat,eorum ſitu,contrarietate,natura, & temperamentis diſputat. Tandẽ de terræmotu,cauſis, & generatione. Item de tonitru ac fulguratione; refutatis veteribus,ſuam ſententiam approbat.

Meteororum liber tertius. In ſuperiori circa finem de tonitru & fulgure tractauit: nunc pergit de cæteris eiuſdem generis dicere,vt procellis ventorum,vortice,præſtere,fulminibus.Hæc enim omnia ſubiecto vnum ſunt,fiuntq; violenter excreta euaporatione ſicca intra nubes incluſa, conſiſtentes videlicet ac denſas, & propria denſitudine frigiditateq; ipſam exhalationem conſolidantes (ἐκπυρηνίζουσι) Ac primum dicit de ventis ecnephijs ſic dictis quòd ex nube ſpirent. Tũ de altero genere meteororum,halone,iride,virgis,& parelijs.

Meteororum liber quartus ponẽdus eſt poſt libros de generatione & corruptione. Siquidem cum in ijs eſſet loquutus de facultatibus quatuor tactilibus calidítate,frigiditate,humiditate & ſiccitate,atq; oſtendiſſet ex harum cõiugatione elementa fieri,& alias quidem actiuas,alias verò paſsiuas eſſe: in hoc libro oſtendit, quæ nam ſint ea quæ harum facultatum vnaquæq; patiatur aut agat,in rerũ conſtitutione,ſcilicet quę ex elementis cõſtant.Docet igitur generationẽ ſimplicem ex his conſtitui, in qua calor artifex eſt, artificij materia humidũ, quod iunctum ſicco firmum ſtabileq; efficitur ad actionem calidi retinendum, quare & ipſum pro paſsiua qualitate, ſicut humidum cenſetur. Et frigidum pro actiua ſicut calidum. Caloris enim vim temperat in mixtione, vt materiæ proportionatus & congruens ſit. Nimius enim vel non gignit, vel abſumit.Moderatus verò & natiuus & gignit & genita perficit, ac conſeruat. Humidum terminum nõ habet, & diffluit,niſi ſiccum excedens ipſum diffluere, & vt ceram liquari prohibeat. Sic igitur his ritè mixtis, & vt decet agentibus & patientibus generatio ſimpliciter peragitur, opus illarum: cui opponitur mixti corruptio: quæ nomen quidem generis totius nullum habet peculiare, ſed in rebus ſingularibus putrefactio dicitur. Calor agens patienti humido terminum inducit; qui mixtione ſicci retinetur: at in putrefactione diſſoluta mixtione ſicci ab humido,aboletur terminus. Hinc fit quòd quæ putrefiunt foris humida intus ſicca apparent, tendente ad extrema humido. Corrumpitur etiam aliquid vbi calor non moderatus eſt, quare nec efficere mixtionem, neq; prius factam conſeruare poteſt. Eſt quando calor natiuus ab ambiente victus ad eum moueatur è medijs mixti partibus,atq; vnà rei ipſius humidum,in quo tanquam ſubiecto cõſiſtit, educit; itaq; ſeparatio fit humidi à ſicco.

Poſt generationem rerum à qualitatibus elementorum,conſyderatur rerum iam conſiſtentium perfectio aut conſeruatio per eaſdem; quæ vt ante, ſic etiam natura tripliciter in animantium corpore fit ratione concoctionis; quæ vel perficit, & maturatio nominatur; cui cruditas opponitur, vel conſeruat, vtrunq; beneficio caloris, qui in maturatione quidem peculiariter intelligitur; in elixatione cum humido iunctus, in aſſatione autem cum ſicco. His oppoſitæ cruditates, ob frigoris iniuriam fiunt. Sic in animali ſanguis fit à calore humido, eodemq; ſicco,bilis. Phlegma autem à frigore humido, quòd cruditatem elixationi oppoſitam producit. Poſthæc qualitatum paſsiuarum effectus enumerat & differentias,ex quibus ſunt mollities & durities; quæ tactu iudicantur. Mollia plurimum humidi, dura ſicci habent. Et quoniam hæc aliaq; huiuſmodi coagulatione vel congelatione fiunt, de ipſa quoque & oppoſita ei liquatione differit. Poſtremo ad expoſitionem ſimilarium partium tranſit, quæ in animalium corporibus primæ ſunt ac ſimpliciſsimæ; harum modum ac differenti-

as vt ex hiſce qualitatibus eos ſortiantur, exponit aptiſsimè. Ita apparet hunc primum eſſe librum qui de compoſitione mixtorum habetur, vt qui mixtionem, & eius pro qualitatum paſsiuarum natura affectiones vniuerſim doceat.

5. *De libris de anima.*

Libri de anima. Poſtquam in quarto libro de meteoris oſtendit affectiones cō-munes omnibus mixtis corporibus, nunc ad ſpecies mixtorum deſcendit, quæ vel natura ſola reguntur, vt inanimata, vel animum quoq; habent vt plantæ (ſic enim Peripatetici ſentiunt: Platonici verò & Medici nutritionem, auctionem decretionemq; naturæ non omnia opera eſſe dicunt) vel cognitionem inſuper & ſenſum.

In primo libro, opiniones de anima recenſet veterum, examinatq; ac interim o-ſtendit, quod ſubſtantia ſit ipſa anima, & incorporea, quodq; alia ipſius pars ve-luti finem præbeat terminúmue corpori mobili viuenti, alia verò moueat. Item quod rationalis anima actiones habeat quaſdam non vtentes organo corporeo, & quòd hæc princeps ſit maximè. Deinde quo pacto cognoſcat, nō iuxta elemē-tarem ſcilicet, ſed per formalem, quam ad cognobilia habet agnationem. Oſten-dit inſuper animationis differentiam totius elementaris molis ad particularia, & quod vna in vnoquoq; ſit anima.

Libro ſecundo. Definitionem eius affert, communem omni animæ. Deinde ad particulares vegetatiuæ & irrationales animæ partes tranſit, de nutritione, ſenſi-bus omnibus, eorum modo, cauſis, & obiectis diſputans. Nam in libro de ſenſu & ſenſilibus, de ſenſorijs inſtrumentis tractat, quod cuiq; ſenſui cōueniat, & vn-de conſtet. Ferè enim omnis animæ actio organo eget corporeo. Ibidem de ſenſi-libus vel ſenſuum obiectis accuratius agit, quod nam vnicuiq; ſenſui proprium, & quæ ſit eius ſubſtantia quatenus ſenſile eſt. Hic vèrò de anima ſenſitiua, eiuſq; partibus dixit, vnde ſentiendi facultas ſit, quæ actio ſenſifica, eiuſq; obiectis, non amplius quàm ad ſentiendi actionem ei commodum erat.

Liber tertius. Scopum habet de rationali anima mortalium differere, cuius eſ-ſentiam, & facultates inquirit, & facultatum differentias, quibus diſtant tùm in-ter ſe, tùm preſtantiorib. irrationalis animæ partibus collatæ. Inquirit ergò phā-taſiæ & opinionis à cogitatione vel dianœa diſcrimen, & rurſum cogitationis à mente. Quia enim opinio, quæ facultas eſt rationalis animæ, conuenire videtur quodammodo cum ſenſu communi & phantaſia, iccirco diſcrimen eorum inue-ſtigat. Et primo aſtruit non plures eſſe ſenſus particulares quàm quinq;, vt inde probet, vnum eſſe primum communemq; ſenſum: huius autem ſimul & phan-taſiæ non propter ſe meminit (nec enim de irrationali anima amplius ex profeſ-ſo dicturus erat) ſed vt collatione mutua diſcrimen eorum illuceſceret ab anima rationali, de qua in hoc libro, teſte Philopono vniuerſalis ſcopus eſt: non de ir-rationali, vt quidam æſtimarunt. Hanc appetitui coniunctā in animalibus per-fectis, vt homine, motus localis cauſam ponit, & alia quædam de motu animali-um, quatenus ab anima citatur, tùm perfectorum, tùm imperfectorū, vt vermiū diſputat. Tandem redit ad conſiderationem ſenſuum: cohæret enim huic, liber proximè ſequens de ſenſu & ſenſili. Notandum eſt autem quod ſicut in fine Phy-ſicorum Ariſtoteles aſcendit ad primum motorē, immobilem, incorporeū, ęter-num, omnipotētem, &c. Similiter in fine librorum de generatione & corruptio-ne. Ita hîc etiam in vltimo libro de Anima, ad mentem & intellectum agentem ſe conuertit, quamuis immortalem, & organo corporeo non vtentē. Docet enim Phyſicum poſt aſsignatas naturales cauſas, non immorari illis, ſed ad ſuperiores & à materia ſeparatas conſcendere.

6. De lib.

6 *De libris, qui Parua naturalia vocantur: deq́ ijs, quos de Animalibus ſcripſit.*

Scripti ſunt ab Ariſtotele in vniuerſum de Animalibus lib. 22. quibus animalium omnium generatio, partes, ingenium, vires, alimēta, atq; actiones explicantur, quibus nihil eſt ad cognoſcendum vel iucundiùs vel conducibilius: Vt verè dicatur de his libris, dignos eſſe omni puncto ob mixtā vtilitati dulcedinē. Quo vero hi ordine legendi ſint, vide paulò poſt.

Stylus in libris de Animalibus fuſior eſt ac ornatior: & nō rerum modò ampliſsimarum cognitio, ſed ingens quoq; verborum copia, quæ nō ſunt paſsim cuiuis obuia.

Qui poſtea ſequuntur libri, vulgò Parua naturalia dicti, vt liber De memoria & reminiſcētia, ſomno & vigilia, inſomnijs, diuinatione per ſomnum, de motu & greſſu animalium in genere, longitudine ac breuitate vitæ, iuuentute ac ſenectute, vita & morte, reſpirationne (flatu) deq; partibus animalium, eorumq; cauſis, generatione & hiſtoria animalium, hi omnes ferè ſunt proliſiores, ſtyloq; ſcripti dilucidiore, ita vulgò notiores ſunt, & vel ipſa inſcriptione totum quod tractant argumentum liquidò præ ſe ferunt, quare non opus eſt pluribus immorari ſingulis. Sed breuiter ſic habendum.

Ariſtoteles vbi rerum principia, hoc eſt, incorporea ſimul & corporea elementa tradidit, & cōſtituta inde corpora, primùm imperfecta, id eſt meteora explicauit: iam deinceps ad perfectorum animatorum, ſenſiliumq; corporum cōtemplationem ſe confert. Primùm igitur de forma illorum dixit nempe anima, eiuſq; actionibus & facultatibus, ijs preſertim quas cum corpore communes habēt, vt quæ magis ad Phyſicum pertineant: deinde de materia & reliquis cauſis finali inquam & efficiente pertractat. De materia quidem paſsim, de efficiente in libris de generatione: de finali in lib. de partibus earumq; cauſis. In hiſtoria Τὸ ὅτι ſolùm oſtendit, in alijs τὸ διότι.

In hac animalium contemplatione diutiſsimè immoratur, hic ſuas vires exerit, atq; multiplicem, variam & admirabilē eorum conſtitutionē ampliſsimè explicat. Perſequitur ordine diſcrimina omnia, quibus natura ſuas animantes diſferre inter ſe voluit. Colligit ſumma genera, reliqua ſigillatim exponit, partiturque in ſpecies, genera, & ſingula, quę circiter 500. numero, in his libris deſcribit, pergit quæq; explanans quemadmodum oriantur, ſiue terreſtria ſiue aquatica, quibuſnam conſtent membris, quibus veſcantur alimētis, quibus afficiantur rebus, quibus moribus prædida ſint, quantū viuendi ſpaciū cuiq; datum, quanta corporis magnitudo, quod maximum, quod minimū eſt, quæ forma, quis color, quæ vox, quæ ingenia, quæ officia. Deniq; nihil omittit quod in animalium genere natura gignat, alat, augeat, & tueatur, quæ omnia eò ſpectant, vt (quod ſanctiſsimus quoq; author ille, quē Deus ſibi veluti ſuppellectilem quandā prætioſam elegerat, admonet) ex ijs quę à natura prouenīūt, Deū immortalem, ex quo ipſa pendet natura, intelligamus, admiremur atq; colamus: quo nihil melius & homini dignius excogitari poteſt. Legatur cap. 5. lib. 1. de partibus animalium: hoc enim nobis eorum contemplationem commendabit. Sed pauca dicamus, de ſingulis.

Libro primo de hiſtoria animalium, exponit varias differentias animalium inter ſe, quibus in rebus differant, quæq; habeant communia, idq; vſq; ad capitis ſexti finem. Deinde de partibus internis externiſq; humani corporis præcipuè, quod reliquorum partes ad hominis membra ceu regulā referantur. De externis quidem à capite 7. ad cap. 15. incluſiuè: in ſequentibus, de internis.

Secundus liber agit, de omnium reliquorum animantium, brutorum ſcilicet, partibus diſsimilaribus.

Tertij libri capite primo, de partibus genitalibus animaliũ omnium tractat: Deinceps verò vſq; ad finem, de partibus ſimilaribus omnis generis, ut ſunt, ſanguis, vena, medulla, neruus, os, dens, caro, cartilago, cutis, pilus, fibræ, vngula, ynguis, cornu, penna, membrana, omentum, veſica, adeps, ſeuum, medulla, lac, ſerum, caſeus, coagulum, ſemen genitale.

Liber 4. 5. & 6. varij argumenti ſunt. Ex quibus 4. de animalibus quę ſanguine carent, eorumq; partibus vt ſunt mollia, cruſtacea, teſtacea, inſecta: Dein quę animalia ſenſus habeant, quæ vocem, aut ſonum. De ſomno, vigilia, & ſomnijs. Tandem de ſexu fœminino maſculinoq; & eorum differentijs.

Quinto incipit tractare de generatione animalium: primo eorum quæ coire ſolent. De ſerpentium, inſectorum & quadrupedum ouis.

Sexto, quo modo aues coëant, geſtent, & pariant. De fœtura aquatilium. De generatione & partu quadrupedum parientium animal, & quædam alia de quadrupedum aliquot natura.

Septimo, totus eſt de homine & hominis generatione tùm prima in vtero, tum poſteriore in luce, & uſq; in ſenectutem. Huic libro coniungi debet fragmẽtum illud quod in fine hiſtoriæ animaliũ extat, quod pro decimo libro habebatur: eſt enim idem huius finis, quod principium illius: idẽ tractant inſtitutũ de hominis generatione, & ſi coniungas vtramque partem, ita demum unus liber erit, qui magnitudine cæteris reſpondeat. Quare non probo iudicium Gazæ, qui eum prorſus ad hiſtoriam animalium non referendum eſſe duxit, ſed ad libros de generatione inſcriptos. Item Gaza hunc ſeptimum fecit, qui prius fuerat vltimus, & ita alterum fragmentum in fine quod prius huic libro continuum fuerat ſeorſim relictum eſt. Ego hunc librum ſeptimum, ad vltimum librum retulerim, vt de homine tanquam perfectiſsimo animalium poſtremo agatur. Hoc autem fragmentum eſt valde corruptum & obſcurum, quare à Gaza non translatum eſſe opinor, extat tamen in veteri Latina translatione Barbara.

Octauo, de victu animalium omnis generis uſque ad caput 12. Deinceps de actionibus eorum, induſtria, locorum mutatione & occultatione hoc eſt, quæ lateant, quo modo, quoq; tempore. Item quæ & quando exuant ſenectutem: quæ tempora quibus animalibus conueniant: quæ piſcibus noceant, quo ingenio capiantur. De morbis animalium. De animalium differentia pro locorum varietate, quæ & ſerpentium venena cur mitiora vel aſperiora fiant in cauſa eſt. Poſtremo quo tempore piſcium genera præſtantiora in cibum reddantur.

Nono de affectibus animorum & inimicitijs inter animalia. De piſcibus. De genere ouili amente & ſtulto. De ſocietate boum equarúmque. De ceruæ prudentia in ædendis pullis, deque maris cornuum amiſsione & reparatione. Multa variaq; de auibus. De ingenio marinorum & fluuiatilium piſcium. De ingenio inſectorum, & quædam in ſpecie. De animalibus quadrupedibus. De delphinis. De caſtratione, &c.

Atq; hæc ſunt ſumma capita eorum, quæ in nouem libris hiſtorię animalium tractat. Non autem ipſa animalia vno in loco integra deſcribit, ſed tanquam ſecundum locos communes & differentias eiuſdem animalis, hic partes, illic generationem, alio in loco victum, alio mores & ſimilia declarat. Quæ omnia ſi quis vellet, aliter ſibi digerere poſſet, vt ſcilicet vno in loco omnia quę ad unum animal pertinent, dicerentur: qui modus commodior eſſet ad cognitionem animalium ignotorum. Ariſtotelicus autem artificioſior eſt ad tractandum de notis animalibus.

Deor-

De ordine, quo libri de animalibus legi debent.

De horum librorum ordine non conuenit inter omnes. Plæriq; proponunt ſibi libros de partibus & cauſis primum legendos, tum eos de generatione, & hiſtoriam poſtremo loco. Ego verò hiſtoriam primò, deinde libros de partibus: & tertio demum loco de generatione legi debere cenſuerim. In hiſtoria enim τὸ ὅτι partium ſimpliciter: in libris de partibus τὸ διότι, vſus earum & finalis cauſa: de generatione verò efficiens. Atqui totum nobis notius eſt quàm partes, & τὸ ὅτι quàm τὸ διότι. Incipiendum autem à notioribus nobis. Quod verò ſunt qui ſibi videri aiunt libros de partibus animalium prius, tum de generatione, poſtremo verò hiſtoriam, legendos eſſe, vt nimirum ad ſpecies infimas deſcendendo, quieſcere contingat: ijs ego non aſſentior: quando in omnibus iam dictis libris, eædem ſpecies tractantur. Sed fortè nihil retulerit vtros prius legas.

Commemorare autem ſigillatim ſingulorum capitum argumenta librorum de Partibus & Generatione animalium, longum & ſuperuacaneum arbitror, cùm titulus librorum ſatis manifeſtè cuiuſq; argumentum præ ſe fert.

CLIMACES NATVRAE DVAE: QVIBVS ITVR à Materia vel Forma vſq; ad Deum, hoc eſt à mera potentia ad merum actum.

Prima eſt Materiæ, ſiue Corporum, qua à materia itur ad hominem aſcendendo.

Scala *materiæ in qua viget aut* ἕξις 1

- Corpus *ſimplex*;
  - Inanimatum.
    - Cœleſte.
    - Generationi *& corruptioni obnoxium*;
      - Ignis,
      - Aër;
      - Aqua;
      - Terra.
- Corpus *mixtum*;
  - Meteora, *in medio ferè ſimplicium & mixtorum.*
    - Ignea;
      - Cometæ,
      - Faces, *&c.*
    - Aëri *& aquæ communia*
    - Aquea,
      - Ros,
      - Pruina, *&c.*
    - (An *inter meteora perfectiora ſunt ignea quàm aërea, & hæc quã aquea vel terrea?*)
- Corpus *perfectè mixtum*,
  - Metalla, *& quæ ex metallis fiunt*,
  - Lapides, *gemmæ, fluores lapideſcentes*,
  - Terræ, *cretæ, glebæ.*
  - Anonyma *vno communi nomine, præcipuè marina*;
    - Adarce
    - Alcyonium
    - Succinum, *Bitumen.*
    - Ambra, *&c.*

⊕

⊕

Scala materiæ in qua viget aut

1. **Φύσις 2**
   - Media *inter animata & inanimata, quorum quædam Lithophyta fortè appellanda, aut Metallophyta: vt*
     - Corallium
     - Androſaces
     - Bryon *marinum, & quædam alia*
     - Plantæ *marinæ, vt* — Manus, Pennæ, *&c.*
     - Ligna, *quæ in aquis aut terra lapideſcũt, vt* Elatites, Ægirites, *etc.*
     - Metalla, *quæ effoſa denuò creſcunt per venas & ramos.*

     Vide *Themiſt. lib. 2. de anima, non procul ab initio.* Ἡ γὰρ τῶν λίθων αὔξησις ὁμώνυμος, ὅτι προσθήκη. ἢ εἴπερ καὶ οἱ λίθοι δι' ὅλου (*an, à ſeipſo, vi quadam intrinſeca*) αὔξονται, εἴη ἂν καὶ ἐν τούτοις εἶδος ζωῆς, ἀλλὰ λίαν γε ἀμυδρᾶς, ἐπεὶ καὶ γεννᾶν τινὲς λίθοι λέγονται, ὡς Κλέαρχός φησιν. ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τούτων, ἢ ὁμώνυμος ἡ γένεσις, ἢ ἄλλον τρόπον. πολλαχοῦ γὰρ ἡ φύσις δήλη γίνεται κατὰ μικρὸν μεταβαίνουσα, ὥστε ἀμφισβητεῖσθαι ἐπὶ τινων, πότερον ζῶον ἢ φυτὸν, καὶ πότερον φυτὸν ἢ λίθος.
   - Animata *primo tantùm gradu, plantæ: eius generis ſunt*
     - Herbæ
     - Suffrutices
     - Frutices
     - Arbores

     Ψυχὴ φυτικὴ ἢ θρεπτικὴ μόνη.

2. **Ψυχὴ 3**
   - Ζωόφυτα, *primus animalium gradus Ariſtoteli: animalia imperfectiſſima, quæ præter vim nutritiuam ſentiunt etiam, ſed vno tantùm & primo ſenſu communiſſimo nempe tactu. Motu totius vel ſecundum loci mutationẽ carent, partes verò eorum mouentur: nam vel dilatantur ad ea quæ tactui iucunda ſunt, vel conſtringuntur ad contraria. Eius generis*
     1. Spongiæ, *imperfectiſſimæ in hoc genere, carnem habent.*
     2. Perfectiora *quæ aliquid carnis aut analogum habent, vt patellæ, pinnæ, et huiuſmodi quæ affixa viuunt.*
     3. Vrticarum *quædam ſemper affixæ ſunt: quædam modò abſoluuntur, modò affiguntur.*
     4. Oſtracoderma *pleraq; perfectioribus comparata (quòd ex multis & perfectioribus organis apparet) Zoophyta quædam ſunt.*

     Hęc *præter ſenſum tactus, videntur etiã guſtu participare. Imò tactus ipſe in eis perfectior, etiam guſtus loco ipſis eſt.* Τῇ γὰρ ἀφῇ χρῆται ἀντὶ γεύσεως τά τε ζωόφυτα καὶ τὰ ὄστρεώδη πάντα. *Vide Themiſt. de Anima* 1. 11.
   - Simpliciter, *quæ omnia motu ſecundum locum mouentur* — Pedibus, Alis, Pinnis, Spinis.
     - Tribus *ſenſibus prædita: vt conchylia, chamæ,* — Tactu, Guſtu, Odoratu.
     - Talpæ *etiam auditum addiderunt.*
     - Perfectiora *ſunt quæ etiam viſum, qui ſine præcedentibus ſenſibus omnibus eſſe non poteſt.*

1 | 2 | 3 Omnia *quæ ſenſum, etiam phantaſiam habent: ſed perfectiorem quæ*

1 | 2 | 3 | *quæ plures habuerint ſenſus. Perfectißimam & ad omnia ſe accommodantem, & rationalem phantaſiam ſolus homo. Cætera quædam perfectiorem fortè habent circa vnum aliquod opus ſuæ vitæ neceſſarium vel commodum, vt apiculæ, formicæ, hirundines, grues, &c. circa melleficium, myrmeciam; nidificationem artificioſam (vt & alcyones) migrationem & ordinem, &c. Omnino & animalium maximæ differentiæ & hominum inter ſe ſunt* κατὰ τὴν φαντασίαν. *Differunt etiam animalia ſecundum memoriam, quam quæ habent, aliquid addiſcere poſſunt. Homo ſolus etiam reminiſcitur.*

Animalia:

- Exanguia,
- Sanguinea,
- Bruta,
  - Aquatilia;
  - Serpentes;
  - Aues,
  - Quadrupedes.

Scala *materiæ in qua viget aut*

Νοῦς 4 — Rationale *vnum, homo. Finis totius phyſicæ. Microcoſmus quidam, præcedentia in ſe omnia continens.*

Τὸ ὄν. 5 — Omnium *verò & naturalium & ſupranaturam rerum;* Finis, Principium, *eſt* DEVS.

CLIMAX ALTERA FORMARVM: QVA à Forma prima, ad omnium perfectiſsimam itur, per imperfectiores aſcendendo.

Forma, *vt*

1. Priuatio, *quæ eſt quaſi forma.*
   Forma *prima materiæ primæ.*
   Forma *ante multa, in multis, poſt multa.*
2. Siccitas.
   Frigiditas.
   Humiditas.
   Caliditas.
3. Motus,
   - Κυκλοφορία.
   - Grauitas.
   - Leuitas.

   Habitus.
   Natura.
4. Anima,
   - Vegetatiua.
   - Senſitiua.
   - Motiua.
   - Imaginatiua.
   - Rationalis.
   - Mens.
5. Angeli.
6. DEVS.

IN LIBRI PRIMI PHYSICARVM AVSCVLTAtionum initium, de Principijs, generales Geſneri meditationes.

Confuſum & indefinitum notius eſt, eo modo quo totum.

Nomen accipe tanquam totum aliquid, definitionem verò tanquam diſtinctionem ſingularum nominis partium & elementorũ. Quiuis enim quid ſit circulus prius intelliget, craſſo quodam modo, quàm definitionem σχῆμα ἐπίπεδον, &c. Difficilior hic eſt definitio, quia explicat ſingulas partes & membra.

Hoc exemplum de circulo magis quadrat ad totum & compoſitum, quàm ad vniuerſale. Nam ſub vno circuli nomine, omnes eius partes concipiuntur. Sed non prædicari de illis poteſt, quemadmodum vniuerſale, id eſt, genus de ſpeciebus. Circulus verò, *vt & totum ad partes*, ad nullam partium ſeorſim conuenit, niſi omnes ſimul accipiantur.

Sequens exemplum, πρὸς τὰ καθόλου accommodatur. Nos quoque quatenus confuſum aliquod & vniuerſale ſenſuum obiectum ſequentes, res inter ſe diſtinguimus, nihil abſimiles ſumus pueris, ſed cum à confuſis ad εἰλικρινῆ, à mixtis ad ſimplicia & elementaria procedimus, iam ſcientiæ appropinquamus, à ſenſibus ad rationem abſtracti, non tantùm compoſitos effectus, ſed etiam illorum αἰτιώδη στοιχεῖα noſcentes.

Axiomata quoq;, iuxta Aphrodiſeum, vniuerſalia quędam dici poſſunt, quia omnibus probandis ipſa adhibemus, & nullius propria ſunt: Vt, Omnis propoſitionis affirmatio aut negatio vera eſt. Si ab æqualibus æqualia auferantur, &c. Hæc ſub ſe comprehendunt, quæcunq; ex ipſis probantur.

Notio prima. Circuli exemplum ad totum & compoſitum conuenit, ad vniuerſale non conuenit. Nam hoc partibus non conſtat: neq; illud de partibus ſuis prædicatur, vt vniuerſale de ſpeciebus: neque partes compoſiti appellationem ſubeunt, vt vniuerſalis, id eſt, generis ſpecies, τὰ καθέκαστα.

Notio ſecunda. Cognitio duplex eſt trium antecedentium, ſcilicet, *Totius, Vniuerſalis,* & *Nominis.* Prima, ὁλοσχερὴς, craſſo modo, totalis & confuſa, ex nuda rei inſpectione parta: quantùm ſcilicet forma faſtigioſè prominet, & communem ſenſibus differentiam exhibet. Altera, ἀκριβὴς, contractior, anguſtior, vnita, ſimplex & intelligibilis, phantaſtica, vbi aliquo viſo auditóue ſimul omnes rei partes aliquis intelligit, & totam rei rationem, ſummis tantùm viris cognita. Vniuerſale enim vulgus nouit, ex omnibus ſpeciebus manifeſtiorẽ aliquam & communem proprietatem auferens, ex differentiarum generalitate. His igitur, τοῖς πολλοῖς, nihil aliud genere audito in mentem venit, quàm generalis quædam differentia vel proprietas, ſubiectis omnibus communis, Vt, animalis nomine audito, nouerunt quoddam eſſe corpus, quod moueatur, ſentiat, &c. aut etiam rudius: vt, corpus aliquod cum pedibus & capite. Qui doctior eſt, totam definitionem, parteſq; omnes, & communitatem differentias conſtituentem intellectu colligit. Tertia inter has quaſi media cognitio eſt, nouit enim definitionẽ & partes, ſed non ſimul totam rei rationem.

Communia ſimiliter vulgus ſine differentijs intelligit, doctus verò ſimul & differentias.

Cum igitur Ariſtoteles dicit, communia apud nos notiora eſſe, totalem hanc & vulgarem notionem intelligit, quæ ſine differentijs, ex communitatis alicuius nuda abſtractione fit, quæ ne ſubſiſtit quidem per ſe.

Commune & vniuerſale ſic diſcernere licet, quod hoc ſpecies, illud differentias ſub ſe contineat, re ipſa parum aut nihil differunt.

Notio tertia. Phyſiologi poſt principia res naturales inquirere debent. Principia

cipia autem ex compoſitis & confuſis quærere oportet. Sed nec compoſita quidem ſine principijs rectè intelligi poſſunt. Eſt igitur principiorum cognitio coniecturalis potius, quàm demonſtratiua. Contentos tamen his eſſe oportet, quæ in vſum noſtrum fieri poſſunt. Plato Phyſiologiam εἰκοτολογίαν vocat.

Notio quarta. Communia quidem naturæ, contrà quàm dictum eſt, maniféſtiora eſſe dicunt, impropriè tamen. Nam neq; omnino ſubſiſtunt, ſed ſignificant tantùm communem quandam proprietatem à ſingulis ſubiectis ablatam.

Primo declarabit Ariſtoteles plura eſſe principia, non infinita, neque vnum & contrarietatem eis ineſſe, & contrarietati aliquid ſubijci. Ab his communioribus, (ſunt enim quaſi axiomata referenda ad hoc, De omni propoſitione negatio aut affirmatio vera eſt. Dixit autem ab vniuerſalibus & communibus incipiendum.) Ab his communibus inquam tranſit ad oſtendendum quæ ſint illa principia. Quamuis autem axiomata quędam vniuerſalia videantur, non tamen propriè ſunt. Quærendum igitur quomodo à communibus ſiue notioribus principia Ariſtoteles inueniat. Propriè enim compoſita ex naturæ principijs conſtant, ex illis quærere oportet. 1. A rebus naturalibus, & quæ in illis ſenſibus patent, probatio ſumenda eſt: Vt, Non eſſe vnum principium ex entium differentia conſtat. Entium enim alia ſubſtantia ſunt, aut quantitas aut qualitas, & hæc ſeparata ab inuicem aut non, multa igitur entia. 2. Quod principia non ſint immobilia, ex euidenti rerum naturalium motu colligitur. Ἐπαγωγῆς ἐναργοῦς τῶν φυσικῶν κινήσεως. 3. Quod contraria ſint principia, rerum naturalium etiam teſtimonio comprobatur. 4. Quod ſit, forma, priuatio, & aliquid ſubiectum: ex rerum mutatione. Non enim quiduis in quoduis mutatur, ſed quòd non tale eſt, diſpoſitum tamen, certum habitum & formam aſſumit. Rurſus principia eſſe contraria probatur, quia circa ſubiectũ ſemper idem manens, variæ mutationes ſint; forma autem & priuatio contraria ſunt. In ſumma à ſenſibus & ſenſibilibus phyſicorum principiorum veritas indaganda eſt.

Ἀνάγκη δ᾽ ἢ τοι μίαν εἶναι τὴν ἀρχὴν, *&c. Initium capitis ſecundi libri primi de Principijs.*

In Dialecticorum regulis propoſitionum quæſtiones habentur, An ſit, Quid ſit, Quot ſint. Sed prima quæſtio in ijs tantùm adhibetur, de quibus dubitatur, vt, An ſit vacuum. Relinquit igitur hanc quæſtionem author tanquam confeſſam, & à Metaphyſico probatam. Dubitari autem poſſet, ne fortè tota de principijs diſputatio, & cæteræ quæſtiones quæ & quot ſint principia ad Metaphyſicum pertineant. Illud etiam ceu confeſſum relinquitur in eadem quæſtione, An ſint corpora phyſica: Quod omne corpus compoſitum ſit: An ea habeat principia ex quibus compoſitum eſt.

Conſtat igitur eſſe principia, & quæ illa ſint quęritur. Nam qui de ente, etiam de entis principio quærunt. Principium enim entium eſt, & entia præſupponuntur. Quidam entia phyſica à τῶν περὶ φύσιν non diſtinguunt: alij diſtinguunt, vt Pythagorici, Xenophanes, Parmenides, Empedocles, Anaxagoras, ſed hi nimis obſcurè ſcripſerunt.

Ens vnum dicitur,
- Nomine, *re autem multa, vt ſi omnia ſubſtantiæ nomine vocarent, iam non ita vnum dicitur, vt nihil aliud ſit.*
- Re ipſa, *vel Numero, vt ſubſtantiam, qualitatem, aut quantitatem vnam, indiuiduam.*
- Genere *aut Specie, ſed hæc comprehendunt ſpecies & indiuidua.*

¶ Oportet igitur Numero indiuiduo vnum intelligant: Ταῦτα γὰρ πάντα διαφέρει τε πολὺ καὶ ἀδύνατα, Ariſtoteles. Nam omnes modi acceptionis τοῦ ὄντος præter hunc, impoſsibiles ſunt.

Vtitur Ariſtoteles vocabulis, παράδοξον, ἄτοπον, ἀδύνατον, quibus abſurditatem opinionum veterum Philoſophorum reijcit. Παράδοξον dicitur, id quod nemo crederet. Ἄτοπον opponitur ad εὔλογον, veriſimile, & ſimpliciter mendacium ſignificat. Magis verò eſt ἀδύνατον, quod opponitur ἀναγκαίῳ: vt neceſſarium plus eſt, quàm veriſimile, ſic impoſsibile eſt ἐπίτασις abſurdi.

Τὸ γὰρ ἄπειρον, &c. Finitum & Infinitum vtrunque quantitati proprium eſt. Igitur et Parmenides & Meliſſus errabunt, ſi ſubſtantiam vnam finitã aut infinitam ponant: attribuunt enim ſubſtantiæ quod paſsionis proprium erat. Introducitur autẽ cum proprio etiam id cuius proprium eſt, vt, cum riſibili homo; ſic cum finito aut infinito quantitas. *Ex Porphyrio.*

Καθ' ὑποκειμένου τινὸς λέγεται, &c. ex capite tertio. Non quòd alia prædicamenta vniuerſaliter de ſubſtantia prædicentur, ſed quòd ἐν ὑποκειμένῳ eſſe dicantur, vt accidentia de ſubiecto dicuntur: per ſe enim non ſubſiſtunt. Omnia dicuntur de ſubiecto inquit Alexander, quibus vt exiſtant ſubiecto aliquo opus eſt.

Infinitum in quantitate eſt, tanquam ſub genere: quia de ſola quantitate dicitur infinitum & finitum. Eſt igitur eius differentia vel proprium. Infinitum definitur à quantitate, κατηγορεῖται καθ' αὑτὸ, τὸ ἄπειρον τοῦ ποσοῦ. Poteſt tamen nihilominus eius eſſe accidens.

Infinitum { Significatione *quantitatis, paßio eſt.*
{ Actu *infinitum, quantitas eſt immenſurata.*

Sed vtrunque Quantitatem definiendo aſſumit, eſt igitur in ipſa: vnum quodque enim in hoc eſt, quod in definitione aſſumit.

Nihil per ſe in diuerſis generibus eſſe poteſt: alioquin extra definitionem per accidens multa de aliquo prædicari poſſent.

Vnum quot modis dicatur.

Vnum, *vt* { Continuum, *ſed hoc, vt totum, multas partes amplectitur, quæ aliud quàm totum ſunt.*
{ Eadem definitione: *ſed cum homo ſit, ſunt tamen etiam aliæ ſpecies, vt equus, bos,* τὸν αὐτὸν ἔχουσι ἐκείνοις λόγον τὸν τοῦ ὄντος.
{ Indiuiſibile, ἀλλὰ τοῦτο καὶ πέρας καὶ ἀρχὴ ἐστι, καὶ ἄλλα πολλά.

¶ Sequitur igitur abſurdum, idem ens eſſe vnum & multa.

Poſteriores, quamuis non ponerent vnum ens, tamẽ cum ſenſibilium vnumquodque ens nominarent, vt Socratem, & de Socrate quidem multa accidentia prædicarentur, vt, eſſe ſimum, album, philoſophum, dubitantes tandem quomodo idem ens vnũ ſimul & multa eſſe poſſet, ſubſtantiale verbum de ſola ſubſtantia prędicauerunt: vt, Socrates eſt, dempto eo ab accidentibus. Lycophron igitur dicebat, non Σωκράτης λευκός ἐστι, ſed Σωκράτης λευκός: tanquam non aliud ens accederet per ſolum adiectiuum: ſed ſi non aliud accedit, idem igitur ſignificat Socrates & Socrates albus. Adhæc non eſſet enunciatiua oratio, nam neque verum neque falſum ſignificat. Sed neque alia orationis ſpecies eſt, vt vel imperatiua, vel interrogatiua aut optatiua: imò neque prorſus oratio eſt. Igitur præter hoc, quod primum ἄτοπον non vitarunt, inciderunt etiam in nouum.

Alij cum vellent enunciatiuam orationem formare, dicebant: ἄνθρωπος λελεύκωται, βαδίζει, non λευκός ἐστι, βαδίζων ἐστιν: ſentientes accidentia nõ entia eſſe, ſed acceſſoria, & φύσιν ἔχειν ὑφειμένην. Sed hi quoque falluntur, quãuis mutato prædicato.

Philoſophi etiam ex Eretria illud ἄτοπον vitantes, nullum de alio prędicari dicebant, ſed vnum quodque de ſeipſo, vt ἄνθρωπος, ἄνθρωπος: λευκόν, λευκόν. Sed ἄνθρωπος πολλά ἐστι, καὶ τὸ λευκὸν, πολλὰ, vt ex definitione patet: & ijdem enunciatiuam orationem perimunt.

Poteſt

Poteſt aliquid eſſe definitione diuerſum, idem ſubiecto, vt quę in eodem ſubiecto ſunt accidentia.

Vnum { Subiecto, *definitione multa, vt eiuſdem ſubiecti diuerſa accidentia, quæ de eodem ſubiecto, cui inſunt, prædicantur.*
Actu, *multa potentia, vt totum, συνεχὲς, & partes: & è diuerſo: Multa actu, potentia vnum aliquid eſſe poteſt, ὅτι δ' ἐνδέχεται συνεχίζεσθαι, ὡς οἱ πολλοὶ κινεῖ.*

Vnum { Genere, *ſpecie multa, vt ζῶον.*
Specie, *numero multa, vt ἄνθρωπος.*
Actu, *potentia multa, Socrates. Vtuntur quidem adhæc* Vnius *nomine, ſed non ratione & proprietate eius, quæ ſimplex & impartibilis eſt. Meritò igitur dubitatio fuit, quomodo aliquid eſſe poſſit vnum & multa, & primùm in ſubſtantia & accidentibus.*

Nulla ſcientia aut ars diſputat contra perimentē ſua principia: nam ex principijs omnia probanda ſunt. Hæc igitur qui negat, ſcientiam totam ſuſtulit. Non igitur Phyſicus, quatenus Phyſicus de ſuis principijs diſputare poteſt. Omnia enim probantur aut ex prioribus (ſed priora phyſicis principijs, non ſunt phyſicę) aut ex poſterioribus; ſed hæc non ſunt manifeſta, niſi datis principijs. Igitur poſtulare illa oportet, principijs iam conceſsis, vt Geometrę αἰτήματα vocant. Neceſſe autē habet quęuis ars ſua principia probare ex ſuperiori proxima, vt Medicina ex Phyſica: Mechanica ex Geometria: aut ex communi aliqua, vt Dialectica Peripateticorum: hęc enim vtilis eſt, πρὸς τὰς κατὰ φιλοσοφίαν ἐπιστήμας, vt autor dixit: ἐξεταστικὴ γὰρ φησιν οὖσα, ad omnium ſcientiarum principia viam habet. Nam ſcopus eius eſt; de omni re probabiliter dicere. Nam Dialecticus oſtendit, quòd punctum ſit ἀμερὲς: linea ἀπλατὴς: ſuperficies, quòd longitudinem & latitudinem ſolùm habet. Itemq́ prima philoſophia omnium principia demonſtrat, vnde ars artium, & ſcientia ſcientiarum dicitur.

Qui vniuerſaliter omnia principia negant, his fortè nemo prorſus reſpondebit. Id autem faciunt, qui vnum ens ſtatuunt ὡς μηδὲν ἄλλο παρ' αὐτὸ εἶ.

Quæritur an quælibet ars habeat aliam propriam, ex qua ſua principia deſumat, vel an vna omnium communis ſit, vel an quælibet ſua principia per ſe inueniat & iudicet. Principiorum probationes eſſe nō poſſunt, alioquin in infinitum procederetur. Sunt ergò

Principia { Ἀυτόπιστα, *vt κοιναὶ ἔννοιαι, & ὅροι, quæ cuiq; diſciplinæ cognita et probata: ſunt & ex definitionibus vt immediatis principijs demonſtrationes.*
Ἐξ ὑποθέσεως, *vt ὅρων ὑποστάσεις. Conſtat enim eſſe punctū, lineam. Sed an aliquid ἐν μεγέθεσι ἀμερὲς ſit, & ἐν τοῖς πεπλατυσμένοις ἀπλατὲς, ſupponitur pro principio, quæ à primo philoſopho demonſtrantur, quem Dialecticum Plato vocat.*

Phyſicus de principijs diſputabit ex

{ Superioribus, *& non erit Phyſicus.*
Poſterioribus, *ſed poſtulare anteà oportet principia.*

Poterit tamen Phyſicus reſpondere, ſecundum principia demonſtrationum, quæ ſumuntur ex euidenter ſenſibilibus & ex ἐπαγωγῇ particularium. Habet igitur quod reſpondeat, non ex principiorum principijs, ſed ex principijs demonſtrationis.

Huiuſmodi meditationes Geſnerus cœperat, in libri primi de Principijs initium, literis comprehendere, quæ non perfecit.

TABVLA DE PRINCIPIIS ET CAVSIS: QVAE eſt Librorum priorum acroamatωn quaſi quodam compendium.

Scientia naturalis conſyderat rerum naturaliũ principia & cauſas,

- Internas & *ratione tantùm intelligibiles, vel intellectu (ratione vel intellectu legitimo, vt formæ omnes et materiæ ſecundæ: ſpurio, vt materia prima, & priuatio.) Componunt autem hæ internæ cauſæ rem*
  - Per ſe, *quæ & elementa vel concauſæ dicuntur, συναίτια, rem componentes,*
    - Materiam *primam & remotã, ὕλη, χάος, Terra vacua & informis, (nam de alijs, id eſt, medijs materijs & ſecundis, & proximis ſenſuiq́ manifeſtis, in alijs libris dicetur) quæ eſt commune ſubiectum tranſmutationis omnium rerum naturaliũ, prorſus informe, & propter hoc ipſum ad formas omnes recipiendas idoneũ: potentia tantũ ens, et ratione tantũ, eaq́ notha intelligibile: ſemper appetẽs nouæ formæ recipiendæ, & abijciendæ prioris. Cognoſcitur per analogiam ad*
      - Materias *ſecundas.*
      - Materias *artificum.*
      - Speculum.
      - Locum *ſeu vas.*
    - Formam, *quæ largitur eſſentiam, nomen & definitionem rei compoſitæ: & dicitur rei naturalis ſubſtantia vel eſſentia, εἶδος, μορφὴ, ἐντελέχεια, λόγος, οὐσία, τὸ τί ἦν εἶναι, ἕξις, ἐνέργεια: nam κίνησις eſt ἐνέργεια ἀτελής. Hæc in generatione & operibus naturæ efficientis etiam & finis rationem obtinet. In genere verò forma alia eſt*
      - Per ſe, *& hæc rurſus vel*
        - Incorporea, *vt*
          - Deus, *forma formarum, ens entium.*
          - Ideæ *in mente diuina.*
          - Angeli *boni & mali.*
          - Mentes *humanæ.*
        - Corporea,
          - Phyſica, *eaq́ aut in*
            - Animatis, *anima vegetatiua, anima ſenſitiua, motiua intelligens, &c. Vt ſunt*
              - Herbæ, *arbores, frutices.*
              - Zoophyta.
              - Animalia *omnis generis.*
              - Homo, *&c.*
            - Inanimatis, *et ſimpliciter natura vocatur, ſiue in*
              - Simplicibus, *id eſt, elementis.*
                - Motus *in orbem cœli.*
                - Caliditas *in igne.*
                - Frigiditas *in aqua.*
                - Humiditas *aëris.*
                - Siccitas *terræ.*
              - Compoſitis *vt ſunt*
                - Lapides.
                - Gemmæ, *beryllus.*
                - Metalla, *aurum, &c.*
          - Artificialis, *vt forma ſeu figura*

[Bracket labels in the left margin: Inter nas per ſe; For mã p ſe; bracket numbers 1, 2, 3, 4]

Domus.

1 2 3 4

Scientia naturalis conſyderat rerum naturaliũ principia & cauſas,

* Domus.
Lateris.
Tigni.

Per accidens, *vt omne genus accidentium, quarum infinitæ ferè in re quaq; ineſſe poſſunt, cum formà ſubſtantialis vnà tantùm in vnaquaq; re ſit, quæ ab eo, quod in vnoquoq; ſummũ & excellentiſſimum inuenitur, denominari poteſt, De elementorũm accidentarijs formis paulò antè dixi. Aliqui recentiorũ formam externã, quæ in cuiuſq; corporis ſuperficie, & figura, & partium inter ſe compoſitione apparet, formã primam vocant, quod ea primum à nobis cognoſcatur; ſenſibus ſcilicet, ſecundum verò internam et ſubſtantialem. Sed poſſet contradici, prima quæ nobilior eſt et ſubſtantialis: ſecunda quæ accidentaria.*

Forma *etiam* ἐντελέχεια *vocatur, id eſt, actus, qui eſt triplex*
1 *Imperfectus, & motus dicitur, vt caleſcere in aqua caleſcente.*
2 *Perfectus, vt* εἶδος *rei cõpoſitæ pfectè, vt caliditas facta in aqua.*
3 *Agens in aliud,* ἐνέργεια, *conſequens formã perfectam, vt calefacere, vel calefactio, vim ſuam in aliud extendens.*

Per accidens, *Priuationem: hæc enim materiæ ineſt, & per eam materia intelligitur, & eſt cauſa corporis conſtituti quidem per accidens, conſtituendi verò & in ipſa generatione per ſe, non conſtituens, ſed mutans & materiam excitans ad appetitũ formæ, vt fames os ventriculi. Eſt autem in materia prima omnimoda priuatio, in rebus verò naturalibus vniuſcuiuſque formæ eiuſdem generis priuatio opponitur.*

Externas
Per ſe *motrices cauſas,* αἰτίας *ſimpliciter*
Efficientem, quarum alia
Generat
Συνωνύμως
Secundũ *formã, etiã accidentariã, vt ignis caliditatẽ.*
Secundùm *ſubſtantiã. Sic quæq; ſpecies ſimilem ſibi ſpeciem procreat: leo, leonem: & non ex quouis quiduis generatur, nec quiduis à quouis patitur.*
Ὁμωνύμως
Vniuerſaliter, *vt Sol & cæleſtia.*
Particulariter, *vt ſemẽ vel ſeminis virtus formatiua, quæ agit, ſi conſideretur*
Actu, ὁμωνύμως.
Potentia, *& origine ſua,* συνωνύμως.
Vtraque *ſecundũ virtutẽ, non ſecundum formã et ſubſtantiam.*
Corrũpit.
Mouet.
Continet
Conſeruat.
Præparat.
Principalis *eſt.*
Media, *vt inſtrumenta.*
Et cætera. *Vide in diuiſione cauſarum.*
Finem, *quorum alius eſt,*
Vltimus.
Medius.
Congruens *rationi.*
Aberrans.
Per accidens, *quæ caſus vocantur & euenta fortuita.* *In ijs* ⊕

⊕ Quæ ratione & κατὰ προαίρεσιν agunt, vt homines: fortuna, τύχη
- Bona, vt inuentus theſaurus. } Si alicui⁹ momēti euentus ſit.
- Mala, vt calamitas tragica.

Quę inconſultò agunt, vt pueris, inſanis, brutis, rebus inanimatis, ſimpliciter caſus, nomine generis.

¶ Natura etſi ratione prædita non ſit, non minus omnia optimè facit, quàm ſi ſummè rationalis eſſet: quod argumentum eſt, eam ab alia vi ſuperiore regi. Nam & materia formam ſibi proponit, & omne ſecundum naturam agens certum finem. Artificialia brutorum opera, media mihi videntur inter naturæ & artis rationalis opera.

Quæ rarius contingunt, Fiunt enim alia
- Rarò
  - Caſu } ἐνδεχόμενα, contingentia, poſsibilia.
  - Fortuna
- Vt plurimum
  - Arte, probabilia.
  - Natura, vt generatio, ex ſemine fieri fœtum.
- Semper, & ſimiliter neceſſaria, ἀναγκαῖα
  - Simpliciter res & motus cæleſtes: et naturaliū corruptio.
  - Per conditionem.
    - Ex præcedenti ad conſequens in ſyllogiſmis.
    - Ex conſequenti ad præcedens, vt ſi homo eſt, embryo fuit: ſi embryo, ſemen, idq; neceſſariò, non autem contrà. Ἐν τοῖς μὲν ἡ ἀρχὴ τὸ ὄν, ἐν τοῖς δὲ τὸ ἐσόμενον.
- Nunquam, impoſsibilia

¶ Horum omnium infinitæ cauſæ eſſe poſſunt. Sunt enim euentus fortuiti per accidens. Vni autem infinita accidere poſſunt.

DE RERVM NATVRALIVM PRINcipijs meditationes variæ.

De Principijs in genere.

1 De Principijs & cauſis rerum Dialectici etiam docent, ſed minus ſolidè: Phyſici ſolidius, tanquam in propria arena verſantes. Dialectici communia omnia tractant, ſed probabiliter & minus accuratè. Primus Philoſophus eadem certius, ſolidius. Solidiſsimè verò vnaquæq; ſcientia, quod ſuum eſt. A ſingulis Dialectici videntur aliquid accipere, primus Philoſophus dare. Dialectica artificioſè & pulchrè multa docet, ſed ad oſtentationem plerumq; tantùm, vt ars athletum & pugilum multa ſcitè riteq; facit: at ſi robuſtus aliquis etiam ruſticus inexercitatus accedat, facilè omnem pugilis oſtentantis & artificio ſuo ludentis, vim irritam facit. Ita Philoſophus ſolidus, Rhetorum, Dialecticorum vim omnem facilè euertit.

Quinque Platonis principia.

1.	Ὄν.	His conferuntur	Τὸ γινόμενον.
2.	Ταυτόν.		Ἀρχὴ μιγνύουσα.
3.	Ἕτερον.		Αἰτία διακρίνουσα.
4.	Κίνησις.		Τὸ ἄπειρον.
5.	Στάσις.		Τὸ πέρας.

De Principijs rerum ex Plutarcho, ſecundum diuerſas diuerſorum opiniones.

1 *Aqua*, Thaleti. Ὠκεανὸς ὅσπερ γένεσις, &c.
2 *Infinitum*, Anaximandro. Ex hoc omnia fieri, etiam mundos infinitos, inq; hoc reſolui. Quę verò eius ſit natura, aër ne an aqua, non exprimit: & ſolam materiam ponit, cauſam efficientem omittit.
3 *Aër*, Anaximeni. Ex hoc omnia, & in hoc, vt corpora animalium ab anima, quæ aër eſt, continentur: & mundus totus ex aëre ſeu ſpiritu. Sed hic quoque errat vno ſolo principio ſiue materiali, ſiue efficiente poſito. Cum vtrunque requiratur.
4 *Homœomeriæ*, particulæ intellectu percipiendæ, aliæ alijs viribus. Anaxagoræ. In omnibus enim omnia ineſſe volebat: quòd omnia ex eis generari poſſe putaret: vt ex pane omne genus τῶν ὁμοιομερῶν noſtri corporis. Sic autē vocabat, quòd ex ſimilibus (principijs & partibus) ſimilia generarentur. His addebat νοῦν cauſam efficientem.
5 *Aër infinitus*, cum raritate & denſitate ſua, id eſt, igne & aqua, Archelao.
6 *Numeri*, Quorum perfectiſsimus ſit denarius; qui primo in quaternario ineſt, Pythagoræ.
7 *Atomi*, Epicuro, Democrito, &c. Caſus, Fortuna.
8 *Quatuor elementa; φιλία, νεῖκος*, Empedocli.

Diſcrimen inter principium & cauſam.

2 Cauſa omnis principium eſt: non autem omne principium cauſa. Nam & ianua principium domus eſt, non cauſa: & vniuſcuiuſq; rei pars prima; motus aut tempus initiale, &c. eius principium dicitur. Sic natura non modò cauſa eſt, ſed etiam principium, ſi tempus, ordinem & dignitatem reſpicias.
3 Generationis rerum principia aut ſunt
- Vnum. *Sed ex vno nihil gignitur.*
- Plura *vno, eaq; vel*
  - Infinita. *Sed nihil in rerum natura infinitum actu admittitur: & infinitorum ſcientia non eſt, &c.*
  - Finita, *vt minimum duo: quæ ſi ſufficiant, non eſt quod plura requiramus: natura enim nihil fruſtra facit. Sed omnis mutatio à contrario in contrarium fit, & vnum vni contrarium eſt. Erunt igitur duo contraria mutationis principia, nempe ἕξις & στέρησις: hæc enim eſt ſumma & communiſſima contrarietas. Sed cùm contraria ſimul eſſe non poſſint, nec aliquid conſtituant per ſe, neceſſariò addetur tertium, nempe ſubiectum, in quo illa viciſſim recipiantur. Sic tria ſunt*
    - Vnum, *ſubiectum, cui nil contrarium.*
    - Duo *contraria.*
      - Forma.
      - Priuatio.

Quomodo demonſtretur, principia debere eſſe contraria.

4 Senſus oſtendit, varias rerum mutationes fieri. Quærentes igitur principia & cauſas mutationum, ſtatim ſeſe offeret principalis quædam contrarietas, rebus omnibus inſita. Nam cui nihil contrarium eſt, id ſanè non mutatur. Contrarium ergò mutationis cauſa eſt. Ergò principia contraria.

Sed cum principia ſubſtantias eſſe oporteat, ſubſtantię verò nihil contrarium

ſit, quid hic dicendum? Contraria ſimpliciter hic pro oppoſitis dicuntur. Contraria quædam vtraque ſubſiſtunt, vt Album, Nigrum: alia non exiſtunt vtrinq;, vt Habitus & Priuatio, quæ per accidens contraria dicuntur. Et ſic verum eſt, ſubſtantiæ per ſe nil eſſe contrarium, &c. Sed vnum vni contrarium eſt, duo igitur tantùm contraria principia ſtatuentur, & vnum cui nil contrarium neq; per ſe neq; per accidens, contraria verò in ſe ſuſcipiens,

5 Oppoſita, quæ & Contraria generaliter dicuntur, ſunt vel

- Ad *aliquid, vt pater, filius: paruum, magnum.*
- Contraria, *eidem ſubiecto viciſſim inſunt.*
- Habitus *& priuatio, circa idem aliquid neceſſario: vt viſus, cæcitas: auditus, ſurditas.*
- Contradictiones, *id eſt, affirmatione & negatione.*

6 Duplex eſt principium. Alterum in ipſo contrario: eſtq; nulla pars, neque progreſsio rei, & ſine vlla latitudine. Et ſic Priuatio eſt principium Formæ. Alterum eſt in motu poſitum, & in progreſsione ad contrarium, &c. & ſic tepiditas eſt principium, vel prima pars caliditatis.

7 Subſtantiæ compoſitæ non ſunt contraria principia, ſed componendæ: & ante compoſitionem.

8 Quanquam in rebus alijs contrariorum extremorum aliquando actu media ſint: in ſupremis tamen contrarijs nihil eſt medium re ipſa, ſed ratione. Quare duo ſola eſſe oportet: Ens, *forma* & non ens, *priuatio*. Quorum medium ratione eſt *Materia*, partim ens, partim nõ ens: *ens ratione & potentia, non ens actu*, nec plura his tribus ſuprema genera reperies.

9 Ἕξις καὶ στέρησις non propriè ſunt differentiæ phyſici generis: neque propriè contraria: quando στέρησις per ſe non ſubſiſtat, & inhæreat materiæ, cuius cognitio ſolùm ἀνάλογος habetur. Propriè enim ἕξις καὶ στέρησις in Qualitate ſunt: ſed per analogiam quandam in cæteris quoque compoſitis, & in Subſtantia.

10 Principia quædam ſunt

- Per ſe, *intrinſeca, conſtitutiua, partes rei compoſitæ capitales, rei conſtitutæ, concauſæ, nempe*
  - Materia, *natura: nuſquam reperitur ſine forma, neq; contrà.*
  - Forma, *natura.*
- Per accidens, *extrinſecum, Priuatio, quæ vel & planè negatio eſt, & tamen quaſi forma quædam potentiæ & habilitatis ratione. Principium rei conſtituendæ, non etiam conſtitutæ.*

Principiorum diſtinctio.

11 Tria rerum naturalium principia, Materia, Forma & Priuatio, alio modo conueniunt rebus ipſis, alio tranſmutationibus. His ſemper omnia tria per ſe ſunt: rebus non item. Verbi gratia, Priuatio per ſe eſt generationis & corruptionis, rei verò generandæ per accidens, corrumpendæ per ſe, genitæ & corruptæ nullo modo. Vbi erat priuatio, antequam generaretur apis? in cadauere bouillo, non in ipſa ape. Cùm ergò in alio ſit, per accidens eſt.

12 Tria ſunt principia, quæ ſic intelliguntur, vt ſi dicas, *Hoc lignum fieri poteſt menſa*: tria principia nominaſti: *Lignum*, vt materiam: *Poſſe*, vt priuationem: nam quicquid fieri poteſt, nondum eſt, non quidem omnimodam, ſed aptam & idoneam ad recipiendam formam: tertio *Menſam*, quod formæ nomen eſt, artificioſæ quidem, ſed rerum naturalium intellectus per analogiam à rebus artificioſis petendus eſt.

13 Materia comparatur generi, Forma ſpeciei vel differentiæ: & vt omnis res

ex materia & forma conſtat: ita debet per genus & differentiam definiri.

14 Inuenta materia prima, & forma & potentia (quæ materiæ confertur) & actu (qui formæ) plurimas obſcuras quæſtiones, & indiſſolubiles alioqui, ceu gladio Delphico diſſoluendi Ariſtoteles viam oſtendiſſe dicitur.

DE MATERIA PRIMA, NATVRALIVM *rerum principio, meditationes.*

1 Licet materia prima potentia in rebus inſit omnibus, eiuſq; ratione quidlibet ex quolibet generetur: natura tamen non ſtatim & immediatè quiduis ex quouis producit, ſed certis rebus generandis certas materias ſecundas deſtinauit. Materia quidem apta eſt, vt aliquid ex ea generetur: non ſemper tamen hoc fit, quia Cœlum, Sol & reliqua ſydera, calorq; cœleſtis, non ſemper aptitudinem materiæ ad actum eliciunt. Quiduis namq; ex quouis fit, non proximè, ſed alijs aliquot formis, ceu gradibus, mediantibus; vt ex quouis cibo caro fit, mediante ſcilicet chylo & ſanguine.

Formulæ ſiue locutiones, quibus materiæ ratio exprimitur.

2 Materia eſt non ens ſimpliciter: &, Materia ſimpliciter non eſt: hæ prorſus eam negant. Hæc verò, Non eſt ſimpliciter; aliquo modo eam eſſe permittit, ſcilicet potentia. Vt, ſimpliciter non eſt doctus; ſimpliciter indoctus eſt: & alio, Non eſt ſimpliciter doctus.

3 Materia prima noſcitur per comparationes: comparatur enim tum naturalibus, tum non naturalibus rebus: uaſi, loco, ſpeculo imagines recipienti, ceræ ſigilla impreſſa repreſentanti, luto figuli, ſemini ſtirpium, & omnibus materijs ſecundis, quæ corpora ſunt actu.

4 Materia habet ſe inſtar totæ vel tympani, quod hauſtris circumferentiæ affixis aquam viciſſim haurit, effunditq;.

5 Quod verò materia prima ſit alicubi hodieq;, &cæt. *Velcurio lib. 1. cap. 14. ſect. 2.* Per accidens materia prima alicubi eſt; non per ſe: nam corpora tantùm primò & per ſe in loco ſunt.

Materiæ gradus in compoſitis: vt homine.

6

Materia prima	1	gradus
Elementa quatuor.	2	
Cibi.	3	
Chylus.	4	
Quatuor humores & ſperma	5	
Partes ſimplices.	6	
Partes organicæ.	7	
Corpus integrum.	8	

Materiæ diſtinctio methodica.

7 Materia ſecunda ſubiecta eſt, tum

1. Naturæ, *quæ eſt aliàs*
   2. Communis, *Remota: Elementa quatuor quæ ſolùm materiã habent, nullã ſecundam, cùm ipſa potius rerum omnium ſecunda ſint materia.*
   - Pecularis, *Propria.*

1 2 Inanimatis.
- Imperfectis, *hoc eſt Meteoris.*
  - Humidis, *Vapor.*
  - Siccis, *Exhalatio.*
- Perfectis.
  - Lapidibus, *fortè liquor vel ſuccus creſcens & coagulandus. Vide Agricolam de materia lapidum.*
  - Metallis, *Sulfur & Argentum viuum, vt Chymiſtæ habent.*

Animatis
- Plantis
  - Semina.
  - Radices.
  - Lachrymæ.
  - Malleoli.
  - Partes *earum ſimilares. Et nutrimentum: nam quo vnumquodq; alitur, ex eo etiam conſtituitur primum.*
- Animalibus, *partes vel*
  - Solidæ, *ſimilares.*
  - Humidę.
    - Humores *quatuor in ſanguineis.*
    - In *cæteris analogi.*

Artibus, *vt*
- Lutum, *Figulo.*
- Ferrum, *Fabro.*
- Lignum, *Materiario, Statuario, &c.*
- Alia, *Alijs.*

¶ Omnes hæ materiæ referri debent ad vnam primam. Omnis enim reſolutio ad vnum primum fit, tum in rebus, tum in ſententijs aut artibus, ad primum aliquod axioma. Hæc vnitas Prima Dei nobis imaginem ob oculos ponit.

DE PRIVATIONE, ALTERO RERVM *principio, meditationes.*

1 *Quare priuatio ſecundum eſt principium?* Vt fames & ſitis neceſſariæ ſunt ad nutritionem corporis, quia ipſæ cauſę ſunt, vt nutrimentũ appetatur: nec nutriretur animalis corpus, quod has affectiones non haberet. Sic abſq; Priuatione materia non appeteret formam, quo ſine nil gigneretur.

2 An priuatio eſt principium potentiæ, vt fieri poſsit aliquid. Materia & forma eſſentiæ; hæc vt ſit, illa vt fiat?

3 Priuatio ſecum iunctam habet potentiam, vt poſsit materia poſt vnius formæ amiſsionem recipere aliam. Id enim ſi non poſſet, in perpetua corruptione iaceret informis.

4 Priuatio ratione tantùm & comparatione à materia differt. *Velcurio lib. 1. cap. 12.* Non probo; ſed potius, Priuatio eſt veluti accidẽs, aut veluti forma quędam materiæ primæ, cuius ratione cognoſcitur, vt nox ex tenebris.

5 Priuationem ego meram negationẽ dixerim, vt & in vocabulo Tenebrarum abſolutè negamus lucem, quod ad actum, non quod ad potentiam.

6 Priuatio alia eſt omnimodo, vel priuatio etiam potentiæ, vt in cæco nato, in lapide eſt priuatio viſus: neq; enim poſſunt vnquam videre. *An hæc non habent locum in prædicamento qualitatis?* Alia eſt habitus priuatio, vt reciproca & non difficilis mutatio eſt, vt tenebræ, lux. *Sic in Prædicamentis, Simplicius.*

Priuationis proprietas.

7 Priuatio in re quæ gignitur, vel intrinſecus eſt: in re genita verò non eſt, vel ex-

vel extrinſeca eſt. In corruptione, priuatio eſt in re etiam quæ corrumpitur, idq; interna; incorrupta verò omnino non eſt, cùm ne res quidem amplius ſit.

DE FORMA, TERTIO PRINcipio, meditationes.

De formis, vide plura lib. 3. de Anima inferius, à principio: & paulò etiam poſt inter cauſas.

1. Forma diuinum principium eſt, & forinſecus accedere videtur: quare & Metaphyſici eſt, de forma tractare duplici nomine, tùm quoniam diuina eſt, tùm quoniam de principijs omnium artium & ſcientiarum diſſerit. Mens quidem in homine planè forinſecus accedit, & non eſt ex traduce. Cæteris ſua forma ex cœlo fortè.

Vt ars in opere artificioſo, nihil aliud quàm operis ipſius ratio eſt, in rebus naturalibus, forma cuiuſq; rei ratio eſt, ſic etiam anima animalium.

Maior eſt formarum numerus, quàm rerum ſingularum quæ ſub ſenſum cadunt. Ariſt. 12. Metaphyſ. cap. 4.

2 Phyſicam formam aliqui putant nihil aliud quàm craſim, ideſt primarum qualitatum in vnaquaq; re temperiem eſſe: alij cœleſtem quandam vim, cuius ratio reddi non poſſit, ex influxu ſyderum. Vocatur & in ſeminibus formatiua virtus, quæ cœleſti virtuti comparatur.

3 Forma dicitur actus, ἐντελέχεια, perfectio, idea, ſpecies, εἶδος, τὸ τί ἦν εἶναι, λόγος, οὐσία, differentia vltima & proprijſsima.

4 Forma quædam eſt prima, *naturæ prior & tempore*, remotior, communis, vt forma animalis, forma corporis in homine. Sic genera ſunt formæ quædam cõmunes. Quædam ſecunda, propria, & proxima: ſpecifica differentia, vt ſpecies primæ, vnicuique ſua: ratio in homine. Exemplum de fœtus generatione: prima forma eſt quaſi φυτὸν: deinde ζωόφυτον: tum animal: vltimò homo.

5 An forma prima intelligitur pro notione illa, qua formam ſimpliciter definimus? Quæ ineſt rebus.

- Πρὸ τῶν ἄλλων: *idea quædam in Deo vel alio opifice.*
- Εν τοῖς πολλοῖς, εἶδος ἔνυχον.
- Μετὰ τὰ πολλὰ, *in animis hominum non opificum.*

Formarum diſtinctio methodica.

6 Formarum alia eſt Subſtantialis, alia Accidentaria.

- Subſtantialium *formarum, alia eſt*
  - Incorporea, *& harum item quædam*
    - Prima, *Superintelligibilis, Deus ipſe, vel Dei effectus. Sed Deo cùm nullum nomen conueniat eorum quæ mens noſtra capit: cùm non ſit τὸ ἢ τί, id eſt hoc vel illud, ſed principium & fons omnium: non tam οὐσία & forma quàm ὑπερούσιος: non intellectus, ſed ſuperintelligibilis: non τὸ ἀγαθὸν, ſed ὑπεράγαθον.*
    - Secunda, *intelligibilis: vt angeli, mentes.*
  - Corporea, *id eſt, corporibus alligata, vis quædam cæleſtis, ex cæli influxu, elementis primùm, deinde animatis, per diuerſas animæ formas, cæteris per naturam infuſa.*
- Accidentalium *formarum diuerſitas habetur ſecundum diuerſitatem & differentiam nouem prædicamentorum.*

7 Formarum alia dicitur eſſe
- Prima, *idq; vel*
  - Simpliciter, *vt Deus.*
  - In *natura, quarum alia rurſus eſt vel*
    - Cogitatione, *eaq; vniuerſalis: idea quædam in mente contemplantium: ſed prius in mente diuina; & hæc* περὶ τῶν πολλῶν, *illa* μετὰ τὰ πολλά.
    - Reipſa, *primùm cœli formæ: deinde elementorum formæ, ab his enim reliqua omnia accipiunt ſuas quæq;.*
- Secundæ, *& hæ rurſus ſunt vel*
  - Propriè: *ſecundorum & mixtorum corporum formæ ſingulares.*
  - Impropriè: *ſic Accidentia etiam videntur dici formæ ſecundæ.*

De gradibus, ſiuè climace formarum.

8 Gradus formarum.

Superintelligibilis 1, Intelligibilis 2 } Incorporeæ.
Animalis 3, Vitalis 4, Naturalis 5 } Corporeæ.
} His reſpondent:

9
8. Deus. 1.
7. Intellectus *angelicus, & virtutes cœleſtes* } 2.
6. Mens *humana.*
5. Cogitatio, *perfectio animalium.* } 3.
4. Senſus *& motus animalium: quæ etiam phantaſiam habent.*
3 Senſus *Zoophytorum* } 4.
2. Vita *plantarum*
1. Natura *lapidum & metallorum.* } 5.

Forma *rerum naturalium.*
Materia *& priuatio.*

10 Forma ſeu idea.
- περὶ τῶν πολλῶν, *ante res, paradigmatica, in mente diuina, vbi rerum genera & ſpecies tanquam ſubſtantiæ ſubſiſtunt. Sic in mente cuiuſq; artificis operum ſuorum forma eſt, non vt ſubſtantia, ſed tanquam animi tantùm notio & conceptio.*
- Μετὰ τὰ πολλά, *poſt res, genera & ſpecies in cogitatione hominum abſtractæ, non tanquam artificum.*
- Ἐν τοῖς πολλοῖς, *in ipſis rebus concreta. Sic forma ſigilli eiuſdem, alia eſt in animo artificis; alia ſculpitur in ferro; alia particulatim ſingulis & multis ceris imprimitur.*

11 Forma vniuerſalis non gignitur neq; corrumpitur, ſed particularis forſan: aut fortè ne ea quidem: *eſt enim incorporea*: Sed accedit tantùm & recedit.

12 Forma materiæ appetitum non excitat, *Schetkius in compend. phyſ. lib. 1. cap. 3.* Forma quidem ceu finis appetitur: ſed ipſa non eſt efficiens cauſa appetitus, alioqui ſui ipſius corruptionem appeteret.

13 Quanquam vnius ſubiecti vna eſt forma: poteſt tamen vna res plures habere formas, vt homo plures animæ facultates, è quibus tamen vna ſolùm propriiſsima & vltima forma dicitur.

DE NATVRA MEDITATIONES.

1 Naturæ vocabulum latè ſeſe extendit ad animalia ipſa, & ipſam quoq; animam quodammodo. Significat enim.

- Ens *ſimpliciter.*
- Subſtantiam *corpoream & incorpoream.*
- Differentiã *ſpecificã, vel propriũ, aut accidens inſeparabile cuiuslibet entis.*

2 Natura dicitur vel.

- Materia
  - Prima
  - Secunda.
- Forma, *& magis quidem quàm materia.*
- Germinatio *& fœtura, in ijs quæ naſcuntur, & in animalibus ſemẽ genitale.*
- Vis *quædam ex materiæ & formæ vnitione orta. Vide Aphrodiſienſ. in Metaphyſ. 121.*
- Φύσει, *quæ à prima natiuitate alicui inſunt: Cui opponitur* οὐ φύσει.
- Secundum *naturam, ignis ſurſum.*
- Contra *naturam.*
- Res *naturalis quid.*

3 Naturæ non alius finis eſt, quàm cuiuſque rei eſſentia, nempe forma & perfectio. At Dei reſpectu naturæ finis eſt Deus ipſe ſibi: naturam enim totam propter ſe ipſam fecit, vel propter hominem; hunc verò propter ſeſe. Homini etiam naturæ finis Deus eſt.

Natura cognata eſt Creationi, Fortunæ, Arti, idq; hoc pacto.

4 Natura immitatur creationem: nam quod Deus ſemel ab initio creauit, id natura vel cõſeruat, ſi vniuerſale ſit, ſua vi; vt cœlum & elementa: vel ſi particulare, aliud ſubinde ei ſimile generat, vt quoniam indiuidiuum non poteſt, ſpeciẽ ſaltem conſeruet. Imò etiã inferioribus vel imperfectioribus etiam ſuis operibus ſuperiora vel perfectiora immitatur: Stellas facit in mari. Conuoluulum Plinius ſcribit, eſſe rudimenta naturæ, lilia facere condiſcentis. In ſimia quoq; hominem. Sic in mari cernitur abies, quercus: in terra chamędrys, chamæpithys, &c. in animalibus, auis non auis, lapis non lapis, herba non herba, corallium, &c. Sic nihil eſt abſolutum in natura, cui non aliquid ſimile imperfectius reperiatur; in metallis, in lapidibus, atq; etiam animalibus.

Fortuna verò immitatur naturam, ſed rarius: in achate Pyrrhi fortuna imitata eſt artem.

Ars imitatur naturam, ſiue proprium aliquid faciat, vt in ædificijs, vaſis, organis, veſtibus, &c. quoniam materiæ quam accipit à natura, certam figurã ceu formam indit, vnde res denominantur, & ſic quaſi cum natura certare videtur, vti pictores, ſtatuarij, qui mentiuntur gemmas, aurum, &c.

Medicus etiam imitatur naturam: nam quod in robuſtis corporibus ſpõte naturæ fieri animaduertit: id in infirmioribus remedijs vel diæta ipſe molitur.

5 Si *natura*, Dei miniſtra, in rebus corruptibilibus tam pulchra eſt, quid erit ipſe Dominus Deus in rebus immortalibus?

6 Cum res naturales oẽs tam mirè & artificioſè cõſtructæ ſint, ſuiſq; actionib. ἀμεταπτώτως vtãtur. Natura aũt ipſa indocta & ſine mente ſit, artificẽ aliquẽ ſuperiorẽ eſſe oportet, qui naturam moueat, veluti θαυματουργὸς τὰ χοινία καὶ νεῦρα: natura autem res ipſas, veluti τὰ νεῦρα mouent τὰ θαύματα καὶ νευρόσπαστα.

6. Vtrum Natura Deus ſit, vt ſenſit Plinius lib. 2. cap. 6. naturalis hiſtoriæ, argumenta in vtramq; partem.

Quòd Natura Deus ſit.

1 Natura videtur eſſe ſummum bonum: itaq; quęcunq; optimè ſe habent, dicuntur ſecundum naturam ſe habere. Si Deus natura bonus, vt omnes loquuntur, idemq; ſummum bonum: ſequi videtur naturam eſſe ſummum bonum.

2 Legimus in ſacris literis. *Quod Spiritus Dei mouebatur ſupra aquam*, Spiritus verò Dei non differt à Deo, & idem hic Spiritus natura eſt; naturæ enim moueri, & circa materiam aliquam eſſe, conuenit. Ergò Natura non differt à Deo.

3 In iiſdem legimus, ſine diſcrimine, Deo attribui quæ Naturæ ſunt opera, vt generationem animalium, formationem in vtero, &c. Vt in Pſalmo de hominis formatione. Natura docet (ideſt lex à Deo) ignominiam eſſe viro nutrire comã. *Paulus ad Corinth.* Ergò.

4 Natura eſt vis ſeu principium motus & quietis, eorum in quibus ineſt, primò, & per ſe, non ſecundum accidens: aut ſecundum Stoicos & alios, vis eſt ſeu ſpiritus per omnia diffuſus, mouens & gubernans omnia, ita vt eius expers nihil aut viuat aut exiſtat. Hæc autem definitio etiam Deo conuenit: quare mentem & animam mundi appellant.

Quòd Deus natura non ſit; Reſponſio ad obiecta: mox enim idem plenius & ſubtilius probabitur.

1 In ſequentibus primis præcipuè decem propoſitionibus, oſtenditur, eſſe aliquid ſummum bonum, ἀυτοτελὲς, expers materiæ, & minimè ei coniunctum.

2 Deus eſt, 1. ſummum: 2. principium & finis omnium rerum, quarum eſſentiam & produxit initio, & continet perpetuò; 3. cauſa prima effectrix, eademq; continens omnium rerum.

3 Genus, licet, æquiuocum, ens; differentia tamen eſt entium.

4 Natura vis & proprietas eſt rerum naſcentium duntaxat, ideſt generationi & corruptioni ſubiectarum. Deus autem ſimpliciter omnium.

5 Stoicorum definitio Deo non conuenit, minus enim latè patet, quàm Deus.

6 Natura docet comam non nutriendam. Huic opponitur: *Natura eramus filij iræ, ad Epheſ.* ergò, Naturæ nomen in malam partem aliquando.

7 Natura quæcunq; facit, ratione elemẽtorum & qualitatum quæ eis inſunt, facit, vt per calidum, humidum frigidum & ſiccum: horum enim temperies ſuã cuiq; rei formam conſtituit, vt elementorum materia corpus. Deus autem vt ſine elementis & qualitatibus facere aliqua poteſt; ita ſine natura poteſt, imò ipſe naturam facit. Nec eſt quod rurſus obiiciat aliquis. Vis quædam alia & ſuperior, quædam natura eſt, quæ cœlitus influit rebus omnibus; non à calido, frigido, &c. proficiſcens, &c. Reſpond. Hanc quoq; vim alligatam eſſe materiæ, & corpori cœleſti.

8 Vt vbique id melius eſt quod paucioribus rebus indiget, optimum quod nullis: ſic artifices quique optimi paucioribus inſtrumentis egent, Deus nullis, Natura ſemper aliquibus,

9 Natura facit omnia paulatim: Naturæ effectibus ſemper adhæret aut præcedit aliquis motus: Deus ſubitò vel momento, ſi velit. Dei effectibus nihil adhæret. Ergò non eſt idem.

10 Stabile melius inſtabili. Deus eſt ipſa ſtabilitas. Natura contrà.

11 Mundus ſi non ab æterno eſt, factus eſt à Natura vel Deo: Si à Natura, quæ mundo incluſa, ſeipſam fecit: quod Dei naturæ repugnat. Ergò Natura nõ Deus eſt: aut mundus ab æterno eſt.

Quod natura non ſit Deus, quodq́; animi hominum ſint immortales, philoſophica

phica commentario partim ex Chriſtianæ profeſſionis, partim verò Peripateticæ philoſophiæ fontibus, contra Plinium, qui lib. 2. cap. 6. vt naturam ſummum Deum facit, ita animam (Mentem) videtur mortalem facere, cum inquit Deum mortales non poſſe æternitate donare, Axiomata, Hypotheſes & Concluſiones.

Eſſe aliquod ſummum bonum, expers materiæ, purum actum, ſolutum & minimè coniunctũ materiæ: huic argumẽto etiam decima concluſio ſequẽns adhæret.

1 Vbicunq; cogitari aliquid melius poteſt, id in rerum natura; aut ſupra naturam, alicubi actu eſſe, exiſtimandum eſt.
2 Si in malis ſummum aliquod conceditur, multò magis in bonis.
3 Bona enim in entium numero magis ſunt, quàm mala.
4 Mala autem vel non ſunt, vel non abſolutâ neceſsitate: & ſi ſunt, præſtaret ea non eſſe: & quæ ſunt etiam, alia ratione inter Non entia numerantur.
5 Nam ipſum Non eſſe primus & infimus eſt malorum gradus, vt ipſum Eſſe primus bonorum.
6 Itaque Materia cùm partim ſit, partim non ſit, inter bonum malúmque ambigit.
7 Magis autem refertur ad malum, quoniam non eſt actu.
8 Actus enim dicitur de Forma & Ente: vt priuatio & potentia, ſecundùm quam materia exiſtit, de Non ente.
9 Actus autem vt perfectior, ita melior eſt potentiâ: & forma magis Ens quã materia; itaq; melior.

Materiam malum eſſe: & quod eã quoquo modo participat, malo participare.

10 Porrò vt ipſa materia malum quid eſt, ita omne alligatũ ei malo participat.
11 Nam & ſimpliter alligatum, licet non malæ rei, minùs bonum eſt, quàm liberum ac ſolutum. Hoc enim magis vnum eſt, & ſibi ſufficit: illud non item.
12 Animæ noſtræ & omnium viuentium materiæ ſeu corpori eiuſq; organis alligantur.
13 Quamobrem animæ omnes malo participant.

Materia, vel malo participans aliquod, non poteſt ſummo bono participare. Intelligere autem eſt quodammodò participare. Intellectus igitur ſeu mens materia ſeu malo non participat, cùm in ſuo ſtatu eſt. Anima verò & natura neceſſariò iis participant, materiæ inquam & malo. Huc etiam præcedens decima tertia pertinet.

14 Quod malo participat, ſummum bonum verè intelligere, & intellectum amare non poteſt: vt nec oculus infirmus lucem.
15 At eſt in homine, quod ſummum bonum intelligit & amat.
16 Et hoc ipſum vt organo corporis nulli alligatur, ita materiæ expers eſt.
17 Iam quod in homine eſt anima, in mundo natura eſt.
18 Natura quæ in rebus eſt, vt minimùm binario ſemper cõſtat, materia nempe & forma, coniunctis in rẽ naturali. Horum enim neutrum per ſe vel cogitari poteſt, nedum ſubſiſtere.
19 Deus verò vnus, primus & ſimpliciſsimus eſt, ipſa vnitas, ipſa ſimplicitas ſiue puritas; & principium principiorum eſt.
20 Si naturam dicas materiam eſſe; rem minimè bonam dixeris: ſi formam;

res bona quidem eſt, ſed per ſe non ſubſiſtens: ſin vtrunque ſimul, res eſt compoſita, quorum nihil conuenit Deo.

In homine eſſe aliquid melius anima: quod Deum cognoſcat, ipſo illuminante, & eo participet.

21 Vt autem in homine, ceu minore mundo, aliquid anima melius reperitur: ita etiam in maiore aliquid ſupra naturam eſt melius, perfectius, & à materia immune.

22 Id verò eſt mens ſeu ſpiritus in homine, Deus in mundo.

23 Et quoniam aliqua cognatio eſt inter Deum, & mentem hominis: inde fit, vt nulla cognitio, niſi mentis Deum intelligat.

24 Intelligit autem mens Deum non ex ſeſe, ſed cùm illuminatur à Deo: ad quem collata materiæ aut organi rationem habet.

25 Materia quidem recipit in ſe formam, cùm veluti patitur, aut potiùs perficitur, vt ſenſus à ſuo obiecto: Deus autem, qui purus eſt actus, agit.

26 Inter omne autem quod agit, & patitur aut recipit, cognatio quædam intercedat oportet.

27 Sola igitur mens Deum cognoſcit, non ratiocinatio, non opinio, non phantaſia, non ſenſus.

Vt oculus lumen videt per ſe, vel alia etiam cum ipſo, ſine ipſo autem nec lumen, nec alia: ita mens (idem etiam de anima) cognoſcit Deum, non ſine Deo,

28 Vt oculus, aut ſpiritus in eo viſiuus, etiamſi lucis inſitæ aliquid habere concedatur, eamque foras emittere, nihil tamen cernit, aut vix proxima tantùm & obſcurè, niſi lux extrinſecus actu accedat.

29 Ita mens, niſi ab aliquo extrinſeco meliore, & actu exiſtente, illuminetur, Deum videre nequit. Hoc autem illuſtrante, & reliqua, & ſeipſam, & ſui exemplar Deum, (quamuis remotiſsimum & omnia excedentem) probè & euidenter videt ac contemplatur.

30 Quòd ſi aliquid meliùs quàm natura cogitari & intelligi poteſt, id ipſum erit Deus, nempe ſummum bonum. Natura autem non erit Deus.

31 Itaque mentis Deum cogitantis maior quàm ſecundum naturam vis eſt: quæ & naturæ imperat, exemplaris ſui imitatione, & contra ſupráque naturam multa facit.

32 Vt in vnoquoque genere particularium rerum ſummum aliquod eſt, & principium numero vnum. Ita in vniuerſum Entium omnium principium vnum vniuerſale eſt, tùm illorum quæ ſenſu aut quauis cognitione, tùm quæ mente percipiuntur: ἐξ οὗ ἤρτηται πᾶς οὐρανὸς καὶ πᾶσα φύσις.

33 Niſi principium vnum eſſet, & vnus finis, non foret vnus mundus: & magna omnium rerum perturbatio, confuſio ac diſcordia contingeret.

34 Natura cum ad res ſenſibiles tantùm pertineat, & vna, ne in principijs quidem ſuis, non ſit, non eſt Deus.

35 Natura ſi Deus eſt, aliquid Deo melius dici poterit, & principij principium erit, & ſummo bono aliquid melius.

36 Quod ſi ſummum bonum cogitare animus poteſt, ſi id nuſquam ſit: aut ſit quidem, ſed coniungi animo appetenti non poſsit, dolebit & fruſtra appetet.

37 Quod autem cognoſcit aliquod bonum, idque ſemper fruſtra appetit, vt ægrotus ſanitatem: neceſſe eſt infeliciſsimum eſſe, & infelicius ijs quæ neque cognoſcunt, neque appetunt.

38 Atqui

38 Atqui mens, vtpote Deo cognata, ad ſummam felicitatem facta & deſtinata eſt.

39 Cogitari igitur aliquid vt poteſt naturâ melius; ita id eſſe neceſſe eſt: niſi primam rerum omnium cauſam aut non intelligere, aut non poſſe, aut non velle optima quæq; (quod ſumma foret impietas) dicamus.

40 Itaq; Deus cùm ſit ſupra naturam, idemq; principium eſſentiæ omnis ſummum, primo & maximè & æterno actu ipſum eſſe oportet: nec vllo modo eius opera impediri poſſe, vt naturæ.

41 Idem cùm ab animo pio ſemper expetatur (& nullus appetitus, ne ſecundum naturam quidem, fruſtra ſit factus, multò minus ſecundum Deum) quin ei aliquando vniatur, non eſt dubitandum.

42 Appetitus quidem in homine non eſt ſine cogitatione & cognitione.

43 Et cùm animus noſter vitam meliorem quàm in hoc corpore intelligat atque optet, eam quin conſequatur olim, & cum ſummo bono coniungatur, eóque in æternum fruatur (id enim præſtat quàm ad tempus) haud dubiè credendum eſt.

44 Qui dubitant, rem non ſatis intelligunt, ideoq; parum fidei adhibent, vt qui lippiunt ſuis oculis.

45 Qui contrarium aſſerunt humanis ſine diuino lumine rationibus nixi, prorſus ſunt cęci, infelices, impij, ἄθεοι, vt Epicurei, & eos hac in parte ſecutus Plinius, dubitanti primùm ſimilis, tandem verò concludens, naturam eſſe Deum, in fine capitis 6. libri 2.

Hactenus magna ex parte vel ex Philoſophia, quæ & ipſa Dei donum eſt, cognoſci poſſunt, nempe Deum vnum ſupra Naturam eſſe, & ab ipſo mentes noſtras illuminari: id verò quomodò fiat, ſolus Dominus noſter CHRISTVS *aperuit, &c.*

De Naturæ definitione meditationes.

Natura eſt principium & cauſa motus & quietis, eius in quo eſt primò, per ſe, & non ſecundum accidens.

1 Naturæ vocabulum formæ accommodatur, τῇ nempe ἐν τοῖς πολλοῖς: nam ἡ περὶ τῶν πολλῶν diuinũ quiddam & melius eſt: vnde etiã ἡ ἐν τοῖς πολλοῖς ad eius exemplar facta, diuina eſſe dicitur. Materia verò nihil quàm natura, & verè naturale principium eſt.

2 Natura dicitur principium & cauſa motus, &c. Hæc definitio ſeparat naturam à reliquis principijs, quæ per accidens vel extrinſeca ſunt, vt Priuatio, Fortuna, Caſus, Fatum, Ars, Voluntas. Etſi enim ea in homine eſt, non tamen in ea hominis parte quæ mouetur: nec primò etiam fortè, ſed in mente ſeu ratione. Voluntas enim non quemlibet motum, vt natura, ſed animalem ſolùm ciet. Aliqui Philoſophi eam extrinſecus accedere καὶ χωριστὴν faciunt, & non quemlibet motum ciere, vt natura, ſed animalem & voluntarium tantùm. Artificialia non mouentur per ſe, vel quatenus artificialia ſunt, ſed ratione materiæ.

3 Principium motus ſine latitudine & momentaneum eſt, & ni fallor extraneum: finis verò latitudinem aliquam habet, & intra rem eſt.

4 Natura dicitur principium motionum: an vt in animali corpus quidem aptum eſt moueri, anima verò mouere: ſic etiam in inanimatis, ignis corpus mouetur, caliditas aut leuitas mouet. Horum autem vtrumq; intrinſecum quiddam eſt, itaque vtrinque natura. In artificioſis autem & ſupra naturam principijs, τὸ κινητικὸν ſemper extra τὸ κινητὸν eſt. An actus primus rerum, ex compoſitione materiæ formæq; reſultans, hoc eſt potentia proxima rerum, earundem propriè natura eſt.

5 Natura dicitur principium motus & quietis, nimirum ſecundũ ſuam naturam. Quòd verò vel ſemper mouentur, vel ſemper quieſcunt, in eo nõ ſequũtur naturam ſuam, ſed nutum & imperium Dei; vt ſcilicet, in ipſa quoq; natura aliquid ſupra naturam eſſe, liquidò conſtet. Sic etiam Plato animam ſuapte quidem natura mortalem eſſe dicit (omne enim quod factum eſt, corruptibile eſt) Dei verò voluntate immortalem fore.

6 Natura motus cauſa eſſe dicitur illis quibus ineſt. Extra ſubiectum natura nihil eſt, niſi fortè motio mentis quædam, quæ accidit animo contemplantis. Siue aũt naturæ etiam idea quędam in mente Chriſtiana, ceu οὐσία quędã, ſiue non, hoc nihil ad Phyſicum.

7 Aptitudo ad motum, ἐπιτηδειότης vel ineſt ratione,

- Materiæ, *vt in corporibus ſimplicibus, & hanc magis videtur* Principij *nomine vocaſſe Ariſtoteles nonnullis.*
- Formæ, *vt in mixtis: & hanc nomine* Cauſæ *magis appellaſſe videtur.*

Reliqua corpora, quoniam formam ſeu cauſam mouentem internam habent ideoq; finitam, vt etiam ipſa finita ſunt, non poſſunt perpetuò moueri. Cœlum autem cauſam mouentem meliorem, & quodammodo proximiorem, extra ſe infinitam habet, ac proinde motus quoq; eius infinitus.

8 *Principium*, non cauſa, vt itineris, & limen domus: prima ſcilicet pars.

9 *Cauſa*, cauſa omnis principium eſt. Eſt autem natura in rebus naturalibus principium motus, ideſt ἐπιτηδειότης ad motum, quæ in rebus quibuſdam, præſertim materię ratione, ſpectatur, vt in corporibus ſimplicibus (elementis) quæ contrarias & mouentes qualitates non admittunt, ſed extrinſecus & ab alijs mouentur, quibus materiam propenſam prębent. In quibuſdã verò rebus aptitudo non ſolùm intrinſecæ ratione materiæ, ſed formæ etiam reſpectu, ad motiones excitandas putatur exiſtere, vt in his corporibus quæ ex quatuor elementis mixta ſunt: (quod cauſæ vocabulo Ariſtotelem ſignificare voluiſſe quidam putant) hæc enim corpora quatuor qualitatum contrariarum ceu inſtrumẽto quodam, motiones ſiue mutationes in ſeipſis efficiunt.

Naturam eſſe cauſam per ſe.

10 Natura eſt optima cauſa.

Cauſa primò per ſe, & non ſecundum accidens, melior eſt alijs.

Natura igitur cauſa eſt primò per ſe, &c. *Syllogiſ. in Cameſtres.*

Priuatio vt mihi videtur, eſt primum initium motus, at non per ſe, ſed per (accidens.

Per ſe videtur generalius dici, Nam eorum quæ per ſe inſunt, alia primò inſunt, alia ſecundariò. Sed etiam eorum quæ primò inſunt, quædam rurſus per ſe, quædã per accidẽs, vt ſuperficiei color. Cæterùm omnia particularia, etſi aliquid primò & per ſe habeant, vniuerſaliũ tamẽ reſpectu videntur eis accidere. Sic ſcaleni forma accidit triangulo, etſi triangulus à ſcaleno ſeparari nequeat. Natura verò quoniam vniuerſalis cauſa eſt, non poteſt eſſe per accidens.

Cauſæ quædam ſunt priores. In vnoquoq; genere ſuæ ſunt priores cauſæ, vel vniuerſales & cõmunes. Itemq; aliter, quędam ſunt ſimpliciter tempore priores, ambulatio in ſole, dein potus vini fortis, &c. febris. Item cauſæ per accidens, poſteriores ſunt illis quæ per ſe ſunt.

11 *Motus et quietis*, Gręci quidã ET pro AVT interpretãtur: nimirũ propter cœlũ & terrã. Latini nõ ſic: nã hęc quoq; ſuapte natura, ad vtrũq; inclinare putãt: quod verò alterutrũ nũq; deſerũt, *terra, quietẽ: cœlũ verò motũ*, meliori principio aſcribunt.

12 Quies quęlibet cõtraria eſt motui: ſi motũ ſimpliciter vt in prędicamẽto Actionis eſt, conſideres: ſin pro certa ſpecie, tũc prior tantũ quies ei cõtraria eſt, nõ autem poſterior, qua perficitur & finitur, & quam particulatim acquirit.

13 *Per*

13 *Per ſe.* καθ' αὑτὸ, δι' ἄλλο: δι' αὑτὸ, ἑτέρου ἕνεκα. Quod alteri accidit, vel ab altero efficitur, tanquam proprium ipſius, ita vt aliunde effici non poſsit, hoc illi apud Græcos καθ' αὑτὸ eſſe dicitur, καὶ μὴ δι' ἄλλο. Hocq́ rurſus aut finis & perfectio efficientis eſt, & virtus animæ rationalis, & ſimul καθ' αὑτὸ & δι' αὑτὸ ei eodē modo dicitur: aut propter aliud eſt, vt viſus, qui efficitur quidem ab anima, non aliunde: anima tamen non propter viſum eſt; nec viſus animæ finis, ἀλλ' ἑτέρου ἕνεκα. Cæterum per ſe, quot modis dicatur, lege Ariſtotelem & Themiſtium: ex quibus repetit Cæſarius dialecticę ſuæ tractatu 7, qui eſt De demonſtratione.

Modus primus eorum quæ ſunt per ſe, cùm prædicatũ propoſitionis eſt ratio, vel de ratione ſubiecti: vt Homo eſt animal rationale.

Secundus modus huic contrarius, cùm ſubiectum eſt de ratione prædicati, vt Numerus eſt par, Numerus eſt impar. Rationis autem vocabulum οὐσίαν ſignificat. Vel cùm ſubiecta collocantur in definitionibus accidentium, vt, ſimitudo eſt naſi curuitas. Simum enim eſſe per ſe naſo ineſt. Et hi duo modi demonſtrationibus accommodantur.

Tertius modus eſt eorum quæ neq́ per aliud ſunt, neq́ in alio continentur, vt ſubſtantiæ indiuiduæ.

Quartus cùm ſubiectum cauſam importat, ob quam prædicatum ei competat: vt iugulatus interit. Hi duo poſteriores modi exornandi gratia ab Ariſtotele adiecti videntur.

Natura verò ſecundum quem nam ex illis modis dicitur eſſe cauſa motus & quietis? Vt cum dico, Ignis ſuapte natura ſurſum fertur, aut quieſcit in ſummo: ſecundum primum modum ſcilicet; eſt enim hæc natura ignis, ratio ipſius & eſſentia.

14 Natura dicitur ineſſe, non ſecundum accidens. Sed quod per ſe eſt, non eſt per accidens, quid igitur opus fuit id addere? Per accidens, id eſt nullo modo per accidens. Quædã enim eſſe primò & per ſe aliquid ſunt aut faciunt, reſpectu tamen aliquo per accidens id eſſe aut facere dicuntur. Vt medicus curat primò & per ſe, ſeipſum verò per accidens. Et anima per ſe quidem ineſt animali, rei verò naturali per accidens.

Naturæ diuiſio.

1 Natura alia eſt Vniuerſitatis, quæ Platoni Anima mundi dicitur: Ariſtoteli communis natura eorum quę in vniuerſitate frequenter contingunt, ratus ordo, fortunæ & caſui contrarius, & prouidentia quadam conſtat: de mundi anima Virgilius 6.

Principio cælum ac terras, campoſq́ liquentes,
Lucentemq́ globum Lunæ, Titaniaq́ aſtra
Spiritus intus alit: totamq́ infuſa per artus
Mens agitat molem, & magno ſe corpore miſcet.
Inde hominum pecudumq́ genus, vitæq́ volantum,
Et quæ marmoreo fert monſtra ſub æquore pontus.
Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo
Seminibus quantum non noxia corpora tardant,
Terreniq́ hebetant artus, moribundaq́ membra.
Hinc metuunt cupiuntq́, dolent gaudentq́: nec auras
Reſpiciunt, clauſæ tenebris & carcere cæco, &c.

Altera verò in ſingulis rebus naturalibus, propria rerum ſingularũ, ab illa mente profecta: interior quædam vis, perfectio & forma eſſentiæ, ex actionibus tantùm nobis cognita, & cum ipſa materia certis qualitatibus, velut vinculis & nu-

meris, ita connexa, vt ſine illis actiones ſuas exercere non poſsit. Hanc medici rerum ſingularum Craſim ex calido, frigido, humido & ſicco eſſe putant. De hac Vergilius, verſibus citatis: Inde hominum pecudumq; genus, &c.

2 Corpus aliud eſt.

- Naturale, *horum aliud*
  - Vitam *habet, & à ſeipſo nutriri & augeri poteſt, vt animalia, plantæ,*
  - Vitam *non habet*
- Non *naturale, artificioſum.*

Quotuplex rerum omnium differentia.

3 Rerum quæ ſunt, aliæ ſunt

- Fatales, *& hæ rurſus ſunt eiuſmodi, vel*
  - In *genere, vt omnes ſecundum naturam à Deo creatæ ſubſtantiæ, & adiecta eis ſecundum naturam accidentia.*
  - Per *excellentiam: res ſupra naturam, & rarò quidem contingentes, non tamen fortuitò, ſed diuinitus.*
- Voluntariæ, *vt virtutes, vitia, artes, & artium opera.*
- Fortuitæ, *vt opes, inopia, cadere, labi.*

4 Res non naturales in triplici ſunt differentia ſecundum phyſicos. Primò enim res non naturalis eſt, vt Anima, vt Propria, & Accidentia quædam, præſertim inſeperabilia. Anima ſiquidē neq; res eſt naturalis, non enim eſt mixta ex materia & forma: neq; non naturalis, eſt enim pars rei naturalis. Secundò vt Res artificiales, fortuitæ, voluntariæ, quæ non ſunt quidem à natura, ceu proxima cauſa agente, non tamen contra naturam ſunt. Tertio, vt Res quæ contra naturam ſunt, vt monſtra, miracula. Medici aliter diſtinguūt, ſunt enim alia φύσει, alia κατὰ φύσιν, & tertia παρὰ φύσιν.

Quæſtio, vtrum res, quæ artificiales & naturales videntur, vt farina, eſculenta, vnguenta, condimenta, ceruiſia, panis, &c. ſubſtantijs potius an accidentibus aſcribendæ ſint? Hanc mouet Velcurio lib.1.cap.10.phyſ.

5 Ego, inquit Geſnerus, ſic ſoluerim. Artificialia omnia, quia materiam à natura accipiunt, formā, ab artifice, diuerſo reſpectu ad genera diuerſa referri poſſunt: nempe reſpectu materiæ ad ſubſtantiam, reſpectu formæ ad qualitatem. Corpora uerò naturalia vtriuſque reſpectu ad ſubſtantiam pertinent. Sed nulla res à materia denominatur, ergò neque artificiales, proinde res naturales dici nō poſſunt propriè.

Si farinam rem naturalem opinor, quia, &c. *Velcurio in fine cap.10.* Homo certè & ars eſt cauſa iſtorum procatarctica, non ſynectica: quæ genera cauſarum, ſi benè diſtinxiſſet author, aliter ſenſiſſet.

DE CAVSIS, ET PARTIM DE PRINCIPIIS QVAE PRIMAE PHILOSOPHIAE PARS EST vtiliſsima, meditationes: vbi definiuntur, diuiduntur, & inter ſe comparantur cauſæ philoſophicè, phyſicè, dialecticè, & partim etiam medicè.

EX *Metaphyſicis Ariſtot. cum Aphrodienſis cōmentarijs, Iac. Scheckij compendio, Melanchthonis & Velcurionis Phyſicis, Clementis vltimo* Στρωματεῦσι, *Ammonio in quinq; voces, Galeni definitionibus, &c.*

Ad tractatum de Cauſis, pertinet Ariſtotelis liber primus, De partibus Animalium.

De cauſis omnibus appoſitiſsima et pulcherrima lege apud Clementem Alexandrinum Stromatum lib. 8. ex quo nos huc multa tranſtulimus.

Commendatio tractationis cauſarum.

CVM ſcire ſit rem per cauſam cognoſcere, prima quædã ſcientia & prima philoſophia exiſtimanda eſt, quę ipſarũ cauſarũ cognitionẽ, quantũ fieri poteſt, communẽ ac generalẽ inſtituit. Et cum cauſa omnis principiũ ſit, principij verò in rebus omnibus momentũ maximum, iuxta illud Ἀρχὴ ἥμισυ παντὸς: qui cauſarũ principiorumq́ notitiã habuerit, non exiguũ hoc, ad cętera quæ cognoſci poſſunt omnia, operæpretium ſe conſequutũ ſibi perſuadeat.

2 Cùm fœlix ille cenſeatur, qui rerum cauſas potuit cognoſcere; intelligendum, qualis hæc ſit fœlicitas, aut de qua accipiendum. Fœlicitas, εὐδαιμονία, homini propria (in alijs finis, perfectio, εὐεστὼ, εὐτυχία) ſui finis, & boni propoſiti conſequutio, alia eſt

{ Πρακτικὴ, *in familia, republica, & hominum commercijs.*
{ Θεωρητικὴ, *diuinatione per fidem, circa ipſum Deum in Chriſto. In alijs rebus. Sine fide, mera cognitio.*

3 Principium, ſi ὁμωνύμως capias, latius patet quàm cauſa: Sin vniuocè, id eſt, vna certa ſignificatione, nempe pro cauſa rei primitiua: tùm cauſa latius patet. Sic, cauſa alia eſt primitiua, & vocatur principium, vt materia, forma, priuatio: alia ſecundaria, vt materiæ ſecundæ, formæ ſecundæ.

DE CAVSIS IN GENERE.

Cauſa & principium quid differant, vide in definitione Naturæ interpretes Græcos: vide etiam in præcedentibus, & Velcurionem libro 1. cap. 17. & 18.

CAuſa propriè dicitur, actu conſyderata, non potentia tantùm. *Clemens.*

2 Cauſa propriè dicitur quæ aliquid agit aut efficit. Nihil autem ſeipſum efficere, aut in ſeipſum agere poteſt. Quare nulla materia propriè cauſa eſt, & ridiculè diceret aliquis, non ignem vſtionis cauſam eſſe, ſed ligna, *Clemens.*

3 Cauſas aliqui incorporeas eſſe volunt, vt ſectionem quæ actio & incorporea eſt, cauſam eſſe ferro, vt ſecet, & carni vel ligno vt ſecetur, corporibus ſcilicet actionis & paſsionis ſimiliter incorporearum. Alij cauſas corporibus primò & propriè attribuendas putant, incorporeis abuſiuè. Aliqui ſubtiliter ita docent, Cauſas alias eſſe quę ſint, alias quarũ rerum, alias quibus rebus, vt ſtatuarius cauſa eſt ligno τοῦ γίνεσθαι ἀνδριάντα. Sunt autem corpora non aliter corpora, niſi in nominatiuo proferantur; in quo categoriæ nominantur: in obliquis verò categoriarum caſus ſunt, & iam incorporei. Hic illud ſoluitur, Quicquid dicis per os tuum tranſit. dicis autem domum, domus igitur per os tuum tranſit. Eadem axiomatum ratio, vt ναῦς γίνεται, cuius caſus eſt ναῦν γίνεσθαι. Itaque efficiens cauſa propriiſsimè cauſa dicitur, vt quæ alicui alicuius cauſa ſit, *Clemens.*

4 Vt cauſæ naturalis quatuor ſunt ſpecies, &c. *Velcurio ſectio. 2.* Cauſa eſt ἐπιπλέον, non propriè genus, nec propriè ſpecies ſub ſe habet. Maximè propriè effectus ad cauſam efficientem refertur, ab ea effici & illius effectus eſſe dicitur. A materia non efficitur aliquid, neq; propriè materiæ effectus aliquid dicitur, quanquam ex materia aliquid fit.

5 Effectus aliarum cauſarum ſequuntur eas: finis verò effectus, id eſt, qui propter finem ab efficiente fit, ipſum finem præcedit.

6 Deus cauſa prima, quoniam ex ipſo, &c. ſunt omnia. *Velcurio li.1.cap.18.ſect.4.* Deo nec materia nec priuatio conuenit, non igitur ex ipſo fit aliquid, ſed ab ipſo tanquam efficiente, vel per ipſum tanquam forma. Ex ipſo autem omnia fieri ſi dicamus, impropriè & phraſi Germanica dicimus, tanquam à principio, vt è fonte fluuium fieri aut emanare dicimus.

7 Materiam vocamus etiam cauſam ſine qua non, & fortè cauſam cooperantem, quæ agenti cauſæ aptam & diſpoſitam ſe præbet, vt ab ea patiatur; non autem ſimpliciter cauſam. Cauſa quidem continens ea eſſe non poteſt, nec efficiens, quæ propriè & ſimpliciter cauſæ ſunt, *Clem.*

8 Cauſæ efficientes priores tẽpore ſunt, formales ſimul ſunt. Finis poſtremus, nempe quòd àd operis perfectionem: quatenus verò in mente artificis concipitur & proponitur, contemporaneus ei eſt, vt vulgò dicimus, patrem non eſſe filio ſeniorem.

9 In cauſarum explicatione, de fine potiſsimum eſt dicendum, vtpote nobiliſſima cauſa. quamobrem etiam de forma: natura enim non alium finem, quàm formam ſibi proponit, deinde de efficiente. Vltimus locus materiæ & neceſsitati deferatur. Et in hoc reprehendendi ſunt veteres, qui plurimum de materia dixerunt, de forma aut fine nihil aut parum. Iidem materiæ plurimum tribuerunt, & formas rerum non propter finem tales aut tales fieri putarunt; ſed materiæ conditionem ſequi: ac ſi materia ſuo motu aut effectu aliquo formam gigneret, cum ipſa potius à forma patiatur.

10 Præſtantiſsima cauſa finis eſt. Mouet enim efficientem. deinde efficiens, facit enim formam. deinde forma, mouet enim materiam, & eſſentiam ei tribuit, *Hermolaus & alij.*

11 Primũ *mouet*
- Rem *conſtituendam, efficiens.*
- Efficientem, *finis. Finis igitur præſtantior & prior eſt efficiente, quod ad rei conſtitutionem: non ſubſtantijs rei & efficientis inter ſe comparatis.*

12 Recentiores aliqui cauſam diuidunt in Totalem & Partialem, vt loquuntur. illo modo oculum dicunt eſſe cauſam viſus, hoc aliquam partem oculi, vt humorem cryſtallinum.

13 Cauſa alia eſt
- Infinita, *prima, Deus,*
- Finita, *& hæc eſt vel*
  - Vniuerſalis, *cæleſtis: & hæc rurſus dicitur*
    - Propriè *& ſimpliciter totius naturæ, vt Deus, Cælum, Sol.*
    - Minus *propriè, ſpecierum vel indiuiduorum: ſic genera & ſpecies dicuntur cauſæ vniuerſales. Sol & homo generant hominem.*
  - Particularis, *inferior, hæcq́ aut*
    - Fatalis.
    - Naturalis.
    - Fortuita.
    - Voluntaria.

14 Cauſa *quæuis aut eſt*

Per ſe	*aut*	per accidens.
Actu		potentia.
Proxima		remota.
Neceſſaria		contingens.
Naturalis		voluntaria, *artificioſa.*
Prior		poſterior.

15 *Non connexæ cauſæ, &c. Velcurio.)* Vini vſus eſt, ſedari ſitim, abuſus inebriari: hi fines non ſunt connexi: nam vſus & abuſus ſunt contraria, vt bonum & malum. Connexa autem non poſſunt eſſe contraria. Sed ſedatio ſitis, hilaritas, conſeruatio ſanitatis, poſſunt eſſe connexi fines.

- Cauſæ *quædam ſunt connexæ,* συνηρτημένα αἴτια,
  - Ordine, *vt alia præcedant, alia ſequantur, vt in bellis, imperator, duces, milites, lixæ,* τὰ ὑπηρετοῦντα, ὑπάλληλα.
  - Ex æquo, *vt plures trahentes nauim: materia & forma.*
  - Nullo ordine, *promiſcuè,* τὰ συνεργά.
- Cauſæ *quædam ſunt non connexæ,* ἀπηρτημένα αἴτια.

16 Cauſa *(ex Galeni definit.)*
- Perfecta, αὐτοτελὴς, *quæ ipſa per ſe finem (effectum) perficere poteſt. Clemens quidem continentem cauſam eandem αὐτοτελῆ eſſe ait: Sed fortè αὐτοτελὴς latius patet.*
- Imperfecta egens altera
  - Æquali, *&* συναίτιον *vocatur, quæ cum æqualiter agens ad vnum effectum tendit, cum neutra per ſe ſola poſſet.*
  - Præſtantiore *& efficaciore, & dicitur* συνεργὸν αἴτιον *(Suidas non diſtinguit, dicit enim cauſas quaſdam eſſe* συνεργὰ *&* συναίτια) τὸ ὑπηρετοῦν καὶ λειτουργοῦν σὺν ἑτέρῳ. *Quod ſi nihil ad rei eſſentiam conferat, nè* συνεργὸν *quidem dicetur. Coniungitur autem ſemper cum continente cauſa, cuius efficaciam auget & promouet (*συναίτιον *quidem etiam abſq; conſiſtere poteſt:) cùm ipſum per ſe nihil prorſus efficeret. Sic ingenium diſcentis cooperans cauſa eſt doctrinæ, continens præceptor:* Μάλιστα δὲ τὸ ἐκ προκαταρκτικοῦ συνεργὸν γεγονέναι τοῦ αἰτίου διατείνειν δύναμιν παρίστησι, *Clemens.*

17 Συναίτια in diuerſis cauſarum generibus reperio. nam & materia & forma συναίτια dicuntur: & quatuor elementa συναίτια ſunt, ratione materiæ tantùm ad omnis corporis mixti conſtitutionem. Et efficientia συναίτια dantur, vt duo equi bigam trahentes. an hæc melius συνεργὰ αἴτια; Vtrunq; συναίτια quidem generali, συνεργὰ autē peculiari nomine. Et fines duo aut plures pariter proponi poſſunt, vt deambulationis tùm voluptas tùm ſanitas. Et formæ accidentarię forſan quædam συναίτια dici poſſunt, vt vulneris tùm grauitas, tùm figura lapidis: ſubſtantiales non item.

18 Cauſarum *quædā*
- Euidentes *& manifeſtæ ſenſibus ſunt.* Αἴτια πρόδηλα, *per ſe apparentes, vt Procatarcticæ omnes.*
- Obſcuræ, ἄδηλα, *idq; aliâs*
  - Ad *tempus tantùm* πρὸς καιρὸν, *vel* πρόσκαιρα, *quæ aliquantiſper latent, & poſtea rurſus ſe produnt et conſpiciuntur, vel ſub ſenſum cadunt;* Clem. & Gal. ad introducend. *Has epilogiſmo dicunt cognoſci empirici.*
  - Semper *& natura, quæ nunquam ſub ſenſum cadunt. Harum aliæ*
    - Intelligi *poſſunt per ſigna quædā,* ἀναλογισμῷ τινι ἢ ἀναλογιστικῶς, *vt meatus corporum, qui nunquam videntur, ſed ratione tantùm percipiuntur. Has aliqui vocant cauſas non obſcuras; &* οὐκ ἄδηλα, malim οὐ πρόδηλα, *vt Galenus.*
    - Intelligi *nullo modo poſſunt, & ſimpliciter obſcuræ nominantur: cùm neque ex ſe, neque ex alijs percipiantur.*

¶ Ἀναλογισμὸς eſt ratiocinatio, vel per rationem aut ſyllogiſmum collectio; ſuper iјs rebus quæ ſub ſenſum non cadunt, ex certis ſignis & ſub ſenſum cadentibus incipiens.

¶ Ἐπιλογισμὸς eſt λόγος φαινόμενος, vel ratio quædam manifeſta, ex ſenſibilibus ſenſilia, ſed etiamnum & ad tempus latentia colligens, &c. Empiricis in vſu, *Gal. ad Introduc.*

19 Cauſa
- Verè: *vt quæ pars eſt rei, vel mouet rem, & agit in eam vi propria.*
- Sine *qua non: quæ nihil confert quidem, nec conſtituit aliquid: à conferentibus tamen ſeparari non poteſt, & ita differt à cauſis per accidens, vt Priuatione, Fortuna. Vt vulnus non poteſt curari ſine remotione puris. Sic locus & tempus videntur cauſæ, vt res generentur. Sic opes, gerendi belli.*

20 Cauſa ſine qua non, vt tempus doctrinæ, *Clemens.*

21 Sine quo non latius patet, quàm cauſa ſine qua non: ſic vmbra non poteſt eſſe ſine corpore.

22 Cauſa ſine qua non, vocari poteſt omne, quod ad rei conſtitutionem neceſſariò requiritur: ſed cum cæteræ cauſæ neceſſariæ ſuum quæque peculiare nomẽ, quatenus cauſa eſt, habeant, cauſam ſine qua non appellabimus, quæ nullo alio peculiari nomine cauſa appellatur, (quanquam aliqui materiam quoque ſic appellant) vt locum, tempus, remotionem contrarij.

23 Cauſæ inter ſe inuicem ſæpe coincidunt, diuerſo tamen reſpectu. Quemadmodum enim in animalibus anima, ſic forma in vnaquaque re inanimata, finis ei efficiens quoque eſt, naturæ ſcilicet & materiæ ſuæ reſpectu: ſin verò hominem & Deum reſpiciamus, vt in rebus artificioſis, finis & efficiens externę cauſę ſunt.

24 Res vna poteſt ſimul formæ & finis & efficientis cauſæ nomen & rationem obtinere, vt Deus ad omnia. Omnia enim ſunt: *An etiam ex Deo, non tanquam ex materia aut priuatione ſicuti cæteris ex rebus aliquid fieri dicimus, vt è ligno ſtatuam, ex indocto doctum, ſed vti è fonte fluuium manare dicimus: vel vt inſinuemus, Deum etiam materiæ authorem eſſe: Item in Deo, vt ipſum rerum omnium cauſam continentem eſſe deſignemus.* à Deo, per Deum, & propter Deum. Sed materia nominari non poteſt, cùm nulla in eo potentia remota & imperfecta ſit. Naturam verò & materiam & formam dicimus. Eſt autem forma, ad materiam comparata, etiam efficiens cauſa. Agit enim in materiam quæ patitur. Rurſus forma etiam finis eſt materiæ appetentis eam & naturæ generantis. Neque enim natura finem alium in rerum generatione, quàm ipſarum eſſentiam, ſibi proponit. Quamobrem aliqui naturam negant propter finem agere, quoniam propoſito & conſilio non vtitur, & forma aliud genus finis eſt, quàm propriè dictus finis. Sed omnis finis bonum aliquod eſt. Bonorum autem primus gradus eſt Eſſe: ſecundi, honeſtum, iucundum, vtile.

25 Cauſæ *ad effecta collatæ*
- Per ſe *vnius rei plures diuerſi generis eſſe poſſunt, ſed diuerſo reſpectu, alia vt materia, alia vt forma, &c.*
- Sibi *inuicem cauſæ eſſe poſſunt, vt ſanitas ambulationis, ambulatio ſanitatis. Sed hæc vt efficiens, illa vt finis.*
- Contrariorum *effectorum cauſa vna interdum ſtatuitur, ſed vnius per ſe, alterius per accidens, vt nauta præſens cõſeruatæ triremis, abſens ſubmerſæ.*

26 In cauſas remotas non euagandum. Nam & impediri poſſunt: & communes ſunt etiam contrarijs generibus. Sic materiæ primæ ratione quidlibet fit ex quolibet. Secunda verò materia vnicuique propria & peculiaris.

Fortes creantur fortibus & bonis.
Eſt in iuuencis, eſt in equis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Hinc fit, vt etiam Soritas damnemus, quòd multas & remotas cauſas faciant.

27 Circumſtantiæ, *Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando*, cauſarum nominibus comprehendi poſſunt omnes. *Quis*, cauſa efficiens. *Quid*, effectum & forma. *Vbi*

ma. *Vbi* & *Quando*, cauſæ ſine quibus non. *Quibus auxilijs*, cauſa cooperans, con- cauſa, inſtrumentalis. *Cur*, finis. *Quomodo*, forma accidentaria.

28 Signa de cauſis interrogatoria. *Ex quo, circa quod*, de materia. *Per quod, quid vel quod*, de forma. *A quo*, de efficiente. *Propter quid, cuius gratiâ*, οὗ ἕνεκα, de fine.

29 Ὧ ζῶμεν καὶ αἰσθανόμεθα· καθάπερ ᾧ ἐπιστάμεθα καὶ ὑγιαίνομεν, &c. *Ariſtotel. de anima lib. 2. cap. 2.* ᾧ, *Quo*, tanquam cauſa, dicitur & de forma & de materia idonea: itaque duplex eſt: alterum quo primum & propriè aliquid eſſe dicitur, tanquam forma rei, vel cauſa efficiens: ita viuimus animo, ſcimus ſcientia, valemus ſanitate: alterum ſecundarium, ſubiectum idoneum ad formam illam recipiendam: ita viuimus & valemus corpore, organico, animato, vel aliqua eius parte: ſcimus animo, *Simplicius*.

30 Καθ' αὑτὸ, per ſe, Δι' ἄλλο, per aliud. generalius eſt. Δι' αὑτὸ, propter ſe, ἑτέρου ἕνεκεν, ceu ſpecies. Καθ' αὑτὸ, conſyderatur in cauſis efficientibus & finalibus, Vt, viſus, accidit animæ per ſe, quoniam ea efficit viſum: non tamen propter ſe. Anima enim non propter viſum eſt, ſed propter virtutem aut conſeruationem corporis. Et viſus animæ quanquam non accidat δι' ἄλλο: accidit tamen ἑτέρου ἕνεκεν: Virtus verò & δι' αὑτὸ & καθ' αὑτὸ animæ accidit.

Vel ſic.

31 Quod alteri accidit, vel ab altero efficitur tanquam proprium ipſius, ita vt aliunde effici non poſsit, hoc illi apud Græcos καθ' αὑτὸ eſſe dicitur, καὶ μὴ δι' ἄλλο: hoc rurſus aut finis & perfectio efficientis eſt, vt virtus animæ rationalis: & ſimul καθ' αὑτὸ & δι' αὑτὸ ei eſſe dicitur: aut propter aliud eſt, vt viſus: qui efficitur quidem ab anima, non aliunde: anima tamen non propter viſum eſt, nec viſus animæ finis, ἀλλ' ἑτέρου ἕνεκεν. *Vide Suidam in* καθ' αὑτό.

DE MATERIA, CAVSA, MEDITATIONES.

De duobus principijs, materia ſcilicet & forma, abundè docuimus in tabula diuiſionis Acroamatum: hîc tamen quædam adijciemus.

2 Materia vel propriè dicitur, vt in genere phyſico tantùm, vel impropriè, vt ſi quis pecunias dicat eſſe materiam auaritiæ, affectus, materiam virtutum, animum, ſubiectum earundem. Vbi ſubiecti vocabulum potius quàm materię conuenit, ita vt latius patere videatur, ſaltem quod ad vſum loquendi: & ſæpe accipi pro obiecto, hoc eſt eo circa quod aliquid ſit. *Plura lege apud Velcurionem.*

3 Materia ſecundum aliquos cauſa eſt ſine qua non: Cauſæ namque cæteræ propriè dictæ omnes agunt aliquid, finis, efficiens, forma: materia ſolùm patitur, & ſine ea reliquę nihil facere poſſunt. Alij non materiam nec aliam per ſe dictam cauſam, ſed per accidens, inſeparabilem tamen, ſic vocant.

Materia, eſt cauſa ſine qua non, id eſt, non principalis quidem aliqua cauſa: ſed tamen neceſſaria, non accidentaria.

4 Cauſæ ſine qua non vſus latius patet. nam extrinſecorũ etiam quæcunque rem non conſtituunt quidem, ad eius tamen conſtitutionem requiruntur, vt locus & tempus ad res naturales omnes requiruntur: & omnium generationis ſunt cauſa ſine qua non. *Communis.* Deniq; quæcunq; ita requiruntur, vt ſine eis aliquid fieri nequeat, cùm tamen nullius cauſæ propriè dictæ nomen obtineant: ſic tempus doctrinæ cauſa eſt ſine qua non, *Particularis.* cum neq; forma, neq; efficiens, neq; finis eius ſit, ſed neq; materia particulariter: Sic pecunia gerendi belli cauſa fuerit ſine qua non: & curationis vulneris, re-

motio puris. Differt autem à cauſa per accidens, vt priuatione & fortuna: hæ enim abeſſe poſſunt, &c.

Artium ac ſcientiarum materia ſeu ſubiectum.

5 Arti cuiq; aut *ſcientiæ ſubiectũ ſuũ eſt, ſic*

	ſubiectũ	Finis verò
Phyſicæ	Corpus *naturale, quâ mouetur.*	Cognitio.
Arithmeticæ	Numeri.	Numerare.
Geometriæ	Magnitudo *continua: vel interualla.*	Metiri.
Aſtronomiæ	Corpora *cæleſtia, quatenus mouentur.*	Temporũ *calculatio.*
Muſicæ	Sonus.	Cantus *vel concentus.*
Medicinæ	Corpus *humanum.*	Sanitas.
Iuris *prudentiæ*	Leges.	Iuſtitia.
Polyticæ	Status *ciuilis.*	Tranquillitas *opulẽta.*
Oeconomicæ	Pecuniæ.	Diuitiæ *& Liberi.*
Ethicæ	Affectus *humani.*	Virtus.
Rhetoricæ	Oratio *probabilis.*	Perſuadere *probabiliter dicere.*
Grammaticæ	Pura *& clara oratio.*	Clarè *dicere.*
Metaphyſicæ, Dialecticæ	His *ſolis ſubiectum nullum eſt proprium, ſed de omnibus rebus tractant: in modo tantùm differunt.*	Veritas.

¶ Artium liberalium ſubiecta omnibus ſunt nota.

6 An *ſubiecta artium ac ſcientiarũ, ſunt vel*
- Subſtantiæ, *vt*
  - Corpus *humanum, Medicinæ:*
  - Anima, *Philoſophiæ.*
- Accidentia *contrariorum capacia: nam & ſubiectum, quod propriè dicitur, formas contrarias in ſe accipit: & hæc ferè etiam obiecta dicuntur.*

7 Obiecta ὑποκείμενα Ariſtoteles vocat. An ὕλη magis dicitur in natura: ὑποκείμενον in artibus factiuis: ἀντικείμενον verò in artibus & ſcientijs, alijsq; facultatibus cognoſcentibus, vt ſenſibus. *Lib. 2. de Anima.*

DE FORMALI CAVSA MEDITATIONES.

FOrma ſubſtantialis à Platone vocatur αὐτὸ τὸ αὐτό, hóc eſt, id ipſum vel ipſiſſimum quod res eſt. Dicunt autem aliqui rem vnamquanq; naturalem, ſuum Eſſe materiæ ſimul & formæ acceptum referre, & rerum formas ijſdem nominibus vocant, quibus res ipſas. Plato totam eſſentiæ rationem formæ deberi ait: & hominem eſſe non ſubſtantiam illam ex corpore & animo compoſitam, ſed animam tantùm, quæ corpore tanquam organo vtatur. Sunt qui organum ſimul etiam partem rei eiuſdem eſſe poſſe dicant, vt manum corporis, & dialecticam philoſophiæ Stoici. Sed manus animæ potius organum eſt quàm corporis. Mouentis enim organum eſt, anima autem mouet. Itaque Plato formas rerum, alijs (an, non alijs?) quàm ipſas res nominibus appellat, vt equi formam ἱππότητα, hominis ἀνθρωπότητα. Et hæ ſunt particulares formæ, in quibus ei neceſſe erat nomina fingere. Communiores verò ſunt, ἕξις in lapidibus & alijs inanimatis, vt lignis reſectis aut auulſis: natura in plantis: anima in animalibus: Mens in homine, vt habet Philo. Alij & animam plantis etiam tribuunt: naturam inanimatis

cæteris.

cæteris. Habitus vocabulo abſtinent. ἕξις ἐστὶ πνεῦμα συνέχον καὶ συγκρατοῦν τὰ μέρη, *Galenus in definitionibus.*

1 DE IDEIS; id eſt, primis & vniuerſalibus formis in mente diuina, apud Platonem, ſeorſim dicemus in libro *Variarum meditationum Geſneri.*

2 Entelechia, id eſt, actio; eſt generalius quid quàm forma: nam motus etiam entelechia eſt, non autem forma, ſed via ad formam.

3 Formam optimam cauſarum, &c. *Velcurio cap. 27. ſect. 3.*) Aliter Hermolaus et alij finem eſſe optimum, quia mouet efficientem: & hoc conuenit tùm naturalibus tùm artificialibus rebus. neq; aduerſatur huic quod dicit author; formam eſſe optimam, quòd in ſola natura verum eſt, non etiam in arte, &c.

Vtrum Forma aliqua communis & prima?

4 An vt materia quædam prima intelligitur, quæ eſt in omnibus materijs; ſic & forma quædam prima eſt & communis omnibus formis, idq; vel potentia tantùm vel actu. Abſurdum autem videtur formam potentia eſſe, cùm ipſa actus ſit. An nulla eſt vniuerſalis forma, niſi ratione & intellectu tantùm, multæ autem vniuerſales & ſeparatæ ſunt. An potius rerum omniũ corporearum forma vnum quiddam commune eſt, & ab vno principio pendet, nempe cœlo; iuxta illud, *Sol & homo generant hominem*, vt ſit vis quędam & vegetatio cœli, qua alia aliter participant, pro materiæ ſuæ diuerſitate; vt luce & coloribus alia aliter. Incorporeę verò formæ omnes ab vno (alio) communi principio immediato pendent, nempe Deo, à quo etiam corpora, ſed mediatè, vt Deus ſit forma formarum.

5 Propterea quòd, vt in animalium motibus; iſtud quod mouet & quod mouetur, forma, &c. *lib. 2. comp. Phyſ. Scheckius cap. 4.*) In corporibus inanimatorum ſubiectum non differt à forma, definitione ſcilicet ſubſtantiali & ſeparabili: alioquin lapis & grauitas; definitione quidem differunt, ſed non ſubſtantiali: grauitas enim accidens eſt. Animatorum verò forma, altera quædam ſubſtantia eſt, & definitionem quoq; ſubſtantialem habet.

6 An in animalibus forma & ſubiectum, licet definitione Phyſica non ſeparentur, tamen reipſa & ſubſtantia differunt?

7 Formæ eſſentia communis quænam demonſtrari, aut aliquo nomine vſitato exprimi poteſt? An ſpiritus quidam, ἕξις, vt Stoici vocabant: an in animantibus τὸ θερμόν. quæ vis formatiua in ſemine primùm eſt, poſtea etiam eſt forma & anima, aut veluti anima; naturaq; & perfectio rei. ἔνεστι γὰρ πάντων ἐν σπέρματι (in eius materia) τὸ θερμόν. τοῦτο δὲ οὐ πῦρ οὐδὲ τοιαύτη δύναμίς ἐστιν, ἀλλὰ τὸ ἐμπεριλαμβανόμενον ἐν τῷ σπέρματι, καὶ ἐν τῷ ἀφρώδει πνεῦμα, καὶ ἡ ἐν τῷ πνεύματι φύσις, ἀνάλογον οὖσα τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ. Ergò vt ſubſtantiæ ſupra naturam ſpiritus ſunt, & hoc ipſum quod dicuntur, ſimpliciſsimè ſunt: ſic etiam in naturalibus rebus, forma eorum ſpiritus quidam eſt, non quidem vndiquaq; incorporeus, vt illi, ſed ſubtiliſſimum puriſsimumq; corpus, quod in aut per omnes corporis craſsi à materia ſumpti partes ſeſe inſinuat, & ita totum continet. Aut ſi hoc forma non eſt (volunt enim Peripatetici, formas eſſe prorſus incorporeas) primùm ſaltem hoc fortè inſtrumentum, & veluti vehiculum fuerit. Eadem ſanè quæſtio, quæ de animæ ſubſtantia, quæ forma eſt animalium, mouetur; de ipſa etiam in vniuerſum forma, eiuſq; ſubſtantia, moueri poteſt.

8 Forma alia eſt
{ Incorporea, *& hæc ad Metaphyſicos pertinet.*
{ Corporea, *id eſt in corpore, non quòd ipſa corporea ſit: Hæc rurſus vel eſt*

⊕
- Artificialis, *& hæc ad fabros diuerſos & plaſtas, & artifices alios quoſuis, & artes omnes ποιητικὰς referetur.*
- Naturalis, *hæc rurſus vel eſt*
  - Accidentaria, *hæc quidem phyſici eſt, ſed non in præſentia, vbi de principijs agitur: accidentaria autem principia eſſe nequeunt.*
  - Subſtantialis *anima, natura. Subſtantialis hæc forma poteſt quidem diuidi rurſus in*
    - Coniunctam *vel incluſam, vt ſunt naturales omnes.*
    - Extrinſecam *& ſeparabilem, vt Deus totius mundi: cœlis ſingulis, intelligentiæ mouentes: nobis, mens: naui, πλωτὴρ. Hæ quia non ſunt incluſæ materiæ, non ſentiunt etiam eius incommoda, nec fatigantur vt incluſæ & inſeparabiles. Sed hæc diuiſio non eſt phyſici: nec poſſum ita diuidere ſubſtantialem illam formam, quam naturali ſubiecero.*

9 Formæ tùm ſubſtantiales tùm accidentales, cùm materia vacent, finem tantùm & efficientem in eius conſideramus. Phyſicus tamen formas nunquam abſque materia conſiderat: & hoc ipſo differt à Mathematico. Exempla definitionum ab vtroque.

Formam habere rationem Finalis & Efficientis cauſæ.

10 Forma, ſi materię conferatur, tùm formæ, tùm finis, tùm efficientis rationem habet. Finis eſt perfectio: vnaquæque res per formam perficitur, forma igitur finis quidam eſt, ſcilicet naturæ & naturalium rerum, non animorum. Item vnaquæque res ratione formæ agit, id quod agit, vt etiam agens vel efficiens cauſa ſit forma.

DE CAVSA EFFICIENTE, AD QVAM CERTVM *opus (effectus, effectum, ἀποτέλεσμα) ſequitur, meditationes.*

Efficiens magis propriè cauſa eſt, quàm reliquæ: *vide ſupra de cauſis in genere.*

2 Cum cauſæ, quæ per ſe cauſæ dicuntur, quatuor ſint, ex iis tamen efficiens primò mouere videtur. An non omnis efficiens primò mouet? nam efficientium gradus quidam ſunt: & finis primo mouet efficientem. An vt aliquid fiat, & efficiens mouetur primùm, à fine, & poſtea ab efficiente ſimul & à forma materia? vt diuerſo reſpectu & efficiens & finis primò mouere dicantur.

3 Cauſa (efficiens) omnis ad aliquid eſt, & ad duo refertur. nam & alicui, apto ſcilicet & diſpoſito: & alicuius cauſa eſt, nempe finis, operis, effecti. Nihil autem à ſeipſo efficitur. Sic creator, opifex, pater, alterius ſunt quòd dicuntur, non ſui: alioqui ex primo fieret ſecundum: & aliquid ſimul eodemque reſpectu ageret & pateretur, vel faceret & fieret, vel eſſet & naſceretur, vel prius ſimul & poſterius eſſet. nam cauſa efficiens ſecundum eſſentiam prior eſt effecto, vel prius eſt quàm effectum ſit: & ſi non prius ſit actu efficiens, quàm effectum naſcatur: vel ſic etiam prius eſt quàm effectum ſit. aliud enim eſt eſſe, aliud naſci, *Clemens.*

4 Efficiens cauſa omnis eſt etiam διὸ, id eſt propter quam: non autem omne διὸ efficiens eſt. Sæpe enim multa concurrunt, quę vnum finem præcedunt, nec omnia tamen cauſæ dici merentur: vt Medea liberos occidit, quoniam irata erat: iraſcebatur autem, quoniam ęmulabatur, idque quia amabat: non amaſſet autem, niſi Iaſon Colchos nauigaſſet: nec nauigaſſet ille, niſi Argo conſtructa fuiſſet: neque hoc factum fuiſſet ſine lignis in Pelio ſectis. Hîc cum omnia διὸ dici poſsint, ſola tamē Medea propriè & efficiens cauſa eſt cædis liberorum. Non enim ſatis eſt ad efficiendum, vt aliquid non prohibeat, cum id etiam abſens eſſe poſsit: ſed præſens facere ſiue agere oportet, *Clemens.*

Cauſarum efficientium diuiſio prima.

5 Efficiens alia eſt

- Interna, *quæ rurſus eſt vel*
  - Subſtantialis, *forma ipſa.*
  - Accidentaria: *qualitas prima vel ſecunda.*
- Externa, *quæ & abſolutè ſolet efficiens nuncupari, eſt vel*
  - Vniuerſalis;
    - Deus.
    - Angeli.
    - Cœlum.
  - Particularis, *alia*
    - Subordinata; *quæ alio & alio ordine & tempore ſucceſſim fit.*
    - Pares.

Efficientium cauſarum diuiſio ſecunda.

6 Efficiens cauſa duplex: alia enim eſt

- Interna, *eaq; rurſus eſt vel*
  - Forma, *vis ſeminalis.*
  - Qualitas, *tum*
    - Prima, *præſertim caliditas, frigiditas.*
    - Secunda: *ſed hæc magis eſt paſſiuè. Conſyderandum autem eſt, num Qualitates ſecundæ mereantur dici cauſæ efficientes internæ, et non primæ ſolùm?*
- Externum *efficiens dicitur vel*
  - Primum, *immobile, Deus.*
  - Secundum, *Cœleſte, mobile, vniuerſale.*
  - Particulare, *vel ſecundarium, vt pater filij.*
  - Medium, *vt inſtrumenta & cauſa exemplaris.*

7 Procatarcticæ cauſæ, quæ primùm cauſam vel occaſionem præbent, vt aliquid fiat, vt homini intemperanti pulchritudo amoris. Viſa enim animũ ad amorem diſponit, non cogit tamẽ. Sic pater cauſa procatarctica eſt doctrinæ, &c. *Cle.*

Harum quædam tempore indigent vt aliquid efficiant, vt Sol calefaciens ad febrem: aliæ non, ſed ſubitò ferme efficiunt; vt caſus ad fracturam efficiendam. Sed fortè hæ etiam non dicendæ ſunt omnino ſine tempore fieri, ſed minimo tempore: & ſimiliter quod ſubito fit, non ſine tempore fieri. Quemadmodum & cauſa continens; quæ itidem non indigere dicitur tempore ad ſuum effectum, cùm præſens ſtatim efficiat. Hæc vt plurimùm interna eſt, nõ ſemper tamen, vt Deus.

Sic procatarcticæ, vel (vt quidam transferunt) primitiuæ cauſæ morborum apud medicos dicuntur; quæ cum læſerunt, ſeparantur; vt fera morſu inflicto, ſcorpius ictu, ſol cum adufferit: Vel; quæ primam cauſæ rationem obtinent, ita vt nihil eas antecedat, *Gal. de definit.* Sunt autem cauſæ iſtæ omnes externę & manifeſtæ. Empirici manifeſtas tantùm cauſas cognitas medico conducere putant, quæ vel ſenſu vel epilogiſmo deprehendantur, vt ſupra dictum. Methodici cauſas omnes medico inutiles pronunciant, tùm externas, tùm interiores, τὰ ἄδηλα καὶ συνεκτικὰ λεγόμενα αἴτια.

8 Antecedens cauſa, προηγούμενον αἴτιον, quæ à procatarctica aut ſynectica pręparatur vel excitatur. Vel, qua manente manet effectus, creſcente creſcit, decreſcente minuitur, ablata tollitur, *Gal.* ſed hæc definitio potius ſynecticæ cauſæ eſt, & aſteriſcus paulò antè poſitus, locum mutilum declarat.

Hæc apud medicos ſemper interna ponitur, vt procatarctica ſemper externa.

Synectica ambigit,apud medicos tamen ferè & ipſa interna ſemper eſt; ita vt aliqui eam ſuperfluam putauerint, nec differre ab antecedente. de qua re Leon. Fuchſius & alij contenderunt. *Nuper huic cauſæ doctiſſimum libellum dicauit Iacobus Scheckius: & alium Franciſcus Valleriola, ad Fuchſium.*

9 *De cauſa coniuncta ſeu contentiua, vide Quæſt.5. Marci Antonij Montiſiani, aduerſus Leonicenum. De cauſa continente iuxta Methodicos, eiuſdem Quæſt.6. De eadem, aduerſus Fuchſiũ, Quæſt.7. eiuſdem, & reliquis ſequentibus. Vide Cardanum in contradicentibus* 130.

10 Cauſæ morborum aliæ ſunt externæ, quæ & primitiuæ; aliæ internæ, & harum quæ à morbo remotæ ſunt, vocant antecedentes; quæ verò proximæ (vt nihil ſit intermedium) coniunctæ.

11 Cauſa continens non indiget tempore ad ſuum effectum; ſed quo primùm momento adeſt, agit, vt cauterium cum primùm carnem tangit, eandem vrit.

12 Synectica, vt ὑδατὶς, πτερύγιον, ἐγκανθὶς & ſimilia, qua medici non ſolùm in cauſarum numero, ſed etiam affectuum ponunt, *Gal.* vt ſpina faucibus infixa.

13 Συνεκτικὸν αἴτιον, ἀπὸ τοῦ ἔχειν (vnde & ἕξις,) καὶ συνέχειν dicitur: ἔχειν heben/ tenere, fulcire, ſuſtinere quòd perlaberetur aut rueret: συνέχειν, continere totum cuius partes alioquin dilaberentur & diſſoluerentur, metaphora ducta à vinculis, glutino, &c. quibus ablatis illico dilabuntur, quæ prius vnita erant. Hæc tria, Anima, calor & ſpiritus in animalibus, omnia συνεκτικοῦ αἰτίου rationem habent ad animal ſeu vitam animalis: ſed anima inter ea, eſt τὸ πρῶτον καὶ κύριον δὴ οὖ: calor, ſpiritus, τὸ δεύτερον, τὸ μέσον, τὸ ὀργανικόν. Sic in mundo Deus eſt, τὸ πρῶτον συνεκτικόν: differt autem ab anima, quoniam & intra & extra res eſt, quas conſeruat: anima intus tantùm. Natura verò τὸ δεύτερον, vtpote organum Dei & fortè ἕξις potius quàm συνεκτικὸν αἴτιον.

14 Synecticæ, id eſt, continentes cauſæ, quæ & αὐτοτελεῖς, id eſt perfectę, dicuntur, ipſæ per ſe ad aliquid efficiendum ſufficiunt, vt pręceptor diſcipulo doctrinę (zů lernen/ paſsiuè) *Clem.* Atqui paulò antè dicebatur, cauſam continentem non egere tempore, doctrina verò indiget eo. An doctrina aliquàndo dicitur pro quauis parte doctrinæ dum addiſcitur, &c.

15 Cauſam continentem in morbis vel coniunctam, continuam, inhærentem, *vt Galenus vocat*, eſſe antecedentem primam, vel per ſe, & proximam: internam plerunq; (nam antecedentes omnes internæ ſunt) ſed & externam eſſe poſſe, vt eſt ſagitta, ſpiculũ. Et dari in ijs tantùm morbis, qui in motu vel in ipſo fieri ſunt, & generantur: non in iam factis & perfectis, quoniam quæcunque fiunt, aliqua cauſa agente & mouente fiunt, quæ cauſa continens eſt.

16 Extra morbos quidem puto, τὸ συνεκτικὸν αἴτιον etiã externũ reperiri, vt Deus rerum omnium, niſi illum ſimul tùm internã tùm externã cauſam faciamus. Conſydera, an etiam in morbis, aut ſymptomatis ſaltẽ aliquibus, reperiri aliquando continens externa queat: an aër frigidiſsimus, vt qui ab illo in montibus congelatur, talis ferè cauſa eſſe poſſet?

17 An procatarctica cauſa ſemper gignit præcedentem, id eſt, externa internã? & rurſus interna, in ipſo fieri morbi conſiſtens, continens fit, vbi morbus iam factus eſt. Vt, icteri cauſa procatarctica, bilioſorum ciborum eſus, antecedens bilis, ab eis genita, dum fit icterus, continens eadem bilis, cùm icterus iam factus eſt?

De cauſa coniuncta, & continente, vide etiam inter ea quæ de cauſis in genere ſunt dicta.

18 Cauſæ effic. apud medicos, vt *Clem.* habet, aliæ ſunt

Rei *ſecundum naturam*
Rei *contra naturam*

Symptomatis
Signi
Morbi

Ipſius
Magnitudinis *eius.*
Temporis *in vniuerſum & particulatim*, χρόνων καὶ καιρῶν.

19 Efficientium cauſarum non poteſt altera alterius, hoc eſt eſſentiæ ipſius viciſsim

ciſsim eſſe cauſa, alteri (rei accidentis alteri) eſſe poteſt: non ἀλλήλων, ſed ἀλλήλοις. Nam ſplen morboſus non eſt cauſa febris, ſed generationis febris: & contrà, febris non cauſa eſt ſplenis, ſed ſpleni alicuius morbi cauſa eſt. Sic virtutes ob mutuam ſequelam ſibi inuicem cauſæ ſunt. Et fornicis lapides ſibi inuicē cauſę ſunt, *an αἴτια συνεργὰ, etiam hæc dici poſſunt?* firmius manendi; non autem alter alterius eſſentiæ. Sic præceptor & diſcipulus ſibi inuicem proficiendi cauſæ ſunt. Dicitur autem alterum alteri cauſa, vel effectus.

- Eiuſdem, *vt prædicta. & vendens & emens ſibi inuicem lucrandi.*
- Diuerſi, *vt caro enſi cauſa eſt, vt ſecet: enſis carni, vt ſecetur.*

Qui vulnerauit aliquem letaliter, cauſa eſt ei mortis: quod ſi ab eodem & ipſe vulneretur, habet illum *ἀντιπαθόν*; ſed diuerſa ratione. Non enim ab eo effectu quem ipſe intulit, viciſsim læditur: ſed ab illo qui effectum illum paſſus eſt. quare alterius rei cauſa eſt, & cauſam ipſe alteram habet. Sic qui aliquem iniuria affecit; cauſa eſt peccati; Lex verò eundem ſimili pœna afficiens; non peccati, ſed ipſi quidem caſtigationis, affecto autem iniuria talionis cauſa eſt. Itaque cauſæ non ſimili ratione viciſsim in ſe redeunt, *Clemens.*

20 Efficientia

- Secundum *naturam, ſemper eoſdem effectus: niſi quando per accidens, contrarios producunt.*
- Contrariorum, *vt cognitio & voluntas: hæc boni & mali, illa ſani & ægri.*

Effectus, ad cauſam efficientem.

21 Effectus materiæ, (eſt opus quod ex materia, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 23. ſect. 3.*) An materiæ ſecundæ (quoniam habet in ſe illa etiam qualitates actiuas) effectus eſſe poteſt, & dici, non ſua tantùm, ſed illarum ratione. Sic materiæ vim ceu effectus ſequitur; quod in locis humidis denſius & procerius germina creſcunt, quemadmodum ſub axillis pili? Neceſsitas alia ſequitur formam, alia materiam, alia finem. Pro ratione materiæ effectus variat, etiamſi vna ſit efficiens cauſa, vt, *Limus vt hic dureſcit, &c.*

22 Vulgò dici ſolet, Deum & Naturam nihil fruſtra facere. An fruſtra facere bifariam ponitur: vel nullo fine propoſito; vel ita vt nullum non conſequatur. Vtroq; modo Deus nihil fruſtra facit. Natura autem poſteriore modo, aliquando fruſtra facit.

23 Quæritur, an vnius effectus *cauſæ efficientes* plures ſimul eſſe poſsint, vt cùm nauis ſimul à multis hominibus trahitur: & fœlicitatem virtutes multæ efficiunt. Dicendum, cauſas huiuſmodi vocari *συναίτια*. Vel potius, etſi plures numero cauſæ aliquando vnum effectum producant; tamen genere vnum ſunt. Sic multæ virtutes in genere & potentia virtus vna ſunt.

Fit *autem vnus effectus*

- Genere. *Sic plures & differentes ſpecie procatarcticæ cauſæ eſſe poſſunt, vt morbi refrigeratio, diſſolutio, labor, cruditas, ebrietas. Sic & continentes plures, vt boni odoris thus, roſa, crocus, ſtyrax, myrrha, vnguentum.*
- Specie. *Nam procatarcticæ ſupra dictæ poſſunt eſſe cauſæ & morbi in genere, & huius vel illius morbi, vt febris. Synecticæ cauſæ plures, in genere vt dictum eſt, ad vnum effectum tendere poſſunt; vt ſupradicta ad bonitatem odoris: in ſpecie non item. Aliter enim bene olet crocus, aliter roſa.* Clem.

Vel ſic:

24 A cauſis pluribus produci poteſt effectus vnus, vel

- Genere *tantùm vnus à ſynecticis pluribus, vt bonus odor à thure, croco, myrrha, roſa: nam hæc omnia conueniunt in genere, quod fragrantia ſunt, ſpecies verò odoris ſua cuiq;.*
- Genere *& ſpecie, à pluribus procatarcticis: nam & morbus in genere, vel quiuis mor-*

bus, excitari poteſt præcedentibus, refrigeratione, diſſolutione, labore, cruditate, ebrietate, item febris vel quæcunque alia morbi ſpecies.

25 Efficiens cauſa vna poteſt effectus contrarios ædere, vel ratione

- Propria, *ſecundum magis & minus, vt chorda pro ut magis minúſue tenſa fuerit, & grauem & acutum reddit ſonum.*
- Rei ſubiectæ: *ſic lingua aliter atque aliter diſpoſita, in ſanitate vſu mellis dulcedine afficitur, in febri amarore. Vinum pro temperamenti varietate alios aliter afficit. Sol ceram liquat, lutum indurat.*

26 Efficiens producens aliquid, facit

- Sibi *ſimile*
  - Actu *& tota ſubſtantia, vt columba columbam.*
  - Virtute, *vt ignis aquam calefaciens.*
- E potentia *tantùm ad actum producit, vt tepidus calor omnia generare ſolet & perficere. Vnus & idem ſolis calor, facit vt ex ſemine braſſicæ, fiat braſſica; & ex betæ beta, & ex quouis alio ſemine vel quauis materia habili aut idonea, quiduis ad quod habile eſt.*

¶ Recentiores quidam, vt Velcurio & Melanchthon, alias quoq; cauſarum efficientium differentias adferunt, vt ſunt fermè quæ ſequuntur.

26 Vniuerſalis, communis, remota: cui opponitur particularis, propinqua, indiuidua. Sed hæc diuiſio omnibus cauſis in genere conuenit.

Naturalis, & hæc vel neceſſaria vel contingens. Et neceſſaria, vel ſimpliciter, vel per hypotheſin.

Voluntaria.

Raró contingens; vt fortuna & caſus. *Vide in tabula acroamatum.*

Conſeruans.

Lædens vel corrumpens

- Per ſe, *Suum contrarium, vt aqua ignem.*
- Per accidens; *Sibi ſimile, vt ignis magnus candelam extinguit.*

Conſtituens, velut partes totũ, componens dicenda: vel generans: *vide infra.*

Inſtrumentalis, vel media, organum, cooperans, de qua ſuperius.

Diſponens ſeu præparans. Mouens, Perficiens.

Principalis, quę propriè vna eſt, vt imperator.

Subſeruiens, ὑπηρετικὴ, vt milites. Huc referunt συναίτια, & συνεργὰ, & organa, quę plura eſſe poſſunt. Poſſunt autem (inquiunt) ſubſeruientium quędam ſeparari à principali. Cauſæ verò ordinatæ & ſubalternæ à ſua primaria ſeparari non poſſunt.

Ordinata (ſubalterna, ὑπάλληλος) nobiliori alicui ſubijcitur; ſine qua agere non poteſt. & in his coniungitur poſterior præcedenti neceſſariò, non autẽ contrà, vt intellectus & voluntas, Fides & opera, Deus & natura. Subſeruientiũ autem quædam contra ſe habent, nam à præcedente principali ſeparari poſſunt, vt milites ab imperatore: imperator ſine militibus eſſe non poteſt.

Συναίτια quędam non neceſſariò copulantur, vt duo equi trahentes currum, quorum vteruis per ſe trahere poterat. Et huiuſmodi coniunguntur, non vt ſimpliciter aliquid fiat, ſed vt meliùs, efficaciùs, citiùs, *an ſic etiam opera & fides ſecundum aliquos?*

Impulſiuam appellant, quæ extra finis vel vtilitatis conſiderationem ad agendum impellit, vt affectus aliquis in homine obortus.

Efficiẽtia in reb. mouẽtib. vel generantib. fit aut
- Secundum *formam agentis, vt calor cum procreat calorem: homo generat hominem, συνωνύμως ſcilicet. Et hac ratione omnis mouens vel agens facultas, talis eſſe actu dicitur, quale id quod mouetur vel patitur, potentia eſt.* — Particulares *hæ cauſæ omnes ſunt.*
- Secundũ *virtutẽ. Horum rurſus quædã mouent aut efficiunt.*
  - Συνωνύμως *(& hæ quoq; particulares ſunt) vt ſeminum virtutes, quas diuinis (cœleſtibus) Galenus comparat & formatiuas vocat. & ſimiliter Ariſtoteles calorem illum & ſpiritũ natiuum in ſubſtantia ſeminis, non igneum, ſed τῷ τῶν ἄστρων στοιχείῳ ἀνάλογον facit. Vide ſequentia.*
  - Ὁμωνύμως *(vniuerſales hæ ſunt) vt virtutes cœleſtes. Hinc illud, Sol & homo generant hominem.* Τρόπον τινὰ ἅπαντα γίγνεται ἐξ ὁμωνύμου, *Ariſt. 1. Metaph. Et rurſus,* Ἀφ' οὗ τὸ σπέρμα ἐστὶ πῶς ὁμώνυμον. οὐ γὰρ πάντα οὕτω δεῖ ζητεῖν ὡς ἐξ ἀνθρώπου ἄνθρωπος. *Hæc vim illam in ſe non habẽt, quam inducunt rebus quæ ab ipſis mouẽtur. Hæc Schecкius: Sed idem alibi ſeminum quoq; vim efficientem æquiuócam facit, ſed ſpecialem, hoc eſt ad certam ſpeciẽ deſtinatam. (Si actu hanc vim conſyderes æquiuócè mouet: ſi potentia, vniuocè) cœleſtem verò, vt Solis calorem, communẽ & generalẽ cauſam omniũ quæ generantur & corrumpuntur. An ſeminis vis eſt cauſa æquiuocè, ſi ipſum ſimpliciter reſpicias: ſin animal cuius ſemen eſt, quum ei ſimile producit, vniuocè.*

27 Efficiens, quod συνωνύμως efficiens dicitur (aliud enim συνωνύμως quoq; dicitur, vt modo dictum eſt) Tale eſt aut
- Per *ſe, vt Sol & virtus ſeminum.*
- Per *accidens, quod & alijs modis fit, vt*
  1. Per *antiperiſtaſin, ideſt obſiſtentiam contrarij. Sic frigus hybernum interiora terræ calfacit, & calor æſtiuus eadem refrigerat. Et in animalium ventribus idem accidit.*
  2. Propter *affectionẽ pororũ, ſic frigore claudente poros, calor internus augetur, prohibitus expirare, & calor forinſecùs aperiẽs poros, interno ſic expirante, refrigerat.*
  3. Propter *abſentiam, vt nauta abſens perditæ nauis cauſa eſt.*
  4. *Rerum neceſſariarum vel vtilium abſtractione lædunt quædam alia, vel corrumpunt. Sic alimenti ſubtractione plantæ quædam iuxta alias ſatæ læduntur: Iuuantur damno vel impedimento remoto.*
  5. *Mutatione in aliud, vt mel, mutatũ in bilẽ, morbũ aliquem generat.*

DE FINALI CAVSA MEDITATIONES.

1 Τέλος eſt, quem ſoli ſapientes ſibi proponunt: ὑποτελὶς verò, quem etiã vulgares homines & non ſapientes, *Ariſton apud Suidam.*

Vulgares proximum aliquem finem ſibi proponũt: ſapiẽtes ſemper vltimũ; cùm in alijs reb. & actionibus, tùm in vniuerſa vita. Quamobrem ſapientia ipſa & Philoſophia nihil aliud eſt, quàm τέλος ὁρᾶν μακροῦ βίου. Philoſophia eſt meditatio mortis, tùm naturalis, tùm ſupra naturam, voluntariæ.

— ſed ſua ſemper Expectanda dies homini eſt, diciq; beatus
Ante obitum nemo, ſupremaq; funera.

2 Finis aliquando ſimpliciter pro extremo continui, & rei vel actionis ceſſatione dicitur. Sic vitæ finis eſt mors, & ſomni vigilia, & lineę punctum, &c. Secundum hunc ſuo præcedenti vel melius, vel deterius, vel neutrum eſſe poteſt:

boni finis malus eſt, mali bonus, neutrius neuter. Aliâs verò cauſa finalis, & bonum aliquod, melius præcedenti illo quod propter ipſum fit, imò omnium cauſarum optimum, & primum mouens.

3 Hominis finis eſt virtutis cognitio & actio ſecundum Philoſophos, qui & fœlicitatem in hoc conſtituunt, vt hodie in operibus. Secũdum pios autem Deus & gloria Dei eſt vltimus finis: quare ab eo etiã ſolo fœlicitas pendet per fidẽ.

4 Natura nihil producit propter finẽ aliquem externũ. Quamobrẽ etiã vulgò cùm dicere volumus, quippiam nõ propter aliud (externũ) fieri, hoc eſt, non propter commodum aliquod, ſed totius ſubſtantiæ ratione, fieri natura dicimus: vt omnes homines natura ſcire & viſu frui deſiderãt: ſed tantùm, vt vnumquodque ipſum ſit & duret, aut etiam ſpecies conſeruet: quamobrem fruges & ſemina producit, non propter hominem. Sed Deus omnia propter hominem & ſeipſum: & homo quædam propter ſe & alios homines, quædam propter Deum, ſi pius ſit. Vt igitur miniſtri & operarij multa faciunt quæ iubentur, quorum tamẽ vſum ſolus ſcit architectus: ſic natura multa facit, quorum vſum non intelligit, neq; propter hominum vtilitatem ipſa aliquid facit: ratione enim caret.

5 Principium motus quia inſecabile eſt & nihil in eo quieſcere poteſt, nihil etiam in eo moueri poteſt. Sed cur non idem de fine dicimus, qui & ipſe inſecabilis eſt: in eo.n. quieſcit res. An quia principiũ motus nõ eſt terminus à quo, qui & ipſe actu conſiſtit, ſed primũ ſubitumq; poſt illũ motus initiũ. Finis verò eſt ipſe terminus ad quem, indiuiſibilis quidẽ, quatenus finis eſt, nõ tota verò ſui natura.

Quomodo ſit finis duplex, & quomodo anima οὗ & ᾧ, & quomodo eadem triplicis cauſæ rationem ſuſtineat, vide Ariſtotelem de anima lib. 2. cap. 4.

6 Finis alius eſt οὗ ἕνεκα, alius ᾧ.

- In *artificioſis rebus* οὗ ἕνεκα, δι' ὅ, *vt circa ædificiũ quod fit ab architecto, protectio ab iniurijs cœli. Aedificium ſtruitur. Cui? homini alicui: ergò homo eſt finis ædificij,* ᾧ *ſed cuius gratia? protectionis: ergò protectio eſt finis* οὗ.
- In *natura. Sic vnaquaq; res naturalis animata tùm animalium tùm ſtirpium, gignit ſibi ſimile, cuius gratia? immortalitatis, quantum eius fieri poteſt. Cui?* Ταῖς ψυχαῖς. *animæ enim corpora ceu domicilia inhabitant, eiſq; ceu organis vtũtur. Natura enim veluti opifex eſt. Anima, ceu homo qui ædificium fieri ſibi iubet. Corpus, ceu domus quædam.*
- In *corporibus verò inanimatis, non eſt duplex ille finis, ſed tantùm finis* οὗ ἕνεκα, *vt metalla & lapides fiunt à natura (proximè quidem à calore & frigore: primitus verò (*ἐξηρημένως*)* ἀπὸ τῆς ὅλης δημιουργίας ἕνεκα τῆς κοσμοποιΐας. *Cui verò fiunt? nemini, ſed ſibi ipſis, non enim habent animam, neq; organa quibus anima poſſet vti. Ergò in his non eſt finis* ᾧ. *An non homini fiunt? Fiunt quidẽ illi, ſed non à natura illum ceu finem reſpiciente.*

7 Finis, Τέλος alius eſt.

- Οὗ ἕνεκα, *vel aliter ſic, ideſt ipſe vſus.*
  - In *artificioſis rebus, vt circa ædificium quod fit ab architecto: protectio ab iniurijs cœli.*
  - In *naturalibus, vel*
    - Animatis, *vt*
      - Animalibus, *dum corpus eorũ ceu organũ generatur à natura propter æternitatem ſiue ſpeciei conſeruationem.*
      - Plantis, *ſimiliter.*
    - Inanimatis, *vt metallis & lapidibus* ἕνεκα τῆς κοσμοποιΐας, *quæ proxi-*
- ᾧ
  - Ἀνθρώπῳ.
  - ψυχῇ.
  - ψυχῇ τῇ φυτικῇ.

⊕ *proximè quidem à frigiditate & caliditate fiunt: primitus verò* (ἐξηρημένως) ὑπὸ τῆς ὅλης δημιουργίας. *In his non eſt finis ᾧ: organa enim non habent, neq; animam.*

ᾧ: *id quod vtitur. Domus finis* οὗ ἕνεκα, *eſt habitatio:* ᾧ *autem, homo qui debet inhabitare.*

8 Finis alius eſt ἐνέργεια, non quidem κίνησις, quæ eſt imperfecta ἐνέργεια: ſed perfecta aliqua ἐνέργεια. finis enim perfectum aliquid eſſe debet. Sic ſenſuum noſtrorum Ipſum ſentire finis eſt. Sentire enim eſt ſcire aliquid, ſcire autem omnes natura cupiunt, veluti per ſe bonum. Videre igitur, vt ἐνέργεια oculi, perfecta eſt, ſic eius actio & finis. Alius autẽ finis eſt ἔργον, vel (effectus) ἀποτέλεσμα aliquod, quod ἐνέργειαν ſequitur, ſed imperfectam, motum ſcilicet, vt ſunt variorum opificum & mechanicorum opera: ſunt enim hæc fines τῆς ἐνεργείας, quamuis non vltimi fines. Εὐδαιμονία, quę finis eſt practicę philoſophię, eſtne ἐνέργεια aliqua? nã ἔργον quidem eſſe non poteſt: Videtur ſanè, quoniam in vſu & actione virtutum maximè ſita eſt.

9 Finis alius eſt:

- Ἐνέργεια
  - Ἀτελής, κίνησις πρὸς ἔργον τι: *& hic* ἔργον *melius eſt, quàm præcedens ipſum* ἐνέργεια, *quare non propriè finis dicitur, nec Ariſtoteles ſic ſentit. Hunc finem more Ariſtotelico licet appellare, finem cuius. An* ἔργον *eſt finis* οὗ ἕνεκα γίνεται ἡ κίνησις ἡ προηγουμένη.
  - Τελεία, *vt videre, audire, intelligere: hic finis perficit ſubiectum, non motione vt* ἔργον. *Hunc Ariſtoteles vocat finem cui.*
- Ἔργον, *de quo iam dictum eſt.*

10 Finem alium eſſe naturę, alium hominibus vel artificibus ſupra dictum eſt; Natura nihil quam rerum eſſentiam ſibi proponit, vt generet & conſtituat eas, vel conſeruet. Hominum alij alium finem ſibi ſtatuũt in quo ita variant, vt quiſque ſummum bonum & ſummam fœlicitatem animo conſequitur, vel in corporis tantùm bonis, vel animi, vel fortunæ: ijsq; vel omnibus vel aliquibus. Itaque fines habentur, Vtile, Iucundum, Honeſtum.

Omne tulit punctum qui miſcuit vtile dulci, Horatius.

Honeſtas ſumma in virtute virtus, præcipua in pietate, pietas prima in Deum, deinde erga patriam, parentes, liberos, cõiugem, affines, municipes, gentiles, deniq; quoſuis homines, de quibus merendi occaſio eſt. Omnia enim propter hominem condita ſunt; & homines ſui inuicem gratia, ſed vltimus omnium finis Deus eſt.

11 Finium alius eſt

- Vltimus, *principalis*, προηγούμενος.
- Medius.
- Congruens *ſeu legitimus, vt ſi vxor ducatur propter ſobolem, & vitandam ſcortationem.*
- Aberrans, *non congruens, vt ſi aliam ob cauſam, diuitias, formam, vxor ducatur.*
- Subordinati, *vt rectè faciendum, primò propter Deum, ſecundò noſtræ tranquillitatis cauſa, tertiò aliorum tranquillitatis cauſa. Sic vnius rei diuerſi fines eſſe poſſunt.*
- Non *ſubordinati, ſed aliquo modo concurrentes, vt cum ambulatio ſeu potus expetitur ſanitatis cauſa, & ſimul rectè poteſt voluptatis cauſa expeti.*

¶ Finis *diuerſarum ſcientiarum & artium nominauimus ſupra; vbi de materia egimus.*

A' finis notione analytica methodus incipit: ſynthetica verò contra à partibus ſubiecti ſimplicioribus ad magis magiſq; compoſitas progrediendo, donec finem attingat.

Efficiens primo dicitur mouere materiam, ſed prius ipſa à fine mouetur, &c. Vide ſupra vbi de cauſis in genere diximus.

12 Natura fieri aliquid dicitur quòd non fit propter aliud, vel propter commodum aliquod, ſed totius ſubſtantiæ ſuæ ratione: vt omnes homines natura ſcire deſyderant. Viſum, etiamſi nulla ſit vtilitas, amamus, propter cognitionẽ, quæ & iucunda & honeſta eſt, neq; enim vtilitas ſemper pro fine ſtatuitur.

13 Scopum & finem aliqui diſtinguunt: ita (ni fallor) vt finis ſit operis, ſcopus verò fructus alicuius vel vtilitatis ex opere.

De Neceſsitate & Fato meditationes.

1 Neceſsitas eſt
- Vis *violenta.*
- Sine *quo aliud eſſe non poteſt, vt neceſſaria reſpiratio.*
- Quòd *aliter ſe habere non poteſt, quæ neceſsitas cum ſumma rei perfectione coniuncta eſt. Sic Deus neceſſariò eſſe dicitur, cùm non poſsit non eſſe.*
- Vtilitas *ad aliquid.*
- Sequitur *aliud,*
  - Materiam, *vt in monſtris.*
  - Formam, *vt Mathematicæ demonſtrationes.*
  - Finem, *vt quod in animantis corpore oſſa, licet grauiora, caput obtinent, ſanguis deſcendit.*
  - Efficientem, *vt illuſtratio porticus à ſole illuſtrante.*

2 Neceſsitas alia
- Eſt
  - Simpliciter *Neceſsitas, vt corruptiò: nam omnia nata neceſſariò corrumpuntur, ex naturæ lege.*
  - Per *hypotheſin: vt generatio rerum: nam ſi quid eſt, materiam eius præceſsiſſe oportet, ſi arbor eſt, ſemẽ præceſsit: ſi animal, embryo. Sic ex poſteriore præcedens infertur in demonſtrationibus non contrà, ἐν τοῖς μὲν ἀρχὴ τὸ ὄν, ἐν τοῖς δὲ τὸ ἐσόμενον.*
- Sequitur.
  - Materiam, *vt pili ſub axillis.*
  - Formam, *figuram, vt motus ſpheræ.*
  - Figuram, *vt quod oſſa, licet grauiora, in capite ſunt poſita.*

3 Neceſsitas ad efficientes cauſas relata, alia eſt.
- Secundum *naturam, quæ impediri non poteſt, vt ignis, quin vrat.*
- Contra *naturam, violẽta, quæ aliter eſſe poteſt & eſt, ſi non impediatur natura.*

Aliter ſic.

4 Agunt quædam
- Sponte
  - Natur
  - Violentia
- Non *ſponte, idque vel*
  - Fato
  - Violentia. *Violentia autem impedit naturam aut voluntatem, nõ autem fatum.*

De fato. Galen. Phil. hiſt. cap. 37.

DE FATO ET PROVIDENTIA. *meditationes.*

DEVS.


|

FATVM.

Huic & alia & Neceſsitatem *ſubijcit: quoniam ea etiam quæ vel ſecundum naturam, vel aliter neceſſariò euenirent*, Fato *&* Voluntate Dei *impediri poſſent, & contrà: vt ſolis motus, eclipſis, & mentis immortalitas.*



Voluntas, hîc artes, *conatus ſtudia.* Caſus. Fortuna. Natura. Elementa, *& eorum qualitates huc.* Neceſsitas.



Vt plurimùm. *Raró.* *Vt plurimùm.* *Semper.*

❡ Circulus eſt quæ in ſeſe redit figura, & in eodẽ puncto principium finemq́ ſui collocat. Eſt autem duplex contemplatio Dei, alia philoſophica, quæ recta dici poteſt: ex creaturis creatorem, ex poſteriori colligens, ἀναγωγὴν vocant. Alia circularis, quæ à Deo incipiens, ad creaturas deſcendit, & inde rurſus ad Deum per creaturas aſcendit, pijs & Chriſtianis propria.

6 An Fatum & Neceſsitas ſi ſit, orandus non eſt Deus? nequaquam: Nam hoc etiam Fatum eſt, vt qui non orant, pereant, & qui orant ijs, vt exorabilis Deus eſt, ita exorabile Fatum: non quod Fatum vniuerſale mutetur, hoc enim in Fatis eſſe diximus: ſed Fatum particulare, vt mors regis Ezechiæ.

7 Prouidentia eſt vniuerſalior cauſa. Fatum particularis, vt quidam ſentire videntur. Prouidentia pariter cuncta, quamuis diuerſa, quamuis infinita, complectitur: Fatum verò ſingula digerit in motum, locis, formis ac temporibus diſtributa, &c. Prouidentia eſt in mente, Fatum verò iam in ipſis rebus.

8 Deus prouidus, vel quòd porrò & ꝓcul videat, vtpote ab æterno: vel quòd rebus omnibus prouideat, proſpiciatq́.

9 Præuidentia,ſimpliciter aliquid futurum prænoſcit,quæ Sapientia tantùm eſt. Prouidentia & futurum prenoſcit,vel ſibi vel alij,& ſimul vel fruendi modū, ſi bonum eſt,vel cauendi,ſi malum, præparat. Deus præuidens, ſapiens tantùm eſt, prouidens verò etiam bonus.

10 Euentus omnis videtur eſſe motus quidam,vel ſaltem non ſine motu. Mouentur autem alia vi aliqua animæ,vt mixta animata ; rationis, phantaſiæ, affectuum,Appetitus,quo vltimo modo etiam Plantæ mouentur : alia ſolius naturæ, ex temperamento ſcilicet elementorum & qualitatum primarum. Elemēta deniq; pondere ſuo. Cœli propria natura,& à Deo motore primo. Anima motionis cauſa particularis eſt,cuiq; ſua : ſic & natura cuiq; ſua. Deus eſt communiſsima : inde cœlum & elementa.

11 Omnia fiunt prouidentia ; nec pugnat dicere, eandem rem fieri ex voluntate & prouidentia,aut fortuna & prouidētia : vt neq; leonem nominare feram & animal : cùm vnum ſpeciale,alterum generale vocabulum ſit. Fiūt igitur per prouidentiam omnia,ſed quædam mediatè vt naturalia, fortuita, voluntaria : alia immediatè,ideſt,nulla alia ſpeciali cauſa interueniente, vt ſunt diuina opera vel poteſtatis vel gratię,creatio mundi,animæ,fides.

12 Malum vniuerſale,non poteſt in Deum referri,Particulare poteſt,ſiue eius cauſam reddere poſsimus nos,vt cùm malum pœna eſt mali, ſic induratū eſt cor Pharaonis : ſiue non poſsimus,ſed ſimpliciter,quia placuit Deo: cuius non eadē, ſed multò maior poteſtas eſt in nos, quàm figulo in ſuo vaſa : hic enim formam tantùm,Deus etiam materiam & nos totos fecit : item vaſa cùm non peccent in figulum,ſunt tamen in eius poteſtate,nos qui ſubinde in opificem noſtrum peccamus,non erimus in poteſtate eius,vt de nobis pro arbitrio ſtatuat?

DE FORTVNA ET CASV, CAVSIS *per accidens, meditationes.*

1 Fortuna quid aliud eſt? quid fors? quid caſus? quid euentus? niſi cum ſic aliquid cecidit,ſic euenit : vt vel non cadere atq; euenire, vel aliter cadere atq; euenire potuerit. *Cic.lib.2.de Diuinat.*

2 Fortuna eſt ne aliquid? ſaltem in adiaphoris, & nullius momenti rebus, de quibus τύχη quidem dicitur, non autem εὐτυχία vel ἀτυχία. Fortunatum Latini pro εὐτυχὴς dicunt. Aut nihil eſt, vbi tamen nos cauſas à natura vel Deo procedentes ignoramus,vulgò cauſamur Fortunā,id eſt cæcam quandam & incognitam nobis cauſam. Vt fortunam, ſic πλοῦτον cæcum fecerunt, quod plerumq; indignis videatur largiri. An Deus etiam aliquando author eſt Fortunæ, vt inde potentia ſua appareat,vel vt homines puniat? vt cum elementa ſibi ipſis cōmittit,confunduntur,agitantur : vt ſi infantem nutrix ſibi ipſi promittit,

3 De Fortuna diuerſæ Philoſophorum opiniones habentur. Fortuna enim alijs:

- Vbique,*Epicureis.*
- Nuſquam,*Stoicis:at aliter ſacræ literæ docent. Matth. 10. Nónne duo paſſerculi aſſe væneunt? & vnus ex illis nō cadet in terrū ſine patre veſtro, &c.*
- Alicubi,*& Dea quædam, Poëtis vulgò,ſubſtantia quædā diuina: ſed cæca,inſtabilis,quod diuinis non conuenit.*
  - *Te facimus fortuna Deam cœloq; locamus.*
- Alicubi *nō tamē Dea,quidē,ſed quæ nō per ſe ſit. Peripateticis. an pro φύσις?*
- Cum *Deo,τύχη,καιρὸς καὶ τέχνη in rebus humanis,Platoni.*

4 Fortu-

4 Fortunæ nomen varia ſignificat. Nam per Metonymiam pro diuitijs, pecunijs, poſſeſsionibus, honoribus, & huiuſmodi rebus externis, accipitur, quas Fortuna videtur largiri: vnde & fortunatos denominamus: ſic Athenienſes ſtulti putabantur, ſed fortunati, Germani, mehr glücks dan rächts haben/ vt cùm vel dormienti rete capit, vt aiunt. Aliquando pro fœlicitate accipitur, εὐτυχία, pro εὐδαιμονία. an ὄλβιος etiã in rebus externis eſt? Εὐδαιμονία erga Deum, circa mentem & animam. Itali quoque Fortunam dicunt, *fortune*, magnam maris tempeſtatem, quæ nauim obruat.

5 Fortuna eſt euentus aliquis inſignis, rarus, & præter inſtitutum aut opinionem: cuius etiam cauſam nobis ignotam aliqui Fortunam appellant.

6 Fortuna eſt planè illud, cui aliquod inexpectatum obuenit, nimirũ ipſe intellectus, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 24. ſect. 4. non placet.* Intellectus enim ſibi proponit aliquẽ finem, & eius gratia agit. Quod ſi autem aliquis præter inſtitutum ab animo vel ab homine finis ſuperueniat, hoc ipſum Fortuna dicitur. An accidens eſt accidentis?

De Fortunæ nominibus, rerumque diſtinctione.

7 An Fors, & Fortuna à Græco φορά. Eſt enim φορά motus quidam αὐτόματος, nulla ratione, nullo propoſito.

1 Τύχη, φορὰ ἐξ ἀδήλων εἰς ἄδηλον καὶ αὐτόματον,

2 Εὐτυχὴς fortunatus in rebus externis & fortuitis, prẹter opinionẽ hominũ.

3 Ὄλβιος in pecunijs, ὀλόβιος, plenè poſsidens quæ ad uictum pertinent: vel ἐν ταῖς ὀλαῖς, ideſt, hordeis, frugibus, agris diues. Ζηλωτός.

4 Μάκαρ, beatus, θεοὶ μάκαρες, καὶ ῥεῖα ζώοντες: μακαρεῖται, ὁ ἐκεῖ, fœlicis memoriæ. (ὁ κηρὶ καὶ θανατηφόρῳ μοίρᾳ μὴ ὑποκείμενος, *Euſtath.*

6 Εὐδαίμων. δαίμων pro animo, pro fortuna, pro Deo. ὁ κατ' ἀρετὴν ζῶν, εὐδαιμονία, εὔεργια βίου, εὐπραγία. In hoc Poëtæ,

Fœlix qui potuit rerum cognoſcere cauſas.

Fœlix mihi εὐδαίμων potius dici videretur, quàm εὐτυχὴς.

8 Euentus fortuitus eſt effectus rarus, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 26. à principio.* Mihi fortuiti caſus dici poſſe videntur, non ſolùm magnẹ mutationes, ſed etiam paruẹ & mediocres, quod author negare videtur. Fortuna verò tantùm de magnis. Itẽ fortè non ſolùm rari euẽtus, ſed omnes qui nullo conſilio fiunt, vt atomorum in Sole motus: hominis ocioſi varij geſtus, &c. *Ouidius.*

Careat ſucceſsibus opto
Quiſquis ab euentu facta notanda putat.

9 Offenſio pedis ad lapidem non dicitur rectè effectus fortuitus, &c. *Velcurio ibid.* Offenſio leuis pedis ad limen, vel lapidem non dicitur rectè effectus fortuitus, &c. imò rectè ſic dicitur: non autem rectè fortuna: vt neque rectè fortunatus aut infortunatus aliquis propter quemuis euentum fortuitum.

10 Fortuna eſt cauſa efficiens, quæ accidit alteri actioni propoſitæ per ſe: vt inuentio theſauri ædificationi. Caſus verò accidit alteri, quẹ ſecundum naturã vel phantaſiam fit. Aliæ cauſæ per accidens ipſę differunt à cauſa per ſe, ſed finem habent. Caſus autem & fortuna diuerſum finem habent, à cauſa per ſe nõ differunt.

11 Fortuna poëtarum, genius quidam
- Muliebris.
- Cæcus.
- Inſtabilis.
- Rerum *inferiorum mundi omnium cauſa.*

Sed *cum per accidens fit, non poteſt eſſe vlla ſubſtantia ſed accidens quoddam actionem aliquam per ſe inſtitutam ſequens, &c.*

12 Plato Deum cum fortuna omnia gubernare ait: Ariſtoteles fortunæ cauſas ad mentem diuinam refert. Vbi aliter videntur accipere Fortunam, quàm in Phyſicis. Nam ſi fortuitæ res rarò fiunt: rarum autem procul abeſt ab vniuerſali: quomodo omnium actionum humanarum eadem fortuna fuerit domina? Itē ſi fortuna contingit præter inſtitutum, & præuiam voluntatē, quomodo potuerunt eius cauſæ ad mentem diuinam referri, quæ nunquã errat, cui nihil præter voluntatem accidit? An alia fortuna actionum eſt; alia naturæ & generationis?

13 Si fortuna eſt accidens, non igitur ſubſiſtit per ſe: conſyderatur tamē in ſubiecto, vt in magnis opibus, aut magnis calamitatibus: ſicut genus in ſpeciebus vel indiuiduis: ſed hoc eſſentialiter; Fortuna verò non ſic, cùm magnæ opes & calamitates etiam ſponte à quibuſdam, non fortuitò parentur. Sed calamitates nonnullis per deſperationem, alij ceu remedium ſibi inferunt, in neutris fortuna dici poteſt, quatenus ſponte faciunt: per κατάχρησιν tamen tùm opes; tùm magnos alios ſucceſſus aut diſpendia, vtcunque contigerint, qui Fortunam cauſam ſeparatam & quaſi deam faciunt, appellat.

14 Fortuitę cauſę vnius effectus infinitę eſſe poſſunt, eſt enim cauſa per accidēs.

15 Fortuna & Caſus Ariſtoteli in talibus euentibus ſunt, quibus tale commodum vel incommodum adeſt, propter quod aſſequendum, aut fugiendum conſultò ageret efficiens, ſi præſciret tale quid euenturum, *Velcurio lib.1.cap.26.* Non puto ego Ariſtotelem hæc de caſu dicere; ſed de fortuna tantùm. vt hominibus hoc tantùm conueniat.

Polycrates Samiorum tyrannus, opibus & fortuna apud hiſtoricos inclytus, qui quòad vixit non tam fortunæ alumnus dici potuit, quàm partus. Nam aliquando vt aliquid aduerſitatis habuiſſe videretur: annulum proiecit in mare, quem tamen cœcus eius redinuenit.

Quo minor eſt intellectus, eò maior eſt fortuna: ſic vulgò dici ſolet. Idem de Athenienſibus dixit Eupolis,

——— ὦ πόλις πόλις
Ὡς εὐτυχὴς εἶ μᾶλλον, ἢ καλῶς φρονεῖς.

Vide Eraſmum, in Prouerb. Athenienſium inconſulta temeritas.

Sui cuiq; fortunam fingunt *conciliant*, mores: Prouerb. Cornelius Nepos in vita Pomponij Attici: Plerunq; enim videmus mala malis euenire, digna dignis, &c. ἐσθλῷ γὰρ ἀνδρὶ ἐσθλὰ καὶ δίδοι θεὸς, Ὁ νοῦς γὰρ ἡμῶν ὁ θεὸς, Menander. ἦθος ἀνθρώπου δαίμων, Heraclitus. Alcman ſcripſit, fortunam eſſe ſororem εὐνομίας, πειθοῦς, καὶ προμηθείας.

DE MOTV MEDITATIONES.

1 Vt vniuerſa temporis natura nec in præterito nec in futuro conſiſtit, ſed in impartibili præſenti: ita motus etiam natura omnis & eſſentia in medio tantùm exiſtit: ſed ante omne medium, præcedit extremum; & aliud ſequitur. Subitò in rerum natura incipere nihil poteſt.

2 *Motus quid?* Actus (imperfectus) rei quæ in potentia ad formã conſequendã eſt, pro eo vt eſt in potentia ad formam ſuſcipiendã. Vel; Motus eſt actus rei exiſtentis in potentia, quatenus in potentia eſt.

3 Phyſica motus definitio, quæ cum materia coniuncta eſſe conſueuit, homonyma credi poteſt, &c. *Schekius in compend.phyſ.cap.6.lib.1.* Mathematici ſemper κατ' ἀφαίρεσιν: Phyſici ſemper cum materia definiunt: Logici nunc hoc nunc illo modo: ſecundum quod probabilius illis videtur. Item Phyſicus motum in accidentibus tantùm propriè accipit, & toto genere diuerſum facit à mutatione, quę ſecundum ſubſtantiam fit: vt homonymως in phyſica loquatur, qui de accidentium pariter & ſubſtantiæ mutatione motum dixerit: in logica verò, quę non ita ad viuum diuiditur, non item.

4 Motus eſt ἐντελέχεια quædã, ſiue potius ἐνέργεια, &c. *Scheckius lib.1.compend. Phyſ.cap.6.* Erotemate 16. Nõ energiam, quę tertia entelechię ſpecies eſt, ſed primam entelechiæ ſpeciem motum facit. Hic autem energiam generalius accipere videtur, & ſimpliciter pro entelechia. Et paulò infra abſolutam energiam nominat innuens aliquam eſſe non abſolutam.

5 Motus propriè ſecũdum accidẽtia eſt, in quibus eſt cõtrarietas, vtraꝗ actu, non autem in ſubſtantia; cui nihil eſt contrarium. Etſi enim priuatio contraria dicatur formæ ſubſtantiali, ea tamen actu non eſt. Quare ſecundum qualitatem etiam mutationes quædam, cùm & ſubitæ ſint (vt ſecundum ſubſtantiam) & terminus alter non ſit actu, vt illuminatio, non ſunt motus.

6 Terminus ad quem eſt finalis cauſa motus, in genere & ſpecie, &c. *Velcurio lib.1.cap.37.ſect.1.* vt in mutatione ſecundum ſubſtantiam in genere, terminus ad quem eſt ſubſtantia, in ſpecie verò, homo, & alia certa ſubſtantia.

7 Quòd mouetur, id partim eſt in termino à quo, partim in termino ad quem. Sunt enim termini illi contrarij, & vtriꝗ actu ſunt & miſceri poſſunt, & diuiſibiles ſunt. In ijs verò quæ priuatiuè aut contradictoriè opponuntur, vt motus & quies, album non album, res non ita ſe habet.

8 Principium motus, eſt quaſi medium ἀντιφάσεως, id quod dari non poteſt, ne quid ſimul & ſit & non ſit, vt neꝗ materia prima.

Motus principium non in tempore fieri.

9 Omne principium ἀδιαίρετον eſt, alioqui principij principium daretur. Nullum ἀδιαίρετον in tẽpore fit, partes enim temporis, motus & magnitudinis reſpondent. Quare & motus principium non in tempore, ſed ſubito fit.

10 Motus quidem omnis in tempore fit: ſed principium motus, & κίνημα ſiue momentum, non eſt motus, ſed habet ſe ad motum, vt punctus ad lineã, & Nunc ad tempus: proinde ratione tantùm, non actu & reipſa, deſignari poteſt: medium enim & latitudinem non habet.

11 Cùm motus ſit totus in Fieri, & cum potentia coniunctus, cęterę quidem eius partes actum vnà cum potentia habent, ſed imperfectum, finis perfectum actum, principium ſolam potentiam. Nam mobile à potentia tanquam à carceribus ad actum ceu metam procedit.

12 Medium indefinitum ſpecie, vt in motibus animalium ſecundum locum, &c. *Scheckius lib.2.comp.phyſ.cap.vltimo.* An, quia aſcẽſus & deſcenſus nominãtur, medium non item: Sic progreſsio & regreſsio, ad latus verò nomen non habet (an παράβασις?) In his igitur medium non habet nomẽ, aut tantùm commune & generale, vt ingreſſus. Cùm aſcenſus quoꝗ & deſcenſus ingreſſus ſint.

13 Ideoꝗ iam primùm moueri incipit, &c. *Scheckius ibid.* quaſi in principio etiã partim ſit. An duplex eſt principium, aliud propriè dictum prorſus indiuiſibile, vt in numero vnitas: aliud diuiſibile, vt in numero binarius, qui primus quidem numerus eſt, ſed non propriè principium numeri.

14 Motus vnus omnis tempore vno fieri debet: differt tamẽ: aut enim vnus eſt

- Tempore *& re, vbi Res accipi poteſt vel*
  - Genus *motionis (ſpecies) vt Scheckius exponit.*
  - Subiectum *motui ceu locus, vt cithara, pulſus chordarum: terra & aqua & aër, progreſſui animalium, vt Græci interpretes acceperunt.*
  - Vel *(vt ego conijcio) ſubiectum ipſum mobile, quòd patitur motum, vt dum vna chorda ſonat, verè vnus dicitur: Cùm verò ad alteram tranſitur, minus eſt vnus: minus adhuc cùm ad tertiam minimè: cùm ad vltimam, quòd numero chordæ ſingulæ differãt: vt diſcrimen hic ſit, quòd*

ad rem mobilem. *Poſſet etiam quòd ad cauſam mouentem diſcrimen poni, vt quòd ad hanc magis ſit vnus motus, ſi res vna mouet: minus, ſi duæ aut diuerſæ: vt ſi ab alio prima chorda, ab alio ſecunda moueretur, vno tamen & continuo tempore.*

Motus vnus differt.

Tempore *& non re.*
Genere, *vt albatio, & denigratio.*
Specie, *vt hæc & illa albatio.*
Numero, *hæc vna albatio.*
Perfectione
- Genere, *vt localis.*
- Specie, *vt circularis.*
- Sic *& regularis. Fit autem irregularis vel ratione*
  1. Figuræ
  2. Rei *quæ mouetur.*
  3. Mouentis *facultatis.*
  4. Termini *ad quem.*

Quòd *ad cauſam mouentem.*
Secundum *terminos etiam à quo & ad quem, motus vnus dici poterit, genere ſcilicet vel ſpecie. Sic calefacientia & tepeſcentia vnus erunt motus, ratione termini à quo, ſcilicet à frigiditate: vel tepiditas & frigiditas eiuſdem ratione, ſi à caliditate motus fiat. Ratione autem termini ad quem, diuerſi quidem vnus dici poſſunt, ſi duo vel plura media inter duo extrema interſint.*
Maximè *verò vnus erit motus in quo prædicta omnia conueniunt, Et licet plures partiales diuiſiones dentur, omnes tamen ad vnum genere aut ſpecie aut numero, reduci poſſunt.*

15 Motus vnus vel eſt
- Continuus, *vt numero vnus, & re vnus.*
- Ἐχόμενος, *tempore tantùm vnus; qui genere vel*
  - Eſt *vnus, vt dealbatio & denigratio, ſi fieri poſſet.*
  - Differt, *vt ambulatio & calefactio.*

Quomodo ſit in continuo primùm vltimúmue intelligendum.

16 Finis & initium cuiuſcunque rei duplex.
- Indiuiſibile, *vt punctum lineæ, κίνημα motus, τὸ νῦν temporis:*
- Diuiſibile, *quod prima vel vltima pars dicitur: & hac ſignificatione finis actu datur. Principium verò cùm quid conſyderatur vt continuum, extrema eius tùm vt diuiſibilia tum vt indiuiſibilia inuenire licet: ſin vt diuiſibile in infinitum, neutro modo.*

17 Cùm punctum initium ſit lineæ aut finis, moueri id poſſe imaginamur per accidens ſaltem, vnà cum linea. Nam vbi totum mouetur, principium etiam & finis mouentur. Vbi verò punctum ſeorſim ſtatuimus & per ſe, nullo modo moueri poterit.

18 Si puncta non mouentur, falſa igitur eſt opinio, quæ ex atomorum congregatione & diſgregatione omnia gigni & corrumpi aſſerunt.

DISTINCTIO EORVM QVAE DICVNTVR Ἐφεξῆς, Ἐχόμενα, Ἁπτόμενα, & Συνεχῆ: *quæ pertinent ad caput tertium libri quinti Auſcultationum, ſiue De Motu.*

19 Ἐφεξῆς dicitur relatiuè ad πρῶτον vel πρότερον. Eſtque hoc prius & communiſſimum

ſimum: deinde ἐχόμενον: tertiò loco ἁπτόμενον, & demum quarto loco συνεχές. Συνεχὲς eſt etiam ἁπτόμενον, & reliqua præcedentia, ſed non contra. Ex his priora ἐπιπλέον ſunt ad poſteriora: & eorum quodq; genus etiam per ſe ſubſiſtens cōſtituit. Poſſunt priora etiam ſimpliciter dici: vel complectentia. Hæc quatuor ita dicuntur, vt certus ordo ſit, & ſemper precedens ſine ſequente eſſe poſsit, tanquam generalius, non propriè tamen genus: nam genera propriè dicta per ſe nō poſſunt, & nullo ordine ſuis ſpeciebus inſunt. Sicut ferè vegetatiua, ſenſus, motus, phantaſia, ratio, in animalibus ſunt: tanquam in numeris vnum, duo, tria, quatuor, quinque, &c.

Eorum quæ ἐφεξῆς ſunt, *deinceps*, alia ſunt etiam ἐχόμενα, *copulata, adiuncta, coniuncta*, alia non ἐχόμενα, numeri.

Deinceps eſſe, vel conſequenter ſe habere (ἐφεξῆς) ea dicimus, inter quæ nihil aliud eiuſdem generis intercedit, vt domus, lineæ, homines. Idq; vel

Natura, *vt vnitas & binarius.*
Poſitione, *vt domus in vico.*
Ordine, *vt Proœmium ante Narrationem eſt: hæc verò ἐφεξῆς.*

Et hæc quidem magis propriè. Minus autem propriè aliquando ἐφεξῆς eſſe dicuntur, quę genere quidem conueniunt, non autem ſpecie. Ἐφεξῆς γὰρ ὁ ἀγὼν τῇ πομπῇ, καὶ τὸ νυμφαῖον τοῦ γυμνασίου.

Ἐχόμενα (copulata) ſunt, quæ & conſequenter ſe habent, & terminos ſimul, ideſt coniunctos. Τῶν ἐχομένων τὸ μὲν λέγεται (malim ἔχεται) μόνον, ὡς ὁ παρελθὼν χρόνος τοῦ μέλλοντος, τὰ δὲ καὶ ἅπτεσθαι, ὡς τὰ σώματα. Vt tempus præteritum & futurum. Vel vt corpora, quorum extrema ſe inuicem tangunt. Vel vt lineæ, nam & hæ poſitionem habent, & ſe contingunt, vnde & contigua dicuntur. Temporis verò partes non item. Sunt enim ἐφεξῆς tantùm & ἐχόμενα & συνεχῆ, non autem ἁπτόμενα. Cùm extrema ſimul, vel loco vel tempore fuerint, tùm ea quorum extrema ſunt, ἐχόμενα fiunt. Quod ſi extrema illa non ſimul modò iunguntur, ſed etiam vniantur, tùm totum fit continuum & vnum, vt in ijs propriè quæ per contactum coaleſcunt, vt lineæ & partes temporis: ligna verò quæ clauo aut glutino coniunguntur, non propriè συνεχῆ ſunt.

Ἅπτεσθαι, dicitur ſolùm in rebus corporeis (τῶν σωμάτων ἐστὶ, ὧν τὰ ἄκρα ἅμα) vel in rebus quæ poſitionem habent: ἐφεξῆς verò & ἐχόμενον etiam in alijs: Ἐχόμενα namq;, ὧν τὰ πέρατα ἅμα quaſi πέρατα latius pateant, vel de incorporeis potius dicantur, & ἄκρα de corporibus.

Ἁπτομένων, alia συνεχῆ ſunt vel συμφυῆ, alia non: & contrà τῶν συνεχῶν, alia ſunt ἁπτόμενα, alia non.

Συνεχὲς, in corporibus συμφυές: in non corporibus συνεχὲς ſimpliciter.

Ἐφεξῆς, genus eſt ad ἐχόμενον, ein anderen nach: accipitur pro ſpecie, conſequenter ſe habentia, cùm inter primùm & conſequens nihil eiuſdem naturæ intercedit. Eſt autem vel θέσει, vt domus in vico, vel φύσει, vt numeri.

Ἐχόμενα, genus ad continua, an ein anderen.

1 Τὸ ἐφεξῆς, generaliſsimum, cùm cæteris omnibus inſit, ſed per ſe etiam ſubſiſtit, vt in numeris. Et hoc propriè dictis generibus non contingit, ſed æquiuocis tantùm: vt animæ vis vegetatiua ad cæteras ſe habet.

2 Τὸ ἐχόμενον.

3 Contiguum.

4 Continuum, continui partes ſe tangant, & copulentur, & ordine etiā aliquo ſe conſequantur, ſi corpora ſint, oportet.

Differentia inter ἁφὴν, & συνέχειαν.

20 Cum aqua tangit aërem, ἁφὴ eſt: cum verò aër aërem, συνέχεια.

Hora octaua eſt contigua ſeptimæ. *Velcurio lib.1. cap.32. ſect. 3.* ἐχομένη eſt, non ἁπτομένη, cum incorporea ſint.

Neq; termini ſe contingũt, &c. *Velcurio ibid.* Imò termini ſe cõtingere poſſunt, etiã in conſequentibus: nam & contigua & continua ἐφεξῆς ſunt: non aũt cõtrà.

Binæ ædes vicinæ, proprium quæq; habentes parietem, &c. *Velcurio ibid.* qui ſi contingant ſe, erunt ædes contiguæ; ſi non contingant, ſimpliciter ἐφεξῆς. Sin vnus paries ſit communis, continuæ erunt. Hora nona conſequitur ſeptimam, &c. *Velcurio ibid.* Nona ad octauam ἐφεξῆς eſt, non ad ſeptimam: intercedit enim octonarius inter nonam & ſeptimam, qui & ipſe numerus eſt.

Quomodo intermedium, deinceps & continuum ad coniunctum ſe habere dicantur.

21 An vt ſpecies ad genus, vt dicas eorum quæ deinceps ſunt, alia habere inter medium, alia non: & eorum quę coniuncta ſunt vel ſimul, alia eſſe continua, alia contigua.

Vnum quot modis dicatur.

22 Vnum dicitur.
- Clauo.
- Glutine.
- Tactu.
- Sed *propriiſſimè συμφύσει.*

23 Vnitas alia.
- Motionis
  - In *lineis rectis, per totam æqualiter.*
  - In *fractis non item, cùm poſſit pars alterutra ſeorſim moueri.*
- Continuationis *in lineis tùm*
  - Rectis.
  - In fractis.

24 Omnis motus, qui ſecundũ locum à mouẽte extrinſeco fit, ἕλξις aut ὦσις eſt.

Omne autem quòd vel trahitur vel impellitur, contiguum aut continuum mouenti ſuo eſt.

Omne igitur quod extrinſecus mouetur, continuum vel cõtiguum mouenti ſuo eſt.

An regularis motus etiam vniformis ſit, in lib. 5. Epitomes de motuum vnitate & contrarietate, Hermol. Barbari in Phyſ. Ariſtot.

1 Scribit ibidem Hermolaus Barbarus. Regularis itaq; (motus) & vniformis rectus habetur. An pro rectus, legendũ motus? vel rectè, vt ſuppleatur motus, hoc ſenſu. Regularis igitur motus etiam vniformis erit. Sed quid prohibet quo minus vniformis etiam regularis ſit? An regularis, qui ſemper eaſdem vices ſeruat, ſiue in vno, ſiue in pluribus ſpeciebus motus, vt in Planetis, qui in zodiaco ſurſum deorſumq; feruntur. Vniformis verò qui in vno tantùm modo regularitatẽ ſuam ſeruat, vt Sol ſemper in Ecliptica? Sic regularis, genus: vniformis ſpecies: Sed author contrà videtur accipere in his verbis. Niſi quis ita conſtruat. Itaq; & vniformis motus regularis habetur.

Quòd vltimus etiam motus non ſit.

2 An ſi Deus ſemper actu eſt, tùm quòd ad ſubſtantiã ſuam, tùm quòd ad mo-

uendum conſeruandumq́ alia : ſi mundus aliquando non fuiſſet, motum aut actionem actu nullam habuiſſet Deus, ſed potentiam tantùm mouendi: quòd Deo tamen non conuenit, cum purus ſit actus, & nunquam quieſcat. Neque enim poteſt mouere, ſi nihil ſit, quòd moueatur. Reſponſio. Atqui ignis actu calidus eſſe poteſt, etiamſi nihil calefaciat. Eſt enim entelechia quædam perfecta, quæ tamen extra ſe non progreditur.

3 Omne quod mouetur, eſt corpus, idq́ aut
- Simplex *& mouetur à grauitate ſua vel leuitate per accidens.*
- Compoſitum, *& hoc rurſus vel*
  - Animatum, *& mouetur ab anima.*
  - Inanimatum.

4 In motu tria
- Mouens
  - Immobile, *bonum agendum.*
  - Quod *& mouet & mouetur : pars animi in quo appetitus ineſt.*
- Quo mouet, *Inſtrumentum corporis, ſpiritus ſcilicet inprimis, quo itidem & mouet & mouetur.*
- Mobile, *corpus* (*ſimpliciter.*)

5 Quicquid mouetur: mouetur ab alio vel
- Intrinſeco, *idq́ aut*
  - Per ſe, *vt animata ab anima.*
  - Per accidens, *vt lapis à grauitate.*
- Extrinſeco, *idq́ ſecundum motum*
  - Quemlibet, *vt aqua ab igne caleſcit*
  - Localem, *idq́ rurſus vel*
    - Impulſione.
    - Fractione.

  (Quemlibet … Fractione:) *violenter.*

6 Quæ mouent ſunt
1. Deus.
2. Angeli.
3. Cœlum.
4. Natura *vniuerſalis.*
5. Natura *particularis.*

7 Deus alioqui ocioſus propemodum, &c. *Velcurio ibidem.* Ariſtóteles, vt apparet in libello de Mundo, Deum nequaquã ocioſum facit, vt Epicurus, ſed cauſam continentem totius: non tamen architectum vt Plato; neque labore aliquo, ſed voluntate & nutu perficientem omnia. Putarim, & primum motorem ab eo dici Deum, non quòd immediatè primum mobile moueat: ſed ad Vniuerſitatem reſpectu. Veriſimile eſt, nullum corpus immediatè ab eo moueri, ſed ſpiritus tantùm immediatè.

8 Mutatio omnis diuiſibilis eſt propriè & per ſe, vt motus propriè dicti: per accidens, vt mutationes in quocunque genere. Neceſſe enim eſt, vt aliquis motus eas præcedat, vel alterationis, vt generationem corruptionemq́ & congelationem: vel ſecundum locum, vt illuminationem & columnæ mutationem ex dextro in ſiniſtrum. Generatio & corruptio non ſunt propriè mutationes, ſed mutata eſſe, aut fines & termini mutationum. Item Ariſtoteles hoc in loco non agit de generatione & corruptione, de motu propriè dicto, vt qui in numero continuorum ſit. Res naturalis omnis mutabilis eſt ſubſtantiæ ratione: quantitatis verò, temporiſq́ & motus reſpectu, diuiſibilis.

9 Res naturales omnes perpetuò fluunt vitio materiæ (& animalium euidentiſsimè ſubſtantia fluit & euaporat.) In reliquis tamen motibus non ſemper pergunt, ſed quieſcunt interdum: id quod motui, quatenus vnus eſt motus, & tempori non conuenit.

10 Generatio & corruptio ſubſtantiarum, non eſt motus, ſed mutatio. Motus facit ἀλλοῖον, & propriè eſt accidentium: illæ faciunt ἄλλο, & ſunt ſubſtantiarum.

11 Dum generatio fit, in alio ſubiecto primùm motus eſt: mox rurſus in alio finis motus & forma perfecta.

12 In generatione ſimplici & in motu corporum ſimplicium, aliorumque leuium ac grauium, aliud eſt ſpecie vel ſubiecto quòd potentia mobile eſt, aliud quòd actu mouetur. hæc quæ aliundè impediuntur, vt lapis ne cadat, accidente quidem ipſa à ſe differunt: motionis autem potentia non tam in ipſo, quàm in impediente eſt: ipſa enim actu moueretur, ſi nihil impediret. In reliquis motibus diuerſitas huiuſmodi non eſt.

13 De latione. Φορὰ καθ' ἐξοχὴν καὶ ἰδιαίτατα κίνησις λέγεται. ἡ φανερωτάτη ἐστὶ, πασῶν πρὸς ὄψεις τε καὶ τὰς ἄλλας αἰσθήσεις. Et vulgus cùm motum nominat, hunc ſolùm, de cæteris verò, mutationis vocabulo tantùm vtitur.

14 Sex iſtæ motus ſpecies ſunt ſubalternæ, &c. *Velcurio lib.1.cap.30.ſect.1.* Impropriè dicit ſubalternas, quæ continent, cùm ſubalternum, ὑπάλληλον, dicatur quòd ſub alio continetur.

15 Sex motus ſpecies, &c. *Velcurio ibidem.* Totidem motus ſpecies ſunt propriè & per ſe. Quòd ſi qui in aliis etiam prædicamentis motus reperiantur, ad horum aliquem reducentur; vt motus è dextro in ſiniſtrum in Relatione, ad motum ſecundum locum.

16 Quomodo grauia per accidens dicuntur deorſum moueri, cùm motus principium habeant internum, à ſe ipſis, nempe grauitate intrinſeca? Et ſi lapis ſponte deorſum labatur, non labetur tamen, niſi aliunde primùm impellatur. Itemque cùm grauitas accidens ſit, non poterit ab ea, niſi per accidens moueri.

17 Violentus motus dicitur non omnium quæ aliquo externo, ſed ab externo aliquo contra naturam ſuam, vt grauia ſurſum, mouentur.

18 Motus alius

- Calefacit per ſe, *ſi corpora contigua, ſiue animalium, ſiue aliorum, ſe mutuò atterant & confricent.*
- Refrigerat *per accidens, ſi non contigua ſint corpora, & aër intercedat, ita qui prius ambiebat aër, à corporis animalis habitu calefactus, diſcutiatur, & nouus ſemper accedat. Et hoc manifeſtius in animalibus. Nam inanimata non emittunt calidos halitus, qui poſtea diſcuti poſsint.*

19 Apodixes ſeptem circa proprietates motuum, & eorum inter ſe comparationes ſecundum velocitatem & tarditatem, ex Iacobo Scheckio.

1 Partes motus reſpondent partibus magnitudinis: nam accidens ad diuiſionem ſubiecti diuiditur.

2 Mobile velociùs mouetur in tempore æquali per maiorem magnitudinem, quàm tardiùs moueatur, vt patet ex definitione tardi velocisque motus.

3 Mobile velociùs pertranſit maiorem magnitudinem, in tempore anguſtiore, quàm tardiùs mobile velociùs moueatur per totam hanc a d e b lineam hora vna, aliud tardius, per dimidiam tantùm lineam hora vna. Quod ſi fieri poteſt, vt æquali tempore quòd velociùs eſt, maius ſpacium conficiat: hoc etiam fieri poterit, vt idem in breuiori tempore maius emetiatur ſpacium; vt ſi ab a.

&c.

ad e. perueniat, hora nondum abierit: cum quòd tardius eſt hora indigeat anteaquam ad d. pertingat.

4 Mobile velocius mouetur per æqualem magnitudinem in minori tempore quàm mobile tardius. Nam ſi tertium theorema verum eſt; quanto magis hoc etiam?

5 Similiter diuiditur tempus & magnitudo, hoc à velocitate, illa à tarditate motus. ſunt enim ambo continua. Nam vt velocius, deſcribit vel diuidit partem aliquam temporis in motu tardiore: *Exemplum*, Velocius, mouere hora dimidia, vbi tardius hora vna, perfecto igitur motu ſuo dimidiauit tempus tardioris motus. ſic tardius deſcribit partem aliquam magnitudinis, per quam velocius mouetur. *Exemplum*, Velocius moueatur per miliare hora vna, tardius æquali tempore dimidium miliare, quo confecto magnitudinem alterius dimidiauit, vt quadrante confecto tertiauit, &c.

Duplex eſt hæc propoſitio. Tempus & magnitudo, vbi vnum per ſubiectum mouetur, æqualiter diuiduntur: Vt ſi quis miliare vnum per horam vnam conficiat, dimidia hora elapſa, dicam illum confeciſſe dimidium miliare: & quadrante horæ, quadrantem miliaris, & contrà, dimidio miliari confecto, horam quoque abiiſſe dicam. Sic æqualiter & mutuo ſe menſurant aut diuidunt. Vbi verò duo ſubiecta mouentur, alterum velocius altero: dicemus ita magnitudinem velocioris à tardiore diuidi ſeu menſurari, vt tardioris tempus à tardiore diuiditur. Velocior motus, tardioris tempus diuidit; tardior autem velocioris magnitudinem, id eſt ſpacium in quo mouetur.

Quod diuidit alterius quantitatem, minus eo eſſe debet; vt pes haſtæ, non contrà. ſed velocius minori tempore mouetur tardiore: quare tempus eius diuidit. Sed tardius eodem tempore per minus ſpacium mouetur, quàm velocius: propterea diuidit ſpacium velocioris. Eſt ἀντιβολὴ quædam.

6 Si magnitudo eſt finita, tempus quoque finitum eſt. Nam ſi infinitum foret tempus, quo tota magnitudo peragratur, pars eius minore quàm infinito: ergò finito tempore conficeretur. Atqui ex partibus finitis non poteſt infinitum naſci tempus. Eodem modo probatur, magnitudinem infinitam tempore finito non poſſe permeari.

7 In momento temporis motus fieri nullus poteſt. Nam cùm in quouis momento res duæ moueri poſsint, moueantur duæ, vna celerior, altera tardior. Celerior autem minori tempore mouebitur, atqui momento minus nullum eſt. Nihil igitur momento moueri poteſt. Eodem argumento (magnitudinis enim eadem ratio eſt, quæ temporis) oſtenditur, neque punctum naturaliter vllum moueri poſſe, neque ſuper puncto aliquid. Debet enim motus omnis ſecabilis & partibilis eſſe, & omne mobile particeps diuiſionis, teſte Ariſtotele.

¶ Hæc omnia in hunc præcipuè finem faciunt, vt oſtendatur, nullū continuum ex inſecabilibus conſtare, nón tempus, non motum, non magnitudinem. Reſpondent enim hęc quodammodo inter ſe, nempe partes motus partibus magnitudinis: & tempus ſimiliter diuiditur magnitudine; item tempus & motus ſimiliter.

Motionum ratio & proportio.

10 Ratio eſt collatio duorum tantùm inter ſe numerorum. Conferuntur autem vel

1 Æqualis *æquali, vt quartus quarto, aut quintus quinto, &c.*
2 Maior *minori, & epilogus appellatur, cuius differentiæ quinque*
1 ⊕

1 ⊕ Simplices *tres.*
- 1 Superparticularis, *quæ totum cum parte habet, vt ſeſquialtera, ſeſquitertia, &c.* $1\frac{1}{2}$
- 2 Superpartiens, *quæ totum habet cum partibus, vt ſuperbipartiens, ſupertripartiens, &c. Aliqui addunt numerum partium, vt 5. ad 3. ſuperbipartiens tertium.*
- 3 Multiplex, *vt dupla, tripla.*

Compoſitæ,
- 4 Multiplex *ſuperparticularis.*
- 5 Multiplex *ſuperpartiens.*

3 Minor *maiori, dicitur hypologus vel hyparithmus. Eadem nomina ſunt ei, quæ epilogi, ſed Sub ſemper additur, Super reijcitur.*

21 Analogia vel proportio, eſt duarum aut plurium rationum inter ſe collatio.
- 1 Arithmetica, *cui proprium eſt, vt numeri inter ſe collati æqualiter quantitate excedant, vt 6. ad 4. ſic 4. ad 2.*
- 2 Geometrica, *qua numeri collati æquali collatione excedunt, vt 9. ad 6. ſic 6. ad 4.* *Sunt & aliæ octo analogiæ, Harmonica, & ſimiles, ſed non eæ huius loci.*

22 Si poſsim mouere lapidem quatuor librarum, propter locum autem lutoſum, duarum ſolùm librarum lapidem moueam: & alter poſsit mouere lapidem trium librarum, propter impedimentum autem moueat ſolùm lapidem vnius libræ: vter celerius mouebit, vel vter in minus lutoſo loco ſuum mouebit?

Prior, vt videtur: cui impedimentum dimidiã virium partem aufert, poſteriori aũt plus quàm dimidiã. Hoc quidem contingeret, ſi per diuerſa loca mouerent.

Sin ambo per vnum locum, poſterior qui minus poteſtatis habet, celerius mouebit: cùm tertiam tantùm partem eius quod poſsit, moueat: alter verò, qui dimidium eius quod poſsit, moueat, tardiùs. ſubtripla enim minor eſt ſubdupla. Sed quantò celerius? Confer triplam duplæ, differentia erit ſeſquialtera. Itaque ſi alter tribus horis ſuum moueat onus, hic duabus mouebit: ſi alter ſex, hic quatuor.

Fieri poteſt, vt dimidium rei motæ aliâs tardius dupla velocitate moueat aliquis, quàm totum moueret, aliâs celerius dupla velocitate: quod per arithmeticas proportiones oſtenditur. Moueat aliquid beſſem horis octo, ſextantem duabus, num quid vnciam citius vel tardius vna hora mouebit? Si quis beſſem cùm poſsit, ſextantem mouerit, heminamq́; ſextantis: an ſimul eodem tempore, an potius diuerſo, & ſeorſim? Seorſim, ſic n. poſtea ſubijcit: *Mirari etiã aliquis poſſet, &c.*

23 Vehementius mouentur res motu
- Naturali, *in fine.*
- Violento, *in initio.*
- Animali, *in medio.*

Dici *autem poteſt* ἐπακμαστικός. / παρακμαστικός. *Vt medici febres ſynochas vocant: ex quibus ἀκμαστικαὶ dictæ nulli hic motui reſpondent.*

24 Motus ab externo aliquo
- Per ſe, *vt quæ συνωνύμως mouent: generantia, & qualitates ſuas alijs communicantia.*
- Per accidens, *auferre.*
- Per vim,
  - Tractatione *cuius ſpecies* — Contractio, *vt ἀνάδησις.* / Diſtractio, *vt χέρχισις.*
  - Pulſione, *cuius ſpecies*
    - Impulſio.
    - Repulſio *vel Depulſio.*
    - Expulſio, *quæ vehementior, vt mihi videtur, ῥῖψις eſt.*
    - Compulſio,
    - Perpulſio. *vbi & χέρχισις eſt.*
  - Mixtis *ſuperioribus, vt δινήσει.*

25 Motus violentus ſecundum locum, alius dicitur & eſt
- Tractio, ἕλξις, *cuius ſpecies ſunt*
  - Diſtractio, *vt* κέρκισις, *quæ eſt filorum diſtentio.*
  - Contractio, *vt in texendo* ἀνάθησις, *qua denſatur ſub tegmen.*
  - Attractio, *vt inſpiratio.*
- Pulſio ὦσις, *cuius ſpecies ſunt*
  - Impulſio,
  - Expulſio, *quæ ſi vehementior ſit, quàm natura ferat,* ῥῖψις, *id eſt, proiectio dicitur. Expiratio etiam expulſio quædam eſt.*
- Volutatio, *ex tractione & pulſione componitur. Aliud rotatio videtur.*
- Vectio; *motus per accidens eſt, & refertur ad vnum aliquem reliquorum trium per ſe.*

26 Motus contrarius fit
1. A contrario; *ab albo: à nigro:*
2. In contrarium, *in album, in nigrum:*
3. A contrario *in contrarium, ab albo in nigrum: à nigro in album.*

Vltimus ideò fortè maximè contrarius dicetur, quoniam reliqui in mediis quieſcere poſſunt, neq; maximè inter ſe diſtant; imò in eandē quietem conuenire poſſunt, vt motus à nigro poteſt quieſcere in fuſco: & motus ab albo ſimiliter:
27 Per accidens mouere dicitur, quòd per aliud medium agit, &c, *Velcurio lib. 1. cap. 35. ſect. 2.* Non probo, quòd per accidens moueri dicit, ſi quid per medium vel inſtrumentum mouetur. Nam artifices omnes, quanquam inſtrumentis vtuntur, per ſe tamen facere dicuntur ea, quæ faciunt, &c. Per accidens autem moueri dicitur, ſi quid ab alio mouetur; vel contra ſuam naturam, vel quòd omnino ſuapte natura immobile eſt, vt anima. Quod per accidens eſt, abeſſe poteſt. Deus pleraq; omnia per media & inſtrumenta mouet. Sic autem mouere, eſt per accidens mouere. Deus igitur ab his quæ per media mouet, abeſſe poteſt. At hoc abſurdum eſt. nihil igitur per accidens mouet. Deo quidē & effectibus eius nihil accidit. An per accidens mouent, quæ non ſemper, nec vt plurimum, ſed rarò aliquid faciunt, vel per antiperiſtaſin: vt calor refrigerans.

DE MOTV APHORISMI.

MOtus *eſt rei exiſtentis in potentia ad aliquid, quamdiu id conſequuta non eſt, ad quod tendit.*

2 Talis *autem eſt quæ patitur: nam quæ agit, actu eſt.*

3 Motus *cùm ſubiecto & reipſa vnus ſit, rationes tamen habet duas, quarum vna ab agente ſumitur, altera ab eo quod patitur.*

4 Non *oportet ad rationum varietatem, rem etiam & ſubiectum variare. nam & inter binarium & vnitatem, cùm vnum ſit interuallum; id tamen diuerſa comparatione modò duplum, modò ſubduplum nominatur.*

5 Motrix *facultas actu talis eſt, quale id quod patitur potentia.*

6 Motus *requirit*
- *Extra ſe*
  - Locum.
  - Tempus.
  - Vim *mouentem.*
- *Intra ſe*
  - Terminum *à quo.*
  - Terminum *ad quem.*
  - Rem *quæ mouetur.*

7 Motus *vnus dicitur*
- Subiecto.
- Tempore, *vt ſit continuus.*
- Re, *vel genere motus.*

8 Actus vel efficientia in rebus mouentibus duplex eſt.

1 Vnus *ſecundum formam agentis, vt calor procreans calorem: ignis aquam calefaciens.*

2 Alter *ſecundum virtutem. Et horum quædam agunt mouentq́.*

Æquiuocè, *vt virtutes cœleſtes in mundum inferiorem: Hinc illud* Sol & homo generant hominem, *non quòd Sol et homo æquiuoca ſint inuicem, ſed actus generationis vtrunq́ diuerſa ratione, id eſt æquiuocè attribuitur. Vel potius hic non hominem ſed ſolem tantùm reſpicimus. Homo enim hominem vniuocè procreat.*

Vniuocè, *virtutes ſeminum quas diuinis virtutibus comparat Galenus, & formatiuas nominat. Semina enim ex animalibus aut plantis ſunt: animal autem ab animali, ſtirps à ſtirpe procreatur vniuocè. Ergò cùm dico:* Sol & homo generant hominem, *hoc vniuocè, illud æquiuocè dico.*

9 Mutatio *ſecundum ſubſtantiam facit ἄλλο: ſecundum accidentia verò ἀλλοῖον.*

10 Secundum *locum motus in genere ἀνώνυμος eſt. nam quæ φορὰ dicitur, ſpecies illius eſt: & attribuitur iſtis tantùm, quæ feruntur naturæ ſuæ impetu, tum voluntate locum mutant. Attribuitur autem motui ſecundum locum plerunq́ nomen generis, quòd is primus & præcipuus ſit, nam & in primo mobili hic ſolus reperitur.*

29 APHORISMI MEMORIALES VT ITA LOquar, in Ariſtotelem de motu, mathematico modo & ordine à Proclo demonſtrati.

LIBRI PRIMI, DEFINITIONES.

Continua *ſunt, quorum termini vnum.*

2 Contigua, *quorum termini ſimul.*

3 Deinceps *ſunt, inter quæ nihil eiuſdem generis.*

4 Ἐχόμενα, (quæ omittit Proclus) *id eſt, copulata: hæc ita ſunt ἐφεξῆς vt copulentur, vt manus manui: domus domui.*

5 Primum *tempus eſt motionis, quod neque amplius neque minus motione eſt. De motionis principio,* Scheckius lib. 2. cap. 3. *loquitur, quod indiuiſibile & ἀδιαίρετον ſit, vt principium, ſubitoq́ & non in tempore fiat. finis autem motionis eſt quies. Quomodo igitur τὸν πρῶτον χρόνον τῆς κινήσεως dicit Proclus? An primum tempus motus eſt, quod iam diuiſibile eſt, & principium motionis ſequitur. Partes autem motus, temporis & rei mobilis ſimiliter diuiduntur.*

6 Primus *eſt locus, qui neque maior contento eſt corpore, neque minor.*

7 Quieſcens *eſt, prius & poſterius, in eodem loco, tùm ipſum eſt, tùm partes.*

THEOREMATA.

1 Duo *Impertia mutuo ſe non tangent.*

2 Impertia *duo continens (continuum) nullum conſtituent.*

3 Inter *impertia in continente quæ ſunt, quod intermedium habetur, continens eſt.*

4 Impertia *duo ad ſe mutuo deinceps non ſunt.*

5 Omne *continens in ſemper diuidua diuiduum eſt.*

6 Si *magnitudo ex impertibus conſtet, & qui in illa fit motus, ex impertibus conſtabit.*

7 Si *ex impertibus conſtet motus, & motus tempus ex impertibus conſtabit.*

8 Eorum *quæ inæquali celeritate mouentur, celerius æquali in tempore maiorem motu ſuo magnitudinem abſoluit.*

9 Si *fuerint quæ inæquali celeritate moueantur, tempora ſumentur quædam, amplius quidem tar-*

dem tardioris, minus autem celerioris, in quibus celerius quidem maiorem motu conficit magnitudinem, tardius autem minorem.

10 Eorum *quæ inæquali celeritate mouentur, celerius minori tempore æqualem magnitudinem tranſmittit.*

11 Omne *tempus in infinitum diuiditur, & omnis item magnitudo, omniſq́ motus.*

12 Finito *in tempore, infinitum motu tranſmittere nequit.*

13 Nihil *finitam magnitudinem, infinito in tempore motu tranſmittet.*

14 Dato, *ſeſquialteram proportionem celerius ad tardius obtinere; demonſtrare lineas non eſſe indiuiduas, vel ex atomis compoſitas.*

15 Ipſum *nunc idem in præterito & futuro eſt tempore.*

16 Ipſum *nunc impers eſt.*

17 Mouendum *omne in tempore mouetur.*

18 Quieſcens *omne in tempore quieſcit.*

19 Mouendum *omne diuiduum eſt.*

20 Si *motus cuiuſuis partes, partium alicuius continentis ſint, & totus totius erit motus.*

21 Omne *mutatum cùm primum mutatum fuerit, in eo in quod mutatum eſt, exiſtit.*

22 Omne *mutatum, in indiuiduo mutatum eſt primò.*

23 Nulla *mutatio, eius quòd abſoluta ſit & perfecta mutatio, principium obtinet. In Græco eſt, οὐδεμία μεταβολὴ ἀρχὴν ἔχει τοῦ μεταβεβληκέναι τὴν μεταβολήν, & concluſio, Οὐκ ἄρα ἔστι λαβεῖν ἀρχὴν μεταβολῆς.*

24 Si *ſecundùm quantitatem quampiam fiat mutatio, primùm in ea accipere non eſt.*

25 Si *cuiuſuis mutationis primum tempus ſumatur, in quauis temporis particula & mutationis particula erit.*

26 Omne *mouendum motu eſt prius.*

27 Omne *motum mouebatur prius.*

28 Si *mouendum fuerit infinitum, non tranſibit finitam magnitudinem finito in tempore.*

29 Si *fuerit mouendum infinitum, non tranſibit infinitam magnitudinem finito in tempore.*

30 Omne *quod ſecundum locum mouetur, toto momento in primo eſt loco.*

31 Omne *impers in quantitate, per ſe immobile eſt.*

LIBRI SECVNDI, HYPOTHESES.

1 Omne *corpus naturale, ſecundum locum mobile eſt.*

2 Omnis *qui ſecundum locum fit motus, aut circularis eſt, aut rectilineus, aut ex his mixtus.*

3 Omne *corpus naturale vno ex his motibus mouetur.*

4 Omne *corpus naturale aut ſimplex aut compoſitum eſt.*

5 Omnis *motus ſimplex, ſimplicis eſt corporis.*

6 Omne *corpus ſimplex, vno ſecundum naturam motu mouetur.*

DEFINITIONES.

7 Proportionem *ad ſe mutuo habere celeritates dicuntur, quàm internalla, per quæ mouenda feruntur, obtinent.*

8 Graue *eſt, quod ad medium mouetur.*

9 In *orbem moueri dicitur, quod ab eodem ad idem continenter fertur.*

10 Contrarij *motus ſunt, qui à contrarijs ad contraria fiunt.*

11 Vnum *vni contrarium.*

12 Tempus *eſt numerus motus cæleſtium corporum.*

13 Vnus *motus eſt; qui nec ſpecie differat; vniusq́ ſit ſubiecti; & continenti in tempore fiat.*

THEOREMATA.

1 Quæ in orbem mouentur ſecundum naturam, ſimplicia ſunt.
2 Quæ in orbem mouentur ſecundum naturam, neque cum ijs quæ recta feruntur linea, neque cum ijs quæ ex his conſtant, eadem ſunt.
3 Quæ circulo ſecundum naturam mouentur, nec grauitatem nec leuitatem obtinent.
4 Circulari motui nihil eſt contrarium.
5 Quæ in orbem ſecundum naturam mouentur, neque generationem neque corruptionem admittunt.
6 Omne quod in orbem mouetur, finitum eſt.
7 Infinitorum magnitudine corporum, facultates infinitæ ſunt.
8 Finitorum magnitudine corporum, facultates infinitæ non ſunt.
9 Eorum quæ inæquali celeritate mouentur facultates, contrarias cum motuum temporibus affectiones obtinent.
10 Infinita nec grauitas nec leuitas eſt.
11 Infinitum nullum à finito pati poteſt.
12 Nullum finitum ab infinito pati poteſt.
13 Nullum infinitum ab infinito pati poteſt.
14 Simplicia corpora ſpecie finita ſunt.
15 Nullum corpus ſenſibile infinitum eſt.
16 Tempus, continens & ſempiternum eſt.
17 Circularis motus ſempiternus eſt.
18 Quod ſempiternum motum ciet, ſempiternum eſt.
19 Iis quæ mouent ac mouentur, id quod immobile eſt, præeſt.
20 Mouendum omne ab aliquo mouetur.
21 Quod primum circularem motum ciet, impers eſt.

DE QVIETE MEDITATIO.

1 Quies eſt, aut

- Circa motum, idq; vel
  - Ante motum, ſic eſt, Priuatio.
  - Poſt motum, eſtq; Habitus, vel in loco.
- Poſt actionem aliquam, ἀνεργησία, idq;
  - Siue cum motu ſint, vt laborioſæ omnes.
  - Siue ſine motu.
  - Ante actionem, poſt actionem; ceſſatio ab opere.
- Naturalis.
- Animalis.
- Violenta.

DE LOCO ET VACVO MEDITATIONES.

Locus locato æqualis.

1 Si locus eſſet minor re locata, non poſſet rem continere: cùm continens contento minus eſſe impoſsibile ſit. Si verò maior eſſet re contenta: aut aliquid intercederet inter locum & rem contentam. & ſic non eſſet proprius ſiue contiguus, & immediatus rei locus: aut nihil intercederet, & vacuum daretur, quòd rurſus impoſsibile eſt. Relinquitur igitur eſſe æqualem. Vt manica brachium exquiſitè tegens, & vndiq; ad vnguem cuti adiuncta, interna ſuperficie ſua, quæ brachium continet immediatè, æqualis eſt brachio.

2 Vt locus contineat totum locatum, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 38. ſect. 4.* Materia continet formam; ſed forma non eſt totum: locus autem debet totum continere.

3 Conſequitur locum eſſe immobilem primò. *Velcurio ibid. ſect. 4.* Immobilis primò etiam dici poteſt, appoſitum eſſe ad differentiam vaſis: quòd locus eſt mobilis, non phyſicus ſcilicet, ſed artificioſus.

4 Ego locum omnem propriè dictum definitum eſſe dixerim: & quicquid in loco eſt, in definito loco eſſe. Ex locis verò definitis, alium circumſcribere, æqualem ſuo loco, cui loci definitio competit: alium non, qui nomine caret, & generis nomine definitus appellatur.

An in vacuo aliquid moueatur.

1 Quæ nullam proportionem habent, eorum vnum infinities ſuperat. Vacuum ad corporeum non habet proportionem in tenuitate, motus celeritatis cauſa. Ergò infinities tenuius eſt, & infinities celerius mouetur. Quòd autem infinities celerius mouetur, momento moueatur oportet. Sed in momento nihil mouetur. In vacuo igitur nihil mouetur.

In vacuo nihil moueri.

2 In omni motu aliquid eſt reſiſtens: Sed vacuo nihil reſiſtit. Ergò in vacuo nihil mouetur. Et ſic planè ſubuertitur vacuum. illi enim non aliam ob cauſam vacuum fingebant, quàm vt res in eo mouerentur. Reſiſtit autem aliquid ei quòd mouetur, ſiue intus, vt corpus animæ mouenti, cœlum mentibus: ſiue extra, vt inanimatis, medium vel ipſe locus: ſiue vtrunque, vt motui animalis. Habet enim omnis motus aliquam contrarietatem: hoc eſt, omnis motus vim aliquam habet fortiorem re quæ mouetur, & obſiſtens eſt ei. Eſt autem hæc obſiſtentia, vel in eo quòd mouetur, vel in medio per quod mouetur; vt ſi lapis per lutum moueatur & per aërem. Vbi multum obſiſtit, tardus fit motus: plus, tardior: plurimum, tardiſsimus. Sic vbi parum, velox eſt motus: minus, velocior: minimum, velociſsimus. Vbi nihil, velociſsimo velocior. Atque minima parte temporis nulla minor eſt. Ergò momento, quòd falſum eſt, moueretur aliquid. Tempus enim motum omnem ſemper ſequitur, nec aliquid poteſt in non tempore moueri.

Nullum vacuum dari in natura.

3 Vacuum nullum in natura eſſe voluit Deus, vti etiam in domo benè inſtructa paterfamilias.

Si vacuum eſſet, non eſſet omnium rerum συμπάθεια quædam: tangant enim ſeſe oportet τὰ συμπάσχοντα, id eſt, quæ inuicem agunt patiunturque. talia autem ſunt, quæ ὁμογενῆ ſunt omnia: at corpora omnia ὁμογενῆ ſunt, elementa ſcilicet, aut ex eis mixta.

Non eſſe vacuum apparet ex inſtrumentis Harpigijs, æolipylis tonſorum, hauſtris doliorũ, follibus, inſtrumentis quibus ſentina & putei hauriuntur, &c.

4 Quod hoc fieri non poſsit, arguere experientiam in bombardis, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 39. ad finem.* An non ne detur vacuum? ſed quia magnus ignis, nempe ſulfureus, penetrans & velox in anguſtiſsimo loco, auctus etiam per antiperiſtaſin bombardæ frigidæ, & ſalis nitri, cuius vis igni contraria eſt, colluctatur, & vi ſibi viam faciens, globum rapit ſecum. An verò aërem conſumit ignis intus accenſus? datur ergo eo conſumpto vacuum, niſi cedens ignis aëri alteri ſubituro locum faceret. An potius bombarda anterius obſtructa eſt lapide, poſterius puluere, & ignis in medio conſumit aërem?

5 Vacuum nonnulli ſimpliciter tollunt. Alij verò diſtinctius agunt: primùm inquiunt, vacuum non extra mundum eſt, vt vbi nullum ſit corpus. Ergò neque

locus: ex natura relationis, vel ex definitione. Nam locus eſt locati locus. Ergò ſi non ſint corpora propter quæ, eorumq́ motum, vacuum fingitur, nec ipſum erit.

At nec intra mundum eſt; ſi enim inter mundi partes vacuum aliquid intereſſet, iam partes non cohærerent, nec mutuo conſenſu agerent, quod falſum eſt. Item neq; ſenſus fieret animalibus, motus enim eius per medium, qui continuus eſſe debebat, vt omnis motus, ad vacuum perueniens interciperetur, ceu curſus continuus per foueam. Si natura actus eſt nunquam ceſſans, iners aut ocioſus, replet omnia, vt optima œconoma, &c. Cleomedes inane extra mundum aſſerit, in mundo negat.

DE INFINITO MEDITATIONES.

INfinitum pro ἀορίστῳ, id eſt, indeterminato: quòd certum numerum aut menſuram præſcriptam non habet, nec tamen actu infinita. Sic vni rei multa accidere poſſunt; ſic materiæ magnitudo eſt ἀόριστος.

2 Infinitum quòd quidem Phyſicus contemplatur, primò & propriè de infinita magnitudine accipitur: deinde de motu & tempore. Si quæ alia verò infinita dicuntur, vt qualitates, punctum, vel ſuperioribus accidunt, vel aliter impropriè infinita dicuntur.

3 Infiniti eſſentia non verè & habitu quodam, ſed ex priuatione tantùm intelligitur, vt etiam materiæ.

4 Infinitum vt circulus & generatio. Hoc in fluuiorum perennium generatione maximè apparet, quorum fontes infinitos dixeris, quòd nullus finis aquæ effundendæ, licet exigui ferè fontes ſint, & omnino infinitam aquam contineant; ſed vapor ſubiens, (qui potentia aqua eſt) tantum ſubinde ſuppeditat nouæ aquę generandæ, quantum fons ſubinde effundit. Videtur & maris infinita generatio ex fluuijs, id eſt continua ſine fine. Continuorum enim alia finita, alia infinita (potentia tantùm) exiſtunt.

Infinitum multis modis dicitur:

5 Infinitum dicitur aliâs

Simpliciter, *vt*

1 Punctum, *κατὰ ἀπόφασιν μεγέθους.*

2 Circulus, *globus.*

Reſpectu *quodam, vt*

3 Iter *longum, per hyperbolen. Singularia, vel hoc vel quinto modo infinita dicuntur: ideoq́, nullam eorum ſcientiam eſſe.*

4 Mare, *reſpectu animalis.*

¶ Solet *etiam infinitum dici, quòd licet tale reuera non ſit, finis tamen eius cognitus non eſt.*

5 V t *tempus* / V t *numerus* — Additione / Diuiſione.

V t *rerũ generatio. Nam videntur etiam infinita dici, quæ ex ſe mutuò generantur, vel quomodocunque alterum alterius cauſa eſt.*

In rebus, *vt elementa.*

In verbis, als wenn man von roten hoſen ſagt.

¶ Quintus infiniti modus continet infiniti potentia vtramq; ſpeciem & quę additione, & quæ diuiſione fit. Reliqui modi, licet actu dicantur, non propriè tamen in illis infinitum accipitur, ſed aut mathematicè, vt in primis duobus: aut reſpectu quodam, vt in cæteris.

6 Cum quatuor ſint cauſæ, infinitum materię maximè conuenit; & veteres ferè materiæ ratione ipſum introduxerunt, præſertim cùm generatio rerum, vt volunt, nunquã cœperit, nunquam deſitura ſit; infinitam, vnde generentur omnia, materiam oportere eſſe, putabant. Verùm hæc infinitas ad circulũ potius, quàm magnitudinem infinitam referenda videtur. Iam ſi materiam committatur infinitum, vel ipſum materia, vt veteres ſentiebant, non rectè id totius nomine appellarunt, & omnia continere dixerunt; cùm materia non totum ſed pars ſit, & contineatur potiùs quàm contineat.

Infiniti diuiſio.

7 Infinitum actu nullum eſt, præter Deum potentia infinitum; quæ infiniti acceptio non eſt Phyſica. Dicitur itaque aliquid Infinitum

- Propriè *& potentia tum*
  - In diuiſione, *ſic omne continuum diuidi poteſt in partes eiuſdem analogiæ ſemper diuiſibiles.*
  - In additis, *vt in*
    - Numero,
    - Tempore,
    - Rerum *generatione per ſucceſſionem.*
- Impropriè *vt*
  - Circulus,
  - Punctum, *priuatiuè infinitum id dicitur.*
  - Alicui infinitum, *id eſt, impertranſibile, vt mare homini, vnde Homero ἀτρύγετον dicitur.*

8 Infinitum aliud eſt

- Actu,
- Potentia, *& hoc conſiſtit in*
  - Additione, *in quantitate diſcreta, id eſt, numero.*
  - Diuiſione, *in continua quantitate.*
- Magnitudine, Loco, Tempore — Actu nihil. *Licet enim tempus actu daremus, non poſſet tamen infinitum dici, cùm nihil eius actu ſit, quàm ipſum* Nunc, *id eſt, momentum: & ſemper ſit in* Fieri.

9 Phyſicus quęrit an infinitum poſsit eſſe in ſenſibilibus rebus, & magnitudine, & magnitudini accidentibus, tempore & motu. Nam vtrùm in mathematicis quoque & intelligibilibus & magnitudine carentibus eſſe poſsit, altior eſt quęſtiò, de qua Ariſtoteles lib. 3. cap. 5. metaphyſicorum. Qualitas quidem non dicitur finita, niſi quatenus ineſt quantitati & coëxtenditur. Punctum infinitum κατ᾽ ἀπόφασιν, vt vox inuiſibilis.

¶ Infinitum actu nulli corpori ſecundum magnitudinem conuenit: ergò ne Chriſti quidem corpori, quòd hodie aliqui, qui ſibi nimium ſapere videntur, vbique ponunt: Cùm quòd vbique eſt, infinitum ſit oportet: quòd ſoli Deo conuenit, non quidem magnitudine ſed ſubſtantia. Quod ſi Chriſti corpus verè corpus eſt, magnitudo aliqua eſt, in loco eſt: omne autem quod in loco eſt, definitum & determinatum eſt: nam & locus ipſe finis quidam eſt, nempe ſuperficies. Si non eſt in loco, non eſt corpus. Si infinitum eſt à reſurrectione, non eſt idem quòd antè, prius enim finitum erat. Cœlum, aiunt, eſt vbique: quòd non eſt verum. Nam id contrà ſenſum & communem omnium ſententiam eſt: cœlum vndique ſurſum. οὐρανὸς, ὁ ἄνω ὅρος. Terra in imo eſt, alia in medio, cœlum verò ſuprà.

10 Infinitum iuxta veteres, aut eſt

1 Subſtantia *quædam: eaque ingenita, id eſt, principium aliquod. Genita enim omnia cùm vtrinque tempore & motu finiantur, infinita eſſe nequeunt. Sic Pythagorici*

1 *numerum ex quo omnia fiant, infinitum in rebus collocant: & extra cœlum quoque infinitum. Plato infinitum & inſenſibilibus, & in ideis, vtrunque tamen intra cœlum, ſtatuebat. Hoc modo & actu infinitum Ariſtoteles negat. Democritus verò & alij hoc modo atomos, homæomerias, vel alia elementa, ceu materiam infinitam, introducebant.*

Accidens *alij cuipiam, vt numero vel quantitati, non actu eſt, ſed perpetua in hac ſectionis, in illo additionis potentia. Et hoc modo, quoniam numerus & quantitas accidentia ſunt, & ijs rurſus infinitum accidit, infinitum accidens accidentis erit, vt ægrè quomodocunque inter accidentia ſit, tantùm abeſt vt ſit ſubſtantia. Sic infra etiam tempus (cui ratio quædam infiniti conuenit) per accidens accidentis exiſtere dicemus. Iam ſi accidens minimè erit principium, accidens enim ſubſtantia poſterius eſt: vnde principium ſubſtantia eſſe oportet. Fortunam ſimiliter alij ſubſtantiam, imò deam faciebant, alij accidens tantùm.*

Infinitum potentia.

11 Si virgam aliquam decempedam diuidas in pedes, poſt decem pedes finita erit diuiſio. Primò autem metieris pedem vnum, qui ad totum ſubdecuplus eſt: deinde alterum: ſunt autem duo ad decem, ſub quintuplum. Deinde tres, deinde quatuor, deinde quinque, quæ ſunt ſubduplum ſiue dimidium: & ſic cum partes omnes æquales ſint, proportio tamen fit inæqualis. Et in hac diuiſione non datur diuidere vſque in infinitum. In illa verò quæ partes ſemper eiuſdem proportionis habet: vt cùm eandem virgam diuido per dimidium, & rurſus vtrunque dimidium ſimiliter, vt iam ſint quatuor partes æquales, vnaquæque duorum pedum cùm dimidio, hoc eſt 36. digitorum: & rurſus quanque in dimidium, id eſt in digitos 18. & rurſus in dimidia digitorum 9. & rurſus in dimidia digitorum $4\frac{1}{2}$. & rurſus in dimidia digitorum $2\frac{1}{4}$. &c. diuiſio in infinitum progredietur.

12 Infinita
- Perfectio *& virtus ſoli Deo conuenit, qui etiam momento mouere poſſet, ſi vellet.*
- Potentia, *quæ corpus rotundum infinito tempore moueat: quod tamen in puncto temporis, quoniam perfectiſsima non eſt, mouere non poſſet.*

13 Infinita *vis*
- Magnitudine, *corporatura, extenſione, in nullo corpore.*
- Intenſione, *virtute aut facultate mouendi, ita vt momento mouere queat, in nullo corpore.*
- Infinito *tempore mouendo: Talis formarum eſt, quæ cœlos mouent: ſed hæ extra cœlos ſunt. In nullo igitur corpore vis infinita eſt, quocunque iſtorum modorum infinitum capias.*

14 Si omnia cœlo continentur: cœlum autem eſt circulus: circuli autem eſt medium, & vbi medium, ibi extrema & finis: ergò cœlum finitum eſt, magisque ea quæ cœlo continentur.

DE TEMPORE MEDITATIONES.

SAturnus, χρόνος dictus, quòd ſaturetur annis, deuorat filios ſuos, falcem habet, omnia ſecat: pater tamen eſt Deorum, & ipſe patrem cœlum habet, nam ex cœli motu tempus fit.

2 Tempus dictum eſt à temperando, id eſt, ad certum modum & mediocritatem quandam redigendo omnia: nam & generationes & corruptiones rerum, quæ tempeſtiuè fiunt, præſcriptis veluti limitibus durationum, modum ſeruant ipſarum rerum, vt neque deficiant, neque nimiũ augeantur: & quotannis vices quatuor anni partium εὐκρασίαν quandam aëris rerumque omnium efficiunt. Hinc & apud Græcos χρόνος quaſi κρόνος dictus eſt, παρὰ τὸ κρᾶν (vnde & crater) καὶ κιρνᾶν ἔχουσα τῶν ὄντων.

3 Notio

3 Notio temporis difficilis eſt. Quod ſemper eſt,& nunquam eſt. In tempore viuimus,ſed quid ſit ignoramus; *D. Auguſtinus.* Tēpus mente tantùm percipitur, cùm ſecundum prius & poſterius intelligatur. Sine anima menſurante non eſſet tempus, vt vlna non eſſet ſine menſurante aliquo aliud quàm lignum. Natura non facit vlnam aut aliam menſuram,ſed ratio: ſic neq; tempus.

4 Difficilis eſt notio temporis,& quia ſemper in motu eſt,vt de materia quoq; dictum eſt,quare per analogiam tantùm,vt illa quoq;,cognoſcitur:& quia nunquam ad actum venit perfectum: & quia ſub ſenſum non cadit,ſed mente tãtùm cogitatur.Hinc illud ænigma; *Quid ſemper fit,& nunquam fit.*

5 Tempus (mihi videtur) ſine animo numerante nihil eſſe quàm motus; vt vlnæ baculus ſine menſuratione nihil quàm lignum: vſu verò accedente; menſuræ & ſunt,& nominantur tùm tempus; tùm vlna. Sic genera & ſpecies à Peripateticis in animi tantùm notione conſiſtere dicuntur.

6 Tempus ſine cogitatione noſtra nihil aliud quàm motus eſt. Nobis verò animaduertentibus & numerantibus illum motum; ita demum tempus efficitur. Cùm igitur partim in motu,partim in anima noſtra ratio temporis, non autem in alterutro ſolùm,difficile eſt ipſum definire.

7 Tempus infinitum mihi videtur potentia; tùm additione vt numerus, tùm diuiſione forſan,vt continuum: proinde ne minimum quidem in eo aſsignari poteſt,niſi cogitatione,vt punctum quoq; in linea poteſt.

Tempus vtrùm ſit genus.

8 Eſt ne Tempus genus? dicitur enim dies eſt tempus,hora eſt tempus,menſis eſt tempus: vt genus de ſpeciebus. An potius totum, quoniam hora eſt pars temporis,cum alia in ſe contineat.Omne totum enim partes habet,quarum maior minorem continet,vt caput, oculum; oculus,pupillam:ſic dies horam.Oculus enim non eſt caput,dies verò eſt tempus.Ergò tempus non eſt totũ.Sed fortè genus. At generum ſpecies ſingulæ ſeorſim ſunt, nec vna alteram continet, nec altera prior eſt altera.Hæc partim vt genus,partim vt totum ſunt,neutrum verò omnino.Tertia ergò differentia τῶν ἐπιπλεῖον λεγομένων,quę ſit ſecundum prius & poſterius,cõſtituenda eſt,cuius generis & anima eſt, & ſenſus fortè, & numerus & figura,& natura & tempus.Dialectici ferè à propriè dicto genere hoc non diſtinguunt,cùm deberent omnino diſtinguere. Huiuſmodi enim vocabula, quæ ſecundum prius & poſterius alia continent,longè ægrius definiri poſſunt, quàm propriè dicta genera.Et melius clariuſq; faceret,Ariſtotele lib. 1. de anima teſte, qui non ipſa cõtinentiá,ſed partes ſingulas ſeorſim definiret:vt nõ quid tempus, ſed quid minutũ,dies,hora,menſis,annus.In his enim tempus,& extra hæc nihil eſt. Verè autem dicta genera etiam in ſingulis ſpeciebus tota ſunt,vt animal totum in homine,vel equo ſolo.Tempus vero non totũ eſt in hora vel die:quanquam enim tota aliqua temporis definitio ei conueniat,& nomen commune habeat,ſubſtantiam tamen communem per totum non habet. Vt æquiuocis hæc adnumeranda videantur. Poſſet verò etiam definitio aliqua fieri, quæ contentis ſingulis non conueniret,vt tempus eſt motus cœli,quo horæ,dies & anni diſtinguuntur: hæc parti nulli conuenit. Vt igitur in æquiuocis,ſignificata ſingula ſeorſim definimus,verbi gratia nõ quid canis ſit,ſed quid terreſtris canis,quid cœleſtis, marinus quid.

9 Tempus eſt ſpacium deductum ex cœli Soliſq; vertigine,*Velcurio lib. 1. cap. 41. ſect. 1.*) Hæc definitio non propria eſt, ſed κατ' ἐξοχὴν. Conficitur autem ex curſu Solis, non totum quidem, ſed partes. At verò quærendum, cur potius ex Solis vertigine deſcribatur, quàm aliorum ſyderum aut corporum? Quia cœlum &

Sol nunquam quieſcunt: quia celerrimè, ideſt, minimo tempore mouetur: quia ęqualiter mouetur, & vbiq; omnibus apparet. Eſt etiam ſimplicißimus eius motus. Omnes ferè alij motus irregulares ſunt, quare non ſatis conueniunt tempori verè deſcribendo: ſolius cœli, vt regularis eſt, ita communis omnibus, & vbiq; præſens: cætera aliquando abſunt, aut quieſcunt.

Vt ex tritici fortè incremento à principio ad finem, tantum aut tantum temporis tres fortè aut circiter menſes abijſſe agricola colligit. Paſtor ex animalis alicuius incremento ad perfectionem vel totius vel cornuum vel dentium, tantũ vel tantum fluxiſſe tempus: item ex imminutione alicuius rei, vt fluente clepſydra: Sic ad mare, & incremento vel decremento Euriporum tempus computare poſſunt. Et ex ambulatione vnius miliaris, horam fortè aut duas aliquis abijſſe cogitabit: Omnis autem hora, menſis, annus momẽtum quoq;, &c. ex cœli motu fit: vt ex cæteris ad illum tandem deueniendum nobis ſit. Ergo motus cœli, temporis regula eſt.

10 Cœli motus aptißimus eſt, vt tempus conſtituat, quia
- Nunquam *quieſcit.*
- Celerrimè *ideſt, minimo motu mouetur.*
- Aequaliter *mouetur.*
- Vbiq; *omnibus apparet.*

11 Aliquarũ rerum eſſentia eſt, in ſola potentia, vt materię & priuationis. Aliarum in motu, vel in ipſo Fieri, ideſt, actu imperfecto, quæ nunquam ad quietem vel ad actum perfectum veniunt, vt motus, tempus, fluuij, flammæ.

Tempus ceu flumen eſt, ex Ouidio 15. Metamorphoſ.

12 *Ipſo quoq; aßiduo labuntur tempora motu,*
Non ſecus ac flumen. neq; enim conſiſtere flumen,
Nec leuis hora poteſt, ſed vt vnda impellitur vnda,
Vrgeturq; eadem veniens, vrgetq; priorem:
Tempora ſic fugiunt pariter, pariterq; ſequuntur,
Et noua ſunt ſemper. nam quod fuit ante, relictum eſt:
Fitq; quòd haud fuerat, momentaq; cuncta nouantur.

Egregia hæc Poëtę temporis deſcriptio, quæ Poëtica licet ſit, eſſentialis tamẽ dici poteſt, quòd temporis naturam perpulchrè explicet.

Tempus quid.

13 Vnum quodq; debet definiri ab actu magis quàm à potentia. An contra aliquando, vt homo riſibilis, rationalis: dicendum hanc eſſe potentiam cum actu coniunctam, non autem remotam.

Temporis actus eſt, quicquid eius in inſtanti eſt.

Ergò tempus definietur per inſtans.

Inſtans vel ipſum Nũc eſt interuallum inter duo extrema, latitudine quidem nullum, quoniam inſtantia indiuiſibilia ſunt, ſed ratione tantùm cõprehenſum.

14 Tempus cognoſcitur tantùm per analogiam, cõparatur enim motui; Nunc verò mobili, puncto, numero.

Tempus cognoſcitur vel.
- Per *ſe, ab homine tantùm cognoſcitur, cuius proprium eſt numerare, &c.*
- Cum *adiunctione quadam eorum, quorum menſura eſt tempus.*

15 Tempus eſt certa dimenſio, quæ ex cœli dimenſione colligitur: de quo vide *Macrobium lib. 1. Saturnali. cap. 8.* Cùm autem idem author lib. 2. cap. 10. in ſomnio Scipionis dicit, tempus ex curſu ſolis moderari & confici: non vniuerſum tẽpus intelligi

intelligi debet, ſed partes & eius differentiæ, vt annus, dies, menſis & hora.

Temporis definitio.

16 Tempus eſt numerus tùm Numerans, qui & Formalis, qui adhibetur rebus alijs numerandis, per minuta, horas, dies, &c. Tùm Numeratus, qui & Materialis, vt quęlibet pars tẽporis, quę per alias minores numeratur, vt annus per menſes: menſis per dies, &c. Eſt autem numeratus, qui certæ quantitatis eſt.

17 Vel tempus eſt numerus numerans, quatenus abſq; numerante conſyderatur: Numeratus autem ὁ ἀριθμούμενος, reſpectu numerantis animæ, quaſi nihil aliud quàm ipſa numeratio, vel animæ numerantis actio.

18 Tempus eſt numerus

- Numerans, *formalis; Mathematicus, per ſe: numerans ſcilicet alios motus omnes, ſi reſpicias tempus ſimpliciter, quòd efficitur à motu primi mobilis.*
- Numeratus, *materialis, naturalis,*
  - Ab *anima noſtra per ſe; vt à ſolis motu.*
  - Per *accidens ab alio motu: vt ſcilicet per ambulationem miliaris colligas duas horas abijſſe.*

19 1. Tempus eſt numerus & menſura motus ſecundum prius & poſterius. Hic tempus tanquam numerus ſimpliciter numerans accipitur.

2. Solis motus in zodiaco ab eodem ſigno in idem redit, tempore 12. menſium. Hic tempus eſt numerus numeratus.

3. Decem menſium tempore fœtus in vtero abſoluitur. hic tempus eſt numerus numerans ſimul, & numeratus. hoc vtpote Solis (certi ſubiecti) motionis menſura: illud quia partes geſtationis enumerat.

Tempus; numerans numerus & numeratus.

20 Sic differunt menſura & ſextarius. Menſura enim tantùm intelligitur quæ alia metitur ſeu menſuratur: nec quicquam definitum habet, & vel maxima vel minima eſſe poteſt. hic Sextarius verò certi generis eſt, in certa materia, & menſurans dici poteſt; quanquam non omnia menſuret. neq; enim menſurat minora vaſa, & menſuratus; quoniam menſuratur à cyathis, & ab homine metiente per cyathos. Sic pondus & vncia differunt. Primum autem & minimum in omnibus iſtis vt in numero vnitas, menſurans tamẽ vel ponderans, vel numerans dici poteſt: non etiam menſuratum, &c. Sic in tempore ipſum Nunc menſurans tãtùm: item tempus ipſum, totum ex infinitis potentia Nunc conſtitutum. Partes verò temporum, vt dies, hora, & menſurans & menſuratum tempus dici poſſunt.

21 *Tempus eſt numerus)* quanquam tempus ſit quantitas continua, per ſe: ab anima tamen numerantur eius partes diſcretè: vt decempedæ virgæ continuæ pedes decem. Adhibetur autem numerus ponderibus etiam & menſuris: his enim prior & generatior eſt.

22 *Tempus eſt menſura)* continua tantùm menſurantur, diſcreta tantùm numerantur: Sed cuiuſque etiam continui pattes numerari poſſunt.

23 Temporis

- Subiectum, *Motus quodammodo corpus mobile*
- Efficiens, *Anima numerans. Sol & aliqui planetæ, non tempus ſed partes & menſuram temporis faciunt vel potius definiunt.*
- Forma, *ipſum Nunc*
- Finis.

Quid ſit, numerus numeratus, vel numerans, quo tempus diſtinguitur.

24 Dies vnus, hora vna, &c. eſt numerus, numeratus, id eſt certus & definitus. Dies aũt ſimpliciter, q̃m duos, vel tres dies dicere poſſumus, & ſic deinceps plus minuſuè, numerans eſt numerus. Tempus aũt ſimpliciter numerans, quũ ipſum vt in Fieri eſt, & totum vel abſolutè animo cogitamus. Vbi verò aliquid in eo factum, aut partem eius aliquam ſeorſim conſydero, numeratus dicitur numerus.

25 An tempus eſt numerus numerans, cùm vel ſimpliciter conſyderatur, vel vniuerſum, vt in eius definitione, cõceptus quidam animi. Numeratus verò, cùm motum certi ſubiecti, vt Solis vel alterius ſtellæ vel cuiuſuis rei motum conſydero: qui tamen & ipſe numerans erit, ſi alia per eum numerentur.

26 Numerus alius dicitur

- Numeratus, *qui & materialis res, ideſt, cum materia aliqua coniunctus, & certam aliquam multitudinem ſignificat, vt cohors, exercitus.*
- Numerans, *qui & formalis, & hic rurſus vel eſt.)*
  - 1 Principalis, *numerans omnia, vt ipſa anima hominis (an potius vis & facultas quædam in anima hominis hæc faciens?*
  - 2 Medius, *inſtrumentum quaſi, ideſt.*
    - Actus *animæ numerantis, ipſa numeratio.*
    - Conceptus *iſtius diſcriminis.*
    - Signum *aut vocabulum numerale: Mathematicus.*

¶ Vt tempus, quod menſura eſt, mouetur: ſic etiam quæ mẽſurantur in motu eſſe debent. Ariſtoteles metaphyſicor. 10. Ἀεὶ συγγενὲς τὸ μέτρον.

Tempus quid ab vnitate differat.

27 Temporis vnitas non eſt momentum, hoc loco: ſed pars temporis diuiſibilis cùm momentum neq; pars eius ſit, neq; diuiſibile. Proinde momentum videtur benè poſſe comparari vnitati. Cæterùm vnitas temporis, vt minimum conſtituitur ex duobus momentis.

Vnum dicitur multis modis.

- Numero, vt definitio & definitum.
- Genere,
- Specie,
- Analogia,
- Subiecto, vt accidens & ſubiectum: forma & materia: accidentia diuerſa in vno ſubiecto.

28 Nunc aliquid dicimus, Vel quia

- Nunc *dicimus tantùm: & tùm nunc accipitur per accidens:*
- Res *etiã ipſa nunc & eodem tẽpore eſt, & tum Nunc per ſe dicitur vel accipitur.*

29 Nunc inſecabile quidem reuera eſt, ſed nõ reuera mouetur: verum fingitur ſolùm moueri aliqua ſimilitudine: vt ex guttula aquæ diffuſa linea quędam profluit. At conſyderandum, an neq; reuera inſecabile ſit, neq; ſi ſit, moueri poſsit?

30 Nunc, quaſi (indiuidui inſtar) in multa numero diſtrahi videtur, &c. *Schecki-us lib. 1. comp. Phyſ. cap. 8.)* NVNC tamen in tempore potius ſe habet, vt pars ad totum, quàm indiuiduum ad ſpeciem. Vel vtroq; modo: nam & NVNC eſt tempus, & hora eſt tempus, vt in totis homogeneis.

Temporis vocabulorum diſtinctio.

1 Olim, *pro quouis tempore.* Vt Virgil. *Hic vbi prævalidis olim multoq; fluentes Sufficies Bacho vites, &c.*

Vt pue-

31 Nunc { iam {
Nuper {
1 *Vt pueris olim dant cruſtula blãdi doctores Elemẽtá velint vt diſcere prima (in præſenti tempore.)*
Forſan & hæc olim meminiſſe iuuabit.
Dudum.
Πάλαι
Aliquando, *indefinitum.*
Quondam *apud poëtas ferè etiã pro aliquando ponitur, in præterito, futuro, & præſenti.*
Mox, *paulò poſt, de quouis tempore, ſtatim.*

¶ Quemadmodum linea punctis terminatur, & intercipitur inter ea; & motus inter principium & finem motionis, vel τοῖς κινήμασι: ſic tempus terminatur inſtantibus.

32 Tempore includi & tempore menſurari dicitur earum rerum duratio, quæ gignuntur & corrumpuntur. An menſurari tẽpore dicuntur, quia definitus numerus dici poteſt, quod dies, horas, menſes vel annos aliquid durauerit: at cœlũ circuitione ſua videtur rerum omnium ætatem metiri.

33 Hoc tempore menſuratur primò motus primi mobilis, &c. *Velcurio lib. 1. cap. 41. ſect. 3.* À quouis motu venimus in temporis cogitationem, vt incremento, decremento animalium, dentium, cornuum: ambulatione vnius miliaris; inde tot horas, dies, annos effluxiſſe reputamus: ſed hæ partes ſunt temporis, quæ à ſolo primo mobili deſcribuntur.

34 Tempus neq; gignit neq; perdit per ſe, ſed per accidens: hoc quidem ſimpliciter, illud verò per accidens accidentis. Motus per ſe corrumpit. Generat per accidens. Tempus corrumpit per accidens; Generat per accidens accidentis.

35 In motu quolibet, quinq; numero habentur, &c. *Scheckius lib. 2. comp. phyſ. cap. 1.*) & locus fortè addendum: ſed hic ſub re quæ mouetur, quam in loco eſſe oportet, intelligi poteſt: atqui hoc etiam de tempore poſſet. Sed tempus cùm ferè nihil aliud, quàm motus ſit, locus autem immobilis, tempus magis ad naturam motus pertinere videtur.

Quæ in tempore ſunt, tempore tabeſcunt.

36 De Saturno falcifero: Πανθ' ὁ μέγας χρόνος μαραίνει τε καὶ φλέγει.
Tempus edax rerum, tuq; inuidioſa vetuſtas.
Generationis cauſam efficientem aſsignare poſſumus: corruptionis verò ſæpe nullam aliam quàm tempus: hinc illud: *Senectus ipſa morbus eſt.*

37 Ζήνων ἔλεγεν, οὐδενὸς ἡμᾶς οὕτω πένεσθαι, ὡς χρόνου. βραχὺς γὰρ ὄντως ὁ βίος. ἡ δὲ τέχνη μακρὴ, καὶ μᾶλλον ἡ τὰς τῆς ψυχῆς νόσους ἰάσασθαι δυναμένη.

38 Temporis cognitio difficilis eſt, & per analogiam ſolùm noſcitur: quanto magis αἰών, qui nõ aliter quàm per analogiam ad tempus cognoſcitur & cum negatione. Αΐδια æterna ſine fine, ſine principio. Perpetua verò principium habent, ſed nullum finem; hoc Græcis διηνεκές.

CONRADI GESNERI TIGVRINI PHYSICARVM MEDITATIONVM LIBER SECVNDVS,

Quid eſt,

De Cælo & mixtorum generatione.

CONCLVSIONES ET DEFINITIONES Libri primi Ariſtotelis, de Cœlo.

CAPVT PRIMVM.

CONCLVSIO 1. Philoſophia naturalis circa corpora, magnitudines, earumq́ paſsiones ac motus & principia maximè verſatur.

Definitiones quatuor.

Continuum
Linea
Superficies
Corpus
} Præter *hæc tria, magnitudo alia nulla eſt.*

CONCLVSIO 2. Corpus ſolùm inter magnitudines perfectum, vtpote tripliciter diuiſibile.

Rationes.

Ternarius enim numerus perfectus, vtpote principio, medio & fine cõſtans.

De duobus ambo dicimus, de tribus primùm afferimus omne.

Omne vel Totum & Perfectum, non reipſa, ſed dicendi modo differũt. Corpus igitur tota & perfecta magnitudo eſt.

Perfecta eſt magnitudo, quæ in aliam non tranſit, & vltra quam alia non relinquitur: huiuſmodi autem corpus eſt.

CONCLVSIO 3. Vniuerſum, ideſt mũdum, perfectum eſſe neceſſe eſt, & abſolutè omnia (ſicut & abſolutè Vniuerſum dicitur, nulla adiectione, vt reliqua) in ſe complecti: cùm particularia etiam tùm vniuerſa perfectaq́ dicemus, cùm partes eorum omnes coniunctæ totum conſtituunt.

Μέγεθος, *Ariſtotel. lib. 1. de cœlo.*) Μέγεθος dicitur ἐπιπλέον: primum enim de longo, deinde de lato, tertio de profundo: in ſequentibus autẽ præcedẽtes cõtinentur: ſic numerus, ſic anima.

Corpora & magnitudines.) Pro eodem dixit, vt videtur Alexandro. Verum multa cõtinua, vt tempus, motus, locus, linea, planum, magnitudines ſunt, cùm corpora non ſint.

Continuũ primùm definit, vt genus ad corpus: nam lineę & ſuperficies continuæ ſunt, nondum corpora.

Corpus eſt diuiſibile omniquaq́.) ideſt in tres partes. De ternario enim primùm omne dicimus: & omne, Perfectum vocamus & Totum, vt ſynonyma.

Quædam vt perfecta ſint, pluribus egent quàm tribus, vt manus quinq́ digitis. Elementa non omnia ſunt, quæ tria ſunt. Præter morem igitur Ariſtoteles numeris Pythagoricis vſus eſt. Ptolomeus ſanè in libro de Dimenſione, demonſtrauit non eſſe plures tribus, longo, lato & profundo.

Corpus eſt magnitudo perfecta, quæ ex omnibus magnitudinibus conſtat, Alio autem modo perfectum dicimus tanquam partem aut particulare quid: alio

& abſolutè ſimpliciterq́ ipſum mundum ſeu cœlum, τὰ πάντα vel τὸ πᾶν appellamus, quod ſimpliciter omnia comprehendat, κατ' ἐξοχὴν καὶ οἱονεὶ αὐτανομασίαν.

Vtrùm linea ex punctis compoſita.

Cùm circinus proportionem non inuenit prima menſione, vt diametri ad coſtam in quadrato, contrahatur oportet vt in minora interualla diuidat: quòd ſi ne ſic quidem inuenerit, rurſus contrahi opus eſt, idq́ tandiu donec inueniatur proportio. Quòd ſi inueniri tandem non poſsit, ſed omnino abundet aliquid aut deſit, hoc fit quia in minima diuiſio fieri non poteſt, ſed ſemper pars diuiſibilis ſupereſt.

Si linea poſſet diuidi in minima, diameter quadrati ad coſtam eſſet analogos.
Sed non eſt analogos.
Igitur linea non poteſt diuidi in inſecabilia.

CAPVT SECVNDVM.

HYPOTHESIS.

1. Corpora *naturalia omnia, per ſe loco mobilia ſunt.*
2. Motus *ſecundum locum omnis eſt, vel*
   - Rectus, *quatuor elementorum*
     - A *medio, ſurſum.*
     - Ad *medium, deorſum.*
   - Circularis, *circa medium: quinti corporis ſimplicis.*

   (Simplices.)
   - Mixtus, *& compoſitus. reliqui enim ſimplices ſunt, vtpote ſimplicium corporum: quorum ſecundum locum natura mouendi ſolùm vnũ principium eſt: Compoſitorũ verò corporũ plura ſunt mouendi principia.*
3. Vt corpus *ternario perficitur, ſic tres etiam ſimplices motus ſubit, à medio, ad, & circa medium.*

CONCL. 1. Pręter ſimplicia corpora, quintũ eſſe oportet cyclophoricũ.

Ratio 1. Quot enim motus ſimplices ſunt, totidem ſimplicia corpora eſſe oportet: ſed circularis nulli ex quatuor conuenit, quinto igitur.

Ratio 2. Singulis quatuor elementorum, cùm ſimplicia ſint corpora, vnus tantùm motus ſecundum naturam conuenit, iſq́ rectus. Quòd ſi quis præter naturam in eo motus cadat, is recto naturali qui ſurſum aut deorſum fit contrarius ſit oportet: vnum aut vni contrarium eſt: & proinde ipſe etiam rectus. Circularis enim recto contrarius non eſt. Cum igitur neq́ ſecundum naturã neq́ contra, circularis vlli quatuor elementorum inſit, quinto alicui ineſſe oportet, eiq́ ſecundum naturam tantùm: nam ſi præter naturam, tunc contrarius circulari ſecundum naturam ei ineſſet: ſed circulari nullus eſt contrarius.

Ratio 3. Cõſentaneum eſt motum natura priorẽ, corporis eſſe natura prioris & perfectioris, quàm vel ea ſint quibus natura competit rectus: vel mixta, quæ præpollentis elementi motum ſequuntur. Circularis autem cùm ſit vbiq́ vnus, & cui addi non poſsit quicquam, prior & perfectior recto eſt. Ergo, &c.

Ratio 4. Circularis motus, ſi cui elementorum quatuor præter naturam conueniret, oporteret etiam alteri cuipiam elementorum quatuor ſecundum naturam conuenire, Sed hoc non fit, quare nec illud; Et ſic etiam quintum aliquod conſtituendum eſt.

Ratio 5. Motum circularem vnum continuum & perpetuum eſſe oſtendimus, quòd autem perpetuum eſt, ſecundum naturam ſit oportet. violenta enim contingentia perpetua non ſunt. Iam cum quatuor elementis recti ſecũdum naturam motus conueniant, circularis præter naturam eis conuenire non poteſt.

Sic enim perpetuus non eſſet. Ergo, &cæt.

CAPVT TERTIVM.

Graue. Leue. Grauiſsimum. Leuiſsimum.

CONCLVS. 1. Cœlum neq; graue neq; leue eſt: ſic enim aut ſurſum aut deorſum, moueretur, ſiue ſecundum naturam, quòd oſtendimus falſum eſſe: ſic enim nõ moueretur perpetuò, ſiue prȩter naturã; qđ ſi prȩter naturã ſurſum, ergò ſecundũ naturam deorſum, vel contra. Sed hæc falſa ſunt, Ergò.

Corollarium. Corporum ſimplicium idem eſt motus totius & partis: proinde ſi cœlum graue aut leue non eſt, nec ſurſum deorſumue fertur: nulla etiam eius particula eiuſmodi erit.

CONCLVS. 2. Cœlum conſentaneum eſt ingenitum eſſe, incorruptibile: non augeri, non minui, non alterari.

Ratio 1. Omne quod gignitur & corrumpitur, ex contrario in contrarium gignitur & corrumpitur: Sed cœlo nihil eſt contrarium, vt neq; motui eius circulari. Sed neq; augetur, cùm nihil ei cognatum adueniat quod in materiam eius reſoluatur, longe enim diuerſam à reliquis materiã habet: neq; minuitur aliquo intrinſeco recedente, quȩ quidem reſolutio per contrarium fit. Iam cum alterationes propter prædicta fiant, nec in alijs corporibus quàm quibus prædicta accidunt, ijs abſentibus ne alterationes quidem aderunt. Omnibus igitur modis impaſsibile eſt.

Ratio 2. Omnium hominum conſenſu cœlum Dei ſedes exiſtimatur, nõ conueniret autem ei, niſi ingenitum & impaſsibile eſſet.

Ratio 3. Nunquam hactenus quicquam vel in toto vel in partibus eius mutatum aut nos obſeruauimus, aut à maioribus accepimus.

Ratio 4. Æther dictus eſt *παρὰ τὸ ἀεὶ θεῖν*: non ab *αἴθειν* vt Anaxagoras vult, qui ætherem pro igne ponit.

CAPVT QVARTVM.

CONCLVS. 1. Motus rectus circulari minime eſt contrarius.

CONCLVS. 2. *Motus diuturni non ſunt contrarij*: Motus diuerſorum ſemicirculorũ ab eiſdem ſignis verſus eadem, vt ab a uerſus b non ſunt mutuo cõtrarij: infiniti enim eſſe poſſunt. Vnum verò vni contrarium eſt.




CONCLVS. 3. *Nec proprij proprijs.* Motus itidem diuerſorũ ſemicirculorũ oppoſito modo facti vt de a in b & de b in a mutuo non ſunt cõtrarij. Nã & hi infiniti eſſe poſſunt. Recti verò motus, licet inter ſe cõtrarij fierẽt, vt vnus de a in b, alter de b in a, determinati tamen finitiq; ſunt.

CONCL. 4. *Vt fit in motu diurno ſimul & proprio.* Motus eiuſdẽ ſemicirculi ediuerſo facti, vt vnus ab a in b, alter ex b in a non ſunt contrarij. Neq; enim ſecundum rectitudinem plurimùm diſtant. multò minus igitur contrarij erunt, qui ex eadem parte in idem fiunt, de quibus in ſecunda concluſione.

CONCLVS. 5. *Vt motus diurnus & nocturnus, ſiue duo ſemidiurni.* Motus eiuſdem circuli ſecundũ eius diuerſos ſemicirculos ſumpti, non ſunt contrarij: cùm non ſecundum rectitudinis diſtantiam, ex contrarijs terminis in contrarios abeant, ſed ab eodem & in idem.

CONCLVS. 6. Totius circuli motus, totius eiuſdem motui non euadit cõtrarius: vt motus à c b a motui à c b a: nam ſunt ab eodẽ in idem & conſimiles. aut vt à c b a motui à n b a qui videtur ediuerſo facti: ſed iterum ſunt ab eodẽ in idem. Sed neq; vnius circuli motus, alterius motui. nam ſi infiniti eſſent, & infinitis eundem oporteret eſſe contrarium.

¶ Si mo-



¶ Si motus a b c contrarius eſſet motui c b a alterius ſemicirculi, tùm circulari motui aliquid contrarium eſſe poſſet. Sed contrarietas potius in diametro, ideſt linea recta, nempe a c motus contrarius motui c a quàm in circumferentia. *Geſnerus.*

CAPVT QVINTVM.

CONCLVS. 1. Multum refert, an corpus infinitum aliquod eſſe poſsit, aut non poſsit, ſtatuere. Hæc enim multarum hactenus diſſenſionum cauſa fuit: & multos niſi diſcutiatur, circa principia, errores generabit. Nam & ipſum infinitum principij rationem obtinet. Error autem, vtcunq; exiguus circa principia, maximus in progreſſu fit.

CONCLVS. 2. Nullum corpus neq; ſimplex, neq; compoſitum, ſtatuendum eſt infinitum. Omne enim compoſitum ex partibus conſtat: partes minores ſunt toto, ergò finitæ: Ex finitis autem infinitũ componi non poteſt. Sed neq; vllum ſimplex corpus ſenſibile infinitum eſt, vt poſt dicetur, initio cap. 6.

CONCLVS. 3. Nullum corpus circulariter motum infinitũ eſſe poteſt. Nam ſi foret infinitum, quomodo circumuolui & pertranſire poſſet? Lineæ etiam à centro egreſſæ infinitæ (cum non ſint infinitæ, ſed vt initium certum habent, ita etiam finem nempe circumferentiam) forent, & infinita earum diſtantia, ita vt ſemper maior diſtantia accipi poſſet: ſicuti numero quantocunq; ſumpto, maior ſemper adhuc ſumi poteſt.

1 Infinitum quantitate, in quo maius ſemper accipi poteſt, vt in numeris. Cõtinui autem partibus numeri adaptantur. Infiniti partes infinitæ ſunt, infinitorũ item diſtantiam infinitam eſſe oporteret.

2 Tempus, motus, & magnitudo ſimiliter diuiduntur: ſed motus cœli tempore infinito fit, magnitudo igitur eius finita eſt, cum medietas temporis mediæ magnitudini elapſæ reſpondeat, & totum toti.

3 Nullum certæ figuræ corpus infinitũ eſt, vt ſphæra, circulus, tetragonũ, &c.

CAPVT SEXTVM.

CONCLVS. 1. Nullum corpus ſenſibile ſimplex infinitum eſt.

Ratio 1. Omne enim huiuſmodi aut à medio, aut ad medium fertur (ita vt medium terminus ſit vel vnde vel quo) hi autẽ motus contrarij ſunt: & in contrarijs determinato vno determinatum erit & reliquum. Extremis item determinatis, media determinata eſſe neceſſe eſt. Hæc ratio ad elementa tãtùm quatuor conuenire videtur, poſterior ad cœlum etiam.

Ratio 2. Si quod tale infinitum eſſet, infinitam aut leuitatem aut grauitatem haberet, quod impoſsibile eſt. Quia cum finita grauitas (vt plumbũ rotas horologij) aliquanto tẽpore moueat & aliquanto ſpacio, dupla idem eodẽ ſpacio mouebit tẽpore ſubduplo: & ita ſemper, vt ſicut grauitas creſcit, decreſcat tempus & minus fiat. Et cum omni proportione grauitas infinita finitæ grauitatis vim ſuperet, oporteatq; mobile mouentium virtutum excellentias & proportiones ſequi: profectò in non tempore, aut minimo (nullum autem minimum) mouebit.

CONCLVS. 2. Ex ijſdem patet. Mundum etiam non poſſe eſſe infinitũ: Nam aut compoſitus aut ſimplex foret: Neutrum autem infinitum eſſe poſſe iam oſtendimus. Item ſi infinitus eſſet, partes eius vel omnes vel vnam (vt terrã, &c.) ſaltem infinitã eſſe oporteret, & ſic rurſus poneretur leuitas vel grauitas infinita, loci infiniti, deniq; motus infiniti, quare neq; ſurſũ neq; deorſum ferri oporteret.

CAPVT SEPTIMVM.

CONCL. 1. Infinitum à finito pati (ſiue moueri) impoſsibile eſt. Quorũ enim nulla analogia eſt, inuicem agere & pati non poſſunt.

CONCLVSIO 2. Finitum etiam non patietur aut mouebitur ab infini-to, tempore finito: Secus daretur aliqua proportio aut etiam æqualitas finitæ & infinitæ virtutis.

CONCLVSIO 3. Infinitũ ab infinito aliquo (finito) tẽpore nõ patietur.

CONCLVSIO 4. Infinitum aliquo tempore non mouebit infinitum.

¶ Infinito corpore ſemel deſtructo, nõ opus eſt hic alijs probationibus: per abundantiã tamen, ad ingenij exercitationẽ, & pleniorẽ rerum naturę cognitio-nem hæc etiã adhibẽtur. Eſt autem reciprocatio quædã: Nam & infinito deſtru-cto, omnes eius actiones ruũt, à priori; & actionib. eius deſtructis, ipſum infini-tũ ruit, à poſteriori. Omne enim corpus ſenſibile vim habet agendi patiendiꝗ.

¶ Extra cœlum etiam infinitum eſt: quoniam neꝗ locus neꝗ tempus: Neꝗ corpus infinitum circulariter motum, nam circulare mouetur circa medium. In-finiti autem non eſt medium. Item vel moueretur ab alio, & ſic eſſent plura infi-nita, quòd fieri non poteſt; neꝗ ſi eſſent, infinitum ab infinito moueri poſſet in tempore: in non tempore enim nihil mouetur. Vel moueretur à ſeipſo, & ſic eſ-ſet infinitum animal; quod rurſus abſurdum eſt.

¶ Atomi etiam non ſunt infinitæ, vt Democritus & Leucippus inducunt, ſi-miliares (quas nulla re quàm figura differre dicunt: infinitas autem aiebant, non magnitudine, ſed numero) infinitas atomos ſitu diſcretas in vacuo ponentes. Nã ſi ſimilares ſint, aut omnes erunt leues aut omnes graues. ſed hoc impoſsibile eſt; nec enim omnia feruntur ſurſum, nec omnia deorſum. Item grauia ferrentur ad medıũ, leuia à medio, ſed infiniti nullum eſt mediũ, cum neꝗ extrema eius ſunt.

NVLLVM igitur corpus infinitum eſt.

CAPVT OCTAVVM.

CONCLVS. 1. Si plures eſſent mundi, ex conſimilis naturę corporibus, & ad ſimilem motum aptis, eos conſtare oporteret: ſecus æquiuocè mundi dice-rentur. Quod ſi corpora & partes eorum eaſdã naturas & motus habebunt, gra-ue vnius mundi, vt terra, ad alterius mundi terram feretur, & ignis ad ignem: ea-dem enim & eiuſdem naturæ corpora, ad eundem locum ferri nata ſunt, & vni-us corporis ſimplicis vnus eſt motus. Oporteret igitur terram in vno quidem mũdo ad medium eius ferri tanquã in locum naturalem, idꝗ, deorſum & rurſus ferri ad alterius mundi terram, tanquam ex loco præter naturam, idꝗ ſurſum.

Vnus eſt primus motus ſempiternus; quòd ſi plures eſſent mundi, plures eſ-ſent primi motus.

Cum tria tãtum locorum diſtincta ſint ſpacia, ſupremũ, imum, & mediũ, eaꝗ in noſtro mundo omnia contineant, vnus tantum erit mundus.

CONCL. 2. Rerũ ſenſibiliũ loca finita & determinata eſſe neceſſe eſt. Terra enim quo medio propinquior eſt, eò velocius mouetur: & ignis quo vici-nior eſt ſuperiori loco: Quod ſi ſine termino ferretur, infinita demũ motus velo-citas ſuccreſceret, infinitaꝗ leuitas & grauitas orıretur, quod impoſsibile eſt.

CAPVT NONVM.

CONCLVS. 1. Non modò non ſunt plures mundi: ſed etiam plures fie-ri impoſsibile eſt: Quoniam vnus ingenitus & ſempiternus eſt.

Aliqui reſpondent, vnum quidem ingenitum eſſe mundũ ſiue cœlũ tanquã ideã, ſine materia, particulares verò cũ materia cõiunctas plures vel eſſe, vel fie-ri poſſe. *Soluitur*, Non quorumcunꝗ ſenſibilium ſpecies eſt aut forma, plura ſunt aut fieri poſſunt: poteſt.n. materia ex qua ſenſibile aliquod fieri poterat, in vnum conſumi. Sic etiã mũdus vel cœlũ ex tota materia ex qua cœlũ eſſe poteſt, cõſtat.

Cælum tria ſignificat.

1 Vltimam ſphæram, cæteros ambientem omnes, diuinitate plenam.

2 Corpo-

2 Corporeã molẽ,quę intra terminos ſupremę ſphæræ & Lunaris cõtinetur.
3 Quicquid ab orbe Lunæ & ſupremo continetur; Et hoc totum,omne,vniuerſum,cœlum,dicere conſueuimus.

Conclvs. 2. Hoc vniuerſum ex omni naturali & ſenſibili corpore, ſuaq; tota materia cõſtat & nihil extra relinquit: Neq; ſimplex,omnia.n.ſimplicia vnum ſibi proprium locum habent, motumq; propriũ, & in vnum vniuerſa colligi neceſſe eſt;aliter enim chaos quoddam futurum eſſet,ac mundus interiturus:(omnia vnitatem appetunt & natura ſimilia cõiungit: Ὡς ἀεὶ τὸ ὅμοιον, &c.) Neq; compoſitum,hoc enim ex ſimplicibus cõſtat.Non ſecundũ naturã:ratione prædicta:Non præter naturã: Vbicunq; enim aliquid pręter naturam eſt,ibi aliud ſecundum naturam eſſe ſolet. Nullum deniq; ſenſibile nõ phyſicũ illic fuerit, vt ſphærę & circuli,quorum nullum extra ſupremi circumferentiam claudi manifeſtum eſt.

Has igitur ob cauſas,& quia incorruptibile eſt,vnũ tantùm cœlũ ſit oportet.

Corollaria.

1 Extra cœlum igitur ſimiliter neq; locus,neq; vacuum,neq; tempus erunt.
2 Διόπερ οὔτ' ἐν τόπῳ τἀκεῖ πέφυκεν, οὔτε χρόνος αὐτὰ ποιεῖ γηράσκειν, οὐδ' ἐστὶν οὐδενὸς οὐδεμία μεταβολὴ τῶν ὑπὲρ τὴν ἐξωτάτω τεταγμένων φοράν, ἀλλ' ἀναλλοίωτα καὶ ἀπαθῆ τὴν ἀείστην ἔχοντα ζωὴν, καὶ τὴν αὐταρκεστάτην διατελεῖ τὸν ἅπαντα αἰῶνα. Καὶ γὰρ τοῦτο τοὔνομα θείως ἔφθεγκται παρὰ τῶν ἀρχαίων. Τὸ γὰρ τέλος τὸ περιέχον τὸν τῆς ἑκάστου ζωῆς χρόνον, οὗ μηδὲν ἔξω κατὰ φύσιν, αἰὼν ἑκάστου κέκληται. Κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ λόγον καὶ τὸ τοῦ παντὸς οὐρανοῦ τέλος, καὶ τὸ τὸν πάντα ἄπειρον χρόνον καὶ ἀπειρίαν περιέχον τέλος αἰών ἐστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὸς τὴν ἐπωνυμίαν, ἀθάνατος καὶ θεῖος, ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται, τοῖς μὲν ἀκριβέστερον, τοῖς δ' ἀμαυρότερον τὸ εἶναί τε καὶ ζῆν.

CAPVT DECIMVM.

Antiquorum opiniones tres de mundi generatione:

Opiniones aliorum proponendę ſunt,primũ vt anſam dubitandi & inquirẽdi copioſiorem habeamus,deinde vt legentes auditis vtriuſq; cauſę rationibus facilius decernant.

1 Mundum genitum eſſe,ſed immortalem futurum, *Plato*
2 Mundum genitum ac interiturum,nec amplius reſtaurandum, *Democritus* — *ſentiebant.*
3 Mundũ alternis ſæpius gigni amicitia cõgregãte, & corrumpi, lite diſgregante: idq; ſemp futurũ, *Empedocles Ag. & Heraclitus Ephe.*

Conclvs. 1. Abſurda eſt prima opinio. Ea enim tãtum bona ratione dici poſſe videntur,quę in omnibus aut pluribus ita eſſe conſpicimus: Sed genita omnia corrumpi videmus.Si eſſet genitus tranſmutabilis eſſet,tam poſt generationem quàm antè:itaq; corruptibilis,idq; infinitis euntibus ſeculis infinities. ſunt qui excuſent,ideò mundum genitum à quibuſdam dici, nõ quòd reuera ſic ſit, ſed docendi gratia, ſic enim commodius de eo doceri, quod & Mathematici faciunt lineis & figuris quibuſdam poſitis. Soluitur, In mathematicis parum refert,hic verò plurimum id ponere,quod non eſt.

Concl. 2. Altera etiam opinio abſurda eſt:Nam ſi mundus ſecũdum Democritum natus,eſt materiam aliquam & principium mutationis pręceſsiſſe oportet:atqui hoc etiam poſt corruptionem remanet:nouus itaq; gñari poſſet.

Concl. 3. Tertia etiam opinio falſa eſt. Aſtruunt enim mundum non ſecundum ſubſtantiam mutari,iiſdem ſemper, vt ponunt, manẽtibus elementis, formis tantùm & qualitatib. mutatis. Atqui generatio & corruptio mutatio ſe-

cundum ſubſtantiam eſt. Sunt qui & qualitates manere aiunt, & cõtrarias inter ſe pugnare: Hoc ita ſe habet, ac ſi puer ſæpius vir fieret, & vir in puerum ſubinde recideret; nemo tamen illum ſæpe generari aut corrumpi diceret.

CAPVT VNDECIMVM.

CONCLVS. 1. Multipliciter dicta, etſi ad orationem nihil referat, quin ſemper eandem veritatem falſitatémue obſeruet: intellectus anceps & confuſus relinquitur ipſo multiplici indiſtincto. Genitum igitur & corruptibile cum eorum contrariis diſtinguenda ſunt. Sunt autem ſingulorum modi tres.

Ingenitum:
- 1. Quod *cùm prius non eſſet, nunc eſt, ſed ſine tranſmutatione, vt attactus, momentũ in motu, punctus in linea.*
- 2. Quod *non eſt, ſed eſſe contingit: vt roſa futuri anni.*
- 3. Quod *omnino impoſſibile eſt fieri, vt aliquando non ſit, aliquando verò ſit.*

Genitũ:
- 1. Quod *tranſmutatione exiſtit.*
- 2. Quod *eſt, non eſſe autẽ contingit.*
- 3. Quod *aliquo modo eſſe aut fieri cõtigit, ſiue id facile ſiue difficile ſit.*

Impoſſibile *aut bifariã*:
- 1. Quod *nec eſt, nec fieri poteſt, vt Centaurus.*
- 2. Non *facilè, non citò, non benè factibile, vt monſtra quædam.*

¶ Hoc omnibus tribus modis commune, vt primus tranſmutationis reſpectu vel cum vel ſine illa, dicatur: alter ſecundum potentiam ad eſſe vel non eſſe: tertius ſimpliciter & abſolutè.

In *corruptibile*:
- 1. Quod *cùm ſit ens, ipſum aliquando non eſſe ſine tranſmutatione contingit.*
- 2. Quod *nunc eſt, & quod aliquando non eſſe futurum impoſſibile eſt.*
- 3. Quod *ſimpliciter non eſſe non poſſit, aut quod difficulter non eſſe poſſit.*

Corruptibile:
- 1. Quod *tranſmutatione deſinere contingit.*
- 2. Quod *cùm ſit, contingit aliquando non eſſe futurum.*
- 3. Quod *non eſſe aliquo pacto aut facilè aut difficulter contingit.*

Modi quidem tot ſunt, ſed propriè dicetur
- Ingenitum, *quod ſimpliciter fieri non poteſt, vt aliquando ſit, & aliquando non ſit.*
- Incorruptibile, *quod omnino non eſſe non poteſt.*

CONCLVSIO 2. Potentia quanta ſit, per maximum (ſcilicet mobile) determinanda eſt: Valet enim argumentum hic à maiori ad minus, vt virtus quę centum talenta tollit, poteſt etiam decem, & alibi, quicquid in maius, hoc etiam in minus, non autem contra. Fiet igitur denominatio ab excellentia, vbi in ſummo conſiſtit, ita vt ne vno quidem excedere poſſit, vt virtus ſubleuatiua decem librarum, quæ non poſſit vndecim.

Obiectio: atque viſus & auditus, in maioribus obiectis ſuis plus valent, minus in minoribus: ita vt potentia eorum à minimo determinãda videatur, vt maximus viſus ſit, qui minima quæque videat.

Solutio. Nos de ea potentia loquimur, quæ cum aliqua virium intentione fit, & vbi obiecti maior minorue reſiſtentia eſt, non facultate aliqua naturali tantùm.

¶ Potentia quidem per maximum determinatur, quòd vno nomine amplior effertur, vt virtus ſubleuatiua decem librarum: non autem per exquiſitè (ſimpliciter) maximum, quòd dari non poteſt, alioquin minimum in re aliqua dari poſſet: non enim dubitandum eſt, quin iam dicta virtus poſſit vel vnciam ſaltem ſupra decem libras, & ſi vnciam, etiã vel ſemunciam, vel drachmam, vel ſcrupulum, vel obolum, & ſi obolum etiam granũ, idque in infinitũ. Non intelligendum

igitur

igitur eſt de partibus proportionalibus & alterius denominationis, ſecundum has enim virtus mouens cum fortior ſit mobili, quantumcunque moueat maius adhuc mouere poterit: ſed de partibus æqualibus, & vnius denominationis.

CAPVT DVODECIMVM.

CONCLVSIO 1. Si quid poſsibile eſt, tùm eſſe, tum non eſſe, tempus ad vtrunq; determinatum habeat oportet: & hoc per quæuis prædicamenta. Nam ſi neutrum determinatum ſit, habebit potentiam vt ſit tempore infinito, & vt non ſit alio tempore infinito: hoc autem impoſsibile.

CONCL. 2. Impoſsibile & falſum, poſsibile & verum, non omnino idem ſignificant. Nam & eum qui non canit, poſsibile eſt canere. Coincidunt tamē aliquando, vt diametrū commenſurari coſtę falſum eſt, & idē impoſsibile: non commenſurari verò & poſsibile & verū. Accipimus autē hæc vocabula hîc ſimpliciter, nō per hypotheſin, qualis eſt. Si linea eſſet ex pūctis, diameter coſtę cōmenſurari poſſet. Itē, Si triangulus eſſet circulus, nō haberet tres duobus rectis ęquales.

Corollarium. Hinc fit, vt non ſit idem ſupponere falſum & impoſsibile: Itidem poſsibile & verum. Nam ad ſuppoſitum impoſsibile, ſequitur impoſsibile: ad falſum autem non impoſsibile, nunquam ſequitur impoſsibile, vt ſi falſum eſt aliquem ſedere, non igitur impoſsibile eſt eum ſedere.

Falſum & Verum generaliora ſunt: vt Falſum aliud eſt poſsibile, aliud impoſsibile. Item, Verum aliud neceſſarium, aliud contingens.

Contingens & poſsibile non videntur differre, niſi temporis ratione: vt ἐνδεχόμενον de pręſenti magis dicatur. Sedentem enim contingens eſſe quòd ſedet dico, potius quàm poſsibile.

CONCLVSIO 3. Idem ſimul ad oppoſita habet (proinde mundus ſi generabilis ſit, habebit etiam potentiam & aptitudinem, vt corrumpatur, & contrà: ſi verò nullum ad alterū, ne ad alterum quidē potentiā habet) potentiā, non autem vt illa ſimul actu habeat. Nam cùm quis ſedet, potentiam habet vt ſedeat, & potentiam vt ſtet, non tamen vt ſimul ſedeat & ſtet, ſed alio & alio tempore.

CONCLVSIO 4. Omne ſemper ens incorruptibile eſſe neceſſe eſt. Vt autem incorruptibile ſit, & falſum & impoſsibile eſt. Eadem ratione omne ſemper ens ingenitum eſt.

CONCLVS. 5. Nullum ſemper ens corruptibile eſt aut genitum.

CONCLVS. 6. Omne ingenitum pariter & incorruptibile, ſemper eſt ens & immortale. Accipiendum eſt autem ingenitum & incorruptibile propriè, vt ſupra cap. 11. diximus.

CONCLVS. 7. Ingenitum & incorruptibile ſe mutuo conſequuntur: nam & ſemper ens conſequuntur, ergo & ſe inter ſe.

CONCLVS. 8. Omne genitum eſt corruptibile, & contra.

CONCLVS. 9. Genitum & incorruptibile ſe inuicem conſequuntur.

CONCLVS. 10. Non exiſtimandum eſt aliquod genitum eſſe incorruptibile, & aliquod corruptibile eſſe ingenitum.

Extra textū *Ariſtotelis*: Quomodo *enim ab altera parte infinitum eſſet, ab altera finitum? Eadem vtrobiq; ratio eſt, eadem elementa ex quibus gignitur vel in quæ reſoluitur aliquid. Vtrobiq; igitur vel finitum tantùm vel infinitum erit.* Item *ſi generatio vnius eſt corruptio alterius: dum mundus gigneretur, aliquid corrumpi oportuit, vt aliquid fuerit ante mundum, quod abſurdum eſt.* Item *corruptio vnius eſt generatio alterius, & ſic aliquid eſſet poſt mundum.*

Finis compendij in librum primum.

DE MVNDO MEDITATIONES.

1 Mundus vniuerſus, totum & omne, & perfectus dicitur, non ſecundum corporis definitionem, ſed quòd omnia contineat, & nihil extra ipſum ſit, neq; diſtinctum ad aliquid tactu. Partes autem mundi non ſimpliciter perfectæ & πᾶν, ſed tantùm, quatenus corpora ſunt.

2 Totum de continua, omne de diſcreta quantitate dicitur.

3 Mundus eſt totum, corpora ſingula tanquam partes: nulla autem pars extra totum eſt.

4 Mundum ſentiunt aliqui

- Ingenitum *eſſe & incorruptibilem, vt Ariſtoteles.*
- Genitum &
  - Incorruptibilem, *Orpheus, Heſiodus, Plato.*
  - Corruptibilem,
    - Semel, *ita vt nihil eius ſuperſit.*
    - Sæpius *certis vicibus generationi & corruptioni obnoxium. Qui ſi de toto ſenſerunt, malè ſenſerunt: ſin de partibus, aut partiũ potius affectibus, vt ipſi præ ſe ferunt, cum Ariſtotele, Empedocles, Heraclitus.*

5 Si mundus incepit, antea non fuit. Sed quid eſt antea, quàm in priori tempore? Tempus ergò prius fuit: ſi tempus, etiam motus: ſi motus, etiam mobile: ſi mobile, etiam id à quo mouebatur.

6 Secus verò æternum corpus ſibi annexam formam habet, à qua moueatur. *Scheckius in comp. Phyſ. cap. 7. lib. 2.* Secus annexam: non ita vt cum materia in partes diuellatur: vtpote impartibilis, (& extra ipſam) ideoq; finita. Sicut Ariſtoteles etiam de mente noſtra dicit, quòd animæ tanquam materiæ forinſeçus accedat, ideoq; immortalis haberi poſſet. Annexam.) non innexam, ſed extra ſe.

Per voluntatem Dei conſiſtit mundus.
Sed voluntas Dei æterna eſt. Ergò
Mundus æternus eſt. *Solutio.* Voluntas Dei æterna quidem eſt, & hanc eius æternitatem ſequuntur, quæcunq; de eius ſubſtantia ſunt, vel per ſe neceſſaria. Sed eſſentia mundi cùm contingens ſit, & quam non neceſſariũ eſt eum velle, non neceſſariò eius voluntatis ſequitur æternitatem.

7 Mundus æternus, quia temporis initium cogitare non poſſumus, ideò nullum eius initium fuit. Vt non ideò æternitas diuiſibilis eſt, quia nos eius naturam ſine temporis diuiſione non intelligimus.

8 Mundus materiæ ratione ex nihilo creatus: nam quòd ad cauſam efficientẽ, cùm ex intellectu Dei omnia fiant, non ſimpliciter ex nihilo fieri dicendum eſt.

Mundum ſufficere ad omnia corpora naturalia excipienda.

1 Naturalis locus eſt cuiuſq; in ſua quiete, vt terra in centro quieſcit: Naturalis motus cuiuſq; ex loco præter naturam, in illum in quo quieſcit, vt grauis deorſum. Violentus motus eſt ex loco vbi quieſceret, in contrarium. Eſt autem tantum vnus locus infimus, videlicet centrum, vbi grauia quieſcunt, & vnde naturaliter leuia mouentur: & vnus ſupremus, in quo grauia violenter, leuia naturaliter. Quòd ſi omne genus locorum in mundo, ergò & locatorum, hoc eſt, corporum.

De Dextro, Supra, Ante poſitionibus, & quarum rerum principia ſint.

1 Dimenſiones ſecundum

1 Dextrum, 2 Supra 3 Ante — Principia *ſunt in perfectis corporibus* — 1 Latitudinis 2 Longitudinis 3 Profunditatis — Et Mo-*tuum* — 1 Κινήσεως κατὰ τόπον. 2 Αὐξήσεως 3 Αἰσθήσεως.

2 Differentia ſupra & infra præcedit alias dimenſionum differentias, & ſine eis eſſe poteſt: vt longitudo ſine latitudine & profunditate eſſe poteſt. Item augmentatio, quæ eſt motus ſurſum, ſine motu ſenſus, qui eſt motus ad anterius: & ſine motu ſecundum locum, qui à dextro inchoat, eſſe poteſt. Quare etiam in elementis & inanimatis non omnes hæ differentiæ ſunt; Ignis enim ſolùm ſurſum, terra tantùm deorſum.

An inter dextrum & ſiniſtrum detur medium?

3 Non videtur. Ante vel retro id eſſe oporteret, ſed hæ aliæ ſpecies motus localis per ſe ſunt. Medium verò in eadem ſpecie eſſe debet, in qua extrema ſunt.

4 Dextrum aliud dicitur

- Impropriè, *& relatione quadam ad nos ſeu animalia, & hoc rurſus tripliciter, vel*
  - Κατ᾽ ἡμάτερον, *quòd è regione noſtra eſt, vt vates.*
  - Κατ᾽ ἀντικείμενον ἡμᾶτέρῳ· ἢ τὸ ἐναντίως ἔχων τῇ θέσει, *quòd è regione ſiniſtræ eſt.*
  - Κατ᾽ ἀναλογίαν, *ſimilitudine quadam, vt dextrùm latus ſtatuæ.*
- Propriè *in animalibus perfectis, ſicut & Infra, Supra, Ante, Retro.*

5 Et deorſum, inferioremq; cœli partem, eſſe ad noſtrum polum, *Velcurio lib. 2. cap. 2. ſect. 3.* Imò contra. Ariſtoteles probat arcticum polum infra eſſe; antarcticum ſupra.

6 Cur oriens dextra dicitur? an quòd nobilior ſit dies nocte: an propter motum à dextra ferè incipientem.

DE COELO ET EIVS MOTV MEDITATIONES.

1 Cœlum à reliquis naturalibus differt, ratione.

- Materiæ: *quinta enim quædam eſt eſſentia, omnium puriſſima, diaphaniſſima.*
- Æternitatis.
- Loci.
- Temporis.
- Motus.

¶ Præterea cum ſit corpus ſimplex, ab alijs ſimplicibus, hoc eſt, quatuor elementis plurimùm quoq; differt. Hoc tantùm commune habet; quòd ſimiliter corpus ſimplex, & moueatur (loco tantùm) non totum ſed partibus: elementa mutantur, alterantur, generantur, & corrumpuntur, non tota ſed partibus.

Cœlum habet naturam vniuerſalem cœleſtem.

2 Vniuerſalem naturam vocant, omnia comprehendentem, vel agentem in omnia: quòd & reliqua elementa faciunt, in cœlum tamen non agunt: cœlum verò tùm in elementa, tùm in res alias.

3 Motus cœli primus eſt.

1 Tempore, *principio creauit Deus cœlum & terram.*
2 Loco, quoniam hoc ſupremum eſt corpus.
3 Communicatione, quoniã communis eſt omnibus, cùm omnia in eo incluſa ſint, & ſemper ab omnibus hominibus percipitur.
4 Dignitate ſubiecti, quoniam cœlum ſimpliciſsimum eſt & preſtantiſsimum corpus.
5 Velocitate, quoniam velociſsimus, ideoq́ minimo tempore perficitur. Minimum autem in quoq́ genere menſura aliorum eſt.
6 Æqualitate, nullus enim alius motus ita ſemper ſibi ſimilis & adeò regularis eſt.
7 Duratione, quoniam ſempiternus eſt.
8 Actu perfecto, quoniam in cæteris rebus motus, actus eſt imperfectus.

Perpetuum eſſe cœli motum.

4 Probatur præter cætera argumenta, etiam inde: quoniam potentiæ motrices, ſcilicet angeli, forinſecus appoſitæ ſunt cœlis, quos mouent: ſed probatio ea non eſt phyſica: & quanquam vera fortè, tamen non demonſtrari poteſt recta demonſtratione. Vires corporibus inſitæ per inductionem omnes oſtendi poſſunt defatigari, & inæqualiter mouere. Et axioma phyſicum eſt, omnia quæ inſunt corporibus finita eſſe, & corporum conditionem eatenus ſequi, quòd ſecundum partes eorum quodammodo diuidantur. Sed nihil horũ in cœlis reperitur. Ergo.
Item, Si anima loco mouens cœlis inſita eſſet, animalia dicendi eſſent cœli, quòd abſurdum eſt, &c.

An motus cœli ab anima intrinſecus mouente?

5 Anima corporibus mixtis & animatis incluſa eſt, & organis ea mouet. At cœlum nec organis mouetur, nec animam habet incluſam, ſed per mentes forinſecus gubernantes mouetur. Quanquam ſi quis dicat motum ipſum entelechiam & actum perfectum cœli eſſe, nec animam intrinſecus mouentem, nec mentem foris præſidentem cœlo adiungere neceſſe videatur.
6 Quòd motus cœli, cùm neq́ animalis, neq́ naturalis, neque violentus dici poſsit, diuinus quodammodo: nõ quòd motus Deo, aut rebus diuinis competat: ſed dicimus diuinum de admirabili & æterno, & exempto à natura cæterorum, & cuius ferè cauſas reddere non valemus.
7 Cœlum loco mutatur, neque tamen vt cætera, quæ omnia loco moueri poſſunt violenter, & vniuerſa: Cœlum enim ſemper vno naturali motu, neque totum, ſed iuxta partes tantùm mutat locum.
8 Vtrum per accidens in loco moueatur cœlum, cum dignitate naturæ reliquis corporibus prius exiſtimetur, &c. Si moueri imperfectionis eſt: quæ per ſe mouentur, prius & magis imperfecta ſunt, quàm quæ per accidens mouentur. non igitur ideò ignobilius cœlum eſt, ſi per accidens moueatur, vt neque anima quàm corpus.

Ad id quòd dicitur, orbes cœleſtes accipere vim à ſuis motoribus, de quo Velcurio lib.2.cap.5.ſect.6.

9 Μετωνυμία puto eſt, cùm efficiens nominamus pro effectu, vt Bacchum pro vino. Sic ſtellam calidam pro calefacientem: ipſa enim calida non eſt, ſed calorem facit. Sumpta ſunt hæc ex Chaldæorum & Ægyptiorum partim Aſtronomia: partim ſuperſtitiõne. Ex quibus Græci præſertim Poëtæ, multa de his ſtellis, ceu Dijs, finxerunt.

Vtrum ſuo motu cœlum calefaciat.

10 Per ſuum motum; quo calefacit; &c. *Ibidem Velcurio.* An ſuo motu cœlum calefaciat corpora? Videtur quod non. Niſi pro radijs præcipuè Solis, cœlum ſynecdochicè accipias.

DE SPHAERIS COELESTIBVS MEDITATIONES.

FIrmamentum dicitur cœlum ſtellatum; vel quòd verbo Domini in diuiſionem poſitum ſit aquarum, tanquam agger firmus oppoſitus fluctibus: vel quòd ſtellæ in eo firmatæ fixæque ſint: vel comparatione quadam ad vrbis alicuius mœnia: vltima enim pars ciuitatem totam ambiens, muniens, firmamentum eius dici poteſt.

2 Veteres octo tantùm ſphæras faciunt, non plures enim ſenſu apparent: poſteri nonum addiderunt ratione intelligendum, qui ſit primum mobile, cuius ſimplicíſsimum eſſe motum conuenit: nam ſtellati cœli non ſimplex eſt motus; ſed motus diurnus, & præterea trepidationis: cuius motus in ſeptem annorum milibus abſoluitur, vt habet Ioh. Monhemius. Aqueum ex ſacris literis additum videtur. *Pſal.148. Laudate eum cœli cœlorum, & aquæ quæ ſupra cœlos ſunt, laudent nomen Dei. & Daniel.3. Benedicite aquæ omnes quæ ſupra cœlos ſunt Domino: & Geneſ.1.* Præterea & Empyreum, beatorum ſedes. Cæterum de motu cœli aquei, nihil vſquam reperi, quanquam ſub primo mobili collocetur, quòd ſuo motu inferiores orbes ſecum rapere dicitur. Docti quidam nullum prorſum cœlum aqueum admittunt: ſed firmamenti nomine aërem accipiunt, qui terram firmat; in cuius ſuperiore parte nubes & aquæ vaporiferæ ſunt.

Firmamentum propriè motu percurrit, vnum gradum in ducentis demùm annis, vt Velcurio ſcribit.

3 Vnum quodque ſignum gradus habet triginta: quòd ſi vnus gradus annis ducentis conficitur, triginta gradus, ſex millibus annorum conficientur: ſex millia autem duodecies accepta faciunt 72000. Quomodo igitur hîc ſcribitur 49000. vt & hîc Velcurio & Plutarchus habent. An quia proprio ſibi trepidationis motu firmamentum impeditur, quo minus iuſtum curſum abſoluat. Sed hæc & alia de motu Planetarum, verbis explicatu difficillima, inſtrumentis adhibitis dileceſcunt. Titelmannus hunc motum refert ad cœlum cryſtallinum tantùm.

Primum mobile ſecum rapit inferiores.

4 Πλανητὴς μὲν φέρεται εἰς τοὐναντίον τῆς σφαίρας αὐτοῦ κινήσεως, ὡς ἀνιὼν τις ἐν κατιόντι πλοίῳ: καὶ τοῦτο ἐννοεῖν οὐ χαλεπὸν. πῶς δὲ ὅλαι σφαῖραι, αἱ ὑπὸ τὸ πρῶτον κινούμενον, πῇ μὲν μετὰ τοῦ πρώτου ἀπ᾽ ἀνατολῆς φέρονται εἰς δυσμὴν, ἑτέρᾳ δὲ ἰδίᾳ κινήσει εἰς τοὐναντίον ἐκ τοῦ ἐναντίου, φαντάζεσθαί μοι χαλεπώτατον δοκεῖ.

DE PLANETIS ET STELLIS MEDITATIONES.

Cur in Orientem ab Occidente Planetarum ſphæræ mouentur, contra primi mobilis motum?

ITa fit, ne conuolutus aër, eandem in partem perpetuò, ignauo globo torpeat, ſed findatur aduerſo ſyderum verbere diſcretus & digeſtus, *Plin.lib.2.cap.8.*

2 Stella eſt denſior pars ſui orbis, &c. *Velcurio lib.2.cap.5* Si ſtella eſt denſior pars ſui orbis, quæ rarior eſt. Denſum autem & rarum contraria ſunt, ergò contraria in cœlum cadunt, quòd abſurdum eſt. An contraria ſunt quæ vtrinque habitus

quidam ſunt,vt calidum, frigidum. Rarum autem denſo non ſic, ſed priuatiuè opponitur.Item contraria in rebus naturalibus viciſsim recipiuntur,cùm vnum alteri cedit.In cœleſtibus denſum & rarum non ſic, quare non erunt ſimili ratione contraria. *Vide Sauanorolam.*

3 *Sole repercuſſum aut radiantis imagine Lunæ, Vergilius Æneidos* 8. *&c. Velcurio lib.* 2. *cap.*5.*ſect.*2.Negant omnes Phyſici,lumen Lunæ aliud ex ſe reddere, & vituperatur hoc dicto Vergilius, quòd non tollerabile eſt: quia non Lunam, ſed imaginem dixit Lunæ,quam à Sole lumen accipere manifeſtum eſt, *Seruius*. Luna quoque ſuam habere poteſt iridem,*Hermolaus*.Sic iris vna,etiam tertiam reddit.

4 Sex ſtellarum ſunt differentiæ,&c.*Velcurio ibid.ſect.*4.Stellę magnæ,maiores, maximæ:paruæ,minores,minimæ.

5 Mouentur ad motum ſui (quæque) orbis,&c. *Ibid.* Pro his verbis malim, *Cœli ſtellati aut firmamenti.*

6 Stellæ videntur habere motum ſcintillationis, &c. *Velcurio ibid.* Dignoſcuntur ſtellæ fixæ à planetis ſcintillatione: hi enim ſoli non ſcintillant.Saturnum ſolùm flante Borea nonnihil ſcintillare dicunt. An videntur ſcintillare fixæ ſtellæ propter firmamenti rapidiſsimum motum? Planetæ enim tardius mouentur. Saturnus verò velociſsimus Planetarum & ipſe aliquando ſcintillat, præſertim verò cum Borea flante,id eſt,ſereno aëre magis apparet.Alij ſcintillare dicunt propter motum cœli continuo angulos irradiationis variantem. An quæ oculis ineſt paſsio,rebus ipſis ineſſe videtur? vt ebrijs, omnia gemina: qui Solem inſpexerint,rubicunda bile ſuffuſis,ſubflaua: ij qui nauigarunt, etiam aliquanto pòſt moueri ſibi videntur: & nauigantibus celeriter,ea quæ in ripa ſunt moueri. *Sed hæc ad opticam.*

7 Cœlum & ſtellas paſci vaporibus terreis quidam crediderunt. *Velcurio ibid. ſect.*6. Vt tempeſtates veluti excrementa quædam ſint nutritionis eorum: quamuis corpora organica non ſint: nam & ignis noſter, veluti animal quoddam, nutritur & alitur.

Solem,quomodo mundi animam Plinius vocet,lib.2.cap.6.

8 Solem mundi totius animum, ac planius mentem Plinius vocat: hîc Milichius nihil,nec alij. Animus,quo ſapimus: anima, qua viuimus, *Nonius*. Anima etiam pro vita accipitur, & pro halitu oris. Pro aëre,vt Ennius, aqua, terra, anima, & ſol. Et *Virgilius*, Semina terrarumque, animæque, mariſque fuiſſent. Plena animæ veſicula parua, Sæpe ita dat pariter ſonitum diſploſa repente.

Animos immortales Cicero dicit potius quâm animans. Animus, plural. numero præſertim, pro φρόνημα, pro cogitatione & memoria, voluntate, conſilio.

An animus etiam pro anima ſeu vita interdum,vt, Vna eademque via ſanguiſque animuſque ſequuntur. Mens verò ſemper pro rationali tantùm vi; an vt Græcis, ψυχὴ, διάνοια, νοῦς: ſic Latinis, Anima, animus, mens. Solem verò cùm Deum putat omnino rationalem putat Plinius. (Terentius, *Mala mens, malus animus.*) Mens etiam pro voluntate, ſententia & conſilio, inde Germanicè, meinung: an mens à mano, id eſt, bono?

Cur Veneris ſtella nunquam longius 46, partibus: Mercurius 23. à Sole abſcedant, iuxta Plinium lib.2.cap.17. meditatio.

9 An Venus & Mars mouentur in ſuis deferentibus, quorum centrum fixum & immobile eſſe videtur, niſi per accidens, quatenus ſequitur motum cœli: circa ipſum verò mouetur deferens circulus, & in epicyclo ſtella, modò in ſuperiore,

modò

modò inferiore eius parte, vnde modò paulò plus, modò paulò minus à ſole di-ſtare videntur. Aliorum verò planetarum centra non ſunt fixa, quare ſecundum longitudinem mouentur. Aſtronomi tamen ſcribunt, eos epicycli tantùm ratio-ne à Sole elongari, & ſi à centro deferentis Veneris aut Mercurij, per centrum corporis Solis, linea duceretur, deferentes vel etiam epicyclos eorum in duas fer mè æquales partes ſecari, ita è directo ſemper eos ſubijci Soli, nec eſſe vniuerſali-ter verum, quòd Venus à Sole non vltra 46. partes diſcedat. In ortu Solis, cùm eſt in horizonte Veneris epicyclos etiam ſuum centrum in horizonte habere, & media parte infrà eſſe, media ſuprà, in qua tum ſtella eſt, (in auge ſcilicet) veſperi autem contrà. Hæc noſtra eſt ſententia, meditanda alijs. Plinius verò qui epicy-clos non facit, nec centrum fixum & immobile, Venerem & Mercurium digredi ait à Sole, cum abſis earum tota mouetur. moueri autem poſſe, donec ſemidiame-tri parte præterierit, quæ nimirum partibus conſtat 46. & planetam quidem ſem per intra abſidem eſſe; hanc verò modò minus modò magis ſua curuatura à So-le abeſſe, &c.

Planetæ colorem proprium cur mutent.

1. Colorem, qui ſuus cuique eſt, mutat
   - Altitudo,
     - Simpliciter, *extrema orbita, id eſt aux*, Plinio.
     - Propinquitas *ſuperiori alicui Planetæ, qui tùm ipſe tùm circulus eius totus colorem diuerſum habet.*
   - Lumen *maius*,
     - Solis, *omnino obſcurans.*
     - Lunæ. *quæ in plenilunio tanquam Sol alter pleraſq; ſtellas tegit.*
     - Alij *planetæ propiores ſtellis.*
   - Aëris *inter medij diuerſitas, pro vt ille vel purus & quietus eſt, vel turbulentus et mobilis: hic obſcurat, ille illuſtrat.*
   - Viſus *noſtri collectio vel diſſipatio.*
     - Externa, *à nimio lumine: quare ex puteo, vbi viſus opacitate colligitur, ſtel-læ vel interdiu proſpiciuntur, & Sol in ſpeculo poſito in aquam.*
     - Interna, *pro diuerſis oculorum affectibus. Senes & nyctalopes nimis craſſos habent ſpiritus: myopes, nimis tenues vtriq; impediuntur, &c. Quare myo-pes ſpecillis vtuntur, qui aciem colligunt, & res imminuunt, ſenes contra.*

DE ELEMENTIS MEDITATIONES.

Quatuor tantùm eſſe Elementa, probatur.

1 Ex quatuor qualitatibus ſummis, quæ totidem ſunt.

2 Ex graui & leui, quæ ſine medijs non poſſunt connecti: ſed mundi partes connexæ ſunt: ergò ſunt media, quæ certam analogiam inter ſe, & extrema ha-bent, eáque ligantur. 1.2.3.4. Vt vnum ſe habet ad duo, ſic duo ad tria: vt duo ad 3. ſic tria ad quatuor. Et contra vt quatuor ad tria, ſic 3. ad 2. & vt 3. ad 2. ſic 2. ad 1. Ergò duo & quatuor per medios coniunguntur numeros, nempe 2. & 3.

Ignis.	Aër.	Aqua.	Terra.
	Graue.	*Grauius.*	*Grauiſſimum.*
Leuiſſimum.	*Leuius.*	*Leue.*	

De elementis quatuor, eorum qualitatibus & mixtione, meditationes.

1 Quatuor elementa ſunt principalis materia ſecunda, & propriè mixtilia: cętera verò ex elementis compoſita, quia non ſimplicia ſunt, mixtilia etiam impropriè dicuntur.

2 Elementum eſt, in quod vltimò reſoluitur aliquid, & ex quo primùm componitur: Senſu ſcilicet: ratione enim hæc definitio materiæ primæ tantùm conuenit.

3 Subſtantiam elementorum ex omni parte ortui & interitui obnoxiam ſcribit Lieblerus, Ergò igitur tota quidē elementorum ſubſtantia corruptibilis eſt, id eſt, corrumpi poteſt omnibus & ſingulis partibus. Nunquam tamen ab actu vniuerſæ (ἀθρόαι) intereunt. An elementorum ſubſtantia omnis fluxa eſt, & non conſiſtens in eodem, vt corpora ex eis mixta? Verbi gratia, Aquæ dum partes aliæ fiunt, aliæ corrumpuntur: & ſimiliter aëris, ignis, terræ. Itaq; perpetuò ſimul gignuntur & corrumpuntur, eodem tempore: non tamen vniuerſa, ſed partibus duntaxat, ijsq; alijs & alijs. Sic in viuaciſsimis arboribus, radices & germina alia pereunt, alia verò ſubnaſcuntur, vt poſt longum tempus, quamuis eadem adhuc arbor videatur, alia tamen ſit, partibus primis omnibus corruptis, & nouis ſubſtitutis. Vna tamen eademq; adhuc dicitur, quoniam forma & vis vegetatiua eadem ſemper manſit in vno continuo. In animalibus non ita ſe habet.

Quomodo elementa, cùm qualitatibus inter ſe pugnent, coniungantnr in harmoniam.

4 Contraria alia ſunt immediata, & hæc non propriè ſunt contraria: alia mediata, & horum mediorum quædam duo, quædam plura ſunt: nam indiuiſibile eſſe nequit. Terra & aqua in frigido conueniunt, ideoq; benè iunguntur: in paſſiuis qualitatibus, cùm illæ parum agant, & aqua non humidiſsima ſit, ſed humida tantùm, non fit impedimentum. Sic etiam ignis & aër in actiuis conueniunt, in paſsiuis non prorſus contraria ſunt: ignis enim non eſt ſicciſsimus, vt humidiſsimus aër. Aër & aqua benè iunguntur, nam in paſsiuis conueniunt: in actiuis diſtant, ſed non ex diametro, aër enim non eſt calidiſsimus, vt aqua frigidiſsima. Ignis & Terra qualitatibus ſunt cōtraria, ideoq; per media coniungi neceſſe fuit.

5 Elementa tranſmutabilia ſunt in formas compoſitorum, *Velcurio lib.2.cap.25.* at elementa materiæ potius quâm formæ obtinent rationem: & forma cœleſte potius quàm elementare principium eſt. Secundum aliquos tamen, forma eſt certa illa craſis, proportio & temperies qualitatum elementarium, &c.

6 Elementa mutantur ſecundum partes
- In *ſe inuicem.*
- In *formas compoſitorum corporum, id eſt, in ipſa corpora compoſita, quorum formæ & ſpecies variæ ſunt, à quibus ſingulæ denominantur.*

7 Elementa alterari, *Velcurio ibid.cap.2.* Vt elementa in mixtione alterari dicantur, placet: vt mutari in mixtum, non placet, licet, Mutari genus ſit ad Alterari.

Quomodo elementa mutuo diuerſitatis complexu, vt Plinius loquitur, nexum faciant, lib.2.cap.5.

8 In elementorū nexu, tria ſunt conſyderatione digna. Primum, quôd nectuntur inuicem, nôn quæ vtranq; qualitatem, ſed alteram ſolùm contrariam habent. Et cùm ex duabus qualitatibus ſingulorum, altera cuiq; propria ſit & in ſuo genere ſumma, (vt caliditas igni: humiditas aëri: frigiditas aquæ: ſiccitas terræ:) altera

communis,

communis, vt ſiccitas terræ & igni communis eſt: humiditas aëri & aquæ: caliditas igni & aëri: frigiditas terræ & aquæ; coniunguntur inter ſe, quæ communem aliquã habent, quæ tamẽ in ſuperiore excellentior ſit, in inferiore infirmior: ſic ignis licet ſiccitatem habeat communem cum terra, non tamen cum ea coniungitur, quoniam maior eſt ſiccitas terræ, quàm ignis. Et cum ex quatuor iſtis qualitatibus, duæ actiuæ ſint, caliditas & frigiditas, & duæ paſsiuæ, humiditas & ſiccitas, ita ordinantur elementa, vt actiua actiuam contrariam, & paſsiua paſsiuam contrariam non attingat, ſed ἐναλλὰξ cohæreant. Et cùm ex actiuis, caliditas magis ſit actiua, ſupremo loco ponitur; & ex paſsiuis, humiditas magis paſsiua, illa quoq; ſuperior quàm ſiccitas eſt. Grauiora quæque inferiora ſunt, leuiora ſuperiora. item denſiora & minus loci occupantia, infra ſunt: rariora, ſupra. Ignis maximè actiuus eſt; & ne quid ab eius actione perpetuo corrumperetur, ſummo loco poſitus eſt, in cauitate cœli, quod impaſsibile eſt. Terra in imo, quę frigida quidem eſt, ſed non primario: ſiccitatis autem & ſoliditatis ratione, pro baſi & fundamento ſeu domicilio rebus omnibus eſt. reliqua enim tria liquida & fluxa & mobilia ſunt: hæc ſola ſtabilis. egent reliqua termino alieno, terra ipſa ſibi terminus eſt. Iam cum habeat quodque elementum duas qualitates, vna qua excellit, amiſſa corrumpitur, altera non item. Terra frigiditatem amittit & terra manet: ſiccitatem ſi amittat, aqua fit: quare aqua ei proximè poſita eſt. Aqua calida quidem fieri poteſt, & manere aqua videtur: reuera tamen non manet, ſed tranſit in vaporem & aërem: eoq; magis, quo magis caleſcit, humiditatem verò amittere poteſt, & nõ tranſire in aliud elementum, vt cum gelaſcit. Aër humiditatem omnem ſi amitteret, hypeccauma aut ignis foret: refrigerari verò & calfieri ſine noxa poteſt. Ignis caliditatem ſi amittat, terra fit, vt in prunis apparet. Fiunt enim carbones & cinis, at ſiccitatem non neceſſario coniunctam habet. humido enim nutritur, ſed aëreo.

Proportio elementorum & contrarietas fuit neceſſaria propter motum, de qua Velcurio.

9 Nulla eſſet planè proportio motuum, &c. *Velcurio lib. 2. cap. 6. ſect. 4.* Vinculorum id eſt aptiſsimum atque pulcherrimum, quod ex ſe atque de his quæ aſtringit quàm maximè vnum efficit: id optimè aſſequitur quæ Græcè ἀναλογία, Latinè comparatio proportioue dici poteſt. *Cicero de Vniuerſitate.* Non enim fit proportio niſi ſaltem inter tria eiuſdem generis.

An vera ratio tranſmutationis elementorum, quia ex vno pugillo terræ, gignuntur decem aquæ? &c.

10 Mala eſt hæc probatio, ſi quis dubitet, an elementa ſe mutuo gignant, id ita probare. Atqui ex vno pugillo terræ gignuntur decem pugilli aquæ, &c. Eſt enim petitio principij, & ſumitur quòd æquè obſcurum eſt ac ipſa quæſtio. Eſt quidem certa proportio elementorum, vt primi ad ſecundum, & ita deinceps ſecundi ad tertium, &c. & rectè Cicero ex Timæo, ὅ,τι πῦρ πρὸς ἀέρα, τοῦτο ἀὴρ πρὸς ὕδωρ. καὶ ὅ,τι ἀὴρ πρὸς ὕδωρ, τοῦτο δ' ὕδωρ πρὸς γῆν. Hoc eſt, quòd ignis aëri, ſic aër aquæ, &c. an verò hæc proportio decupla ſit, aut alia quædam, vix puto demonſtrari poſſe. Si tamen, docendi gratia, per hypotheſin, aquæ ad terram decupla ponatur, iam ſequetur, vt aëris proportio ad terram centupla ſit, ignis millecupla. Neque verò hæc decupla proportio in alijs qualitatibus locum habere videtur. Non enim poteſt dici, quòd terra millecuplo grauior eſt, aut minus leuis: quoniam nihil prorſus in igne grauitatis, aut in terra leuitatis eſt. Sic aquam cali-

diſsimam non potes dicere minus frigidam eſſe, quàm ſit alia aqua quædam frigida, &c. Nam eorum quæ in ſummo & ſimpliciter aliquid ſunt, fortè nulla eſt comparatio aut proportio: ſic & aquam non leuiorem eſſe terra dixeris, aut grauiorem igne: ſed minus grauem terra, & minus leuem igne, &c.

11 An elementa ſummè talia dici poſſunt qualia ſunt, nō quidem qualitatis intenſione ſumma, quæ res vel compoſitas ex eis vel vicinas corrumperet, ſed quia abſolutè & ſimpliciter talia ſunt, & contrarij nihil admixtum habent? Vnde elementaris ignis non in ſummo calidus dici poterit.

12 Elementa omnia ſuis in locis grauia dicuntur, (excepto igne) & ſuo pondere in ijs acquieſcentia. In locis verò noſtris, modò grauia, ſi deorſum ferantur: modò leuia, ſi ſurſum.

13 In omni elemento duę qualitates primæ reperiuntur, quarum altera tantùm in vnoquoque ſumma eſt, vt in igne caliditas, & eam ſalua ſua ſubſtantia amittere non poteſt, niſi per accidens fortè ad breue tempus, aut amittere videatur: An aër calidus & humidus, reperiri etiam frigidus & ſiccus poteſt? vix puto. At aqua tùm humiditatem amittit, vel occultat potius, vt in glacie: tum frigiditatem, vt calfacta: ſed tum ſimul euaporat & in aërem vertitur: & terra frigiditatem, ſed parum & per accidens ad tempus breue.

DE IGNE MEDITATIONES.

1 Ignis differentiæ ſtatui poſſunt: alius enim eſt
- Noſter, *impurus, denſus (propriè ſic dicitur, ſummè calidus.*
- Elementaris, *purus, διαφανὴς, tenuiſſimus, non ſummè calidus.*
- Exhalatio *calida & ſicca proxima materia ignis, ὑπέκκαυμα. An hoc ipſum etiam elementum eſt, quatenus in ſummo aëre collectum intelligitur: ſed interim dum ſurſum mouetur, anathymiaſis eſt.*

2 Vnde mouetur ignis ſurſum? nimirum ab exhalatione calida & ſicca, à qua etiam gignitur, quæ potentia quidem ignis eſt: actu verò ab igne ſeparata.

3 Ignis ſuperior cauſa efficiens conſeruationis eſſentiæ: noſter verò corruptionis. Vt calor natiuus temperatus eſt & conueniens animalibus eáque ſeruat: febrilis autem calor eadem conſumit: ita elementaris ignis, ritè commixtus cum cæteris elementis, conſtituit & conſeruat corpora, nec amplius calidiſsimus eſt: factitius autem ignis cum calidiſsimus ſit, & non admixtus alijs iuſta proportione, vrit: & nimirum etiam elementaris vreret, niſi admixtus eſſet alijs.

4 Ignis magis alia corpora deſiccat, quàm calor eius humiditatem conſumit, & ceu alimentum attrahit: & ſiccitas etiam eius efficacia caloris citiùs vehementiúsque penetrat.

5 Noſtri ignis flammæ pars ſuprema, non eſt viſibilis propter tenuitatem: cùm interim maximè vrat: nam ſi ad ſex digitos fortè ſupra candelam adhibeas aliquid accendetur: eſt ergò adhuc ignis, vbi aërem eſſe putamus. Proinde ne ſupremus quidem ignis negandus eſt, hac ratione quòd inuiſibilis ſit.

6 Ignis omnia in ſe conuertit: & rurſus omnia *moderato ſcilicet calore* conſtituit: ſic omnia pro auro commutantur, & aurum viciſsim, nunc ſe, *id eſt, rem aliquam naturalem,* nunc mundum, id eſt elementa, res naturales reſoluendo, parit. Sic quinarius quoque nunc ſeipſum: nunc denarium gignit.

DE AERE MEDITATIONES.

AEr elementum humidiſsimum. Aëris humiditas tenuior eſt, & intrò penetrat, ac profunda humectat: aquę craſsior eſt, quàm vt altius ſubeat, & frigiditate poros claudit: quare ſuperficiem ſolùm humefacit. Item humiditas aëris eſt pinguiuſcula: probatur ex oleo & alijs pinguibus, quæ aquæ ſupernatant, quoniam aërea ſunt. Talis autē diutius permanet, ac difficilius reſiccatur; aquea facilè: proinde illa humidior. Aëris humor fouet ignem, aqueus deſtruit, quare differunt ſpecie.

Vtrum Aëris pars ſupra moueatur.

2 Omne continuum, cuius pars aliqua ſiue natura, ſiue vi moueatur aliqua totum moueri neceſſe eſt. Quòd ſi autem aëris ſuprema pars moueretur in circulū, totum ita moueri oporteret. Sed hoc non fit, Ergò ne illud quidem.

3 Motus diurnus primi cœli ad ſenſum apparet, itemq́ Planetarum: ignis verò & aëris diurnus motus cùm non appareat, neque ratio eſt quæ hîc afferatur, nec à veteribus, quòd ſciam afferatur, non videtur conſtituendus.

4 Sphere ſi motu ſuo incenderent aërē, multò potius & ipſum mouerent, quòd non faciunt.

5 An quoniam Cometæ in ſuprema regione aëris ſiti, diurno motu mouentur, argumento eſt, aërem ſimiliter moueri? At Plinius author eſt, etiam immobiles aliquando viſos.

DE TERRA MEDITATIONES.

Quæ vis terram in medio mundi contineat.

TErra aëris, ſiue vt Plinius lib. 2. cap. 5. loquitur, ſpiritus vi, in medio ſpatio libratur. Eſt enim aëris vis maxima. In violentis ventis ea apparet; qui tamen non purus aër ſunt, ſed cum vaporibus craſsis concorporati. An non aëris vi, ſed naturæ vacuum deteſtantis, vt alia multa admiranda contingunt, ita & tellus in medio manet? A centro enim ſi moueretur, vacuum daretur. An duo poli cœli aliquam habent cognationem, terram (ceu magnetem quendam) ad ſe trahendi? trahunt autem vtrinque vi æquali perpetuo: itaque in medio ipſa manet: neque diſtrahitur tamen, obnitente aëre & omnia implente. An non vi naturæ alicuius, ſed Dei nutu, in medio permanet, ſicut & Oceanus intra ſuos limites ſe continens, non effunditur? etſi longè altior pleriſq; in locis quàm terra ſit? Vel ipſa naturæ vis per omnia diffuſa, & magno ſe corpore miſcens, in ſuo quodq; loco continet, ceu vinculū quoddam & συνεκτικὸν αἴτιον internum. nam Deus externa cauſa eſt. Vt & animalium corpora erecta manent, & ſuo pars quęq; loco, quandiu anima eſt; ea remota flacceſcunt & collabaſcunt.

Vtrum, quòd dicitur, terræ duplex centrum ſit, de quo Velcurio lib. 2. cap. 9. ſect. 1.

2 Duplex centrum aliud terræ proprium, aliud terræ & aquæ globo commune, non temere aſſerendum videtur, præſertim cum Velcurio nec argumentis vllis, nec veterum authoritate nitatur.

3 Montes & valles à primordio rerum eſſe creatas, &c. *Velcurio lib. 2. cap. 11. ſect. 3.* Vide Philonem de Mundo, de cauſis montium: vbi ignem ait in terra latitantem ac ſurſum tendentem, rapere ſecum terram, ac ita efficere montes, effectoſq; continere: quòd vel ex pyramidali montium figura appareat.

DE ELEMENTORVM QVALITATIBVS PRImis & ſecundis, meditationes.

Notabis quod de his qualitatibus primis & ſecundis, nonnulla quoque libro tertio leguntur.

QValitatis vocabulo bifariam vtuntur, &c. *Velcurio lib. 2. cap. 22. ſect. 1.* Non opus erat tam altè repetere Qualitatis ſignificationes, idq; extra Phyſicam. Sed more ſuo ex Dialecticis & Grammaticis multa vbiq; ἀτόπως interſerit Velcurio, nil ad rem pertinētia. Quamuis enim rectè pręcipiatur, ὁμώνυμον aut πολύσημον antequam de eo agatur, debere primum diſtingui, non oportet tamen in diuerſas artes trāſilire. Quare ſatis hic fuerit, ſi Qualitatis Phyſicę, ſolùm differentias attuliſſet, quales ſunt, primæ, ſecundæ, ſenſibiles, quæ & accidentia, inſenſibiles, quæ vires occultæ, aut ſubſtantiales formæ ſunt.

2 Primæ qualitates quare ſic vocantur? an reſpectu ſecundarum? an potiùs, quia primis & ſimpliciſsimis corporibus, id eſt, quatuor elementis ceu formæ ſubſtantiales inſunt?

3 Qualitates elementorum ſunt cauſę per accidens corporum. *Velcurio lib. 1. ca. 18. ſect. 5.* Elementa ſunt cauſa materialis corporum generationis per ſe; Qualitates verò eorum ſunt cauſa efficiens vel inſtrumentalis, & non ſunt accidentia elementorum, ſed tanquam formæ ipſorum. Omnia generantur à calido humido: omnia corrumpuntur à frigido ſicco: Ergò hę ſunt cauſæ vniuerſales, & ſemper: vel συμβεβηκότα καθ' αὑτὰ. quod accidentibus propriè dictis (fortè) non conuenit.

4 Qualitates *in elementis* { Primæ, *inſtrumenta ſunt & cauſæ efficientes mediæ ortus atq; interitus inuicem: ſicut & in rebus mixtis fortè.*
Grauitas *verò & leuitas (quæ ſecundis qualitatibus adnumerantur) inſtrumenta ſunt motus eorum: vt in animalibus pedes, alæ, aut pinnæ.* }

5 Calidi eſt, calefacere per ſe, per accidens refrigerare poteſt: rarefacit enim & aperit, & ſic natiuus calor expirat: frigus etiam per accidens calefacit, aut potius calorem auget: ſed hoc non fit, niſi vbi validus eſt calor natiuus.

6 Caliditas diſgregat homogenia, hoc eſt, diſſoluit, liquefacit. Sed quòd liqueſcit, non ideò diſgregatur, cum nihilo minus continuum maneat. Neque idem eſt fluidum fieri & diſgregari, vt neq; condenſari & congregari, vt Velcurio accipit. Nihil igitur impedit hæc obiectio, quo minus ignis homogenia congreget, quæ ſcilicet diſsipata ſunt: de illis enim congregari dicitur. Cera & nix cùm partes ſuas homogenias non habeant diſsipatas, id eſt, locis diſsitas, dum ab igne funduntur, neq; congregantur, neq; diſsipantur, ſed rarefiunt, vel extenduntur, manente partium continuitate, qua totum quis congregatum dixerit.

7 Calor ſemper ne heterogenia diſiungit, & homogenia congregat? Non: verùm quandoq; calore Solis efficitur, vt lutum paleas receptet, & pleraque aliena miſceantur, *Barbarus.* Frigoris poſteriores vires, eædem ferè ſunt, quæ caliditatis, vt congregandi, diſgregandiq;, *Idem.*

8 Frigiditas aliquando diſgregat & reſoluit homogenia, vt frigiditas aceti reſoluit vnionem Cleopatræ. At hoc non frigiditati primum tribuendum: nam acrimonia potius aceti, & partium ſubtilitas in cauſa eſt. Habet enim acetum diuerſas facultates, imò contrarias, vt aliqui cauterij inſtar feruidiſsimum dixerint, alij glaciei inſtar frigidiſsimum. Galenus vtriuſq; particeps ait, primo calefacere, poſtea refrigerare ſcribens, &c. *Plin. lib. 23. circa finem primi capitis:* Saxa, *inquit,* infuſum rumpit, quæ non ruperit ignis antecedens. Medici acetum frigidum in primi fine, & ſiccum in tertio faciunt. Aceto vis calefactoria, *Ariſt. ſect. 33. problem. 17.* quoniam ſternutationem ſiſtat.

9 Frigus

9 Frigus ingens denſat aliquid indurando & congelando: mediocre verò colligit tantùm vaporem, & conſiſtere facit, ſiue redire ad priſtrinam formã. Sic calor quidem magnus gelu liquefacit, vaporem verò conſumit potius quàm aquã gignat: proinde diſtinguendum, pro diuerſitate efficientium & ſubiectorum, in inueſtigatione cauſarum propter quas res fiunt, vt fontes & fluuij.

Humidũ *aliud eſt humore.*
- Proprio, ὑγρὸν, *generali nomine, vt aqua, aër: proprio humore & nullo ſicco admixto, per totum.* Fücht.
- Alieno,
  - Foris *tantùm vel per ſuperficiem,* διερὸν, *madidum:* Naß.
  - Intus, ἔνικμον, *vt vocabulum ſonat: ferè autem de ſolo ſeu agro riguo & humorem continente.*

Humido *opponitur*
- Siccum.
- Πεπηγὸς: *ad ſiccum pertinens.*

Ad *humidũ pertinent*
- 1. Διόλου ὑγρὸν: *humidum actu.*
- 2. Humidum *primum,* ἰδίως ὑγρὸν *cuius humor proprius latet intrinſecus, vt liquabilium, ceræ, plumbi.*
- 3. Διερόν.
- 4. Βεβρεγμένον: *molle, tenue, viſcoſum: fortè & læue, ſuperficie ſaltem, quæ talis eſt vt tota viſcoſum ſubſtantia, & denſum: Graue etiam fortè: aut potius ad frigidum hoc: & leue ad calidum.*

Ad *ſiccũ pertinet,* Siccum *primum, item aridum:* τὸ πεπηγὸς, *nã & hoc ſuo termino cõtinetur, ac ſi humorẽ intus ſuũ nullũ haberet ceu priuatũ humore actu: durũ, craſſum,* κραῦρον. *fortè & aſperũ & leue & rarũ: ſubdit enim Ariſtoteles cõcludens,* δῆλον οὖν ὅτι καὶ ἄλλαι πᾶσαι διαφοραὶ ἀνάγονται εἰς τὰς πρώτας τέσσαρας: *ſed graue nimirum ad frigidum, leue ad calidum: ceteræ omnes ad humidum & ſiccum.*

Sicco *opponitur*
- Ὑγρὸν, *vt aqua quæ per totum humet.*
- Alieno *humore, ſiue humor exiſtens*
  - In *ſuperficie tantùm, vt quòd* διερὸν *dicitur.*
  - Per *totũ,* βεβρεγμένον: *vel* εἰς βάθος, *vt veſtis cõpluta vel in aquã (intincta.*

Ex Ocello Lucano, de Elementorum qualitatibus.

10 Qualitates elementorũ
- IGNIS
  - Primæ
    - Calidum, — Θερμόν
    - *Siccum,* — Ξηρόν
  - Secundæ
    - *Rarum,* — Αραιόν, Μανόν.
    - *Acre, vel acutum* — Ὀξύ
- AERIS
  - Primæ
    - *Calidum,* — Θερμόν
    - Humidum, — Ὑγρὸν
  - Secundæ
    - *Molle,* — Μαλακόν.
    - *Politum, vel læuẽ* — Λεῖον
    - *Leue,* — Κοῦφον
    - *Tenue, vel exile (ſubtile)* — Λεπτόν.
- AQVAE
  - Primæ
    - Frigidum, — Ψυχρόν
    - *Humidum,* — Ὑγρόν
  - Secundæ
    - *Denſum,* — Πυκνόν.
    - *Obtuſum,* — Ἀμβλύ
- TERRAE
  - Primæ
    - *Frigidum,* — Ψυχρόν
    - Siccum, — Ξηρόν.
  - Secundæ
    - *Durum,* — Σκληρόν
    - *Aſperum,* — Τραχύ
    - *Graue,* — Βαρύ
    - *Craſſum,* — Παχύ, παχυμερές.

De qualitatibus ſecundis, quomodo ſentiantur, & quæ earundem generatio.

11 Qualitates primæ aliæ ſunt actiuæ, vt Calidum, Frigidum: aliæ paſsiuæ, vt Humidum, Siccum. Secundæ qualitates ſentiuntur aliàs ſimpliciter, vt Denſum & Craſſum: quibus contraria ſunt, Rarum & Tenue, vel Exile. Aliàs cum moleſtia, vt Graue, Durum, Aſperum: his contraria ſunt, Leue, Molle, Læue ideſt, politum, quæ cum voluptate aliqua, aut ſaltem nulla moleſtia ſentiuntur. Acutum verò communis potius eſt, quàm tactilis qualitas.

An verò fiunt hæ qualitates in corporibus addendo vel auferendo? Nam rarò ſi quid addas, fiet denſius: Denſo ſi detrahas, fiet rarius. Ita tenui ſi adijcias, erit craſsius: craſſo ſi demas, tenuius: & ſic in reliquis. Ergò qualitates, denſum, craſſum, graue, durum, aſperum, ponderis & ſubſtantiæ plus videntur habere: Rarum verò, tenue, leue, molle, & læue, minus. Acutũ & Obtuſum excipio. Sed poſſunt etiam inuicẽ mutare hę qualitates ſubſtantia, & pondere ijſdem manentibus (graue & leue excipio) vt in metallis, cera: nec addendo nec detrahendo. Aqua non propriè mollis dicitur.

De ſecundarum qualitatum generatione iterum.

12 A' calore igneo fiunt qualitates ſecundæ, & Leue fit, quicquid ſiccari & vri poteſt: Rarum, quicquid meatus habet aut habere poteſt, in quibus humor aliquis, aut ſuccus, aut aër, continetur. A' frigore contra fit Graue, quòd denſat ſuperficiem, & prohibet efferri humorem. Denſum, aliquando à calore vrente. Nam has qualitates primo calido & primo frigido attribuit Ocellus. Mihi Leue potius videtur ſiccitatis igneæ rationem ſequi: graue humiditatis aqueæ. Nam linteum ſiccum leuius eſt, ſiue calidum ſiue frigidum ſit: humidũ verò grauius.

Obiectio. Atqui terra ſiccißima grauis, eſt, & aër humidiſsimus, leuis.

Reſponſio. Hoc in elementis verũ eſt, ſed fortè non in mixtis corporibus. Nam quæ humore augeri poſſunt corpora mixta, omnia grauiora fiunt: quæ autem caleſcunt, nõ neceſſe eſt fieri leuiora. Vel ſic eſt diſtinguendũ. Humiditas eſt duplex, aquea, quę grauat corpora: aërea quę leuiora facit. Ita nimirũ & ſiccitas duplex, ignea, leuat: terreſtris, grauat. Itaque humidum aqueum grauat per ſe, frigidum per accidens: quoniam humiditatem illam euaporare prohibet, denſando ſuperficiem: caliditas verò, contrà aperiendo meatus per accidens ſiccat: ignea, tum per ſe ſiccat, tum etiam per accidens, aperiendo meatus: quanquam ſi nimia fuerit & vrat, non aperit, ſed indurat ſuperficiem.

Limus vt hic dureſcit, & hæc vt cera liqueſcit,
Vno eodemque igne.——

Ignis enim, quę aqueam habent humiditatem, indurat magis magiſque. Mollit verò quæ aëream & pinguem humiditatem habent, Frigiditas etiam indurat, quæ aqueam humiditatem habent, ita vt rigeant, vel conglatientur. Eadem pinguem humiditutẽ incraſſat. Humiditas pinguis, ſiccis corporibus coniuncta, cauſa eſt eis mollitiei. ita molliora ſunt corpora in frigidis plagis, vtpote pinguiora. Refert igitur materia: refert & qualitatis gradus, & longinquitas temporis, vt aliquid dureſcat aut molleſcat, attenuetur & ſiccetur, &c.

Graue, *geſtatione*
Durum, *preßione & incubitu,*
Aſperum } *motu*
Acutum }
} *Moleſta ſunt tactui: an horum contraria, vt ſenſui iucunda: ita etiam ἕξεις ſunt magis, hæc autem ςερήσεις, &c.*

13 Sub ſecundis qualitatibus comprehendi poſſunt etiam occultæ rerum proprietates ſeu qualitates, quæ tamen potentia tales eſſe dicuntur, non actu vt ſuperiores

periores: paulatim tamẽ vt corpori iuncta & applicata ſunt, in actum procedũt, & ſenſu percipiuntur, tactu inquam vel guſtu, quem vel calefaciunt vel refrigerant, etiam primarum qualitatum merito: vel cutim aut linguam & palatum aſtringunt, laxant, exaſperant, leniunt, aut ſimili affectu ſtatim perceptibili afficiunt, & hæ qualitates ſecundæ dicuntur. Quòd ſi alias quaſdam vires in ſe habeãt præter iam iam dictas, quę non ſenſu percipiantur, ſed experimento tantùm aut ratione cognoſcantur, aut quòd ad hunc vel illum morbũ peculiariter faciunt, aut ad certa membra reſpiciant, tertię facultates aut qualitates dicuntur; de quarum nonnullis ratio ex ſenſu iudicat, vt ſtomacho conuenire quæ aſtringant, & quæuis profluuia ſiſtere: cæteræ de quibus nihil ex ſenſu afferri poteſt, neque cauſa certa reddi, hæ propriè ſunt vires occultæ, & ex tota ſubſtantia, vt magnes, ferrum.

Qualitatum ſecundarum ordo & diſtinctio ſecundum Geſnerum.

14 Graue. Leue: ex ſubſtantia ferè elementorum.

Rarum, *Denſum.* }
Tenue, *Craſſum.* } *ad quantitatem.*

Molle, *Durum* }
Leue, *Aſperum* } *horum neutrum propriè elementis conuenit.*

Acutum, *Obtuſum.* Hæc tanquã in figura ſpecie qualitatis vltima. Figura autem elementis non ita propria eſt, vt rebus mixtis tum naturalibus tum artificioſis.

15 Corporis differentiæ, quatenus corpus eſt, ſunt vel ſecundum
{ Materiam, *vt magnitudo propriè dicta.*
{ Formam, *vt caliditas, frigitas, humiditas, ſiccitas, & horum comites qualitates ſecundæ.*

16 An corporis differentiæ propriæ, & quibus carere non poteſt, tactiles ſunt qualitates? vt calidum, frigidum, humidum, ſiccum: item molle, durum, rarum, denſum: alteram enim harum omnium, corpus omne habet aut mediam. Carerè enim omnino vel ambabus extremis vel medio nõ poteſt. Eædem autem differentiæ analogiam habent ad tactum. At guſtatiles, olfactiles, viſibiles differentiæ, prorſſus abeſſe poſſunt, vt in elementis abſunt.

17 An tactiles qualitates ſecundæ ſemper actu ſuas primas comitantur, ſuntq́ inſeperabiles comites? vt grauitas & craſsities terram, cui ſemper ineſt. Οὐσιώδεις quædam qualitates & cauſæ mutationum in rebus omnibus, vel ſecundum locum, vt graue & leue: vel alterationem, vt reliquæ ad generationem aut corruptionem coadiuuantes primas, à quibus tamen producuntur, & vel earum formam actionemq́ ſequuntur, vt reliquæ: vel materiam ſeu totum, vt grauitas & leuitas. Terra enim vt grauiſsima eſt, ita vbi plus terræ, id grauius eſt: vbi minus, leuius (an & rarum & denſum à materia definiuntur?)

Sapor autem odor, ſonus & color ſuis ſubiectis modò actu inſunt modo potentia: & cum actu etiam inſunt, ſeparari poſſunt, vt uel omninò abſint, vel oppoſitæ earum qualitates aut mediæ recipiantur, & mutationum cauſæ ſunt animalibus tantùm, ad alterandos & perficiendos eorum ſenſus, non ad generationem aut corruptionem.

DE ACTIONE ET PASSIONE *meditationes.*

1 Phyſici dicunt πάντα τὰ ποιοῦντα ἅμα καὶ ἀντιπάσχειν: ita fit, vt rerum natura

& mundus perdurent. Nam ſi quædam agerent ſolùm, alia paterentur ſolùm, ea quæ ſolùm paterentur, mox interirent. Similiter in contractibus omnibus, ſemper vnus agit, qui dat; patitur, qui accipit: ſed hic viciſsim alius ſuum opus & munus dat, & accipit ab eo qui prius dederat: vt ex agente videatur fieri patiens, & ſic durat ſocietas, δὸς τι καὶ λάβε τι. Si vnus ſemper daret, non diu haberet, quod daret.

2 Actio fit cùm qualitas agens qualitatem patientem ſibi aſsimilat. Licet nõ in qualitates ſolùm actio fiat, ſed etiam in ipſas ſubſtantias, cùm calor natiuus nutrimentum corpori aſsimilat, & in eius naturam vertit.

3 Actio eſt aſsimilatio qualitatis, quæ aſsimilat. Paſsio eſt aſsimilatio qualitatis, quæ aſsimilatur: vt æquiuocè accipienda ſit aſsimilatio, & ſic non eſt genus. Motus autem videtur genus eſſe ad vtrumq́.

4 Venena ſolùm agunt, nihil patiuntur, ideoq́ non aſsimilantur corpori noſtro vlla ex parte. Simpliciter φάρμακα dicuntur.

5 Nutrimenta, vt panis, oua, quæ patiuntur tantùm, & vertuntur in ſubſtantiam corporis, nihil aut vel minimum & inſenſibile in corpus agunt.

6 Nutrimenta medicinalia, vt radices edules, partim agunt, partim patiũtur.

7 Paſſum eſt in potentia tale, quale eſt agens actu. Sol califaciens corpus aliquod potentia calidum, eſt ne ipſe calidus actu? Eſt. At corpora cœleſtia nullam habent qualitatem. Sol calidus eſt non formali actu, ſed altero ſecundum virtutem; Sic cos acuit ferrum, cùm ipſa non ſit acuta.

8 Solùm corpus diuiſibile patitur, non indiuiſibile. Hoc ita eſt accipiendum, non quod ſit indiuiſibile corpus aliquod: ſed vt refutẽtur authores atomorum, qui ex atomis corpora conſtituebant: quòd ſi verum eſſet, omnia corpora forẽt impaſsibilia, ſicuti partes eorum ſunt. Sed de hac re multa Galenus in lib. de Elementis.

9 Actio & paſsio aliâs fiunt ſic, vt quod patitur, accedat agẽti, vt lignum ſubſtantię ignis accedit. Aliâs verò ſic, vt patientis ſubſtantia non accedat, ſed alteretur tantùm qualitas eius ab agente, ſic à medicamentis corpora alterantur.

10 Non omne ποιοῦν, agens, ἀντιπάσχει, ſed intra naturam ſolùm. An ignis calefaciens aquam, nihil ab ea patitur? An nõ quidẽ ab aqua patitur, cum non immediatè attingat: ſed à vaſe? at ne à vaſe quidẽ videtur quicquã pati: neq́. n. caloris ſui quicquam remittere poteſt ignis quãdiu ignis eſt. Quomodo igitur patitur? An agendo materiam ſuam conſumit, qua conſumpta deficiat neceſſe eſt: & ita ſaltem à ſe ipſo patitur quodammodo. In cæteris minus dubitationis eſt, cùm ſecundum qualitates ſuas intendi aut remitti queant.

DE COMPOSIONE ET COMPOSItorum partibus.

1 De compoſitione, *Velcurio lib. 2. cap. 12.* Hactenus de ſimplicibus corporibus, nũc de compoſitis: ſed prius de ipſa compoſitione, quæ ſpecies eſt generationis. Compoſitio enim cùm eſt in fieri, generatio dici poteſt; iam factã autẽ non amplius; poteſt autem compoſitio etiam poſt generationem dici, nam generatio ad ſimplicia & compoſita pertinet, vt videtur. Compoſitio ad compoſita tãtùm, quæ non ſolùm ex materia & forma, ſed etiã elementis & contrarijs formis conſtat. Formæ connectuntur materiæ, non contra: hæc enim ſemper manet, illę verò accedunt & recedunt.

2 Partium diſtinctio vulgata. Aliæ enim Partes dicuntur.

⊕ Subſtantiales, *& hæ rurſus vel ſunt.*
- Principia *prima*
  - Materia
  - Forma.
- Secundaria, *quæ ſunt 4. elementa.*
  - Ignis
  - Aër
  - Aqua
  - Terra.

Integrales *quæ ſitu ſuo conſtituunt totum, eaq́ iterum vel*
- Primariæ, *& hæ partim*
  - Nobiliores
  - Subſeruientes.
- Non *primariæ, vt crines, pili, &c.*

- Homogeniæ
- Heterogeniæ.

3 Partes ſimplices, vt docent Medici, differunt tantùm temperamento, ideſt, primis qualitatibus tactilibus, calido, frigido, humido, ſicco: & ſecundis tactilibus, vt duro, molli & cæteris omnibus, quas δυνάμεις & ἀδυναμίας vocauit Ariſtoteles, quæ omnes ſenſu tactus iudicãtur. At partium compoſitarum differentiæ ſumuntur ex communibus ſenſuum obiectis, vt magnitudine, numero, figura, connexione, ſiue conſtructione, & motu, ſiue propria vniuſcuiuſq; actione. Sic quidem etiam Medici morborum differentias adferunt. Tertium verò genus vtriſq; partibus commune, nempe vnionis ſolutionem.

DE RERVM GENERATIONE ET CORruptione meditationes.

De generatione & corruptione, vide libro primo, inter meditationes de materia prima, &c.

Generatio rerum naturalium, à cœlo potiſsimùm dependet, & quomodo.

Generationis primórdia, Ariſtoteles cœlitus manare, indeq; tanquam potiore à natura proficiſci. Cœleſtia enim & ſuperiora illa ſempiterna quidem eſſe cenſet, immortaliſq; conditionis ſorte prædita: At inferiora hęc naſci, augeſcere, nunquam prorſus conſiſtere, numeratimq; interire, tametſi ſua quæq; à ſpecie conſeruantur. Qua ratione & ipſa quoq; æternitatem ſint adepta, conditione tamen longè inferiore. Quando illa ipſa agendi, vtpote ſuperiora: hęc autem, vt inferiora, patiendi ſint naturam conſequuta. Et altera quidem inducendæ formæ prærogatiua authoritateq; ornentur: altera ſubminiſtrandæ tantùm materię ſeruiant, peculiariter miniſterio huic appoſita. Vt tantùm prope quidem intereſſe videatur, ſi comparatione hac in parte vti liceat, quantùm mares inter eſt ac fœminas, in ipſo hominũ genere, quos natura ipſa ſexu quoq; ſuo diſcreuerit: quippe quæ perfecti imperfectiq; rationem diſcriminatim eſſet habitura. Rurſus eos ita ſimul in generatione ad procreandum conciliat, vt ex eorum conciliatione & copula generatio paſsim ſubſtituatur. Qua in conciliatione & coitu eò apparet agnoſciturq; præſtantior, authoritatiſq; magis perſpectæ, quòd ei vt mouẽti ratio ineſt, & cum ratione ſimul forma. Secus autem vſu venit in fœmina, cui materiæ vnius indita eſt tantùm ſuppeditatio. Siquidem motus ipſius principium, omniſq; authoritas penes marem exiſtit, cui vt authori, quod dictum eſt, ratio ineſt & forma, cuius ipſe moueatur gratia. Quod igitur ineſt artificij in effigian-

dis ſtatuis, in generanda prole maribus, an non inerit & cœlo, à quo, vt certum eſt, generationis rerum ducantur primordia. Siquidem cœlum per ſeipſum mouetur, cæteraq; mouet omnia. Inde defluit ſempiterna illa quidem agendi ac procreandi facultas, inde calor ille animalibus inſitus ac ſeminibus, à quo rerum fœcunditas, &c. *Pontanus in Proœmio in lib. de rebus cœleſtibus.*

2 Cauſa ortus & interitus rerum prima eſt, ipſa materia conſtituens naturam, nunquam in eodem conſiſtens, & perpetuo fluens: ſemper appetens mutationē aliquam & nouam formam, ὥσπερ αἱ κιττῶσαι τῶν γυναικῶν, ἄλλην ἀεὶ ζοφλὼ, &c.

3 Generatio vnius alterius corruptio, in rebus naturalibus omnibus locum habet, ita vt vbiq; omnino compenſatio quædam mutua ſit naturę, & vni accedat, quod decedat alteri, & contra: atq; hæc conſeruationis & perpetuitatis rerum cauſa eſt.

4 Omnium rerum vices ſunt, & circulus quidam, ſiue aſtris, vt quidam putāt & fato imputandus, ſiue altiori potius cauſæ, ideſt Deo.

5 Generatio & corruptio mutationes ſunt nō motus, Motus ſubiectum actu eſſe debet: Generationis potentia tantùm eſt, nempe materia. Quanquam & accidentia gigni & corrumpi impropriè dicuntur, præſertim Græcis. generatio alia eſt ſimpliciter, alia ſecundum accidens.

Vtrùm eadem materia pluribus atq; diuerſis corporibus aut formis ſubijciatur, vt phœnicum materia ſolis phœnicibus.

6 Non neceſſarium eſt, inquit Hermolaus Barbarus, vt eadem materia vni & eidem rurſus generando ſubijciatur, vt quòd de phœnicibus dicitur. Huic videtur obſtare etiam reſurrectio corporum ſecundum fidem noſtram futuràm. *Solutio.* Fiet illa, non vi naturæ (nec enim vlla alia quàm hominum corpora reſurgent) ſed ſola Dei voluntate & potentia. Sic fieri poteſt ac ſolet, vt res omnes mutabiles ſunt, & in ſola inconſtantia ſibi conſtantes, vt breui tempore aliquid prioris materiæ naturā immutet, impoſsibile videtur phœnicum materiam perpetuò ſolis phœnicibus gignendis aptam eſſe, nec vnquā à ſua natura diſcedere.

7 Generatio & corruptio ſunt fines motuum: Sed finis rei aliud eſt quàm res ipſa & inſecabilis: Sic & principium motus, non eſt motus, neq; ſecabilis.

De generationis ordine & compoſitionis modo: vbi ſimul explicatur Velcurionis cap. 26. lib. 2. locus.

8 Compoſitionis modus, ſiue ordo generationis per gradus corruptionis antecedētis (ſemper enim hęc generationem antecedit) ita fit. Vt aliquid gignatur, oportet prius aliud corrumpi & reſolui: fit autem reſolutio prius in quatuor elementa, ex his ſubitò in materiam primam, eodemq; momēto (*inquit Velcurio lib. 2. cap. 26. ſect. quinta.*) interim dum reſoluuntur, vel reſolui incipiunt elementa, noua generatio fit, vt in plantis ex grano vel ſemine, eo momento germen ſubitò erumpit. Mihi ſanè videtur non opus eſſe reſolutione illa vſq; ad primam materiam, ſed ſatisfacere reſolutionem in quatuor elementa: præſertim cùm ex materia prima nihil gignatur, niſi denuò in elementa deſcendat. Quid attinet autem illuc aſcendere, vnde ſubito rurſus ſit deſcendendum? Et quum proximius quæſitum inuenias (latet enim materia prima in elementis) cur petis remotius? &c.

Induitur nouam formā herbidi corpuſculi, quòd viſum propè excedat. &c. *Velcurionis verba eodem in loco.* Tàm ſubita eſt hæc mutatio, vt ſenſum effugiat, ſubitò enim, nō in latitudine tēporis generatio fit: Quare Germanico prouerbio dicimus aliquem audire vel videre gramen naſci, quem ſenſu vel ingenio valere plurimùm dicere volumus.

Atq;

Atq; hæc corpuſcula recenter ex elementis nata, &c. *ibidem:)* Sic iudicat author, nimirum quia veteres & Græcos philoſophos parum legit, quorum aliqui prima principia atomos, alij ἐλάχιστα ſtatuebant & ea mole minima, & ſubſtantia ſimplicíſsima eſſe volebant, ante quatuor elementa; longe alia ab ipſis naſcentibus corporibus & iam compoſitis vtcunq; minimis. Si Democritus tales atomos & tale vacuum ſtatuiſſet, non opus fuiſſet refutari.

Atq; hinc ſolo compoſitionis vocabulo vtar, quam Cicero 1. Academicarū, Effectionem vocat, *Velcurio lib.2.cap.26.ſect.2.* Nimis generale hoc vocabulum videtur, multæ enim effectiones ſunt, à quibus nihil conſtituitur; ſed corrumpitur potius. Infra ſectione ſexta, non ſimpliciter Effectionem; ſed corporum effectionem vocat, & melius quidem.

Inde nimirum à Deo & ex elementis, &c. ex Virgilij Aneid.6. *Inde naſcitur hominum pecudumq; genus. Velcurio ibid.ſect.4.)* Inde, apud Vergilium, non ad elementa refertur; ſed ad proximè præcedentia Mentem nimirum & Spiritum. Inde, id eſt, ex hac mente vel anima mundi; viuunt quæcunq; viuunt: ſecundum illam opinionem, quæ vnam vniuerſalem animam ſtatuit, cuius cæteræ omnes particulæ quædam ſint. Hos eoſdem verſus etiam ſupra citauit lib. 1. ab initio capitis tertij, non ſatis commodè, vt ne hic quidem, neq; enim de compoſitione ex elementis hic loquitur Poëta; quorum nulla prius mentio apud eum facta eſt, ſed de formali origine rerum.

Propter eorum quæ elementis compoſita ſunt corporum vim ſeminalem, *idē ibidem.)* De vi ſeminali ſiue formatiua; quæ cœleſti virtuti comparatur, verba Galeni extant. Pertinet autem hæc vis non ad materialem; ſed ad formalem cauſam. Cæterùm vt in plantis & animalibus manifeſtum eſt ſemen, & vis illa ſeminalis, ita in cæteris rebus naturalibus eandem ineſſe conijcimus, propter perpetuo ſibi ſimiles rerum in eadem ſpecie & artificioſiſsimas formationes: ab effectu, id eſt, poſteriori ad prius ducta ratiocinatione.

Facillimum ex his videre eſt, quinam ſit compoſitionis finis. *Idem ibidem ſect. ſeptima.* Materiæ & compoſitionis finis eſt forma, nempe reſpectu naturæ: quæ nullum alium ſcopū habet, quàm οὐσίαν, quare etiā forma οὐσία, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι vocatur. Reſpectu vero creatoris; Dei, homo eſt finis compoſitorum omnium, & hominis finis eſt Deus, ultimus finis & ideirco ſummum bonum, verè οὐσία & forma formarum.

Quicquid patitur ratione ſuæ materiæ patitur, &c. *ibid.)* Axioma hoc addit; quoniam dixerat accidentarias etiam formas quodammodo ad formam ſubſtantialem referri: quare hoc? quia, inquit, omnis actio ratione formæ fit: ſunt autē actiones ex accedentarijs quoq; formis.

8 Generatio alia fit

- Simpliciter *& abſolutè*
  - 1 Cum *quouis modo ſubſtantia quæ prius non erat, fit.*
  - 2 Cum *melius aliquid è deteriori fit, vt è terra ignis, ex elementis homo κατ' ἐξοχήν: Nam ſi contra fiat, corruptio eſt, & generatio κατά τι potius quàm ſimpliciter. Non quòd accidens aliquod generetur, ſed quia vilior & indignior hæc generatio eſt, vt accidentium.*
- Secundum *aliquid, vel quodammodo, cùm accidens aliquod nouū accedit, &c. An ſolùm cum qualitas noua?*

9 Alteratio in vtroq; termino habet ens actu: generatio & corruptio in alterutro tantùm.

10 Generatio apud Latinos de ſubſtantia tantùm dicitur: γένεσις autem & γίγνεσθαι apud Græcos latius patent, vt Fieri apud Latinos.

11 Genituram Gellius pro generatione dixit.

12 Generatio alia eſt

- Generalis, *in quouis prædicamento: de qua Latini, fieri, perire.*
- Specialis, *quæ rurſum, vel eſt*
  - Propria, *in Subſtantia tantùm.*
  - Impropria, *in Quantitate & Qualitate tantùm: vbi creuiſſe, decre-uiſſe, aut alteratum eſſe propriè dicitur.*

Si ſemper vnius generatio eſt corruptio alterius, & vice verſa: nihil videtur in primam materiam reſolui, cùm illa ſit informis, & nuſquam per ſe: ſed in elementis & mixtis inſerta. Si ex aëre corruptio fit ignis, non ſoluitur in primam materiam. Simplicia quidem in eam reſoluuntur: compoſita verò prius in partes proprias, deinde in elementa poſtremo in materiam.

13 Corruptionis cauſa in corporibus.

- Organicis *intrinſeca, quoniam alimentum in ſe trahunt, & cum eo excrementum &c.*
- Simplicibus, *extrinſeca: vt rubiginis metallorum humiditas externa.*

Tabula de cauſis rerum ad generationem requiſitis.

14 Rerum naturalium cauſa

- Efficiens
  - Prima, *Deus.*
  - Secunda, *Cœli motus.*
  - Tertia, *Natura. eaq; eſt vel*
    - Vniuerſalis, *anima mundi Platonicis dicta: harmonia mundi, ἕξις τις.*
    - Sua *in ſingulis, vt in animalibus calor natiuus.*
- Materialis.
  - Prima *materia.*
  - Elementa *quatuor.*
  - Partes *compoſitorum ſimplices.*
- Formalis *alia*
  - Superior, *ex cœli influxu, cœleſtis.*
  - Inferior, *ex elementorum alia atq; alia mixtura: craſis vniuſcuiuſq; naturalis.*
  - Mens *in homine, & ſupra naturam & ſupra cœlum diuina forma eſt.*
- Finalis.
  - Vltima, *Deus.*
  - Mundi *conſtitutio, ſeu conſeruatio: ſeu ornatus.*
  - Hominis *vtilitas. Animantia cætera.*

DE MIXTIONE MEDITATIONES.

Cur tactus neceſſarius in mixtione.

1 Quia nil ſine tactu in aliud agit: non ſtatim tamen quodlibet agit in id quòd tangit, niſi ei contrarium ſit.

2 Tactus actione & paſsione communior eſt: nam quæcunq; propriè agunt & patiuntur, tangunt: non autem quæcunq; tangunt, agere & pati inuicem neceſſe eſt, vt lapis lapidem, & partes cõtinuorum, & cœlum corpus ſibi proximũ, mouet potiùs, quàm agit in ipſum.

3 Κινεῖν generalius quàm ποιεῖν, ſi ποιεῖν ad paſsionem referas. Cœlum enim & cœleſtia mouentur quidem, non autem patiuntur. Ergo mouere & moueri communius dicuntur, quàm agere & pati. Sin minus, ποιεῖν generalius eſt quàm κινεῖν, vt cùm color vel lux agit in oculum ἄνευ κινήσεως agit, &c.

4 Tangere

4 Tangere ſe dicuntur tum

- Situm *habentia.*
  - 1 quæ *quoquo modo ſe tangunt, vt Mathematica.*
  - 2 cum *corpora duo vel plura inuicem agunt & patiuntur.*
  - 3 ſe *tangunt, quorum diuerſarum magnitudinum vltima ſimul ſunt, & alterum mouet; & alterum mouetur, vt cœlum inferiora.*
- Non *habentia ſitũ*
  - 4 Tangit *id cuius vis in alteram tranſit etſi tactum hoc modo tangens non attingat: vt moleſtia tangit non tangitur.*

Diſcrimen inter generationem & mixtionem.

5 Etſi generatio ſine mixtione aliqua fortè non fiat, vt ſi omnia ex quatuor elementis fiant, &c. vnde & mixta illa quoq; vocamus; Elementorum tamen generatio non eſt mixtio. Generatio ſimpliciter cùm ex materia & forma conſtet, quæ duo non miſcentur; non eſt mixtio. Sic cùm ignis è ligno ardente generatur, non dicitur hoc miſceri illi, ſed hoc corrumpi, illud generari. Item ab alteratione etiam differt, quia paſsio ſuo ſubiecto non miſcetur; vt albedo corpori: Item ab augmentatione; in qua cibus corrumpitur, non miſcetur.

6 Contactus formalis alius eſt

- Proprius, *formalis duorum corporum.*
- Improprius, *ſeu metaphoricus, virtualis: corporis & qualitatis. Nam corpora per ſe non mouent, ſed quatenus potentias aut qualitates aliquas in ſe habent; aut figuras: ut culter acutus ſcindit, non ratione materiæ, ſed figuræ.*
- Continuus, *vt puncta in linea ſe tangunt; & qualibet partes in vno corpore.*

7 Agens aſſequitur.

- Quod *inſtituerat, prudens conſilium.*
- Aliud *præterquam quòd inſtituerat, Fortuna: atq; vel aliud ſolùm.*

8 An nulla prorſus elementi in alterum mutatio fit, niſi per medium? Symbolicorum autem vnum tantùm eſt medium, vt inter terram & aquam, innominatum quiddam, ἰλύς τις, fœculentum quiddam: inter aquam & aërem, ἀτμός, vapor; inter aërem & ignem ἀναθυμίασις, ideſt exhalatio. Inter aſymbola verò, plura media requiruntur: vt inter ignem & aquam exhalatio, aër, & vapor; inter ignem & terram, eadem tria, & inſuper aqua & ἰλύς, ideſt quinq;.

9 Omnis mixtio Phyſica, vt mihi videtur, eſt generatio: ſed non omnis generatio mixtio. Elementi enim ex materia prima & forma generatio, non propriè dicetur mixtio.

10 Mixtionem à compoſitione ſic ego ſeparo. Corpora noſtra, partim mixtione, vt quatuor elementorum craſi: partim compoſitione tantùm, vt partium ſimilarium certa coniunctione. Aliorum verò corporum quædam mixta ſolùm ſunt, vt ὁμοιομερῆ, alia compoſita ſolùm, vt domus.

11 Mixtio alia eſt

- Naturæ, *& hæc rurſus vel*
  - Materiæ *& formæ: ſed fortè minus propriè: cùm forma non ſit corpus materia verò prima, ne hoc aliquid quidem ſit.*
  - Materiæ *ſecundæ, & formæ.*
- Subſtantiarum *ſimul & qualitatum, vt ſi vinum & aquam miſceas.*

12 An corpora animalium & ſtirpium propriè mixta dicuntur? cum quatuor elementis mixtis & alteratis conſtent: At ſi mixtum adhuc eſt corpus ὁμοιομερὲς, vt dicitur, animalium verò & ſtirpiũ non ſunt ὁμοιομερῆ, nõ erunt propriè mixta.

Item ſi mixta conſtant ex mixtilibus: hęc autem ſunt ἀδιαίρετα ἀλλοτρίῳ ὅρῳ, elementa autem non omnia talia ſunt, vt terra: ergò ex elementis non propriè fiet mixtio. *Mixtum è mixtilium contemperamento conſurgit.* An dicendum in animalibus & plantis, propriè mixtas eſſe partes eorum ſimilares: ipſa verò ſynecdochicè? Animalium corpora compoſita ſunt ex diuerſis partibus ſimilaribus & diſsimilaribus κατὰ παράθεσιν, non mixta. Horum verò ſimilares propriè dicuntur mixtæ ex elementis: & animalia ipſa impropriè dicuntur mixta, illarum ratione per comparationem ad elementa.

Quomodo elementa in mixtis partim maneant,
partim non maneant.

13 Quomodo elementa in mixtis partim maneant, virtute ſcilicet & potentia, & qualitatibus, non ſummis tamen, ſed remiſsis & temperatis: partim non maneant, quoniam actum & formam ſuam ſimplicem non ſeruant, vide Titelmannum. Dixeris etiam elementorum materiam in mixtis omnino manere: cùm enim elemēta ceu pàrtes ſint, ex quibus mixtum ceu totum componitur, quomodo non manebunt? Manent autem fortaſsis hac ratione etiam formæ eorū propriæ & ſubſtantiales: nam ſi formæ non manerent, ne ipſa quidem manere dicerentur, cùm à formis totum id ſint & dicantur, quod ſunt. Item ſi elementa manent in toto vt partes, in ipſis etiam elementis partes eorum ſubſtantiales manere oportet, ideſt, materiam & formam. Quid igitur illud eſt, ſecundum quod nō manere dicuntur? nihil quidem de ipſis elementis, vt puto, ſed per accidens propter alia admixta, & vnam ex pluribus natam communem formam, ipſæ ſingulorum formæ, quia minus iam ſenſum mouent & à contrarijs ſuis, non abolitæ quidem, ſed remiſſæ ſunt, mutatæ videntur, cum mixtæ tantùm ſint. In cæteris enim contrarijs, cum vnum agit, alterum patitur, vt plurimum vnum vincit, alterum vincitur, aboletur, & aſsimilatur agenti: in Mixtione cùm ambo contraria æquiualeant, par eſt actionis paſsioniſq; reciprocatio, vt quantū patitur aliquid tantum viciſsim agat, & contra. Proinde neutrum aboletur, ambo manēt. Quòd autem non manere videntur qualitates, & formæ priſtinæ, id ſenſui potius fieri videtur quàm reipſa fiat, &c. *in Velcur. pag. 129.* Simplicium & componentium facultates in mixtis & compoſitis manere, teſtatur etiam Galenus ab initio operis de compoſitione κατὰ γένη.

14 Quæ reipſa elementa remanent in mixtis, mixtio & non generatio propria dicta eſſe videtur, vt ſit partium appoſitio, & nullius formæ introductio. Etenim ſi ad minimas partes corpus ipſum ducas, reperias tandem ſingulas à mixtione diſtinctas, ſed hæ ſingulæ portione ſunt minores, quàm mixti corporis dicatur eſſe materia, ſuntq; alia temperie affectæ, quàm quæ ad formam mixti requiruntur. Proinde ſi minimam corporis mixti partem quæras, eam ex quatuor elementis concretam ſumes, à qua, ſiquidem minimum ſubtraxeris, interibit illa mixti forma. Ad cuius introductionem fit interitus aliarum formarum ideſt elementorum, eo modo quo aquæ forma adueniente forma glaciei interire, hoc eſt ſopiri dicitur. Atq; vt forma aquæ glaciei ineſt poteſtate, ideſt non ædens actiones ſuas naturales perfectè, ita elementorum formæ poteſtate ſunt in mixtis, & vt de poteſtate aquæ, hoc eſt certa diſpoſitione, quæ in alijs corporibus non inuenitur excitatur glaciei forma, ita de poteſtate materiæ, hoc eſt de certa quadam temperie oritur potius hæc quàm illa forma.

CONRADI

CONRADI GESNERI

TIGVRINI PHYSICARVM MEDITATIONVM LIBER III.

Qui eſt

DE METEORIS.

MEτέωρον, an à μετὰ, inter, vnde μεθόριον, τὸ μεταξὺ τῶν ὁρίων: & μετόρχιον, interſtitium: vel potius ἀπὸ τοῦ μεθορίου δυοῖν ἄκρων, ideſt in confinio duorum extremorum. An verò à μετὰ & αἰωρέω verbo, vnde αἰώρα vectabulum penſile Platoni, geſtatio ſuſpenſa, ein hangender wagen: vas penſile in quo aliquid exiccatur: κρεμάθρα ein hurd. Sic μετέωρος ναῦς, quæ in alto eſt, procul à litore, ἐν σάλῳ. Μετέωρος δίκη, lis pendens, im hangenden rächten. Μετεωροσκοπικὴ, pars aſtrologiæ, quæ eleuationum differentias, aſtrorumq; inquirit diſtantias per inſtrumẽta, vt aſtrolabium. Vel à μετὰ & ἀείρω vel αἴρω, vnde & μετάρσια dicuntur Aeolicè, ab Aeolico futuro ἄρσω. Μετέωρον alioquin dicitur: quod quoquo modo pendens eſt, ſiuè in medio vt nubes; ſiue in ſublimi vt igneæ apparitiones. Sic in Vrinis etiam quæ in medio ſuſpenduntur ἐναιωρήματα dicuntur.

2 Μετέωρα, μετάρσια, ſublimia, διὰ τὸ γίνεσθαι ἐν μεθορίῳ τῶν ἐσχάτων. Fiunt quidem ſecundum naturam, & mouentur cœleſtium inſtar, vt cometæ, ſicut reliquę ſtellę mouentur, primo mobili non mod ò reliquas ſphæras, ſed ignem quoq; & vicinam aëris regionẽ ſecum rapiente motu diurno: ſed minus ordinatè mouẽtur.

3 Ariſtophanes μετεωροφένακας & μετεωροσοφιστὰς vocat argutos homines, qui de rebus ſublimibus inutiliter, & ſæpe cum deceptione auditorum diſputant.

4 Meteora quibuſdam dicuntur, quod animos hominum ſuſpenſos ac dubios teneant: quòd ego non probo. Impropria enim & metaphorica ſignificatio non præferenda eſt propriæ. Μετεώρων ἔτι ὄντων τῶν πραγμάτων, dubijs & ſuſpenſis adhuc rebus, Demoſthenes.

5 Efficiens meteororum.

Calor
 Loci
 Solis *externus* — Euocans, *& eliciens tantùm.* / Adurens.
Frigus
 Loci,
 Externum — Cõſtringens *poros terræ & aquæ media hyeme.* / Prohibens *accendi vapores eleuatos.*

Aëris in regiones diſtinctio.

6 Aëris pars alia eſt.

1. Ὑπέκκαυμα, *vbi cometæ, faces, ſtellæ traijcientes.*
 Ἀπόγειος.
 2. Superior, *proprior hypeccaumati, ἀπόγειος ſimpliciter.*
 3. Inferior, περίγειος, *proprior περιγείῳ.*
 Περίγειος.
 4. Superior, *vbi nubes, pluuiæ, venti, &c. In hoc etiã ſtellæ traijcientes, quæ ex corruſcatione, &c. fiunt.*
 5. ¶ Inter *hos medius fortè, vbi grãdo, infra cacumina montiũ altiorum.*
 6. Inferior, *vbi ros, pruina.*

7 Ὑπέκκαυμα vocat Ariſtotes, tum ipſum ignis elementum in ſuo loco, ideſt ſummo, non ardens, tùm in ſummo aëre materiam ſimiliter accendi paratam. Ἔκαυμα, ἐμπύρευμα, ignarium, fomes, ignis incitamentum, vel ſuſcitabulum, vt Nonnius loquitur.

8 Media aëris regio, æſtate per antiperiſtaſin frigida admodum eſt, quemadmodum etiam aër in altiſsimis montibus, &c. An vt infra terrã profundiora loca hyeme magis calent: ita & in præaltis montibus aër circumſtans? nam & anno 1560. hyems aſpera fuit & frigidiſsima, in altis verò montibus circa Curiam Rhetorum tepidior ac paucæ niues: quare & thermæ Burmiæ ſequenti æſtate, nulla niuali aqua permixtæ, feruidiores fuerunt, quàm annis ferè quinquaginta retro.

METEORORVM DISTINCTIO.

1 Meteora quædam dicuntur eſſe ignea, aërea, aquea & terrea: an terreſtria nominabimus, quæ ſub terra fiunt? vel etiam quæ in aëre ſolida non ἔνλυτα; vt lapis fulminis, animalia quędã, & alia quibus pluiſſe aliquãdo prodigioſè fertur.

2 Diſtinctio meteororum, qua alia dicuntur, ignita, alia aquoſa, & tertio loco media ad quæ exhalatio duplex requiritur, vel non ita ſimplicia ſunt vt ſuperiora, vt ventus, fulgur, auræ, terræmotus, tonitrua, turbo, fulmen, &c. non placet. Præſtat alia dicere ignea, alia aërea, aquea, terreſtria: quo fortè referenda ea, quę ſub terra fiunt, vel etiam quæ in aëre, ſolida non ἔνλυτα, vt lapis fulminis, &c. & quinto loco φάσματα ſolùm.

Elenchus Meteororum in Ariſtotelem de Mundo.

3 Meteora (impreſsiones) corpora compoſita imperfecta, ſupra terram, aut

- Subſiſtunt *& fiunt ab exhalatione* (ἀναθυμιάσει) *vel*
  - Calida *& humida & vaporoſa, quæ dicitur,* ἀτμὸς, *vapor, euaporatio; & incraſſatur frigidi aëris occurſu, inde fit*
    - Nubes, νέφος, νεφέλη, *cuius differentiæ ſunt ſecundum magis minúſue humidum, æquale vel inæquale, concauum aut ſolidum. Ea materiã proximam alijs meteoris humidis præbet.*
    - Nebula, *caligo,* ὁμίχλη, *fit ex nubis initio aut fine, vel è ſicciore & frigidiore parte nubis: ei cõtraria eſt* αἰθρία.
    - Ros, δρόσος, *ſola paucitate vel multitudine materiæ et collectionis tempore differt à pluuia.*
    - Pluuia, ὄμβρος, *differentias hæc habet. aliâs .n. dicitur,*
      - Ψεκάδες, *ſubſtillũ, cũ paulatim & parum defluit.*
      - Ὑετὸς, *imber, q ſi uehementior ſit, nimbus dicitur.*
    - Roripruina, δροσοπάχνη, *ros ſemiconcretus.*
    - Pruina, πάχνη, *ros concretus.* Hęcquoq; *ita differũt*
    - Nix, χιών: *vehementior* νιφετὸς *vt ros & pluuia.*
    - Grando, χάλαζα. *In medio aëre fit, ideſt, altius quàm ros & pruina.*

  > Non *fiunt autẽ hæc, niſi in aëre inferiore, qui intra altiſſimorũ montiũ vertices terminatur, ſiue q̃d ſuprior aër iam tenuior eſt & potentia ignis, &* ὑπέκκαυμα *vel* ἀναθυμίασις, *nõ* ἀτμὶς *ideſt, vapor potẽtia aqua ſiue etiã ꝓpter cõtinuũ eius motũ, quare venti etiã illic non fiunt.*

  - Sicca, *quæ nomen generis ſeruat, & inde fiunt*
    - Flatus, πνεύματα, *quorum alij ſunt*
      - Certi, *qui priuatim venti vel*
        - Dicuntur
          - 1 Καικίας,
          - 2 Ἀπηλιώτης, *Subſolan⁹.*
          - 3 Εὖρος, *Vulturnus.*

          Ab *Ortu,* εὖροι, *calidi & ſicci, Barbaro humidi.*

          - 4 Ἀργέστης, *Cor⁹. Caurus.*
          - 5 Ζέφυρος, *Fauonius.*
          - 6 Λίψ, *Aphricus.*

          Ab *Occaſu, frigidi & humidi, nubiloſi, et tempeſtuoſi, Barbaro ſicci.*

1 | 2 | 3 | 4 | 5 |

Meteora quæ ſubſiſtunt, & cauſam habent materialem Exhalationem generaliter dictam,

Siccam, *vnde ſiunt,*

Flatus *vel*

- 7 Βορέας, *Aquilo.*
- 8 Ἀπαρκτίας, *Septentrio.*
- 9 Θρασκίας, *Circius.*

A Septentrione, *frigidi & ſicci, pellunt pluuias: cient fulgura, grandines & niues. Barbaro humidi.*

- 10 Νότος, *Auſter.*
- 11 Εὐρόνοτος, *Euroauſter.*
- 12 Λιβόνοτος, *vel* λιβοφοίνιξ.

A Meridie, *calidi & humidi ac pluuioſi. Barbaro ſicci.*

Sunt
- Εὐθύπνοοι. *Rectà ſpirantes.*
- Ἀνακαμψίπνοοι, *Reciproci, vt Cæcias, Circius.*
- Χειμερινοὶ, *Hyemales, vt Auſtri.*
- Θερινοὶ, *Æſtiui, vt Eteſiæ, mixti.*
- Ἐαρινοὶ, *Verni, vt Ornithiæ.*
- Ὑγιεινοὶ, *Salubres, Boreas, Subſolanus.*
- Νοσώδεις, *Morbiferi, Auſter, Zephyrus.*
- Contrarij *ſibi, vt Auſter, Boreæ.*
- Vicini, *vel Collaterales, vt Eurus, Euronotus.*

Incerti, *& horum plures differentiæ: nam alij ſunt*

- Aërij, *vt*
  - Αὖραι
  - Ἀπόγειοι — *circa aquas.*
  - Ἐγκολπίαι
  - Ἐκνεφίαι
  - Ἐξυδρίαι — *è nubibus.*
  - Καταιγὶς, *ſuperne percutiens,* ein windsbraut.
  - Θύελλα, *repente ingruens: in genere vel rectà.*
  - Λαίλαψ *vel* στρόβιλος, *in circulum, infernè ſurſum.*
  - Ἀναφύσημα, *ſurſum verſus, rectà.*
  - Πρηστὴρ χθόνιος, *Turbo terreſtris,* ὅταν εἰλούμενον πολὺ φέρηται.
    - *Violenti.*
  - Βροντὴ, *tonitru.*
  - Ἀστραπὴ *fulgur.*
  - Κεραυνὸς, *cuius differentiæ multæ, veluti.*
    - Ἀναπυρωθεὶς, κεραυνὸς κατ' ἐξοχὴν, *ſicciore tantùm materia conſtans: minus vrit ꝑpter tenuitatē et ſubtilitatē.*
    - Ἡμίκυρος, πρηστὴρ. *Si ſicca fulminis materia, vnà cum vapore humido emittatur. hic magis vrit, quòd craſſioris ſit ſubſtantiæ, vt ferrum quàm flamma.*
    - Ἄπυρος (πνεῦμα ἐκνέφιον μετὰ ἀτμίδος) τυφὼν, die kalt ſtraal. *Alijs* τυφὼν *eſt* πνεῦμα πυρῶδες.
    - Σκηπτὸς, *vnum quodq; ex prædictis, ſi impetu in terram decubuerit,* ein treffende ſtraal.
    - Ψολόεις, *infuſcans. Olympiodoro fulmen ſimpliciter.*
    - Ἀργὴς, *clarū, Plinio.* ταχέως δυάττων, ὁ ἀργῶς καίων: *nō vrit, nō denigrat, ſubtile. dolia exhaurit intactis operimētis.*
    - Ἑλικίας, γραμμοειδῶς φερόμενος. *Exhalatio nubi incluſa, quæ ſine igne emittitur, obliquè per nubes erumpens, vt pili criſpi è poris obliquis.* πνεῦμα ἐκνέφιον.
- Subterranei, *eius generis ſunt*
  - Terræmotus, *qui gignūntur è flatu cauernis incluſo: ſiue indigena, & illic genita: ſiue aduena, qui ab aëre & ventis extrinſecus impulſus in latebris terræ ſe inſinuarit, & hi differunt tum*

1 | 2 |

1 Meteora quæ ſubſiſtunt &
2 Ab exhalatione ſicca generantur, ſunt

† Nominibus, *quæ illis ſunt ab effectu & modo eruptionis ſunt impoſita, alij enim ſunt,*
- Ἐπικλίνται, *in latus*
- Βράσται, *deorſum ſubſidentes.*
- Ῥῆκται, *qui terram aperiunt, eorum alij* Flatum, Saxa, Lutum, *eijciunt.* Fontes *excitant.*
- Ὦσται, *euertunt.*
- Παλματίαι, *tremunt.*
- Μυκητίαι, *mugiunt.*
- Orbiculares ∩, *qui ſitum rerum permutant.*

Qualitatibus, *Flatus enim terræ incluſi alij ſunt,*
- Salubres, *& cum erumpere nequeant, terram ſubinde moticant: alij non poſſunt efficere motum, ſed mugitum ſolum.*
- Inſalubres *ſunt, & inferunt* Inſaniam. Tabem. Diuinationem. Mortem.

Σέλα, *ſplendores accenſi, quorum alij parum in aëre ſuperiore, alij diu in aëre inferiore durant: & nomina ſumunt vel à motu, vt διάττοντες, ἐξακοντίς, στηριγμοὶ, vel à figura quam imitantur, vt cæteri omnes. Eorum itaque differentia haberi poteſt, vel Ab*

Appellationibus, *quæ illis competunt tum propter formam, tum figuram, ſic alij*

Ignita,
- Κομῆται, *quorum alij vel ſimpliciter à cœli motu accendi videntur: alij ex aliqua traijciente, quæ in craſſiorem & ſatis copioſam materiam inciderit, eamque accenderit: ita vt talis exhalatio ardens ſit initium cometæ, & finis traijcientis. Sed alij etiam cometæ comparantur traijcientibus, niſi quòd minus mobiles ſunt, & materiæ ſuæ partes non interuallis diſtinctas, ſed principium et finem medio continuante coniuncta habent.*
- Διάττοντες
- Ἐξακοντισμοὶ, *an vt draco volans.*
- Στηριγμοὶ, *fulgor fixus.*
- Λαμπάδες.
- Δοκίδες *trabeculæ.*
- Πίθοι, *dolia, hiatus.*
- Βόθυνοι.
- Colores *cruenti.*
- Columnæ.

(Δοκίδες … Columnæ:) *Sunt autem hæc φάσματα potius quàm σέλα.*

- Lanceæ *teretes.*
- Clypei.
- Globi.
- Faces, *an aliqui à δοκὸς non diſtinguunt?*
- Ignitæ *pyramides.*
- Ceratiæ, Xiphiæ: *ἀστέρες ſubaudi: nam ad cometas referunt alij.*
- Bolides.
- Stipulæ *ardentes.*
- Æges, *capræ ſaltantes.*

Loco *in quo vt plurimũ generantur. Horum igitur omnium alij occupant*

Meteora alia ſubſiſtunt, Alia

† Νότια } ſed raro.
Βόρεια
Εῶα } Ἀμφιφαῆ.
Ἑσπέρια
In imo aëre, vt Hermolaus ſcribit, vt domus ardens & columna.
In medio, vt Vorago vel hiatus. Ibidem ex conflictatione vaporum tonitrua audiuntur, & voces ceu humanæ, fulgura, ſtellæ cadentes.
In ſummo, Lanceæ, dracones, capræ ſaltantes.

Specie tenus (κατ' ἔμφασιν) videntur φάσματα: quanquam & Σέλα aliqui φαντάσματα vocent, fortè quia varias ſpecies præ ſe ferunt. Eius generis ſunt,
Iris, ſolis aut lunæ è regione.
Virga, id eſt, iridis recta ſpecies.
Area, circa Lunam præcipuè.
Παρήλιος.
¶ Adduntur his ab alijs,
Γάλα, Ariſtoteles lib. 1. Meteororum.
Galaxia.
Colores nubium & nebularum.
Rubedo matutina & veſpertina.
Obnubilatio ſolis rubentis & pallentis.
Area Lunæ.
Paraſelenæ.
Perpendiculares lineæ infra ſydera ſcilicet.

DE METEORIS IGNITIS MEDITATIONES.

1 Accenduntur Meteora à motu cœleſti & vicino igne. An vtraq; à motu, illa quidem eliſionis: hæc verò cœli (quaſi motus celer materiam aptam inflammari, inflammet: veluti ventilando, vt in noſtro igne, ſcilicet quòd ἐμπύρευμα inſit.

2 Prouenit etiā à motu calor ille, Velcur. Non probo: non enim omnis motus calefacit: aëris motus frigidior eſt: calida mota refrigeſcūt; &c. Vide Vallā in Dialect.

3 Si cœlum non eſt calidum, ſed locus aëris ſuperior & imus, cur non omnes exhalationes ibi accenduntur, ſicut ſtellæ traijcientes? Quia non omnes, inquit, ea velocitate per aërem mouentur. Vel ſic: Ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίνονται, κάτω δ' ἐν τῷ ὑπερτέρω τοῦ ἀέρος μέρει, ὅπερ ἡ κίνησις σφοδροτέρα, ἢ τῷ κατωτέρω αὐτοῦ μερῶν: Si cœlitus ſtellæ caderent, numerus ſtellarum imminutus tandem fuiſſet.

4 Bifariam quæuis impreſsio ignita moueri videtur motu continuo: aut quia ſucceſsiuè fit, & ideò continuo motu videtur moueri: aut quia ſubitò facta, reuera ſubito mouetur.

5 Si aër & ignis vel ſumma pars aëris ſemper mouetur in orbem, quomodò poſſunt fieri ϛηριγμοί τινες vel cometæ fixi.

Tabula accenſas exhalationes diſtinguens.

6 Exhalatio accenſa
Longè lateq; φλόξ.
Longius quàm latius: fit aut
Δαλὸν, ſimpliciter in longum.
Αἶξ, cùm ad latera etiā partes quædā ſcintillant, ſed nō diuiſæ à corpore reliquo.
Διᾴσσων, idq; vel
Per interualla celerrimè vna exhalatione poſt aliam accenſa, ita vt ignis vnus non ſit, ſed videatur eſſe præ celeritate. Et hoc fit tantùm ſuperiore loco, neque vltra quàm exhalationes igneæ pertingunt. Mouetur (fortè) rectà.
Ignis vnus à frigore circumſtante ſi elidatur. Hoc fit inferiore loco. Mouet autem modò huc, modò illuc, & ad terram aut mare quoq;, & mouetur vt plurimum obliquè, rarius ſurſum aut deorſum rectà.

Tabula diſtinguens meteora,quæ in ſumma aëris regione generantur.

7 Exhalationum in ſummo aëre nocte ſerena videntur aliæ

- Veræ,*ardentes,& harum aliæ rurſus aut ſunt*
  - Diuturnæ,*vt cometæ & galaxias, qui quaſi perpetuus quidam cometa eſt.*
  - Breuis *durationis, vt*
    - Flamæ,φλόγες.
    - Λαμπάδες ἢ δαλοὶ, *faces.*
    - Capræ.
    - Stellæ *traijcientes.*
- Non *veræ,* φάσματα *et* φαντάσματα,*omnes breuis durationis.Ab Ariſtotele quidem,libro de mundo,* πίθοι *&* βόθυνοι *numerantur inter* σέλα,*id eſt,meteora ignita ſubſiſtentia, quibus opponit* τὰ κατ᾽ ἔμφασιν ὁρώμενα. *Conſpicuæ igitur ſunt vel*
  - Colore,*præſertim puniceo, purpureo, ſanguineo: nam alij noctu vix apparent.* διὰ τὴν ὁμόχροιαν τοῦ ἀέρος, ἢ τοῦ σκότους, χρώματα αἱματώδη. *Fiunt enim colores diuerſi vel radiorum reflexione, vel miſtione albi & ignei, vnde purpureus maximè oritur.(albus aëris eſt,igneus radiorum à ſtellis.)*
  ¶Sanguinei *colores, inquit Olympiodorus, videntur quando nubes nigræ, (ſed Ariſtoteles ſummo aëri & elemento ignis; non illi in quo nubes generantur hæc aſcribit. Certum eſt, nubes quoq; colores & ſanguineos & alios referre,ſed de ijs non loquitur hic Ariſtoteles,cùm nubes in ſummo aëre non fiant. Cælum enim vel ſummum aërem; & illum ipſum qui inflammari etiam poteſt,hos colores recipere dicit:) Colorem in ſe recipit ſplendidum. idque vel*
    - Rectà *& perpendiculariter,per diaclaſin.*
    - Ad *latera & obliquè,per anaclaſin.*

    } Vtrunque *per epiproſthesin quandam fit,non per veram craſim. Dicimus autem craſim colorum, vt cùm pictor duos colores confundit* καὶ συμφθείρει *in eodem vaſe: epiproſthesin verò, cùm vni colori inducto alterum ſuper inducit.*
  - Figura, *(vbi quærendum, vtrùm quòd ad exhalationem accenſam,* σέλας *ſit: quòd ad figuræ apparentiam,* φάσμα;*) Vt,*
    - Hiatus, χάσματα.
    - Foueæ, βόθυνοι.

    } Sunt *autem hæc vel idem, vel ita ſolùm differunt, vt fouea dicatur, quæ profundior apparet: hiatus verò cùm magis patet,minùs autem profundè apparet: eò quòd plus lucis vel albi ſit in circuitu, & in medio minus nigri,in eâdem ſuperficie, (licet viſui noſtro nigrum remotius & profundius videatur, album verò propius & eminentius) in fouea contra; id eſt, plus nigri eſt in medio,quàm ſplendidi circum.*

DE APPARENTIIS IN SVMMO AERE, *quæ* φάσματα *vel* φαντάσματα *dicuntur.*

1 Hiatus nocte ſerena apparent, quando ſummus aër concreſcens varios colores repreſentat.At ſi id ita, dicat aliquis. Si eſt concretio aliqua aëris, ſubſtantia vtiq; erit,nec φάσμα tantùm.Reſpondetur,id quòd apparet φάσμα ſolùm eſſe, ſeu colorem non verum, ſubiectum verò eius eſſe exhalationẽ denſum:in denſo enim & ſolido refringi poſſunt radij,& reddi colores,in raro & tenui nõ poſſunt.

2 At

2 At vnde colligimus in ſummo aëre eſſe? eò quia nocte ſerena apparent, cùm nullæ ſunt nubes, quæ circa medium aëris colligi ſolent, &c.

3 Βόθυνος & χάσμα vel idem ſunt: vel βόθυνος μὲν, ὅταν ἐν βάθει μᾶλλον φαίνηται, διὰ τὸ μέλαν εἶναι πλέον τοῦ λευκοῦ: χάσμα δὲ, ὅταν ἠνεῳγμένον, διὰ τὸ πλέον εἶναι τὸ φῶς.

4 Colores autem, puniceus & purpureus ferè, apparent, an eo modo vel tales, quales per digitos aſpicientibus ſolem videntur? & vbi quis ſolem diutius aſpexerit, etiam in terra poſtea tales maculæ ei apparent? Alij quidem colores, noctu vix apparent, quòd vel nimis colligatur ab eis viſus, vel nimis diſsipetur.

5 Noctu verò tantùm apparent, quia diei lumen hæc impedit. Solis enim tantum eſt lumen, vt lumina reliqua omnia, coloreſque cœli omnes, aboleat. Quare & Sol dicitur, quòd ſolus obtineat, interdiu ſcilicet: in tenebris verò multa ſunt lumina. Sic etiam in rebus diuinis & ſpiritualibus: Si dies, id eſt, intelligentia diuinitus illuſtrata ſplendeat, ſolus Deus vnus obtinet, Opt. Max. pulcherrimus, ſapientiſsimus: at ſi caligo aliqua intelligentiæ obducatur, πολυθεΐα & bonum in plurima diuiſum videtur eſſe, & fœlicitas in ſanctis diuerſis, & in operibus varijs?

6 Colores rubentes fiunt, quòd τὸ φοινικοῦν ἢ πορφυροῦν vocat, διὰ τοῦ μέλανος ὁρωμένου τοῦ λευκοῦ ἀφεστῶτος ἀπ' αὐτοῦ: οἱ δὲ βόθυνοι, ἐν τῷ λευκῷ τοῦ μέλανος ὁρωμένου, in eadem quidem ſuperficie, albo tamen propinquiore apparente, quia magis mouet viſum, nigro autem contra.

7 Colores ſanguineos nubium, aliqui phaſma tantùm faciunt, puto, Ariſtoteles non videtur, ſed hypoſtaſim aliquam facere. Reuera interdum & actu ſanguineas eſſe, & apparere nubes, quoniam & ſanguine pluiſſe non rarò legimus: aliquando autem phaſma tantùm, ex reflexione lucis. Incendij etiam nocturni & flammarum color aliquando ſanguineus & eſt & apparet, præſertim cùm craſsior flamma eſt, puto, & fortè per hyemem magis, cùm è terra inflammabiles aut etiam inflammati vapores erumpunt, aſcenduntque per aërem frigidum, humidum, craſſum. Sic flammæ è ligno viridi magis rubicundæ apparent.

DE IGNE FATVO.

IGnis fatuus, an metaphoricè dicitur, quia non vrat, vt inſipida, quæ nihil agunt in linguam. Iuxta illud Martialis:

Vt ſapiant fatuæ fabrorum prandia betæ.

2 Ψυχαὶ ἁμαρτάνουσαι

{ Ἀνίατα ἐν ταρτάρῳ ἀϊδίως κολάζονται.
{ Δυσίατα,
{ Διὰ θυμὸν, ἐξ ἀνάγκης καὶ μὴ προβεβουλευμένως, ἐν πυριφλεγέθοντι:
{ Ἐκ προβουλήσεως ἐν κωκυτῷ.

DE COMETIS.

DE cometis vide Senecam lib. 7. naturalium quæſtionum.

Vitus Amerbachius: Ariſtoteles, *inquit;* mihi ſuis rationibus non ſatis facit; malo ſequi Senecam, qui putat, cometam non eſſe meteoron aut ſubitaneum ignem, ſed peculiarem ſtellam: aut Ioach. Camerarium, qui videtur per omnia cum Seneca ſentire, niſi quòd illam ſtellam non putat perpetuam eſſe in cœlo; ſed diuinitus terris oſtendi, ad ſignificandum triſte aliquid hominibus: atque ita ad diuinam potentiam rem totam applicat.

Cometarum differentiæ.

2 Cometæ alij habent comam

1 In *orbem, & hi propriè cometæ vocantur, et ſunt veluti* φλὸξ πολυχρόνιος. *Forma eſt ſecundum longum & latum.*

2 Secundum *longum tantùm, qui* δοκίαι *dicuntur: & ſunt veluti* δοκοί *vel* δαλοὶ πολυχρόνιοι.

3 In *profundum,* πωγωνίαι*: & ſunt veluti* αἶγες ἐπίμονοι *ſeu* πολυχρόνιοι.

¶ Cometæ *aliquando ſunt per ſe, aliquando adhærere videntur alicui ſtellæ, ſiue erraticæ ſiue fixæ: & hæ videntur propius aſtra fieri, ideò motum eorum adæquant: quæ verò per ſe ſunt, & tardius ac inordinatius mouentur, loco inferiori & longius ab aſtris fieri videntur Alexandro Aphrodiſienſi, quòd Olympiodorus non probat, qui dicit etiam ſine ſtella poſſe eſſe cometen, & tamen cœli motum ſequi, & cum ſtella etiam in loco inferiore, modò alicui ſtellæ ſubijciatur perpendiculariter.*

¶ Cometa *ſine ſtella, id eſt, quæ nulli ſtellæ ſubijcitur, hæc minus propriè cometa dicitur.*

Cometarum differentiæ aliæ.

3 Cometæ alij referunt

Veru, *aſpectu horrendus, propter ſolem.*
Tenaculum, *coloris Martij, radio ſubcinereo,* ein fhürzangen.
Pertica, *lucidiores, craſsioresq́, radios profert.*
Miles, *Veneri ſacer, in tergo caudáue crinitus, lunarem radium dimittit.*
Mercurialis, *cæruleus, paruusq́, & cauda præmunitus.*
Aurora, *Martialis, caudatus & ruber.*
Roſa, *magnus & rotundus, humana effigie.*
Argentum *vel argenteus, clariſsimus omnium & puriſsimis radijs: minimè terribilis. An talis ſub* CHRISTI *aduentum apparuit Magis?*
Niger, *Saturno quàm ſimillimus.*

¶ Ex *his, quinque vel ſex genera, quinque planetis conferuntur.*

Οὐδεὶς κομήτης ὅστις οὐ κακὸν φέρει. Senarius vetus.

Seneca adulatur Neroni de cometa qui ſub eius imperio apparuit: ſed ineptè. Aratus phyſicè tantùm interpretatur de ſiccitate & ſterilitate: πολλοὶ γὰρ κομόωσιν ἐπ' αὐχμηρῷ ἐνιαυτῷ.

4 Traijciens & cometa, loco quidem & materia & efficiente non differunt: ſed figura, ſitu, & materiæ ſubſtantia, cùm huius craſsior ſit & tenacior, quàm illius.

DE STELLIS TRAIICIENTIBVS, EX Iohan. Grammatico.

1 Stellarũ traijcientium aliæ

Fiunt *in aëre ſummo,* ἐν τῷ ὑπεκκαύματι, *et efficiuntur à motu cœleſti, exhalatione fumida accenſa, quæ ſcilicet per interualla ſecundum longitudinem digeſta ſit, ita vt vna poſt aliam celerrimè (ſaltu quodam ignis) accendatur. & hæ rarò* κάτωθεν ἄνω κινοῦνται. *Simile: Vt ellychnium inferius fumigans, à ſuperiore ardente illico accenditur, exhalatione intermedia prius accenſa, quod tamen propter tenuitatem non apparet. Sic finge multa deinceps deorſum.*

In *aëre inferiore (ſub hypeccaumate) ab aëre refrigerato denſato anathymiaſin, quæ ſic veluti affricata accenditur, interim dum eliditur* κατ' ἔκθλιψιν καὶ ῥίψιν παραξιβομένην*: Eſt autem ignis vnus tantùm, non per interualla diſperſa exhalatione, vt in ſuperiore. Mouetur in quamuis partem.*

Stellarum

Stellarum traijcientium generatio.

2 Stella traijciens ignis quidam oblongus, non autem latus eſt: fit enim igne per longitudinem celerrimè ab vna exhalatione ad alteram tranſiliente: cùm ſcilicet exhalationum excrementa quædam craſsiuſcula per interualla ſecundum longitudinem diſponuntur, quæ concrementa ferè omnia æqualia omnibus dimenſionibus inter ſe ſunt. Tranſilit autem ignis ab vno ad aliud, per medium interuallum, in quo anathymiaſis multò tenuior eſt; nec oſtendens ignem quamuis tranſeuntem, vt cum candela à flamma accenditur per medium interuallum.

DE LACTEO CIRCVLO.

LActeus circulus mihi videtur, aut ſplendor quidam ex luce ſtellarum potius eſſe, aut phaſis quædam; quàm reuera colorem habere talem; multò minus autem inflammationem verè accenſam: cùm ſemper ſibi ſimilis duret, &c.

2 Olympiodorus Epichiremata Ammonij affert; quòd lacteus circulus non ſit paſsio aëris, contra Ariſtotelem.

DE METEORIS QVAE IN MEDIA ET INFIMA regione generantur, meditationes.

4 Vapor humidus, vt Olympiodorus docet,

- Altius *& remotius à terra*
  - Alteratus (*incraſſatus*) *fit pluuia.*
  - Concretus, παγείς, *fit nix.*
  - Vtrunque, *fit grando.*
- Propius *terram,*
  - Alteratus, *fit ros.*
  - Concretus, *pruina.*
  - Vtrunque *verò non patitur; quòd tempus non ſufficiat. Glacies quidem non eſt concretus ros, ſed aqua concreta.*

DE NVBIBVS.

1 Nubes denſatur & exprimitur frigore

- Externo, *& facit pluuiam.*
- Interno, *quòd maius eſt, & per antiperiſtaſin augetur, fitque grando.*
- Vtroque *& fit ſimul pluuia & grando. Poteſt tamen hoc etiam fieri; cùm grandines quædam minus compactæ inter decidendum ſoluuntur: aliæ duriores non ſoluuntur.*

4 Nubes humida & vaporoſa, tempore tepido vel calido, ſuo pondere deorſum cadens, cùm in calidiorem aërem peruenerit, quicquid in ea frigoris eſt, in medium eius ſe colligit, & per antiperiſtaſin augetur. Facilius autem refrigeratur vel gelatur aqua, quæ præcalfacta fuerit. Augetur itaque eius frigus; vel refrigeratur.

- Mediocriter, *& facit imbres ſeu nimbos vehementes, qui conſtant paucioribus; ſed maioribus & impetuoſis guttis. Huiuſmodi nubes pleiadas vocant,* ſchlegrägen/ wulckenbruch. ὕδατα λάβρα ὀμβρηρά, ῥαγδαῖα. ¶ *Et eandem ob cauſam in Æthiopia quoque & Arabia æſtate tantùm pluuiæ fiunt, eæque vehementes: à nubibus ſcilicet per Eteſias ventos illuc depulſis, non illic natis (cùm materia propter calorem nimium deſit) aucto per antiperiſtaſin frigore, & pluuiam concitante.*

† ⅄Vehementer,*tum fit grando, eò maioribus granis, magisq́ anguloſis & rarioribus, quo propius terram acciderit: minoribus autem, magisq́ rotundis & frequentioribus quo altius à terra.*

¶ Accidunt *autem vtraque hæc in aëre inferiore, & qui infra altiorum montium vertices eſt.*

3 Nubes aliquando denſatur & exprimitur à frigore externo, & facit pluuiam: aliâs interno incluſo, & per antiperiſtaſin aucto, & fit grando, maius enim tale frigus eſt. Fortaſsis & ab vtroq; denſatur, vnde pluuia ſimul & grando fit, niſi inde ſimul pluuia cum grandine fiat, quòd grandines quædam parum compactæ ſint, eóque antequam penitus in terram lapſæ ſint, reſoluantur: aliæ duriores.

DE PLVVIA.

PLuuia fit quando nubes calore ſolis liquefacta, decidit, &c. Non placet hæc ratio, nec tale quid Ariſtotelem dicere puto. ſed potius, è ſpiſſatione nubis, aquam exprimi (vt manu ſcilicet è ſpongia) non calore & liquefactione. Nam è ſpiſsiori quidem, cui aqua inſit, liquato, vt glacie, niue, aqua exit: non autem è rariore: nubes autem rarior eſt, quàm aqua.

DE NIVE.

NIx frigidior eſt grandine, inquit Aphrodiſienſ. Fit enim ex vapore congelato: grando verò ex aqua congelata, vt glacies. Videtur tamen propter ſoliditatem grando frigidior niue: & glacies, pruina.

De Niuis colore.

2 An tum deraſio, tum gelu ipſum, vt in glacie, cauſæ coniunctæ ſunt albedinis? quare & intenſior fit. An deraſio ipſa potius, quæ fit ab ipſo pondere delabentis per particulas ceu carminatas nubis, cauſa eſt albedinis? vt caſeus raſus albeſcit, & ceu ſpumeſcit.

DE RORE.

QVomodo ros fit, alibi auſtrino, in Ponto autem Boreali ſtatu cœli? cum Ariſtoteles prius (id eſt, primo meteororum cap. 10.) dixerit, νηνεμίας οὔσης tantum hæc fieri? An auſtrinum ſtatum dicit, cùm auſter præceſsit, & non flat in præſentia, ſed proximè flauit?

DE GRANDINE.

GRando, granula vocant recentiores globulos extrinſecus frigore congelatos, intrinſecus verò inſtar niuis molliores. Grando dicitur, vel quòd grandis hæc & noxia tempeſtas ſit, vnde etiam calamitas vocatur: vel guttæ grandinum granis ſimiles ſint. Grandines in ſuibus, ſinnen. Collectio ſub cute: item grando in palpebris.

2 Grando fit ex ipſa pluuia congelata, vt guttarum figura oſtendit: ergo infra pluuiam, ea ſcilicet cadente, non in altis montibus. Vt igitur grando fiat, nubes grauis è medio aëre deſcendit ad calidiorem, & ita frigus, quod in ea eſt ἀντιπεριστάμενον, magis augetur: & ipſæ etiam guttæ cadentes eandem ob cauſam, interno earum frigore aucto congelaſcunt, *Ariſtoteles, vt videtur.*

3 Grandini nihil reſpondet in aëre infimo, vt ſcribit Alexander Aphrodiſienſ. in primum Meteororum. Quid ſi droſopachnæ ei reſpondeat?

4 Fit

4 Fit Grando nunquam hyeme, rarò æſtate, frequenter autumno, minus frequenter vêre. Cùm altius venit, grana ſunt minora, rotunda, denſiora: cùm humilius, contra longa vel lata, vel anguloſa.

5 Grando ferè medio loco fit, inter ſuperiorem, vbi nix & pluuia, ac inferiorem, vbi ros & pruina.

6 Grandinis differentiæ à loco concretionis habentur: χάλαζαι enim ex

- Altiore *loco aëris, & tum plus temporis datur deſcenſui, quàm congelationi: ſunt autem vel*
  - Σφαιρικαὶ.
  - Μικραὶ.
  - Πυκναὶ.
- Humiliore *loco, & fiunt*
  - Επιμήκεις.
  - Μεγάλαι.
  - Αραιαὶ.

7 Grando fit aliâs

- Rotunda, *quòd altius cadendo anguli colliſi ſint.*
- Anguloſa. *vel oblonga, ex nubibus prope terram orta.*

8 Non latè extenditur grando, vt pluuiæ, cùm per maiorem antiperiſtaſin fiat.

9 Si calida aqua citius congelaſcit: cur non etiam frigidior citius concaleſcit? An quod calida tenuior ſubtiliorq́ cùm ſit, facilius à contrario patitur: frigida autem eò denſior quo frigidior, minuſq́ apta pati. In Phyſicis enim huiuſmodi præter qualitates primas, partium quoq́ ſitum & craſsitiem ſpectare oportet.

10 Ab initio & fine cap. vndecimi lib. 1. meteororum, grandinem, pluuiam & niuem eodem in loco, ἐν τῷ περὶ τὰ νέφη τόπῳ fieri ſcribit, vt inferius rorem & pruinam: in capite verò 12 eiuſdem, negat eodem loco niuem & grandinem fieri: niuem enim in altos montes cadere, grandinem non. An fortè nix & ſupra altos montes, & paulò infra gigni poteſt, (nam & nubes aliquando prope terram fieri paulò pòſt dicit) grando verò infra tantum? fit autem ex pluuia, quæ ſuperius inceperat.

11 Grando fit imbre congelato: eodem humore mollius coacto (non placet) nix. Plin. lib. 2. cap. 62.

12 Grando interdiu ferè fit, an quòd tunc per antiperiſtaſin frigidior fit aër.

De grandine, Ariſtotelis & noſtra ferè ſententia.

13 Grandinem certum eſt, fieri è nubibus inſtar pluuiæ, imò ex ipſis pluuiæ guttis congelatis, vt figura oſtendit: & quòd pluuia grandinem comitari ſolet. Certum eſt etiam, eam fieri tempore temperato, vt vêre vel autumno, magis tamen vêre: aliquando æſtate, nunquam hyeme.

Itaque Anaxagoras putabat, eam oriri in aëre ſublimi, vbi frigidiſsimus eſt, circa ſcilicet & ſupra montium cacumina, vbi & pluuiæ & niues. Illic enim aquę minimas particulas immorari, donec congelarentur, deinde propter pondus cadentes, inter ſe vniri, & maiores fieri guttas.

Refutatio: Sed congelata vniri non poſſunt. Et certum eſt in altiſsimis montibus nunquam fieri grandinem. Inferiore igitur loco grandinem fieri oportet, altius tamen plerumque, quàm vel ros vel pruina. Hoc etiam differt, quòd horum materia vapor proximè ſupra terram colligitur interdiu, & noctè gelatur.

Grandinis verò materia nubes & pluuia eſt, non in aëre ſummo, ſed cùm in deſcenſu motúq; eſt. Primum enim ſi multus & calidus, vel temperatus vapor vel aqua in nube ſit, præſertim anguſtiore, facilè refrigeratur tota nubes, & facilius etiam quia calidus vel tepidus eſt vapor. Multus igitur vapor, & in anguſtum collectus, & refrigeratus, pondere ſuo deprimit nubem. exprimitur interim pluuia: & dum nubes ad humiliora calidioráq; loca fertur, frigiditatis eius partes per antiperiſtaſin, dum fugiunt aëris calorem, magis ad intimas nubis partes in anguſtum colliguntur. Itaque aucta frigiditate hoc modo, ipſius pluuiæ cadentis guttæ congelantur, interiores præſertim & vicinæ: aliæ verò non gelantur, exteriores fortè, aut ex alia nube inferiori: itaque pluuia grandinem comitari ſolet.

Hoc autem æſtate (puto) minus fit apud nos quoque, quàm vêre, etiamſi materia apud nos pro natura ſatis ſuppetat: quòd pauca frigiditas tunc in aëre inferiore ſit, quæ nubis deſcendentis frigiditati accedere poſsit. Vêre autem & autumno, cùm caliditas & frigiditas in aëre ſeparantur, & inter ſe pugnant, magis contingit. Hoc ipſum ferè ſic Auerrhoës expreſsit, vbi inquit. Quando aër exit frigiditatem, & intrat caliditatem: & (vel) exit caliditatem & intrat frigiditatem: tunc in eo aliquando cauſantur nubes diuerſarum partium in caliditate & frigiditate: & tunc accidit frigiditati fugiente caliditatem, vniri in ſe in parte inferiore nubis: & tunc propter intenſam frigiditatem cauſabitur grando. Grando igitur ſemper cadit in loco humiliore altiſsimis montibus, hoc eſt, ad vnum miliare fortè ab aëre: aliquando etiam inferius pro loco nubis in quo generatur, quæ vel altius vel minus altè pro ratione caloris efferentis plus minúſue validi, eleuatur. Altitudinem granorum magnitudo, figura & conſiſtentia oſtendit.

Rurſus de grandinis generatione.

14 Primum vapor, qui attollitur, tempore veris æſtatiſq;, aliquando ſi ſuppetat materia, (quanquam debebat ſuppetere, cùm ſuppetat pluuijs) calidus eſt, ideóque in ſuperiori ſeu medio aëre citius magiſque refrigeratur, in nubem ſe colligens: quæ cùm deſcendit ſuo pondere, ac ſimul in aquam vertitur, propriæ molis compreſsione, aqua illa ſtatim, vt cadere incipit, congelatur frigore eius & nubis per antiperiſtaſin aëris calidi aucto. Ita videtur ſentire Ariſtoteles. Quid ſi tum fiat grando, cùm in aëre caloris & frigoris quaſi pugna quædam eſt, vt cùm vêre frigus aëris diſpellitur à calore, vt partim terrã ſubeat, partim aſcendat: in eo occurſu frigoris, fortè grando gignitur, & ſimiliter cùm autumno frigus in aërem redit.

DE FONTIBVS, FLVMINIBVS, MARIQVE.

VEntorum & fluminum analogia quædam cùm ſit, (an quoniam in vno aliquo loco collecti, inde effluunt tanquam è fonte, venti etiam vt flumina) prius de fontibus & fluminibus, poſterius de ventis. 1. Vt de corpore noſtro microcoſmo Hippocrates dixit, totum eſſe σύμπνουν & σύῤῥουν: ita & de toto mundo tanquam vno animali exiſtimandum eſt. Omnia enim in eo ad vnum finem pertinent, & quòd ille dixit, ἀφ' ἑνὸς καὶ πρὸς ἕν. Itaque omnia ferè omnibus inſunt actu aut potentia, aut recipere ſaltem ſe mutuo illa poſſunt, habéntque meatus, aut cedunt alia alijs. In primis verò terra præ cæteris generationi corporis mixtorum deſtinata, & omnium ἑστία, intra ſe ſatis materiæ

continet,

continet ignes, vapores, halitus; & maximis ventribus atque meatibus capit & admittit illa. Halitus autem per emiſſaria aliqua prodeunt, & occurrente aëre frigido mutantur in aquas, vt ſudor è corporibus noſtris: quæ effluentes, ne vacuum detur, conſequenter ſubinde materiam trahunt, &c. Itaq; calor internus excitat primum halitus, & fuga vacui illos conſeruat, &c.

2 Terra continet intra ſe vel manifeſtos vel latentes fontes

- Aquæ, *& hinc oriuntur*
  - Stagna.
  - Lacus.
  - Fluuij.
- Flatus, *de quibus ſuo loco.*
- Ignes, *qui aut*
  - Fluunt *inſtar torrentis.*
  - Glebas *ignitas eijciunt.*
  - Calefaciunt *thermas*
    - Χλιαράς.
    - Ευκεράτες.
    - Ὑπερζέςες.

3 Plato in Phædone, originem aquarum omnium volebat eſſe in tartaro (voragine) quodam ſubterraneo, pluuijs aquis repleto. Ariſtoteles refutat. 1. Quia nulla tanta cauerna tot pluuias caperet. 2. Nuſquam in terra apparent huiuſmodi cauernæ, plenæ aquis: imò apparent alicubi particulares & paruæ, vt torrentium, vniuerſalis verò nulla.

4 Πηγὴ vocabulum generalius ferè eſt, quàm κρήνη.

- Πηγὴ *dicitur fons quiuis,*
  - Riui } *magnitudine tantùm differunt.*
  - Fluuij }
  - Putei, *qui in profundo ſcaturit, & ſtat, id eſt, non effluit.* ¶ *Lacus etiam ſtat, ſed hypoſtaſin (ſiue limum) habet, puteus non habet.*
- Κρήνη (*an* ἀπὸ τοῦ κρεῖν;) *ferè initium eſt riui vel riuuli. Ariſtoteles tamen etiam de fluuijs dicit,* ὅτι σχεδὸν ἐκ κρηνῶν οἱ πλεῖστοι ῥέουσι.

Saliens ein rörbrunn. Aqua ſaliens, id eſt, currens. Riuo ſaliente ſitim extinguere, Vergil. Item ſalientes capita fiſtularum, & etiam ipſæ tubulorum fiſtularumq; ſcaturigines, quæ & ſiphunculi dicuntur, Græcis κρουνοὶ (nimirum ἀπὸ τῆς κρούσεως καὶ ὁρμῆς) vnde fons ἐννεάκρουνος Athenis: nouem fiſtulis ſeu ſcaturiginibus.

Πίδαξ ἀπὸ τοῦ πηδᾶν.

Ποταμὸς εἰς θάλατταν εἰσβάλλει, ἐκδίδωσι, ἐκρέει, Ariſtoteles.

Amnis à manando, vel ab am, id eſt, circum, & nare, id eſt, fluere: ſunt enim flexuoſi amnes.

Fluuius à fluendo.

Fons à fundendo.

Puteus, à putore, non enim ſatis perſpirat, nec liberum habet aërem.

Torrens, qui æſtate torreri Sole, id eſt, exiccari ſolet.

Riuus, ἀπὸ τοῦ ῥεῖν puto: vnde riualis.

Palus aqua ſtans, nec exitum nec introitum manifeſtum habens: & ſæpe profunda eſt. ἕλος, ein pfützen oder lachen / vt in pratis quibuſdam & circa maria. Ἕλος propriè locus aquoſus vel palus, vbi creſcunt arundines & huiuſmodi.

Τέναγος, τενάγη videtur, vbi multæ exiguæ, nec profundæ paludes diſperſæ & per interualla ſunt, mooß / riet. Γῆ ἐπιπόλαιον ὕδωρ ἔχουσα, ἢ πηλῶδες ὕδωρ, Va-

rinus: nimirum διὰ τὸ τέγγεσθαι καὶ βρέχεσθαι τὴν γῆν. Locus paluſtris, pratum paluſtre.

Lacus à Græco λάκκος, quòd eſt fouea, ſed Græcè λίμνη dicitur, διὰ τὸ λίαν μένειν ἐν αὐτῇ τὸ ὕδωρ. Circa montes, à fluuijs intrantibus in humilem & planum locum. Iuxta mare ſalſus: terra inter ipſum & mare aggeſta, vbi prius mare continuum fuerat. Hic & palus vocari poteſt, (vt palus Mæotis, omnium maxima) & melius ſtagnum. Homerus etiam Oceanum περικαλλέα λίμνην dixit.

5 Τῶν ὑδάτων τὰ μὲν εἰσὶ

- Ῥυτὰ καὶ πηγὰς ἔχει ἐν ὑψηλοῖς τόποις
  - Fluuij, ποταμοί.
  - Κρῆναι.
- Στάσιμα, σαδαῖα ἐν ἐπιπέδῳ ἢ
  - Πηγαῖα
    - Χειρόκμητα, φρέατα: *quæ fontes quidem habent, ſed inferius, hos ars hydrophantica fodit.*
    - Αὐτόματα, *vt in hiatibus, quos terræmotus fecerint.*
  - Συλλογιμαῖα ἐξ ὑετῶν,
    - Πολλὰ, λίμναι, *minores ſcilicet, nam maiores pleriq; lacus è fluuijs per loca caua ſtagnantibus fiunt.*
    - Ὀλίγα, τέλματα.

6 Fluuius idem

- Fluens, *terram facit aggeſto limo, vnde mare repulſum, neceſſe eſt in oppoſito aliquo littore exundare, & illic pro terra mare fieri.*
- Non *influens nec amplius limum ingerens, mare facit: redeunte in ſuum locum mari, non amplius impediente limo. Itaque tùm rurſus ex oppoſito, pars prior mari obruta, relinquitur arida.*

Cur flumina interdum deficiant?

7 Prima cauſa eſt ipſa materia conſtituens naturam, nunquam in eodem conſiſtens, & perpetuò fluens: ſemper appetens mutationem aliquam & nouã formam: ὥσπερ αἱ κιττῶσαι τῶν γυναικῶν ἄλλην ἀεὶ βορὰν, &c. Altera mundi & naturalium rerum ſenectus.

De mari.

8 Mare mihi oriri videtur è maximis fluuijs, & Mæotin eius eſſe μαῖαν, id eſt, nutricem ſeu matrem, ſicut & lacus noſter generatur, & parua maria, ex vno aliquo fluuio, ita mare ex omnibus. An plura & maiora flumina ſimiliter, in loco anguſto & alto mare: qualis eſt Mæotis, ſe exonerantia, nullus nobis eſt cognitus? & hic quodammodo in medio eſt Aſiæ Europæq;, & è regione eius Nilus, &c.

9 Maris affectiones vel paſsiones: in ipſo mari ſunt, aut

- Χάσματα, χαρύβδεις.
- Σύρτεις.
- Ἀναχωρήματα.
- Ἐπιδρομαὶ ἔχουσαι
  - Ἀνταποκοπήν.
  - Πρόωσιν μόνον.
- Ἀναφυσήματα πυρός.
- Πηγῶν ἀναβλύσεις.
- Ποταμῶν ἐκβολαί.

†

Δίνδρων

† Δένδρων ἐκφύσεις.
Ῥόαί τε καὶ δῖναι { Ἐν μέσοις πελάγεσι. / Κατὰ τοὺς πορθμοὺς καὶ εὐρίπους ὧν λέγεται.
{ Τὸ μὲν, ἄμπωτις, ἀναχώρημα. / Τὸ δὲ, πλημμυρὶς, κυμάτων ἄρσις.

DE VENTIS MEDITATIONES.

1 Venti non fiunt in aëre ſuperiore, vel qui ſupra altíſsimos montes eſt, vt neque nubes: alioquin omnes ad eundem locum mouerentur, iuxta primi mobilis motum, vt aër ille: nunc verò & venti & nubes in contrarium aguntur. Vnde montes quidam hypernepheli & hyperenemi dicuntur, cùm in eorum iugis vltra annum cineres permaneant.

An ventus ſit aer mobilis.

2 Nos quoque aëre moto facimus ventum: facimus quidem, ſed nothum. At qui refrigerat & hic & ille, ſed per accidens vterque.

3 Venti puto non adeò altè à terra gignuntur; vt aquea meteora, cùm in altiſsimis montibus (cinis in Olympo inſcriptus) eſſe negetur, & cæt. de quo tamen nobis nondum ſatis conſtat.

4 An venti, quoniam in vno aliquo loco collecti, inde effluunt tanquam è fonte, vt flumina?

5 Ventorũ motus obliquus. Vt vapor humidus, ita et halitus ſiccus, rectà aſcendunt verſus aëris medium: ſed ille in medio aëris condenſatus, grauiorque factus rectà deorſum ſua grauitate relabitur: hic non item, neque enim denſior, neque grauior fit, ſed repellitur tantùm; à principio ſcilicet, ſtatim frigidiore aëre occurrente. Itaque mouetur quidem deorſum, non rectà tamen, vtpote non grauis, ſed in obliquum & tranſuerſum.


6 Quomodo cùm ſpiritus raritate ſua & tenuitate facilè cedat, mouere terrã poteſt, & terræmotum excitare? An non cedit, quia inclusus eſt, cùm cedendi locus non pateat.

7 Non ynus uentus, etſi omnium materia vna ſit: vt neque fluuius vnus dicendus, licet vna omnium materia ſit aqua: ſpecie enim differunt, ratione fontium & oſtiorum. ſic venti ratione locorum ex quibus; & ad quæ ſpirant. Res quidẽ nullæ à materia denominantur.


Flatuum diſtinctio.

8 Flatus
- Certus, *Ventus ferè*
  - Euri,
  - Zephyri, &c.
- Incertus
  - Infirmior, *vt aura & alij ſine nomine:*
  - Vehementior
    - Supernè *è nubibus deſcendens:*
      - Simpliciter: *recta*
      - Cum *vertigine.*
    - Infernè *ſurſum, è terra*
      - Rectà, φύσημα
      - Cum *vertigine.* πρηστὴρ χθόνιος
      - *Si pautior ſit flatus & minus impetuoſus,* λαίλαψ, στρόβιλος, *&c.*

VENTI XXIIII. DIGESTI APVD Vitruuium lib. 1. cap. 6.



Errata pictoris, à C. verſus D. 3. l. Aquilo: & 5. Carbas à D. verſ. A. 5. l. Leuconotus.



Ventorum expedita deſcriptio pro pueris.

10 In tabulis pro pueris ſic nota: cũ manu fac circulũ, vt pollex ſit pro centro, & ſumma pars medij digiti pro circũferentia in ſuperiore ſemicirculo, in inferiore cõtra: tũ diuide in quatuor partes: cuiq; parti dodrantem cum digitis quinq; tribuẽdo: & rurſus quanq; partẽ quartá, in quinq; puncta ęquidiſtantia ad duos dies plenos diuide, adſcribendo numeros, ab 1. ad 5. Ipſis verò quadrantũ lineis literas A B C D & prouenient loca 24. ad hunc modum.

Nomina ventorum quomodo tabulæ inſcribenda.

A Auſter, & verſus B 1. *Altanus.* 2. *Libonotus.* 3. *Africus.* 4. *Subueſperus.* 5. *Argeſtes.*


B Fauonius, & verſus C. 1. *Eteſiæ.* 2. *Circius.* 3. *Chaurus.* 4. *Chorus.* 5. *Thraſcias.*

C Septentrio, & verſus D 1. *Gallicus.* 2. *Supernas.* 3. *Aquilo.* 4. *Boreas.* 5. *Carbas.*

D Subſolanus, & verſus A 1. *Ornithia.* 2. *Cecias.* 3. *Eurus.* 4. *Vulturnus.* 5. *Leuconotus.*

Nomi-

NOMINA VENTORVM, EORVMDEMQVE ordo & ſitus ex Ariſtotelis compendio philoſophiæ ad Alexandrum.



Numerorum & literarum huius figuræ interpretatio.

1. Græcis, ἀπαρκτίας.
2. Thraſcias. hunc aliqui Cæciam vocant, Ariſtoteles. Alij orientalem ſuperiorem Cæciam nominant.
3. Olympias. Argeſtes Ariſtoteli.
4. Ζέφυρος Græcis.
5. Λίψ. Africus.
6. Phœnicias. Hunc aliqui Vulturnum putant: ſed Eurus potius Vulturnus eſt.
10. Ἀφηλιώτης.
11. Aliqui Aquilonem occidentalem Cæciam vocant.
12. Aquilo. Meſes.

A Boreæ, Apuleio. Aquilones, ὀρνιθίαι verni.
B Euri.
C Hyemales Auſtri.
D Verni. Cephyri.

Inter A & D ἐτησίαι Ariſtoteli, per caniculares.

Plura vide apud Vitruuium & eius interpretes loco citato.

11 Ecnephias vapores ſibi aſciſcit, & veluti concorporat: nam plurima in eo exhalatio calida & ſicca vincit vapores.

Exhydrias id facere nequit, & cum aquis deſcendit.

12 Flatus è nube erumpens aliâs eſt
- Paucus, *tenuior, paulatim, fulgur.*
- Craſsior, *copioſus, idq; alias*
  - Cum *igne, vel*
    - Tenui, *arges non vrens.*
    - Craſſo, *eoq; aliâs*
      - Multo, *fulmen ſimpliciter vrens.*
      - Pauco, *vt materia ἡμίπυρος ſit, preſter.*
  - Sine *igne, typhon.*

13 Typhon non antennas modò, verum ipſa nauigia contorta frangit. Idem illiſu ipſo repercuſſus, correpta ſecũ in cœlũ refert, ſorbetq; in excelſum. Quod ſi è maiore depreſſæ nubis erupit ſpecu, ſed minus latè quàm procella, nec ſine fragore, *Turbinem* vocant, proxima quæq; perſternentem. Idem ardentior accenſuſq;, dum furit, Preſter vocatur, amburens contacta pariter & proterens.

14 Terræ incluſi venti ſine terræmotibus, efficiũt inſaniam, tabem, diuinationem, mortem. ein böſen windt.

DE TERRAEMOTV MEDITATIONES.

1 Differentia terræ motus eſt, quando terra vi ventorum attollitur, *Lieblerus.* An nimis generali vocabulo habitus terræ incluſos hic ventos appellat? an potius à ventis etiam extrinſecus in terram deerrantibus (quare & *ὑπνεμία* ſequitur) terræmotus fiunt non ſolùm ab exhalationibus in ipſa terra genitis.

2 Terræmotus aut fiunt
- Rectà, *vel*
  - Surſum, *ἆσαι.*
  - Deorſum, *idq; vel*
    - Subſidendo, *χασματίαι, in aquis ſubmergunt.*
    - Terram *aperiendo, ῥῆκται, & eijciunt*
      - Flatus
      - Saxa,
      - Lutum
      - Fontes.
  - Surſum *& deorſum, tremoris inſtar, βρᾶσαι.*
- Obliquè, *idq; vel*
  - In *vnum latus, ἐπικλίνται.*
  - In *vtrumq;, Titubantes.*

De terræmotu tabula, ex Ariſtotelis libro de mundo, & Plinio.

3 Terræmotuum alij
- 1 Surſum *pellunt, qui ὦσαι dici poſſunt: ſed id vocabulum commune eſt etiam alijs (vt ἐπικλίνταις) qui fiunt κατὰ μίαν ῥοπὴν: ideſt, cùm in vnam partem totus ſe motus propellit, interprete Plinio.*
- Deorſum *mouet, à quibus terra vel*
  - 2 Subſidit *tãtùm, ſuperficie integra, ita vt nõ aperiatur, χασματίαι. Hi puto minus periculi habent, niſi profundiores ſint, aut propè aquas.*
  - † 3 Finditur, *& rimam magnam profundamq; agit, aut veluti puteum oſtendit,* ῥῆκται

ῥῆκται *Hi autem ſimul emittunt vel*

- Flatum
- Saxa,
- Lutum
- Fontes.

¶ Ad ῥηκτὰς *fortè etiam* μυκητίαι *pertinent, ideſt, mugientes. Mugitus enim edi poſſe non videtur, niſi cum flatu erumpente, præſertim oblongo arctoq́ meatu. Præcedit terræmotum (inquit Plinius) comitaturq́ terribilis ſonitus, aliâs murmur ſimile mugitibus, aut clamori humano, armorúmue pulſantium fragori. Fit & ſine motu mugitus, cū flatus incluſus paucus eſt, nec ſufficit motui: latera tamen terræ pulſat. Hoc præcipuè puto locis aquoſis contigere,* βομβήκας *vocant: meminit in problematibus Ariſtoteles quanquam & ardea ſtellaris minor (*ein Moßkü*) iiſdem in locis ſimilem mugitum edere dicitur.*

4 Surſum *ac deorſum (ad angulos rectos) alternis quatiunt,* Βράσται. *Hi, teſte Plinio, nihil periculi afferunt, cùm intumeſcit aſſurgens, alternoquè motu reſidet terra. Hunc motum videtur Ariſtoteles in Meteoris cōparare* σφυγμῷ, *ideſt, pulſui.*

5 In *latus alterutrum (ad angulos acutos) trudunt;* Ἐπικλίνται, *genere quidem* ὦσται, *vt dictum eſt.*

6 In *vtrumq́ latus vibrant, ſeu motum in latera alternāt,* Παλματίαι. *Idq́ vel*

- Modicè: *ita vt tremori ſimiles ſit affectus. Tutiſſimum eſt, cùm vibrat criſpante ædificiorum crepitu, Plinius.* Et mox: *Deſinunt autem tremores, cùm ventus emerſit. Sin verò durauêre, non ante quadraginta dies ſiſtuntur, plerumq́ & tardius, vtpote cùm quidā annuo & bienni ſpatio durauerint.* Sic ille.
- Amplius *paulò: quòd cum in duobus oppoſitis ædificijs contingit (ſi modò contingit, & Plinius rectè vel ipſe ſcripſit, vel ex alijs tranſtulit) obarietant illa. Innoxium (inquit) & cum concurrentia tecta contrario ictu arietant, quoniam alter motus alteri renititur. Ariſtoteles quidem in libello de mundo ad Alexandrū, non duo ædificia ſe mutuo ſuſtinere in hoc genere motus ſcribit: ſed vnum & idem ædificium propter, contrarios eius motus ſe inuicē excipientes, ſuſtineri ſcribit, his verbis:* Ταῖς εἰς ἑκάτερον ἐγκλίσεσι καὶ ἀναπάλσεσι διορθοῦντες ἀεὶ τὸ σειόμενον. *nec duo (vt Plinius facere videtur) ſed vnum duntaxat eorum genus facit.*

7 Vndarum *inſtar fluctuant, teſte Plinio. Vndantis inclinatio, inquit, & fluctus more quædam volutatio, infeſta. Hi quidem videri poſſunt eius generis eſſe, qui ſurſum ſimul & deorſum mouent, ſi non vno in loco, ſed ſecundum longitudinem aliquam id fieri intelligatur.*

8 In *orbem tranſponunt, & ſitum rerum tranſmutant.*

4 Terræ motuum differentiæ numerantur plures, quia alij ſunt

- Ἐπικλίνται \ *ſi in vnum latus obliquè ferantur. Nam ſi in vtrumq́ obliquè, titubant.*
- Βράσται + *idem faciunt, ſed inæqualiter & ad latera, idq́ cum tremore.*
- Παλματίαι ✳ *cum tremore eodem modo.*

Χασμα-

† Χασματίαι subſidunt.


Ῥῆκται eiaculant, vel Flatum, vel Saxa, vel Lutum: fontes etiam ape- riunt.

Ὦσται euertunt.

Μυκητίαι dicuntur, quicunq; ex ſupra dictis cum ſonitu fiunt.

Figura, qua differentiæ terræmotuum vtcunq; proponuntur.

5 Superficies terræ



a Eſt ἐπικλίντης ſimplex, ideſt in vnum latus.

a b Παλματίας, veluti ἐπικλίντης compoſitus.

b c Παλματίας hic quoq;, ſed in binis ædificijs arietantibus ſecun- dum Plinium.

8 Octauus ita fit, vt ſi ædificium a transferretur in locum e.

6 Neptunus ἐνοσίχθων dicitur, ab ἐνόθω, quod eſt, moueo: & ἐννοσίγαιος, ν duplici, & σεισίχθων, & tribuitur ei tridens; fortè quoniam terræmotuum tria ſunt genera, è quibus etiam χασματίαι & βρασματίαι ſunt (Euſtathius) Βράσται Ariſtoteli à verbo βράζω, ebullio.

De Terræmotibus lege Senecam lib. 6. Naturalium Quæſt.

De terræmotu quodam terribili circa Niceam, ex libro Italico, 1564.

7 De his citius ad te ſcipſiſſem, ſed non licuit per terræmotum maximum, qui cepit in quodam oppido, non valdè procul à Nicea. Quo quidem in loco duæ ſunt viæ, quarum altera collem Tendanum rectà ſpectat, altera vallem, quæ 20. miliariorum longitudinem habet, ingreditur, & ad colles feneſtrarum pertingit. Vbi hyeme, quod iter & breuius ſit & commodius, hi qui ſalem in Pedemontiū tranſportari curant, tranſire conſueuerunt. Diuiditur deinde hæc via: & hinc quidem in Tragiam, quæ eſt tuæ ditionis, & illinc ad Burgum venitur. In ea valle multa ſunt oppida, partim in eius planitie, partim hinc & inde ad montem po ſita. Horum in medio oppidorum ex concurſu multorum torrentium, qui è mōtibus delabuntur, magnus fluuius efficitur, qui non procul à Nicea mare ingreditur. Hoc in loco, die & hora prænotata, cœpit terræmotus. Quamobrem perterriti populi omnes ferè ad eccleſias confugere, deo ſupplicatum, vt eos ab iminente ruina eriperet. Quoniam verò in illis locis muri nec firmi, nec altè fundati ſunt, corruêre primùm illa templa cum omnium interitu qui intus fuerūt: oppida verò quæ in montibus ſita erant, quòd montes ipſi diuiſi fuerint, & alter ſuper alterum ceciderit, ſubmerſa ſunt. Et relicta eſt abyſſus quædam: quæ res ſanè aſpectu & horroris & terroris plena eſt: nec vllus adeò forti eſt animo, quin perterreſiat. Septem autem oppida ſunt ſubmerſa, vt nihil ſit reliquum eorum, quod non abſorptum ſit. Sunt hęc oppida, *Roua, Manciana, Regula, Saldania, Roua Biliorium, Villanetum, Murena.* Quidam, terræmotu durante, ex illis oppidis, alij quidem veſtibus induti, alij nudi ad montes fugêre, qui vicinorum oppidorum homines nacti, omni tamen cibo & potu abſtinebant, & velut mente capti expirabant, nihil aliud vel proferentes vel reſpondentes, præter, *Ieſu Maria adiuua nos miſericordia.* Elapſis tribus aut quatuor diebus, eorum voces ſub illis ruinis ſunt auditę

auditæ, nec tamen vllæ ſuppetiæ ferri potuerunt. Nícea & terra noua magnam adhibuerunt diligentiam, ad quingentoſq; homines vt illis opem ferrent miſerunt. Qui vbi ad locum ruinæ venerunt, deſpondentes animum timore perterriti redierunt, nec vel minis vel adhortationibus, vt illis opem ferrent, adduci potuerunt. Mons altiſsimus eſt apertus, flammaſq; veluti Aethna in Sicilia eijcit. Aliqua oppida in planitie poſita, alia in cacuminibus montium vel omnia prorſus habent fracta, vel plane euerſa: atq; in hunc vſq; diem nemo ibi habitare audet: duratq; alicubi etiamnum terræmotus. Rem incredibilem, quæq; potius aliquibus vel falſa vel conficta videbitur, referam. Portus *Villa franche* præter morem plus quàm vlna ſubſedit. Quamobrem ex his inſolitis prodigijs oſtenditur imminere aliquod maius malum; quod pro ſua infinita miſericordia auertat à nobis Deus.

De alio terræmotu.

8 1564. Iulij die 7, patruelis mei filius & affinis quidam meus in vallem *Auguſtam* dictam venerunt, eum in locum, vbi pridie eius diei mons collapſus erat, aiunt aũt plurimos homines cum pecoribus hoc caſu perijſſe. Locus ad quadrantẽ miliaris tantũ abeſt ab Auguſta oppido. Obuios aũt habuerũt vltra 600. homines, ab oppido eo profectos cum ſacris vexillis, vt mortuos deplorarẽt. Altero die poſt, alius etiam cognatus meus locum luſtrauit: qui refert, homines noſtos numero 11. ſupra centum illic perijſſe. putant autem, ignotos etiam aliquos cum illis fuiſſe. Pagus *Arras* vocatur, qui per montem, è ſublimi collapſum, totus deletus ſubitò eſt manè hora 7. Eius caſæ fuerũt circiter 60. ita vt ne veſtigiũ quidẽ eius reliquum ſit. Virum vnũ duntaxat eius pagi ſeruatum aiunt, vxore liberis & rebus omnibus amiſsis: Et campana turris extra hanc voraginem impetu quodam proiecta, reperta eſt: quod ſacerdotum ſuperſtitio baptiſmo eius adſcripſit: quaſi verò maior huius ſacramẽnti in campana quàm tot hominibus vis fuerit.

DE FVLGVRE MEDITATIONES.

1 Fulgur cum ſono recentiores, vt Velcurio, corruſcationem vocant, ſine ſono autem (vt cum nubes eſt rarior; & exhalatio ipſa quoq; rarior & ſubtilior) fulgetrum nominant.

2 Fulgur ex cõcurſu & colluſione nubiũ fieri aliqui putãt, minus probabiliter.

DE FVLMINE MEDITATIONES.

1 Κεραυνὸς nomen generale, propriè verò ſignificat fulmen accenſum. Differũt:

- Qualitatibus, *Nam aliud eſt quod*
  - Vrit, *idq; vel*
    - Multum
    - Parum
  - Non *vrit, ac tale aliâs*
    - Infuſcat
    - Non infuſcat.
  - Ardens, *ignitum.*
  - Semiignitum, *præſter, turbo accenſus, ψολόεις infuſcans.*
  - Frigidum, *idq; vel*
    - Ἀργῆς, *clarum*
    - Τυφῶν, *vortex reuerberãs, alij πνεῦμα πυρῶδες*
- Motu, *ſic aliud dicitur*
  - σκηπτὸς
  - ἑλικίας
  - Reuerberans, *vt typhon & ipſe perrotatus in circulum Hermolao.*

Quòd fulmina non ſint à Ioue contra Plinium, diſceptatio.

2 Vulgus quidem ſentit: ſed ab illo nihil ἀκριβὲς eſt; & præſtat ſapientib. quã

vulgo credere, quanquam vulgus etiam alia ratione videtur Ioui fulmina tri-
buiſſe, tanquam ſummo deo vltori, non tanquam ſyderi. Nam nos etiam in ma-
nu Dei vt omnia bona, ita & omnes malorum pœnas, tempeſtates, aliaꝗ; ſitas
eſſe dicimus.

Nos fulmina dicimus generari eo in loco, vbi & alia huiuſmodi meteora, vt fulmina, tonitrua, &c. nubes, in medio ſcilicet aëre, non multò ſupra altiſsimos montes, quoum vertices propter aëris frigus perpetuis niuibus candent. Nam ſi materia eorũ vapor eſt, humidus ſcilicet, illic coit & pondus accipit, & altius aſcendere non poteſt: cùm aër ſuperior calidior & tenuior ſit, & calidis tenuibúſque tantùm exhalationibus recipiendis idoneus. Ingens certè ſonitus ſępe tanquam ex proximo auditur: & intra nubes hos ſonos fieri, confeſſum eſt. Sublimiùs autã pura ſunt omnia, & perpetua rapidiſsimaꝗ; vertigine circumacta, primũ mobile ſequuntur, quæ conſiſtere & denſari nihil patitur. Tanto autem rapidior hic aëris motus eſt, quanto propinquior cœlo. Sed neꝗ; efficiens cauſa in medio aëre deeſt, calor ſcilicet accendens aut eiaculans ipſa fulmina, exhalationes enim calidæ à terra euectæ, vt æſtate maximè (nã hyeme clauſa eſt terra) & intra nubes craſſas, incluſæ, dum vi ſibi exitum quærunt, fulmina efficiunt: ita vt terræmotus etiam μυκητίαι, ideſt cum magnò ſonitu & fragore aliquando redduntur. Quòd ſi circa cœleſtia corpora hæc conſiſterent, oporteret illic etiã qualitates contrarias & rerum corruptionis cauſas reperiri, quòd abſurdum eſt: & periculũ eſſet, ne ipſa ſyderum corpora ad latus aut infra, à fulminibus tangerentur. In ſequentibus quidem nihil aliud de fulminũ cauſis & generatione docet Plinius.

DE TONITRV MEDITATIONES.

1 Tonitru Plinio eſt fragor editus ex plaga impactorum ignium, è nube erumpentium: latera nubis craſſa, ſolida, denſa, dum perrumpuntur, &c. Ariſtoteles ad Alexandrum dicit, fieri à flatu implicito in nube craſſa & humida erumpẽte, vnde ſonus fit ὥσπερ ἐν ὕδατι πνεῦμα σφοδρῶς ἐλαυνόμενον.

2 An tonitrui cauſa triplex?

1. Expreſsio *vel repulſio à nube (ſuperiori) præcraſſa & frigida.*
2. Eruptio *exhalationis calidæ & ſiccæ ſua ſponte, vt eadem in terræmotu incluſa erumpit.*
3. A' *calore incluſo attenuatio proximarum nubis partium: quæ ſic attenuatæ ampliorẽ locũ requirunt. Itaq; erumpũt, vt in vaſe vinario, feruente muſto.*

DE HALONE MEDITATIONES.

1 Halo, ἡ ἅλως, τῆς ἅλω. Apuleio non rectè ἄλυσις pro ἅλως, catena quædã luminis, inquit, per Solis ambitum.

2 Halo generatur, cùm vapores æquabiliter & moderatè ſpiſſeſcunt: nam ſi craſsiores eſſent, nigricarent, & nimis humidæ eſſent: at halos ventorum, qui ex ſicca exhalatione fiunt, indicium eſt. Si verò tenuiores & rariores eſſent, non refringerentur ad eas radij.

DE IRIDE MEDITATIONES.

1 Iris ab εἴρειν: vnde Irus ille Homericus. Βάσκ' ἴθι Ἶρι ταχεῖα. Fit in nube vda, caua & continente, vt in ſpeculo, &c. An refractio radiorum in nubibus potius quàm in aëre fit, vt in parelio effigies: in cæteris color tantùm.

2 Debilitas oculorũ in cauſa eſt ſeu radiorũ, vt varij colores appareant: radij aũt omnes langueſcũt & debilitantur lõginquitate rei viſibilis. Sic & color ille ἰερῶδης circa candelas, auſtrinis flatibus maximè apparet, præſertim illis quorũ oculi ſunt humidi: hi enim propter imbecillitatem citius reflectuntur.

Cœruleus color iridis intermedius eſt. Maris quidem color in profundo cœruleus

ruleus videtur, inde fortè color is thalaſsicus appellatur: Lucretius lib. 4. *teriturq; thalaſſina veſtis*, id eſt Veneti coloris & marini. *Ornatu thalaſſico incedit*, Plautus.

Iris ex Hermol. Barb. phyſic. lib. 4. cap. 26.

3 In iride colores fiunt intermedij tantùm, minimè verò poſtremi. Nam & vis luminis nigritiam eſſe nõ ſinit, & nubis opacitas albedinem tollit. Purpureus in ſuperiori circumferẽtia videtur: ea enim plus à ſole diſtat, quàm reliquæ partes: vnde radij ex ea diſtantia debiliores redduntur; & reflexi colorem illum efficiũt ardentiorem. Sic Hermolaus. Clarius autem fortè dixiſſet, non ardentiorem, ſed dilutiùs rubentem: qualis quidem purpureus eſt, ſi puniceo conferatur: dilutior autem languidior debeliorq; eſt: hoc eſt, minùs ſaturatus, vel minus nigri habens. 2. eſt viridis. 3. puniceus: & 4. interdum croceus. Tantiq; operis huius ſubtilitas eſt, vt hoc ſolùm pictoribus imitatu difficilimum ſit. Paruo lumini grandis opacitas obiecta nigritiam reddit (quare in valde opaca nube non fit iris) magno autem lumini parua opacitas oppoſita, albedinem gignit: hinc eſt quòd radij ſolis qui recti feruntur, & fortiſsimè penetrant, non alium quàm album colorem producunt.

De anaclaſi & diaclaſi opiniones & meditationes Geſneri variæ.

4 Anaclaſis fit, vt in ſpeculo (vitreo) cum id quòd videt, & quòd videtur, ab eadem ſpeculi parte ſunt. In Diaclaſi verò ſpeculum eſt inter id quòd videt, & quòd videtur, vt in ijs, quæ per aquã videntur. Et ſic nubes ſunt veluti κάτοπτρον, per quas videntur ſtellæ, vel earum radij in eis διακλώμενοι. Diaclaſis maiora facit apparere quæ remotiora ſunt, vt nummum in fundo aquæ. Anaclaſis contrà, eò minus vnumquodq; quo remotius eſt, oſtendit. An diaclaſis clariore vocabulo διάχυσις potius diceretur?

5 An dicemus, anaclaſin fieri ad latera & obliquè, quod illac ſpatium longius ſit, quàm vt radij in corpore craſsiuſculo omnino penetrare queant? diaclaſin verò, vbi rectà ad perpendiculum, ceu breuiore ſpatio penetrant? vt in his figuris.

διά | ||| | κλασις — ἀνά | /// | κλασις

oculus — oculus

6 An hoc verum non eſt, neq; anaclaſis propter corporis vel ſpeculi, aut nubis, in quo quid apparet, craſsitiem aut longius ſpatium eius fit? Nam Olympiodorus anaclaſin etiam in guttis fieri dicit. Et dicendum eſt fortè, illas differentias, quòd vel rectà vel obliquè vnum per aliud medium videtur, non tam ad eius quòd videtur, figuram pertinere, ſed ad nos & oculos noſtros, quod id nobis vel ad latera ſit poſitum, vel rectà ſupra nos.

7 Τὰ κατὰ διάκλασιν ὁρώμενα (καὶ κατὰ κάθετον ἡμῖν) φαίνεται διὰ τὴν χύσιν τὴν ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ. διὸ καὶ ἡμεῖς ὅπου τι μεῖζον θέλομεν φανῆναι, διὰ τοῦ ὑγροῦ ποιοῦμεν αὐτὸ φαίνεσθαι, Olympiod. Et rurſus, Ἐπὶ τῆς ἀνακλάσεως ἐὰν εἴη τὸ ἔνοπτρον μικρὸν, τὸ μὲν χρῶμα δέχεται τοῦ αἰσθητοῦ, τὸ δὲ σχῆμα οὐ δέχεται, διὰ τὸ μὴ ὅλον δύνασθαι χωρῆσαι οἷόν τι λέγω. ἔστω τὶς ἑστὼς ἐν τῷ ἡλίῳ, καὶ ῥαινέτω ὕδωρ. ἄλλος δὲ ἱστάσθω ἐν σκιᾷ. οὗτος οὖν ὁρᾷ μὲν ἐν ταῖς ῥανίσι τὸ τοῦ ἡλίου φῶς, οὐχ ὁρᾷ δὲ τὸ μέγεθος, ἐπειδὴ μὴ εἰσὶν ἱκαναὶ χωρῆσαι. τὸ αὐτὸ δὲ καὶ ἐν νυκτὶ συμβαίνει ἐπὶ τῶν ἐρεττόντων. ἐν γὰρ ταῖς ἀναπεμπομέναις ῥανίσι τοῦ ἄστρου ὁρᾶται τὸ λαμπρὸν, οὐχ ὁρᾶται δὲ τὸ μέγεθος.

8 Cum ego rei alicuius imaginem in ſpeculo vitreo video, oportet rem illam ab eadem parte eſſe, à qua ego ſum: & hæc eſt anaclaſis. Cùm verò numum in

aqua video,numus ex oppoſito eſt, & aqua ceu ſpeculum in medio: hæc dicitur diaclaſis. Sic cùm Solem video per aliquam nubem, diaclaſis eſt. At dubium: quomodo anaclaſis in cœleſtibus ſit? non enim poſſunt eſſe ab eadem parte quę videntur. Stellæ quidem orientes & occidentes per diaclaſin maiores videntur. Sed quomodo colores aliqui per diaclaſin videri poſſunt? An ſi anaclaſis colores aliquos fecerit, illi ipſi poſtea per diaclaſin, vt nube interiecta inter viſum noſtrum & colores illos, alij atq; alij videbuntur, anaclaſi & diaclaſi ſimul facta, ſed diuerſo reſpectu. Eſt enim anaclaſis à ſole ad nubem, diaclaſis vero à nube inferiore ad colores in ſuperiori nube.

9 An in diaclaſi ſemper id videri oportet, à quo diaclaſis & ſplendor vel color proficiſcitur, vt numum in aqua, & ſydera quæ rectà per nubem aut exhalationē videntur? in anaclaſi verò non ſemper? vt ſi quis in vmbra ſtans, in diſperſis ab alio guttis colorem ſolis videat, non ipſam Solis imaginem. Item ſi quis in cella ſedens in aëre vel nube colorem aliquem videat ex radijs ſolis redditum, & ſi Solem non videat, quòd ad latus ſit remotior, anaclaſis eſt, non diaclaſis.

10 Autumno poſt æquinoctium quauis hora videri poteſt iris: æſtate media circa æſtiuum ſolſtitium nulla: tùm quia flagrantiſsimus eſt ſol meridie, tùm vero maximè, quoniam nubes directus irradiat. Autumno autem horum neutrū contingit.

IN LIBRVM QVARTVM ARISTOTELIS MEDITATIONES.

De quarti Meteororum libri loco & ordine, Geſneri meditatio.

1 Cùm enim tribus præcedentibus docuerit, &c. hoc quarto & extremo, &c. Lieblerus à principio compendij ſui in 4. Meteororum. Ego tum ab Aphrodiſienſi diſſentio, tum ab hoc authore. Ab illo, quoniam rectè hoc loco librum hunc collocari exiſtimo, nō autem ſtatim pòſt libros de Ortu & interitu. In ijs enim egit Ariſtoteles de calidi & frigidi, humidi & ſicci rationibus, quatenus ad elemēta pertinent, ſiue de ipſis elementis. Pòſt elementa autem ſequuntur corpora imperfectè mixta, nempe meteora: quæ media ſunt inter elementa & perfectè mixta. Deinde imperfectè mixta inanimata, vt ſunt lapides, metalla, &c. quorū præcipuè actiones & paſsiones à calido, frigido, humido & ſicco prouenietes, in hoc quarto meteororum declarat: etſi etiam de concoctione, & alijs quibuſdam cōmunibus, ad plantas & animalia ſe extendentibus, agat. Vt hic liber Meteorologiæ non quidem adiungendus ſit, vt noſter author putat, ſed ſubiungendus, hoc titulo, *De qualitatum primarum actionibus & paſsionibus in rebus naturalibus mixtis:* Addo autem *mixtis*, vt meteora excipiam. An non ipſis meteoris quoq; accidit, attenuari, ſpiſſari, rarefieri, denſari? vt idcirco hic liber ante meteora ponendus ſit ſecundum Alexandrum. *Vide Scholia & annotationes in hunc librum ab initio, vbi Geſnerus alias quoq; rationes huius rei adfert.*

Vocabulorum nonnullorum, quibus Ariſtoteles in quarto meteororum libro vſus eſt, interpretatio.

Δυνάμεις καὶ ἀδυναμίαι φυσικαί.

1 Cùm *ἀδυναμίας* vocamus, *ἄτμητον, ἄχιστον,* &c. *Τμητὸν* verò & *χιστὸν, δυνάμεις:* vtrumq;

vtrumq; κατὰ τὸ πάσχειν accipitur; nam ſi εἰς τὸ ποιεῖν reſpicias, τμητὸν potius eſt ἀδυναμία, quàm δύναμις. Diſtinguuntur verò δυνάμεις, quia aliæ ſunt

Ἐν τῷ
1. Ποιῆσαι, vt τμητικὸν, θερμαντικὸν.
2. Μὴ ῥαδίως παθεῖν, vt ἄτμητον, δύτλυτον.
3. Πάσχειν, vt τμητὸν. Simplicius in prædicamenta Ariſtotelis.

Ibidem dicit, quòd ἡ κατὰ τὸ πάσχειν δύναμις, potius ſit ἀδυναμία, reſpectu nimirum ad aliud, quoniam in illud, à quo patitur, vel nihil vel parũ agere poteſt. Quicquid ſanè habet δύναμιν κατὰ τὸ πάσχειν, illud habet ἀδυναμίαν κατὰ τὸ ποιεῖν: & contra, quicquid habet δύναμιν κατὰ τὸ ποιεῖν, ἀδυναμίαν κατὰ τὸ πάσχειν, quoniam forte & validum eſt ad reſiſtendum, ὁ γὰρ πληκτικὸς, δύναμιν ἔχει κατὰ τὸ πλήττειν, αὐτὸς δύσπληκτος ὤν, &c.

2 Πιεστὰ, quæ in ſeipſa reſidunt, non vna tantùm parte ſuperficiei, vt θλαστὰ, ſed ea tota, vt ſpongia, lanæ.

3 Θλαστὰ, vbi cauitas tactu vel ictu imprimi poteſt, nulla parte diſsiliente. Ligna etiam θλαστὰ dicit Ariſtoteles nec ullus interpretũ aliter. Videntur ſanè, quò molliora ſunt, vt tilia, per totum, eò θλαστότερα εἶναι (& fortè quædam partibus mollioribus tantùm quæ inter ſtrias ſunt. duriſsima verò ἐγκαυστὰ tantùm. Vaſa quidem lignea apud nos omnia inuruntur ſignis familiæ. Metalla θλαστὰ, ſtempfig. die ſich ſtempfen land. θλάσματα, tülen/tůelen.

4 Πεπηγότα
- Natura
  - Calore.
  - Frigore: *vt ſanguis θερμβούμενος*.
- Arte
  - Igne, *vt fictilia.*
  - Frigore, *fortè arte.*

5 Τεγκτὰ, quæ madefacta permanent, ideſt, nõ ſtatim ſoluuntur, vt farina, terra, lutum, ſi tamen nimiùm madefiant, non permanent, ſed τήκεται. Vel quæ ſtatim liquantur & ſoluuntur, vt nitrum, ſal. Ἀτεγκτὰ, quæ duriora ſunt, vt lapides. Terra ergo ab aqua καὶ τέγγεται, καὶ τήκεται, ſal τήκεται tantùm.

6 Πήξει opponuntur
- Λύσις
- Διάχυσις.
- Τῆξις

an.
- in genere
- ab aqua.
- ab igne, ſed & ſal τήκεσθαι dicitur.

A frigore conſtringuntur & coagulantur alia, humore
- Congelato *tantùm, vt ὕδατος εἶδη.*
- Expulſo, *cedente enim calore, humiditas eam conſequitur, vt in veſtibus madidis, quæ frigore ſiccantur.*

7 Lentum, γλισχρὸν conſyderatur, vel vt eſt
- Corpus, *idq; aut*
  - Ἄνελκτον, *non fragile tamen, nec ruptile, vt vimen (ſed conſyderandum vtrum hoc etiam γλισχρὸν Græcis dicatur?)*
  - Ἑλκτὸν, *vt lorum, & ſi quid aliud ἑλκτὸν.*
- Liquor *ſeu humor, & hic vel*
  - Oleoſus, *pinguis, vt oleum.*
  - Muccoſus, *viſcoſus, vt viſcum, phlegma. Et hæc etiam ἑλκτὰ ſunt.*

8 Ὑπάρχει δὲ κραυρότης (Germanice rőſp/broßmachtig) μὲν τοῖς σκληροῖς τε καὶ ξηροῖς ἱκανῶς: ψαθυρότης δὲ, (mürwb) τοῖς μαλακτοῖς τε καὶ μέσοις καθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα. Κοινὸν δ' ἀμφοῖν τὸ μηδὲν ἔχειν γλισχρὸν. *Galen. de boni & mali ſucci alimentis.*

9 Tenue ab humido prouenit potentia quadam: quoniam humida ſi non λεπτότερα, ideſt actu tenuiora ſunt ſiccis: λεπτομερέστερα tamen ſunt, ideſt facilius in tenues partes diuidi poſſunt. Sic etiam friabile λεπτομερέστερον (ſubtyler) eſt lento: non autem neceſſariò λεπτότερον, ideſt, tünner.

10 Tenue aliud

Propriè *dictum, actu tale, quòd craſſo actu opponitur: vt laminæ dicuntur tenues, maſſæ vero vel glebæ & grumi, craſſæ, & quod craßitiem vnius digiti habet, tenuius quàm quod duorum. In ſpecie Qualitatis paßibilis, ex paßione enim aliqua tenuitas naſcitur, vt calefactione, fame, percußione. Et patitur ab ea ſenſus tactus quatenus eius formam recipiendo dignoſcit: non autem propriè vt ei aßimiletur aut corrumpatur, patitur.*

Impropriè, *τὸ εὐδιαίρετον; quod Græci λεπτομερὲς potius quàm λεπτὸν dicunt. Sic aërem tenuiorẽ aqua dicimus, τὸ εὐδιαίρετον quòd facilius in tenues partes diuidi poßit: aquam verò quàm terram: nõ quod molis craßitie & diametro profunditatis excedat. Huic opponitur παχυμερές. Hæc nomina Simplicius ait alios referre ad quintam aliquam qualitatis ſpeciem: ego verò ad potentiam & impotentiam naturalem retulerim. λεπτομερὲς enim eſt τὸ πεφυκὸς εἰς λεπτὰ μέρη διαιρεῖσθαι: παχυμερὲς δὲ, τὸ μὴ πεφυκός.*

11 Στατεύειν vel σταθεύειν Atticè, ſignificat paulatim & lento igne aſſare vel vrere: quaſi στατόν τι ἢ ἱστάμενον εὕειν ἤτοι καίειν: non omnino aſſare, vt quæ in veru vertuntur, ſed immotum aliquid, vt in craticula, vel etiam in olla (wie by vns die ſchlauchbraaten/oder wie man ſonſt ſagt/ vff dem roſt abtröchnen) modicè aſſare.

DIVI-

DIVISIONVM, PARAPHRASEON, ET SCHOLIORVM IN LIBRVM QVARTVM METEORORVM ARIſtotelis, Tabulæ quatuor

IN QVIBVS DOCETVR, QVAENAM IN REBVS naturalibus, ſecundum quatuor primas qualitates contingant mutationes: hoc eſt, quid in eis caliditas & frigiditas efficiant: & quibus affectionibus, humiditatis & ſiccitatis ratione, ſubijciantur: non Phyſicis tantùm ad rerum iſtarum naturalium cognitionem neceſſariæ, ſed etiam Grammaticis ad uariorum uocabulorum explicationes, & Dialecticis ad definitiones omnium corporum ſimilarium, uariarumq́ in rebus naturalibus mutationum, & inſuper Medicis, cùm aliâs tum quòd concoctionum cruditatumq́ genera hîc explicantur.

TABVLA
1. *De effectibus caliditatis & frigiditatis.*
2. *De primis qualitatibus paßiuis, humiditate & ſiccitate: & ſecundis, quæ ad ipſas ſequuntur, duritie & mollitie: & quot modis aliquid ſiccetur & humectetur.*
3. *De cauſis concretionis & incraſſationis: item ſolutionis, liquationiſue, quæ vel à calido, vel à frigido, vel ab utroque fiunt.*
4. *De ſimilaribus corporibus, quæ ex humido et ſicco, tanquam materia proxima conſtituuntur, & eorum differentijs.*

TABVLA DIVISIONVM IN ARISTOTELIS METEORORVM LIBRVM QVARTVM, QVAE ET SYNOpſis, & in pleriſq; locis omnibus obſcuris Scholiorum vice fuerit.

Nota, * *aſteriſcum plerumq; adiecimus, vbi verba noſtra extra Ariſtotelis textum, interpretandæ vel illuſtrandæ rei gratia, poſuimus.*

Παχύνεσθαι *hîc vertimus denſari, craſſeſcere, incraſſari. hîc enim denſum à craſſo non diſtinguimus.*

TABVLA PRIMA.

De effectibus caliditatis & frigiditatis.

EX CAP. I. QVATVOR primæ qualitates totidem elementis attributæ (ἀρχαὶ, αἴτια, δυνάμεις:) ſic diuiduntur, vt aliæ ſint

Actiuæ, *caliditas & frigiditas. Hæ enim denſant ſiue terminant, vniunt & mutant, tùm ſimilaria tùm diſſimilaria corpora: humectant, ſiccant, coagulant, indurant, molliunt, ſoluunt. Frigiditas corpora diuerſæ naturæ coniungit. Caliditas ea diſiungit. Harum actiones ſunt, vt paulò poſt ſubijcietur,*

- Generatio. { Perfecta.
- Mutatio *et concoctio* { Imperfecta, *&c.*

¶ Similiter *& ex ipſis elementis ignem & aërem ponemus actiua: aquam & terram paſſiua. Et quoniam duobus hiſce paſſiuis elementis frigiditas communis eſt, ipſa quoque paſſiua potius qualitas eſt, quàm actiua. Agere tamen dicitur, quia corrumpit res conſtitutas, aut quia per accidens efficit: nam & vrere & calefacere per accidens dicitur, quòd calorem colligat, (* vt hyeme repellendo eum ad loca ſubterranea:) vel dum vndiquaque circumſtat (* ἀντιπερίστασιν Græci vocant, vt in fulgure, tonitru, & alimenti concoctione) augendo. Hæc ex cap. quinto.*

Paſsiuæ, *humiditas & ſiccitas, quæ ſiue per ſe in aliquo corpore, ſiue ſimul ſint, à calido aut frigido denſantur, terminantur, vniuntur, mutantur, &c. Humiditas alieno termino cohiberi requirit: ſiccitas proprio termino & per ſe continetur. Terminatur autem humiditas quoque à ſiccitate, & contrà, agentibus actiuis qualitatibus, ita vt vtrunque alteri inſtar glutinis fiat, iuxta illud Empedoclis,* Ἄλφιτον ὕδατι κολλήσας.

¶ Humiditas *quoque & ſiccitas qualitates efficientes ſunt, ſecundum Galenum: neque id negat Ariſtoteles, ſed per comparationem inter ſe has paſſiuas, illas actiuas qualitates vocat.*

Calidi igitur & frigidi effectus ſunt,

Generatio *ſimplex, (* ſecundum ſubſtantiam) cum certa commoderatione ſe habent ad rei generandæ materiam (ſiue ad humiditatem ſiue ſiccitatem eius:) ita ſcilicet, vt eam vincere poſſit. Secus enim materia cruda & imperfectè elaborata relinquitur, ſi in parte duntaxat id accidat. Si verò in toto corpore, putredo fit.*

Putrefactio, *generationi ſimplici oppoſita maximè: Subeunt eam omnia quæ corrumpuntur, niſi per vim aliquam intereant, vt quæ coburuntur. Putreſcentia autem primùm humectantur, tandem prorſus areſcunt, & ſic in prima ſuæ generationis elementa reſoluuntur. Putreſcunt verò alia citius, alia tardius, magis alia, alia minus pro ratione ſubiecti. Corpora itaque quædam*

1

†

Non

Calidi & frigidi effectus.

† Non *putreſcunt, nimirum vel*

- Frigore *coacta, quòd eorum frigiditas maior ſit, quàm queat ab ambiente calido vinci.*
- Calida *aut feruida, quòd calidiora ſint, quàm ambiens.*

Minus *putreſcunt,*

- In *frigido ambiente quàm calido, vt hyeme quàm æſtate (* & eandem ob cauſam, quæ expirare per ſuos meatus poſſunt, & quibus aëris aditus non excluditur, quàm contraria.*
- Quæ *mouentur & fluunt, quàm immota (quòd caliditatis externæ vis minus recipiatur, & à rei motu elidatur.*
- Copioſa *quàm pauca. nam in maiori rei copia, vel caliditas vel frigiditas maior ineſt. quare minus afficitur ab ambiente. Itaque omnia in partes diuiſa facilius putreſcunt (vt & marina & aliæ aquæ) quum à ſuo toto ſeparantur, etiam elementis, igne excepto: nam cætera elementa omnia igni materia ſunt.*

¶ Cæterum *corrumpitur & putreſcit aliquid, quum id quòd terminatur præpollet terminanti (* humiditas ſiccitati) propter alienam, id eſt, ambientis caliditatem (* vt æſtate, vel ſub luna) vnde propria & natiua cuiuſq; rei caliditas corrumpitur (* aut expellitur.) Itaque producitur putredo communi opera caliditatis & frigiditatis, hac quidem in ipſa re, illa foris abundante. Caliditate autem innata exeunte, quæ humiditatem vtilem & naturalem attrahebat pariter & humiditas euaporat, & vis humiditatem amplius attractura nulla relinquitur. Quare putrida omnia ſicceſcunt, & tandem in terram ac fimum vertuntur.*

¶ Innaſcuntur *autem putreſcentibus animalia, calore natiuo inter expirandum materiæ partem animante.*

Mutatio *omnis in corporibus iam generatis. Efficitur autem à* EX CAP. II.

- Calore *magis naturalis mutatio, vt Concoctio, πέψις, cuius ſpecies ſunt,*
  - Maturatio, *πέπανσις.*
  - Elixatio, *ἕψησις.* } *de quibus paulò poſt.*
  - Aſſatio, *ὄπτησις.*
- Frigiditate *magis mutatio, in genere quidē Cruditas, ἀπεψία: frigiditatis opus: ſpeciatim verò*
  - Acerbitas, *ὠμότης.*
  - Imperfecta *elixatio, μώλυνσις.*
  - Imperfecta *aſſatio, στάτευσις vel στάθευσις, Atticè.*

¶ Accipimus autem iſta concoctionum & cruditatū vocabula communius, quàm vulgò & propriè accipi ſoleant, transferentes vnamquanq; ad omnē mutationem ſimilem, ſiue per calorem externum illa fiat ignis Solíſue, vt in carnibus quæ coquuntur, & fructuum maturatione, ſiue per internum, vt in animalibus præcipuè. Et ſimiliter in mutationibus contrarijs, quæ per frigiditatē fiunt. Quin & in cæteris rebus, vt metallis, aqua, & alijs fortè, ſuam quandam coctionem cruditatémue fieri dicimus, ſiue propriè, ſiue impropriè.

EFFECTVS CALORIS IN REBVS NATVRALIBVS circa concoctionem: quæ ceu generatio quædam eſt.

In concoctione, quæ caloris effectus eſt, conſyderari poteſt, tum

- Eſſentia, *ſiue definitio. Eſt autem concoctio rei contrariæ perfectio, & in ſubſtantiam conuenientem cuiq; rei conuerſio à calore innato, qui quidem à calore externo, vt balnei, veſtium, exercitij, iuuari et excitari poteſt, per hunc tamen non fit concoctio pri-*

1 *mariò. (* Hæc definitio quadrat concoctioni quæ in animalibus & plantis fit, tum illi qua alimentum primum ſiue potentia alimentum ita perficit, vt iam actu alat: tum illi qua tubercula & alia præter naturam concoquit & maturat. Coctioni verò (ſic enim Latini hanc potius quàm concoctionem appellant, Græci indifferenter πέψιν) per ignem externum non quadrat.*

In concoctione conſiderantur.

- Finis, (*de fine,* vide inferius de maturatione & elixatione.) *Eſt autem finis coctionis in alijs*
  - Natura, *& ſubſtantia quædam corpori accidens, vt in nutritione animalium & plantarum.*
  - Forma *quædam talis tantáue, per quam illa iam nobis vtilior aut ſalubrior eſt, in re quæ quoquomodo calefit, dum*
    - Aſſatur, *vt caro ab igne: lachrima in oculis.*
    - Elixatur, *vt muſtum, vt fiat ſapa, &c.* Vide paulò poſt de fine elixationis.
    - Putreſcit, *vnde pus fit in concoctione tuberculorum & vlcerum.*
    - ¶ Sic *& quæ in plantis fiunt, lachrymæ vel reſinæ.*
    - ¶ Et *horum quædam non generali tantùm vocabulo Concocta, ſed etiam ſpeciali πέπονα, id eſt, matura interdum dicuntur.*
  - ¶ Hos *fines aſſequitur caliditas innata, vincens humiditatem. Viciſſe autem ſignum eſt, ſi quæ excernuntur craſsiuſcula ſint, vt vrina, &c. Omnia ſanè perfectè cocta fiunt ſicciora, denſiora, ſolidiora, calidiora.*
- Differentiæ *ſeu ſpecies, quarum alia eſt*
  - Maturatio, *in hac ſpectatur, vel*
    - Forma *quodammodo, nam alia eſt*
      - Propriè *dicta, nimirum concoctio & perfectio alimenti in pericarpio, id eſt parte ſemina includente. Perfectum autem tum quoque dicitur, quum gignere ſibi ſimile poteſt: quare ſemina quoque tùm primùm matura & perfecta fuerint.*
      - Minus *propriè etiam alia plura concocta à calore natiuo πέπονα, id eſt, matura dicuntur, vt tuberculum, phlegmone, (* phlegma ſeu pituita, vt in catarrho & tuſsi) & excrementa alui, veſicæ, &c. (tum ipſa matura eſſe, tum affectuum maturationem ſignificare dicimus) quum humiditas vincitur & denſatur: nam quæ matureſcunt omnia è tenuioribus craſsiora fiunt. Quamobrem mutatur eorum materia*
        - Flatuoſa *in aquoſam.*
        - Aquoſa *in terreſtrem.*
    - Finis, *eſt autem finis maturationis, vel*
      - Formæ *ſecundum naturam perfectio, vt in fructibus. ante illam enim tenuiores ſunt, & frigidi potius quàm calidi, nec cibo nec potui idonei.*
      - Rei *præter naturam concretio, vt excrementorum, puris, ſputi, &c.*
    - ¶ Nullum *ſanè humidum incraſſari (propriè) aut maturari poteſt, niſi aliquas etiam partes ſiccas habeat: quare aqua eiuſq; ſpecies ſolæ inter liquores non craſſeſcunt.*

CAP. III.

  - Elixatio *concoctionis à caliditate ſpecies ſecunda, quædam talis eſt,*
    - Propriè, *concoctio humoris vel materiæ in corpore (non nimis denſo, & quod à caliditate humida pati poſsit) ſiue humidæ ſiue flatuoſæ, à calore humido, vel per ignem agentem in medium humidum, ita vt quæ rei elixandæ ineſt humiditas, à caliditate ambientis humoris, vtpote calidioris, vincatur & extrahatur. Quare ſubſtantia elixorum, præſertim anterior, ſiccior remanet, contra quàm in aſsis.*

1 2

In ijs

2 In ijs etiã quæ in ſartagine friguntur, idem euenit quòd in aßis, nempe vt humidiora fiant, imbibunt enim humorem illum in quo friguntur, eò quòd ſubſtantia eorum calidior ſit, quàm liquor in quo friguntur: Calidioris autem eſt magis attrahere.

Concoctionis differentiæ.

Impropriè, *idque*

- Magis, *apud Græcos* ἕψεσθαι *dicuntur quædam, vt aurum dum igne repurgatur ab ijs quæ diuerſæ naturæ ei mixta fuerint: & ligna quæ reſiccantur, vt minus deinde fumigent, quare* ἄκαπνα *vocant (* χρυσὸν ἄπεφθον, *aurum non coctione, ſed ſuaptè natura purum interpretor.)*
- Minus, *liquores, qui in vaſis circumpoſito igne calfiunt & denſeſcunt, vt lac, muſtum. Sicut & eorum, quæ propriè elixari dicuntur ſucci denſiores fiunt, &c. Nam & illa quæ propriè elixabilia dicuntur, & hæc quæ minus propriè, dum decoquuntur, aut*
    - Craſſeſcunt,
    - Mole *minuuntur, & augentur pondere.*
    - In *partes, partim craſſas, partim tenues ſeparantur, vt lac in* { Serum. / Coloſtrum. }

    Oleum, *quia horum nihil patiatur, nõ per ſe, ſed cum alijs tantùm elixabile eſt.*

Elixatio,

Fit elixatio, *in vaſis vel*

- Artefactis: *Et huius finis eſt vel*
    - Potus, *aut Sorbitio*, Cibus, } Sic *& maturationis fructuum plurimorum.*
    - Alius *quiſpiam vſus, vt ad medicinam. Nam & vnguenta & huiuſmodi* ἕψεσθαι *dicuntur. Latini hæc potius coqui dicere ſolent, generaliori vocabulo: Elixari verò ea propriè, quæ in lixa, id eſt, aqua aut aqueo liquore coquuntur.*
    - ¶ Horum *omnium vna eſt ratio coctionis, quatenus in humore calido ambiente coquuntur.*
- Naturalibus, *vt animalium ſtirpiumq́; organis ſeu vaſis. Nam chyli perfectio in ventriculo, ſanguinis in iecinore,* ἕψησις *eſt. Latini coctionem, concoctionémue nominant; communiore vocabulo.*

Non fit, *hoc eſt, Elixari non poſſunt, ea in quibus humiditas*

- Nulla *ineſt, vt lapides.*
- Ineſt *quidem, ſed in materia nimiùm denſa, vt ligna.*

Aſſatio, *quæ fit calore ſicco, & alieno, (ſine externo liquore.)*

- Quod *ſi quis etiam liquorem affuderit, ſiue paucum, ſiue vtcunque multum, ſed ad conſumptionem illum decoxerit, ita vt id quòd coquitur afficiatur non iam à calore humidi ambientis, ſed ab igne, aſſum tandem & non elixum dicetur: imò aduretur etiam nimio calore tandem.*
- In *aßis ſemper exterior pars ſiccior eſt, interiora vero humidiora, contra quàm in elixis, (vt ſupra dictum eſt,) nam poris exterioribus aſtrictis per ſiccitatem, humiditas interior excerni amplius non poteſt. Itaque artis eſt aſſando paulatim omnino calfacere, ne exteriora ante tempus deſiccentur & indurentur.*
- Fit *autem aſſatio non arte tantùm, ſed natura etiam (quam ars vbique imitatur) in animalium (* & ſtirpium) corporibus, mutatio quædam innominata ſimilis aſſationi perficitur.*

EFFECTVS FRIGORIS IN REBVS NATVRALIBVS circa cruditatem, quæ ceu corruptio quædam eſt, & concoctioni oppoſita.

Cruditatis differentiæ.

- In cruditate, *quæ frigiditatis effectus eſt, conſiderari poteſt, vel*
  - Eſſentia. *Eſt autem cruditas imperfectio materiæ conuenientis cuiuſq; rei naturæ, cùm frigiditas in re abundat; & calor natiuus deficit, ita vt minor vel infirmior ſit, quàm humoris concoquendi ratio vel copia poſtulet. [Et hoc ſequentibus cruditatis ſpeciebus omnibus commune eſt.]* Quæ minus propriè cruda dicantur, vide mox in Acerbitate.
  - Species, *ſeu differentiæ: numerantur autem tres: quarum alia eſt*
    - Acerbitas, *cruditas & imperfectio alimenti in pericarpio, id eſt, humidi nimium tenuis, ſiue aquoſum illud ſiue flatuoſum, ſiue ex vtriſq; fuerit. Dicuntur autem alia Cruda, ſeu Acerba.*
      - Minus *propriè, Græcis ὠμὰ, Latinis communiori vocabulo cruda dicuntur, vt excrementa alui, & catarrhi crudi: quæcunque ſcilicet à calore non victa neque coacta ſunt.*
      - Magis *etiam impropriè, Græci inanimata quædam ὠμὰ appellant, vt laterem crudum, lac emulſum, & alia quæ cum à calore mutari & cogi poſſint, mutata non ſunt. Aqua vero etſi elixari dicatur Græcis, (ὕδωρ ἑφθὸν) ὠμὸν tamen non dicitur, quòd denſari nequeat. [Noſtri quidem aquam crudam dicunt,* row waſſer / *ſed crudum nobis hoc modo non ὠμὸν ſignificat, ſed id quod igne coctum non ſit. ὠμὸν verò nominamus,* vnreif/vnzeitig/rauch.
    - Molynſis, *elixatio imperfecta, id eſt, inchoata nec abſoluta: quòd fit, cùm vel id quod elixatur, nimio humore abundat: vel liquor in quo elixatur, non ſatis calidus eſt, frigiditate eum impediente. Hoc modo imperfectè elixa duriuſcula ſunt: et qui eis inſunt ſucci ſiue humores, minus crudi quidem, partim tamen tenues, partim craſſi relinquuntur, vt Aphrodiſ. ſcribit. Sic & in animalibus ſæpe contingunt μολυνσεις, vnde interdum in ventre inferiore (id eſt inteſtinis, vbi ſic affecta materia putreſcit) lumbrici gignuntur, in ventriculo non item, vt Ariſtoteles ſentit (etſi recentiores quidā medici contradicant.)*
    - Aſſatio, *ſeu toſtio inchoata & imperfecta: quæ eaſdem ob cauſas accidit, propter quas & elixatio imperfecta.*

TABVLA SECVNDA.

De primis qualitatibus paſsiuis, humiditate & ſiccitate; & ſecundis quę ad ipſas ſequuntur in corporibus mixtis neceſſariò duritie & mollitie. Et quot modis res vel humectentur vel ſiccentur.

EX CAP. IIII

CORporum alia humida ſunt, alia ſicca, alia vtrumque, denominantur tamen ab eo quòd excedit. Sunt autem talia vel
- Actu, *vt aqua humida eſt actu.*
- Potentia, *vt metalla, quia liquabilia, humida ſunt, actu verò ſicca.*

Porrò omne corpus mixtum neceſſariò ex humido & ſicco, tanquam materia conſtat: & horum vtrumque ab altero terminatur, & quaſi in vnam maſſam redigitur.

Ineſt autem humiditas primaria aquæ: (non ſimpliciter, ſed ea humiditas, quæ apta eſt commiſceri cum terreſtri ſicco: alioqui enim aër primo humidus eſt, vt

eſt, vt lib.2.de generatione docet Ariſtoteles; ſiccitas terræ: ita vt nullum corpus mixtum ſine aqua & terra ſit: denominatur verò ab alterutro quod exceſſerit: (Itaq; in terra tantùm & aqua animalia ſunt; in aëre & igne nulla, quòd materia eis deſit.) Iam cùm molle attribuatur humido, durum ſicco, neceſſariò omne corpus mixtum, quia vel cedit vel non cedit tactui noſtro, vel erit

{Durum / Molle} Et *horum vtrunq; vel* {Simpliciter. / Per *comparationem.*}

DVRVM, *quòd ſuperficie ſua in ſeipſum non cedit.*

MOLLE, *quòd cedit verſus profunditatem, ita vt ambitu ſuo non viciſſim (tantundem quantum ceſſerit) attollatur, quod* ἀντιπεριΐστασθαι *Græci dicunt, noſtri* ſchwellen. *Nam aqua facile quidem imprimitur inſtar mollium, ſed viciſſim vndique illud à quo imprimitur ambiens, ſe attollit, nec minus quàm antea loci occupat.*

idq; vel

Simpliciter, *quòd tactu noſtro durius molliúſue fuerit, cedendo ipſi vel non cedendo. Nam & alia quæ ſenſu (tactu præcipuè) iudicantur, tanquam mediocritate, talia vel talia dicuntur; quòd ſua qualitate illum vel ſuperent & afficiant, vel inferiora ſint.*

Per *comparationem ad res alias. Sed hac ratione nimis incerta eadem res nunc dura, nunc mollis dicitur, pro vt alijs atq; alijs confertur.*

¶RVRSVS OMNE CORPVS VEL DVRVM vel molle, concretum eſſe oportet.

POrrò vt reliquarum mutationum cauſæ aliæ ſunt efficientes, caliditas & frigiditas, aliæ materiales, humiditas & ſiccitas (quę quidē patiuntur & formam aliquam, ceu ſcopum & finem naturalis mutationis, vt concretionē, ſolutionémue, aut reſiccationem humectationémue in ſe recipiunt, calore præſente abſentéue, & ſimiliter frigiditate, id eſt ab horum vtroque, vel per ſe vel per accidens efficiuntur) ſic etiam concretionis & ſolutionis eædem cauſæ fuerint, EX CAP. V.

¶ Sed *quoniam concretio reſiccatio quædam eſt: de hac prius dicendum. Quanquam verò etiam ignis ſiccus ſit, & aër humidus: primam tamen ſiccitatem, terræ: primam humiditatem, aquæ aſcribimus, vtpote paſſibilibus elementis paſſibiles qualitates.*

Quæcunque igitur reſiccantur, hæc vel

Aqua *ſunt, aut ſpecies aquæ, vt vinum, acetum, vrina, ſerum, lixiuium, & quæcunque non viſcoſa nullum aut exiguum ſedimentum (hypoſtaſin) emittunt. Nam oleum, pix, & eiuſmodi viſcoſa, & ſi multas habent partes craſſas, quæ ſubſidere poſſent, confuſæ tamen illæ cohærenteſq; tenuioribus ſubſidere impediuntur.*

TABVLA TERTIA.

De cauſis concretionis, πήξεως, συστάσεως ἢ τοῦ συνίστασθαι: & incraſſationis, παχυνώσεως ἢ τοῦ παχύνεσθαι. itē ſolutionis, liquefactioniſue, Gręci λύσιν, τῆξιν, & διάχυσιν vocant: & obiter etiā remollitionis quorundam, μαλάξεως, (nam infra rurſus περὶ μαλακτῶν dicetur.) Poſtremo quænam ſint ἄπηκτα; id eſt, inepta concreſcere. Et quanquam concoctio, denſatio, mollitio & ſolutio, opera ſint calidi & frigidi, vel vtriuſque: commodius tamen hæc paſsiuis qualitatibus attribuuntur, quę has mutationes in ſe vel recipiunt, vel non recipiunt; fruſtra in quædam calido aut frigido agente.

EX CAP. VI. Corporum ſimiliarium, alia

Concreſcunt, *quæ oĩa vel aquea ſunt, vel aquea ſimul et terrea. Fit aũt concretio vel*

Frigore, *vel caloris priuatione frigiditati cedentis, & ſoluuntur igne vel caloris acceſſu, vt glacies, plumbum. Nam ſi quæ in aqua frigida concreſcunt, vt mel coctum: hæc non ab aquæ humiditate, ſed frigiditate id patiuntur. Sunt autem quæ frigiditate concreſcunt, omnia aquea & humida,*

Actu; *vt aqua & aquæ ſpecies (ea congelari & gelu aut glacie aſtringi Latinè dicimus. Et hæc non incraſſantur, neq; enim partes craſſas (ſiccas) vllas habent, quæ humidis & tenuioribus conſumptis relinquantur & coëant. Cæteri vero liquores omnes non aquei, incraſſantur.*

Potentia, *vt plumbum, & cætera metalla liquabilia; quæ tamẽ antequam à frigido coagulentur, prius à calido ſolui, aut ad exhalationem (vt in generatione materiam ipſorum) moueri opus eſt. Itaque vtraq; qualitate ad concretionem indigere videntur.* Vide inferius inter ea quæ ab vtroq; coagulantur.

¶ Porrò *frigiditas non ſolùm congelat, ſiccatq́; vt aquam: ſed etiam incraſſat, vt cùm aërem vel vaporem in aquam vertit. (* Hic Ariſtoteles incraſſandi, τὸ παχύνειν, vocabulum, aliter & communius accipit, nempe per comparationem aquæ ad vaporem & aërem. Sed propriè craſſeſcere ea dicuntur, in quibus partes aliquæ ſiccæ ſunt (vt iam diximus in ijs, quæ humida actu congelantur quidem, ſed nunquam craſſeſcunt) per comparationem aquæ & aquoſarum partium ad terram & terreſtres, quæ illis omnino vel ex parte conſumptis, in propriè dicta incraſſatione remanent. Aër verò, qui in aquam vertitur, totus in aquam tranſire videtur.*

Calore *ſicco, vel humiditatis priuatione, & hæc licet aquæ & terræ communia, tamen magis terrea ſunt. Non autem à ſolo calore coagulantur. Nam aqua vtcunq; calida, non coagulat tamẽ, impediente humiditate (* niſi quis dicat reſinas coctione in aqua calida coagulari potius, quàm incraſſari aut ſiccari.) Et hæc poſtquam coagulata ſunt, ſoluuntur ab aqua, quæ ſcilicet igni aut calori ſicco vtraque qualitate repugnat (* poſſunt tamen etiam in aqua calida ſolui) vt ſal, nitrum, lutum (* alumen, ſaccharum.) An verò etiam gummi propriè dicta, quibus ichthyocolla reſpondet, et oui album, huc pertinent. Quæ ſi aquea eſſent, vt quidam putant, à frigore coagularentur, & ſoluerentur à calore. At gummi vritur potius, quàm ſoluatur.* Vide Scaligerum. *Non igitur aquea ſunt hæc, vt quidam putant, eò quòd cum aqua facilè miſceantur, aliqua tamen ex parte: reſinæ autem nulla ex parte, quare cum aqua non miſcentur. Theophraſtus liquores (ὀπὼς) et lachrymas; reſinasq́; omnes calore & ſiccitate coagulari putat, ſi bene memini: itaq; qui arte iuuant, vulnerant plantas, vt calori & ventis aditus ſit. Et horum itaque alia humore*

Soluuntur, *non quouis ſed aqueo & frigido (ſaltem potentia) vt dictum eſt, nam in oleo non ſoluuntur. Par eſt autem, à calido ſicco concreta ſolui ab eo, quod vtraq; qualitate contrarium ſit.*

Non ſoluuntur, *vt later, et lapides illi qui naſcuntur terra ab igne exuſta, vt myliæ. Hæc enim ita coiuerunt, vt pori minores relinquantur, quàm quibus aqua inſinuare ſe poſſit.*

¶ Eorum *quæ ab igne vaporem non emittentia craſſeſcunt, aliæ*

Terrea *ſunt, vt mel (* hoc in aqua ſubſidit.)*

Communia *aquæ & aëris, vt oleum (* hoc ſupernatat aquæ.)*

Vtroq;, *quæ omnia ex terra ſimul & aqua conſtant. Sed alia eorum ſunt*

Liquida, *vt ſanguis, lac, (de quibus paulò poſt plura) genitura, & vini aliquod (ſeu muſti) genus, denſatur ſimul & coagulatur, πήγνυται ϗ ἕψεται*

1 2 3

(inferius

Corporum ſimiliarium, alia | Concreſcunt

(inferius quidem vinum dulcè inter ἄπηκτα nominat.) Denominantur autem ab elemento quòd excèſſerit, hæc aquea, illa terrea magis, & tum à calore tùm à frigore coagulantur & incraſſantur (mediante incraſſatione coagulantur, Aphrod.)

Mollia, *non liquida, vt later qui coquitur igne, & coagulatur tantùm, non etiam incraſſatur.*

¶ Vtraq; *hæc, tàm liquida quàm mollia, patiuntur à calore quidē per ſe, ſiue externo ſiue interno, vt diximus etiā de ijs quæ reſiccantur. à frigore verò per accidens pulſa per ipſum caliditate, & ſecum rapiente humiditatem.*

¶ *Multa etiam eorum ante coctionem ab initio humectantur ad ignem, vt quæ frigore incraſſata vel aſtricta erant. ſic later initio humidior molliorq́; fit: vnde & peruertitur in fornacibus, quibus frigore aſtrictus imponitur.*

¶ Lac *quidem & ſanguis aqua ſimul & terra conſtant, ſed vt plurimum plus terræ habent: vt humores illi, ex quibus nitrum aut ſal fit: item lapides nonnulli (*vt tophi, vel potius materia tophorum.) Quamobrem niſi ſerū à lacte ſeparetur, conſumitur* (ἐκκαίεται) *ab igne. pars verò lactis terreſtris, etiam per coagulum (aut fici liquorem) ſeparatur, vt medici faciunt. Sic enim ſerum à caſeo ſeratur, idq́; non amplius craſſeſcit, ſed vt aqua conſumitur. Quod ſi lac aliquod caſeum nullum aut paucum habeat, id magis aqueum eſt, & parū aut nihil alit.*

¶ Et *ſanguis ſimiliter vt plurimum plus terræ habet. cogitur enim à frigore, ſiccaturq́; humiditate pulſum calorem ſequente. Sanguis verò, qui non coit, vt cerui, aquoſus potius & frigidus eſt, ideoq́; fibris caret. hæ enim terreæ & ſolidæ ſunt, eisq́; exemptis, ſanguis non cogitur (* non craſſeſcit frigore:) reliqua enim tantum aqua eſt, ſicut & in lacte exemptò caſeo. Hinc eſt, quòd ſæpe ſanguis morboſus, vtpote nimium tenuis &* ἰχωροειδὴς, *ſiue phlegmaticus & aquoſus non coagulatur, vtpote crudus, & non percoctus à natura.*

¶ Rurſus *ex iſtis quæcunq; à calore concreta ſunt, à frigido ſoluuntur, & contra. Ea etiam quæ plus terræ habent, vt lutum ſi frigore concreta ſint, à calido ſoluuntur, niſi caliditas eorum omnis expirauerit. Et hæc quidem, etſi ſolui non poſſunt, niſi vehemente igne, vt ferrum, calore tamen molliuntur, vt ferrum & cornu. Quædam emolliri non poſſunt, vt later & lapis. Nam ferrū etiamſi elaboratum, liquari tamen iterum poteſt, itemq́; concreſcit, & fit, quod ſtomoma vocant, ſæpius liquatione repetita: ſed quia multum ferro decedit, ſcoria ſemper ſubſidente, vt ſolent ſæpius id liquare. Alioqui id ferrū præſtare videtur (*tanquam ductilius) quod non ſæpe purgatum (liquatum) fuerit.* (ignoti.

¶ Similiter *liquatur et fluit magnò igne etiā pyrimachus, & myle, lapides nobis*

¶ Liquatur *&* πηλὸς, *lutum (malim ὑελὸς, id eſt vitrum) & terra, (ea ſcilicet quæ humiditatem in ſe habet, vt ex qua vitrum fit,* Aphrodiſ.

¶ Quæ *verò contra plus aquæ habent, quàm terræ, ea denſantur ab igne ſolùm, non etiam coguntur, vt lac: (coguntur enim inſuper quæ plus terræ habent, vt lac:) Sunt autem magis terrea, vt lapis, later, ſal nitrum, ſiue humores illi, vnde hæc fiunt. (Sed hic exemplum deſideramus corporis quòd plus aquæ habent, quàm terræ, & ab igne ſolùm denſetur, non etiam coaguletur.)*

Ceterùm *olei natura peculiaris eſt; non aquea, cùm à frigore non coaguletur: non terrea (id eſt, terræ plus habens) cùm ab igne non coaguletur. Craſſeſcit autem ab vtroque, quoniam plenum eſt aëre, itaque aquæ innatat, & aëris inſtar ſublimius fertur. Denſatur autē à frigore, aëreis partibus in aqueas conuerſis. Semper autem olei & aquæ miſcela; vtraq́; ſeorſim craſſior eſt. Igne verò & ætate tum craßius, tum albius euadit: vel ab vtroq; vtrunq; (craßitudinis inquam et albedinis affectionem recipiens) vt quidam è recentioribus ſcripſit. Vel ab igne*

Corporum ſimiliarium, alia, 1 | Concreſcunt 2

quidem vtrunq;, ætate verò craſſeſcens tantùm, non etiam albeſcens, vt Aphrodiſienſis. (Serum quidem in oleo, id eſt, aquoſam eius partem magis ruffam eſſe teſtatur Galenus: exhalat autem hæc & caliditate & tempore: nam oleum vetus calidius fit: & in rebus omnibus humiditas aquea per ætatẽ conſumitur, & frigiditate etiã per accidens, vt ſupra diximus de ijs quæ reſiccantur, & ijs quæ à caliditate ſimul & frigiditate coagulantur:) Craſſeſcit igitur oleũ ab vtroq;, coagulatur autẽ (vel vt Ariſtoteles reſiccatur) à neutro: neq; ſole alióue calore, neq; frigore; tum quia viſcoſum eſt, et vaporẽ nullũ emittit, tum quia aêreũ.* Et *hæc quidem omnia (aquæ terræq; communia quæ craſſeſcunt aut coëunt) reſiccantur, & aqua ab eis ſecedit (per vaporẽ) quæ etiam colligi potuerit, ſi quis velit: quòd verò remanet, terreum eſt.*

¶ λυτὰ & ἄλυτα *in genere. Soluuntur calore, vt diximus, quæ frigore tantũ concreta ſunt: quæ autem (caliditate, ſiue) ſiccitate quam calor effecerit, ſoluuntur humore. Maximè verò inſolubilia ſunt, quæ ab vtroq; (* id eſt frigido ſimul & ſicco concreta ſunt, calidi ſimul & humidi priuatione) vt quæ prius calefacta, deinde à frigore conſtringuntur. In his enim & calor primum humiditatem educit, & frigiditas deinde id quòd reliquum eſt humoris, adeò conſtringit, vt locus vel aditus humiditati ad penetrandum non amplius detur. Quare neq; ab igne ſoluuntur: ignis enim ea tantũ ſoluit, quæ ſolum frigus aſtrinxerit: neq; ab aqua, vt quæ à frigore concreta non ſoluat: ſed ea tantùm, quæ calor ſiccus coagularit.*

¶ Δύσλυτα, *vt ferrum. Cæterùm ferrũ calore liquatum, frigore coit, ita vt ad concretionẽ vtriuſq; egeat, idcirco inſolubile eſt. (Vbi Aphrodiſ. addit, præterquam vehemente calore. Cùm autem frigiditate coëat, meritò ſoluitur caliditate.*

¶ Αλύτων *exempla & cauſæ. Porrò ligna cùm terræ & aëris natura in eis redundet, vri idonea ſunt, non liquari aut molliri, eadem aquæ innatant, excepta ebeno (præſertim nigra) cuius aër expirauit, & plus terræ habet. Later verò (coctus ſcilicet) ſolius terræ cùm ſit, non ſoluitur, vt qui paulatim reſiccatus (* per vaporis ſiue ſpiritus exhalationem) coierit. non poteſt autem aqua ſubire per illos meatus, quibus ſpiritus tantùm (ſiue vapor) emiſſus eſt. Sed neq; vi ignis ſoluitur, cùm per illum concreuerit.*

Non concreſcunt, *& horum alia*

Nec *aquea ſunt, nec aquoſam humiditatem habent, ſed plus calidi & terræ, vt mel & vinum dulce, hæc enim quodammodo feruent. (vt ſupra quidem dixit, vini aliquod genus denſari ſimul & coagulari, tale maximè dixeris Arcadicum, quòd etiam raſum bibi ſcribit.)*

Habent *quidem aquam, ſed plus aëris, vt oleum, argentum viuum. Item viſcoſa vt viſcum, pix.*

TABVLA QVARTA.

De ſimilaribus corporibus, & eorum differentijs.

EX CA. VIII. ¶ Ergo cùm mutationes eiuſmodi à caliditate & frigiditate efficiantur in corporibus, oportet in eis omnibus calorem ineſſe: nonnullis etiam frigiditatem, vbi deficit calor. Et hęc agendi gratia cùm inſint: humiditatem verò & ſiccitatem patiendi, communia (id eſt compoſita corpora) omnibus hiſce elementis participabunt. Conſtituuntur autem primũ corpora ſimilaria (ὁμοιομερεῖ) ex humido et ſicco tanquã ex materia, tum ipſis inquam calore & frigore concretis, tum exhalationibus vtriuſq; incluſis, (* intra lapides maximè, vt in fine tertij meteororum docuit) & (* ſiccitate) compactis. (* Hoc autem dicit nimirum, quòd reliqua corpora ſimilaria videantur ipſa elementa aquam & terram pro materia habere: metalla verò & foſsilia exhalationes eorum duntaxat: hæc ſiccas, illa humidas.

RATIO

RATIO DELINEATA QVA DIFFERENTIAE SIMIlarium, ſi chartæ ſpatium non ſinat, commodius diuidi poſſunt.

Similaria corpora differunt, vel
- Subſtantia, *quoniam eorum quædam*
  - Mera *ſunt, per ſe, & non partes aliorum.*
  - Partes *aliorum*
    - Animalium / Plantarum } *Et hæ vel ſunt* { Liquidæ. / Concretæ.
    - Arte *factorum, de quibus Phyſicus non agit.*
  - ¶ Ad *ſubſtantiam eorundem maximè pertinet, quòd quædam ſunt*
    - Aquea
    - Terrea
    - Aqua *& terra vel alijs elementis pariter conſtant.*
  - ¶ Et *quanquam hæc referri poſſint ad differentias ſecundum primas qualitates paſſiuas, (nam terrea etiam ſicca ſunt, aquea verò humida, &c. tamen ad ſubſtantiam ea referri magis probauerim.*
- Qualitatibus,
  - Primis,
    - Actiuis, *caliditate & frigiditate.*
    - Paſsiuis, *humiditate & ſiccitate, vnde corpora quædam ſimilaria aquea dicuntur, quædam terrea, &c. vt paulò ante in differentijs ſecundum ſubſtantiam dictum eſt. Hinc etiam alia ſolida dicuntur, alia liquida.*
  - Secundis, *ijſq́; vel*
    - Actiuis, *quæ ſenſus mouent, vt colore, odore, ſapore, &c.*
    - Paſsiuis, *vt duritie & mollitie (de quibus ſuprà docuimus in tabula ſecunda) & illis omnibus quas potentias & impotentias naturales vocant.*

CORPORVM SIMILARIVM TABVLA fuſior & magis exquiſita.

Similia corpora differunt, tùm
- 1 Subſtantia. *Sunt enim alia*
  - 2 Mera, *per ſe, non partes aliorum, vt*
    - Elementa *quatuor, quorum alia fuit tractatio. Item quæ meteora dicuntur.*
    - Metallica, *vt* { Aurum, *argentum, æs, ſtannum, ferrum.* / Quæ *à metallis excernuntur (* vt Pompholyx, Spodiũ, etc.*
    - Foſsilia *reliqua, vt lapis, ſal, nitrum, &c.*
    - * Liquores *aquei, & alij, vt oleum, vinum, mel: ſi fæcem nullam aut exiguam habeant: aut à fæce repurgati fuerint.*
  - Partes *aliorum vel*
    - Arte *factorum, quæ Phyſicus non attingit.*
    - Naturalium, *vt*
      - Plantarum, *vt lignum, cortex, vena, neruus, medulla, ſuccus, alburnum, folium, radix: ſed hæ poſtremæ partes fortè potius diſsimilares fuerint, et magis radix, &c.* Vide Theophraſtum.
      - Animalium *(* vt primum genitura; ſanguis menſtruus vel humor analogus, tanquam elementa animalium generi peculiaria: deinde quatuor humores, qui quatuor elementis communibus reſpondent. Poſtremò ſolidiores particulæ molles, vt medulla, cerebrum, caro, viſcus; mediocres, vt cutis, neruus, vena, tendo, ligamentum, membrana: duræ, vt cartila-*

1 | 2

go, vnguis, os, pilus, & analoga. *Fibræ ambigunt: nam & in ſanguine ſunt: & caro, & nerui & tunicæ neruoſaq́, corpora ſuis fibris conſtant.*

¶ Sunt *igitur hæ in vniuerſum aut*

- Liquidæ, *Duræ, Molles, ex quibus partes diſsimilares aut*
  - Conſtant, *vt in*
    - Animalibus, *facies, manus, pes, &c. è quibus membra.*
    - Plantis, *truncus, ramus, ſurculus, &c.*
  - In *his ſpectatur, tùm*
    - Materia *proxima, quæ ſunt partes ſimilares.*
    - Cauſa *efficiens, ſperma Aphrodiſ. Vel potius quæ ſpermati eſt vis formatiua.*
    - Differentia, *quæ eſt ferè in communibus ſenſuum obiectis, nempe vel in*
      - Magnitudine,
      - Numero,
      - Figura,
      - Connexu *& ſitu,*
      - Motu *& actione, nam ſimilarium actio minus certa eſt.*

Similaria corpora differunt,

Subſtantia, *nam alia ſunt*

- Liquida: *Horum alia,*
  - Euaporando *ad ignem*
    - Conſumuntur, *nempe aquea vel aquæ ſpecies: vt vrina, acetum, vina quædam, lixiuium, ſerum, ſanies: quæ omnia frigore coagulantur, calore ſoluuntur.*
    - Non *conſumuntur & hæc vel ſunt*
      - Terrea, *(id eſt, terræ plus quàm aquæ habent, vel tantundem, Aphrodiſ. vt vinum nouum.)*
      - Terræ *& aquæ communia, vt lac (ſed forſitan non omne.)*
      - Terræ *& aëris, vt lignum (ſcilicet viride,* Aphrod. *quaſi & hoc liquidis vel humidis, Græcè eſt, ὑγρὰ, adnumerari poſsit.* (* Vide an cera hic pro exemplo conueniat, vel reſina.)
      - Aquæ *& aëris, vt oleum.*
      - (* Mel *capite 8. ponit calidum ac terreum, (vt & vinum dulce) & negat eſſe aquæ. Sed forſitan mellis etiam differentiæ ſunt, vt ſanguinis, & lactis, & vini, aliud liquidius, aliud craſsius.) (* Sanguis & genitura) quæ commmunia ſunt terræ & aquæ & aëris.*
  - Craſſeſcunt, *idq́, vel*
    - Calore, *communia terræ & aquæ,* Aphrod.
    - Frigore, *terrea* (magis, Aphrod.)
    - Vtroq́, *communia plurium, vt oleum, mel, & vinum.*

¶ Vinum *inter liquores ambigit, nam diuerſorum generum eſt. Nouum (muſtum) terreum eſt magis, quàm vetus: ideo etiam calore craſſeſcit maximè, & coagulatur minus à frigore (ſupra cap. 7. vini aliquod genus denſari ſimul & coagulari ſcribit: & capite 8. vinum dulce inter ἄπεπτα nominat, quamuis terreum, propter feruorem, ſicut & mel) eò quòd multum caloris habeat & terræ. Vnde in Arcadia vinum adeò reſiccatur ad fumum in vtribus, vt raſum (in aquam nimirum radendo miſſum) bibatur. Sed cum omne vinum fæces habeat, pro earum copia aut terreum aut aqueum magis erit.*

1 - Solida & concreta. *Horum alia ſunt*

† Aquea,

Similaria corpora differunt 1 — *Subſtantia terrea* 2

† Aquea; *vt glaties, nix, grando, pruina, & alia quæ calore liquantur, vt aurũ, argentum, æs, ſtannum, plumbũ, vitrũ, & lapides multi innominati, (* pyrimachi, mylæ) Et hæc à frigiditate coagulantur.*

Terrea; *Horum alia coagulantur.* †

† Calore, *vt later, caſeus, nitrum, ſal: & genera lapidum, qui neq; liquabiles ſunt, neq; frigore concreſcunt.*

Calidi *& humidi priuatione (quæ ſcilicet prius calefacta, deinde frigore concreſcunt,* Aphrod.*) Et hac tùm vi caloris (* nimirum excitantis primum materiam; & fluxum vel exhalationem mouentis, obiterq; etiam ſiccantis) tum frigoris poſtea conſtringentis, quòd reliquum humoris eſt, coagulari videntur.*

¶ Porro *huiuſmodi omnia terrea ſunt, quorum ſcilicet omnis humiditas exudauit, aut conſumpta eſt, vt later, ſuccinum, (quod calore liquatum & in fluuium defluens, frigiditate aquæ induratur, vt mel coctum aqua frigida, vt Ariſtot. ſenſit. Sed doctiores noſtro ſeculo, ſuccinum de genere bituminis eſſe affirmant) apparent quidem interdum animalcula (vt formicæ, culices) ſuccino intercepta (vnde idè materia liquida & viſcoſa primùm coagulari intelligitur.) Item lachrymæ arborum omnes, vt myrrha, thus, gummi, quæ omnia frigiditate coagulantur. (* Atqui Medici docent, ea quæ propriè gummi dicuntur, aquea eſſe, & facilè aquæ miſceri: reſinas verò dictas natura oleoſa conſtare, vnà cùm partibus terreis, & facilè oleo miſceri, aquæ minimè. Videntur autem cæteræ etiam lachrymæ, vt myrrha, thus, & huiuſmodi quæ non ſunt gummi, reſinæ naturam ſequi. Sed ὀποὶ quoque dicti, vt dacrydium, & alij liquores lactei, vel ſucci calore aut decoctione effecti, aqua liquantur: opopanax verò, & ὀπὸς laſeris (ni fallor) lachrymarum reſinoſarum naturam habent; vt ferulaceorum lachrymæ omnes. Itaque calore & molliuntur & liquantur. Quamobrem conijcio hæc omnia cùm vel aqua vel igne molliantur & liqueſcant, tota ſui ſubſtantia, omnino humiditatem in ſe habere, nec ita exucca eſſe, vt Ariſtoteles ſcripſit. E ſuccino quidem etiam vernix dicta, & oleum per deſtillationem fit à peritis huius rei. Gummi verò nihil liquoris aut olei emittunt per deſtillationem: quoniam igne magis indurantur, vt ſalis genera: Non tamen idcirco auſim ea prorſus humiditate priuata dicere: vt neque ſalem, qui & ipſe magno igne liquatur, & funditur, & cæt. Sed de ijs, quæ propriè gummi dicuntur certi nihil affirmo. Inflammabilia non ſunt, neque ἀτμιστὰ neque θυμιατὰ, ſed ſtatim cùm vruntur, modico quodam humore in eis ebulliente vertuntur in cinerem. Manant ex arboribus quibuſdam, pruno, ceraſo, amygdalis amaris: Translucida ſunt, vt liquor quidam purus frigore coagulatus videatur, ſicut forte etiam lapides translucidi coagulantur. Guſtu viſcoſa ſunt cum quadam dulcedine.) Calore quidem remolliuntur, ſed inæqualiter, & non per totum, nec ſubigi poſſunt, quòd ſimul etiam nimis exiccentur.*

¶ Adnumerantur *etiam terreis, ferrum, cornu, vnguis, os, neruus, lignum, pili, folia, cortex: & fruges tum cereales, tum legumina. Sunt tamen ex his alia magis, alia minus terrea. Nam ex terreis alia poſſunt.*

3

Similaria corpora differunt | Subſtantia terrea. | Qualitatibus | Primis

1 2 3 Mollíri, *vt ferrum & cornu: quorum ſcilicet non omnis humiditas exhauſta eſt: multo tamen copioſiores in eis ſunt partes terreæ.*

Liquari, *vt thus & ſimilia, quæ perinde vt lignum* ἀτμίζει, *id eſt, vaporem emittunt,* Ariſtoteles. *(*Videtur autem verbum* ἀτμίζειν *hic impropriè poſitum, pro eo quod eſt fumum & exhalationem ſiccam, vel ſiccam vnà cum humida, non humidam tantùm & vaporoſam emittere. Nam ſupra cap. 9. thus* τηκτὸν *&* θυμιατὸν *eſſe dixit.* θυμιατὰ *autem non ſunt* ἀτμιστά.

Neq; liquari neq; molliri poſſunt, *vt ſuccinum, & lapides quidam, vt & tophi in ſpecubus: Nam hi ſimiliter (vt lapides quidam i) ndurantur, nullo ignis externi auxilio, à ſolo frigore, pulſo calore qui inerat, & ſecum educente humiditatem. Nam alia (vt later) igne externo deſiccantur,*

¶ Rurſus *concretorum liquabilium alia ſoluuntur ab*

- Igne, *vt quæ vel*
  - Plus *aquæ habent*
  - Communia *ſunt, vt cera.*
- Aqua, *terrea, vt lutum.*
- Neutro, *quæ rurſus vel* Terrea / Communia *ſunt*

¶ Quędam *communia plurium ſunt, vt ſanguis & genitura terræ et aquæ & aëris. Sanguis tamen qui fibras habet, magis terreus eſt, & frigore concreſcit, & humore liquatur: qui fibris caret, aquoſus. Genitura coagulatur frigore, exeũte humiditate cum calore.*

Qualitatibus, *idq; vel*

- Primis
  - Actiuis: *Sunt enim*
    - Frigida, *ſiue liquida ſiue ſolida ſint, quæcunq; aquea ſunt, niſi alienà caliditate caleant; vt lixiuium, vrina, acetum: nam aqua maximè opponitur igni.*
    - Calida *terrea plerumq;, quæ ſcilicet à calore efficiuntur, vt calx, cinis: relinquit enim is vim ſuam & empyreuma quoddam in rebus omnibus quæ coquuntur, vruntur, putrefiunt, vel quomodocunq; per calorem mutantur, in alijs plus, in alijs minus. Quanquam horum quoq; materia, nempe terra, frigida eſt. Quum enim tum terra, tum aqua, elementa ſunt frigida (quæ rebus tanquam materia ſubijciuntur humiditate & ſiccitate ſua) quæcunq; vel huius vel illius elementi naturam ſequuntur, ſimiliter frigida fuerint, niſi aliunde caleant, vt aqua feruida, lixiuium quòd calorem à cinere accipit. Hinc eſt, quòd in putridis animalia innaſcuntur. ineſt enim eis caliditas illa; quæ natiuam rei caliditatem corrumpit.*

¶ Calida *ſunt etiam quæ terræ & aquæ communia habentur: nam horum etiam pleraq; per caloris actionem, nempe concoctionem efficiuntur: & quædam eorum nihil quàm putredo ſunt, vt colliquationes. Sunt autem hæc calida, quandiu naturam ſuam locumq; ſuum ſeruant, vt ſanguis, genitura, medulla & coagulum (*ὀπὸς*) & huiuſmodi omnia. Si verò corrumpantur & extra locum ſuum mutentur, non amplius ſeruant calorem. Sed materia tantùm eorum quæ terra aut (&) aqua eſt, relinquitur. Quamobrem diuerſo reſpectu alij hæc frigida, alij calida eſſe dixerunt*

1 2 3 4

Similaria corpora differunt

Qualitatibus ſecundis

1 2 3 4 *dixerunt (vt Hipocrates ſanguinem frigidum) Similiter etiam in quibus aër abundat, calidiora ſunt.*

¶ Calidiſsima *redduntur, & maximè vrunt, corpora quæ ſolidiſſima fuerint, ignita, alieno ſcilicet calore & per accidens: nam eadem ſi calore deſtituantur, frigidiſsima ſiunt. Itaq; aqua, vehementius quàm fumus flamma vrit, & lapis quàm aqua, ſoliditatis ratione. In ſolida enim & vnita materia, qualitates etiam magis vnitæ & fortiores habentur.*

Paſsiuis. *Sunt enim alia humida, alia ſicca. Quæ quidem ſatis dignoſcuntur ex prædictis de differentijs ſimiliarium ſecundum ſubſtãtiam, in eo, quòd alia liquida, alia ſolida ſunt: quæ quidem vtraq; vel terrea, vel aquea, vel mixta habẽtur. Sũt aũt aquea humida, terrea ſicca, etc.*

Secundis

Actu *exiſtentibus & Actiuis & ſenſus afficientibus.*

Viſum, *coloribus.*
Auditum, *ſonis.*
Olfactum, *odoribus.*
Guſtum, *ſaporibus.*
Tactum, *ſecundis tactilibus qualitatibus, vt duro, molli, graui, leui, aſpero, leni, &c.*

Paſsiuis *& potentia exiſtentibus, quare & potentiæ & impotentiæ naturales vocantur, ſecundum quas ſimilaria aliquid pati aut non pati idonea ſunt. Et hæ differentiæ ipſorum magis propriæ ſunt. Hinc dicitur corpus ſimilare, aliud*

Coagulabile, πηκτὸν, das ſich herten oder dicken laßt/das da gſtan/oder gefrieren mag.
Incoagulabile, ἄπηκτον.
Incraſſabile, παχύνεσθαι δυνάμενον (* παχυωτὸν) das dicker oder kächer mag werden.
Non *incraſſabile.*
Liquabile, *vel ſolubile* τηκτὸν, λυτὸν. *Vide etiam infra in cremabilib.*
Quod igne vel aqua liquatur, eliquatur, liqueſcit, ſoluitur, tabeſcit. Schmeltzig/ flüſſig/ das in der füchte zerſchmiltzt/ zergadt. τὸ λυεσθαι καὶ διαχεῖσθαι δυνάμενον.
Non *liquabile, inſolubile,* ἄτηκτον, ἄλυτον.
Ac de his quidem copioſè docuimus ſupra in Tab. III.
Emollibile, μαλακτὸν, das linder oder weicher mag werden/ vom fewr oder werme/ oď von füchten vñ beitzẽ / (* *Videtur autẽ emollitio in pleriſq; via ad ſolutionem eſſe, vt incraſſatio ad coagulationem. Sed vt incraſſantur quædam, nec concreſcunt, quædam concreſcunt, nec incraſſantur: ſic emolliuntur quædam, nec ſoluuntur, & ſoluuntur, quædam, nec emolliuntur, vt aquea congelata & fortè metalla præter ferrum.) Dixi in pleriſq;, quoniam terræ & aquæ communia, vt lutum congelatum frigore, primũ mollitur calore, deinde verò non ſoluitur, ſed induratur.*

¶ Eorum *autem quæ molliuntur, alia concreuerunt.*

(* Calore *ſiccante, vt gluten, defrutum, caſeus, lutum, panis. Itaque molliuntur humore calido vel frigido.*

¶ (* Spongia, *lintea & huiuſmodi, quãuis molliora humore fiant: διαντὰ tamen potius quàm μαλακτὰ dicentur.)*

Frigore, *& molliuntur calore. Horum alia ſunt.*

Tractilia, Tinctilia, *vt neruus, lorum.*
1 2 3 Intinctilia, *vt pix, & cera fortè.*

Similaria corpora differunt

1 2 Qualitatibus ſecundis paſsiuis, Sic aliud corpus dicitur

3 Ductilia,
- Aquea *potentia, vt metalla præter ferrũ.*
- Terrea, *vt ferrum.*
- Communia, *vt cera,*

Hæc *initio molliuntur tantùm calore, tandem verò prorſus ſoluuntur.*

& quo ex aqua terraq; conſtant, ſi frigore indurata fuerint, vt lutum.

Neutrum, *ideſt, neq; tractilia neq; ductilia, vt cornu, ebur, & fortè ligna quædam (*etſi eorum quædam potius humore tum molliora, tum flexibiliora fieri videantur, vt vimina, quaſi τεγκτὰ, alia indurari quaſi ἄτεγκτα, vt quercus.*

Inemollibile, *ἀμάλακτον, quod humorem in ſe*
- Non *recipit, quod nullos vel minores poros habeant, quàm vt aquæ partes ſubire poßint.*
- Recipit *quidem, ſed vndiquaq;, vnde in humorem aqueum diſſoluitur, idq; aut*
  - Statim, *vt ſalis genera, alumen, chalcanthum, &c.*
  - Diutius *maceratum, vt gummi: quòd fortè inter emollibile & inemollibile ambigere dixeris: vt & in alijs quibuſdam: Nam cum à frigore coëat, non tamen calore ſed humore ſoluitur: cùm reliqua frigore concerta vel calore ſoluantur, vel omnino nõ.*

Tinctile, *τεγκτὸν, vel διαντὸν, τὸ τέγγεσθαι, διαίνεσθαι ἢ βρέχεσθαι δυνάμενον: quòd humorem cui intingitur, imbibit & remollitur, & nõ ſuperficie tantùm humectatur. Vel ſecundum Ariſtotelẽ, quod cùm terreum ſit, poros aqua duriores habet, & ita patentes, vt aquæ capaces ſint. Et horum quidem alia*
- Soluuntur *aqua, vt terra (* Igne verò nullum tinctiliũ ſoluitur) Terra quidem poros non tantum διόλȣ habet vt ſal, ſed etiam παράλλαξ, quamobrem humore tùm tingitur, ideſt, remollitur, tùm liquatur.*
- Non *ſoluuntur, vt Lana.*

Intinctile, *ἄτεγκτον, ἀδίαντον. Et horum rurſus alia*
- Soluuntur
  - Igne, *vt æs, &c.*
  - Aqua, *vt ſal nitrum, quæ humorem vndiq; recipiunt; & poros habent διόλȣ (meatibus poſt receptam aquam ruptis ac perverſis,* Alcyonius.)
- Non *ſoluuntur, vt lapis, later.*

Flexile *& directile, καμπτὸν & εὐθυντὸν, vt vimen, iuncus. Eſt autem idem corpus quòd flexile eſt, etiam directile, & contrà. Flexio verò & directio diuerſæ affectiones ſunt. Nam directio fit in rectum, flexio in orbem: idq; vel in partem eius*
- Interiorem, *quæ caua κοίλη, appellatur, ἀνάκαμψις, reflexio.*
- Exteriorẽ, *quæ cõuexa, vel gibba, κυρτὴ, dicitur, κατάκαμψις, deflexio.*
- ¶(*Quędã ἑλικοειδῶς *ſiue ſpiratim flectuntur, & volutim torquentur.*

Cæterum *longitudo tũ inflexiõe vtraq; tum in directione, æqualis ſeruatur.*

1 2

Huc

Qualitatibus ſecundis paſſiuis. Sic aliud corpus dicitur

Similiaria corpora differunt

2 ¶ Huc pertinent complicabilia πτυκτὰ, vt lintea.
Inflexile & indirectile, ἄκαμπτον καὶ ἀδιάθυντον, vt lapis, later.
Ruptile, κατακτὸν, (an ῥηκτὸν eſt ruptile, vt veſtis, membrana) quòd diuiditur ſeu rumpitur in maiores partes (plerunq; duas) vt lignum. Habent autem huiuſmodi corpora poros εἰς πολὺ (*longius extenſos & cõtinuos.
Non ruptile, ἀκάτακτον:
Fragile, θραυστὸν, (colliſile, θραυστὸν vt teſtæ ſiliciæ oſtra ceder morũ: κλαστὸν fragile, reyſſen/zerrẽ/brechẽ/ zerſchmetteren) das zu kleinen ſtücken zerſpringt/das man zerknütſchen/zerſtoſen/od zerſchmetterẽ mag: quod cõminui.i.in minores partes, quotcũq; (plures tñ duab.) diuidi poteſt: & hoc multos poros habet παραλλάττοντας (*nõ rectà extenſos, nec multũ diſtantes: vel alternatim diſpoſitos.i.ſubinde partib. ſolidis inter poros exiguos ſitis) vt cryſtallus, (glacies) et lapis. Et hæc ferè videtur hæc pati præ nimia ſiccitate & duritate: ſicut & friabilia (de quibus infra) ob ſiccitatem quædam ſunt.

Sunt quæ poros vero que modo diſpoſitos habeant, et hæc pariter ruptilia & fragilia ſunt, vt later.

¶ Inter θραυστὰ poſuerim etiã ea quæ mola frãguntur, vt faba freſa, Græci frugũ ſic fractarũ partes χείμινον vocãt: & quæ in pilis piſtillo facile conteruntur.
Non fragile, ἄθραυστον.
Impreſsile, θλαστὸν (das ſtempfig iſt/oder darin man truckẽ mag/das dülen annimpt/das widerſpil/nempt man etbellen/ vt in oſsibus, vngulis, & lignis, bülen/ σπόγγιλοι Varin.) cuius ſuperficies (*ſeruata cõtinuitate) parte aliqua impulſione vel ictu vel cõtactu in genere, verſ. fundũ (profunditatẽ) cedit. Horũ alia:
Mollia, vt cera. } Nota { Ἐλατὰ omnia θλαστὰ eſſe,
Dura, vt æs } Θλαστὰ vero nõ omnia ἐλατὰ, vt lignum.
Non impreſsile, ἄθλαστον. Horum alia ſunt
Dura, vt later.
Liquida, vt aqua, quæ quãquã cedit quauis parte ſuperficiei: viciſsim tñ ambitu ſuo attollitur, vt dixim⁹ Tab. III. in Mollib.
¶ Τὰ δὲ μὴ εὔθλαστα, ὥσπερ λίθος ἢ ξύλον (*Quaſi lapides et ligna imprimi quidem poſsint, ſed difficulter. Molliora quidem ligna, præſertim vbi fibræ venæue non impediunt, vt populi, tiliæ, facilius imprimuntur. Et lapidũ quoq; pro mollitie duritateq; differentia erit ſimilis. Et hæc quidem manibus imprimi non poſſunt, ictu verò & inſtrumento poſsunt.
¶ Rurſus Impreſsio quorundam
Manet facta
Manu, et dicũtur formabilia, πλαστὰ, et ſunt εὔπλαστα χειρὶ vt cera, lutũ: hinc plaſtæ vel πηλοπλάσται et ceroplaſtæ dicti.
Ictu, vel inſtrumẽto (*quæ dici poſſunt ἐκτυπωτὰ, vt plumbum, æs, chartæ quæ imprimuntur à Typographis.
Non manet, vt in lana, ſpongia, & hæc dicuntur Compreſsilia:
Formabile, iã dictũ eſt in pxima diuiſione Impreſsiliũ. Tengächtig teigächtig/dz ſich bettẽ od knettẽ laßt: quaſi dicas, cõmaſſabile, qua voce parũ Latini quidã Ariſtot. interpretes vtũtur quanquã nõ πλαστὸν, vt debebãt, ſed πηλωτὸν ſic vertũt. Nos ſubactile dicere poſſum⁹, q; inſtar maſſæ ex farina ſubigi aptũ ſit φυρατὸν, δευητόν.
2 Verbũ quidẽ Depſere ẽt Latinis receptũ eſt. Ὀργιάζειν, μαλάττειν apud Ariſtophanem.

1 Similaria corpora differunt

Qualitatibus *ſecundis paſſiuis. Sic aliud dicitur.*

2 Informabile, *ἄπλαςον, vt quòd vel omnino imprimi nequit, vt later: vel impreſſionem non retinet, vt lanæ.*

Compreſsile, *πιεςὸν* (*vide paulò ante in vltima diuiſione Impreſſilium*) das ſich vberal vnderſich/oder zuſammen vnd in einanderen trucken laßt/vnd minder platz dan vorhin einnimpt/oder niderer wird/oder geſchmeidiger / *vt noſtri loquuntur,* vnd ſich wol zuſammen legt.) *Quòd impulſum aut ictū in ſeſe recedere aut coire poteſt, vt tota ſuperficie ſua verſus fundum ſe recipere & ſubmittere, ita vt ſuperficies non diuidatur, neq; aliæ partes in aliarum locum ſubeant, vt in aqua, & ijs quæ ἀντιμεθίςασθαι dicuntur. Impulſio, ὦσις tactu fit ſimpliciter: Ictus, πληγὴ verò cum impetu. Et quoniam in ſeſe ſubſidunt compreſſilia, & è laxiori rariorià; mole, in denſiorem abeunt, oportet in ijs omnibus ineſſe poros, [ſiue vacuos (ideſt, aëre tantùm refertos) ſiue molliori (ideſt, facilius cedente) aliquo quàm ipſorum ſubſtantiæ ſit, corpore plenos, vt ſpongia madida] in quos compreſſa coëant cōniuentibus illis: Talia ſunt, ſpongia, cera, caro, lanæ, ſtuppæ, &c.*

Preſsilium *alia ſunt*

- Ductilia, *vt cera & lutum.*
- Non *ductilia, vt lana.*
- Manent *& ſeruant ſuam compreſſionem, vt cera.*
- Non *manent, vt ſpongia. Si tamen hæc etiam intricabilia ſint, vt lanæ, ſtupæ, nec ſimpliciter, ſed per intricationem comprimantur, ſeruant impreſſionem, dicunturq; πιλητὰ, ideſt, conſtipabilia, de quibus infra.*

¶ Compreſsioni *ſubijciuntur, Expreſſio per præla vel aliter. Depreſſio, Repreſſio. Et preſſi copia lactis, Vergilius.*

¶ Læuigabilia *etiam, quorum ſuperficies læuigatur aut complanatur compreſſione, vt ſub prælo vel aliter: huius generis ſunt,* das ſich gletten laßt/vnd mangen.

Incompreſsile *verò* (*ἀπίεςον*) *eſt, quòd in poros ſuos coire non poteſt, vel quòd careat illis, vel quòd referti ſint aliquo duriore, quàm rei ſubſtantia eſt. Talia ſunt, ferrum, lapis, aqua, & omne liquidū.*

Tractile, *ἑλκτὸν* (zügig/das ſich in die lēge/oder breite/ oder anderſt zerzüchen vnd erſtrecken laßt/oder zerzeißlen) *cuius ſuperficies, ſeruata continuitate transferri per latera, verſus id quod mouet (εἰς τὸ πλάγιον) [ſiue ad alterum latus altero manente, ſiue ad vtrumq;. Cæterum 7. Phyſicorum alia eſt tractio, cum id quòd trahitur, locum mutat, Niphus] & extendi duciue poteſt (* itaq; moles eius ſimul etiam dum extenditur, attenuatur, rareſcitq;.)*

Tractilium *autem alia ſunt*

- Solida, *vt pilus, lorum, neruus, partes neruoſæ, membranæ, lintea, panni, quæ omnia ſuperficiem permanentem habent. Item ex compreſſilibus, lanæ, ſtuppa è lino, canabi, goſſypio, & ſimilia, quæ diductilia dixeris.*
- Mollia *vel humida, vt viſcum, maſſa è farina, pix liquida, mel, phlegma, mucus, caſeus coctus: hæc priuatim γλίσχρα, ideſt viſcoſa dicuntur, de quibus inferius etiam. Horum tamen ſuperficies mutabilis eſt, & permiſceri*

Similaria corpora differunt Qualitatibus ſecundis paſsiuis. Sic aliud corpus dicitur

2 miſceri cum alijs poſſunt, ſubigique. *Vocantur etiam impropriè ſolida quædam* γλίσχρα, *ideſt lenta & tenacia, vt vimina, quæ inflexa non rumpuntur, quemadmodum* γλίσχρα *propriè dicta, in longum, latumuè aut aliter extenſa, non facilè abrumpuntur.* [¶ *Ex his quæ liquidiora fuerint, compreſsilia non ſunt, vt phlegma. maſſa vero è farina, parum liquida ſi fuerit, præſertim fermentata, cõpreſſilis ſimul & tractilis eſt.*]

Non tractile, ἄνελκτα, *vt ſpongia, &c.*

Ductile, ἐλατὸν, *dilatabile malleo* (vide nũ & cuſile dici poſsit.) **ſchmidig/vnd alles das ſich mit dem hammer ſchlaagẽ oder trucken laßt/außdhenen.** *quicquid eodem ſuperficiẽ particulatim dilatat, & craſsitiem ſeu profunditatem extenuat, vt æs. (Sic vt* ἐλατὰ *eodem tractu tum extenuari, tum in longitudinẽ vel quoduis latus extendi diximus.) Sunt autẽ magna ex parte ductilia eadem quæ impreſsilia, & contrà, pauciſsimis exceptis, & fortè ligno tantùm. (* Aurum inter metalla inprimis dictile eſt, & in tenuiſſimas laminas cuditur, deinde argentum, &c.)* ¶ *Ductiliũ alia ſunt.*

Compreſsilia, *vt cera & lutum.*
Non *compreſsilia, vt ferrum.* } *Rurſus preſsilium alia* { Ductilia *ſunt, vt cera & lutum.*
Nõ *ductilia, vt lana.*

Non ductile, ἀνέλατον (*ἀνέλατα *omnia etiã* ἀπίεστα *eſſe cõijcio.) vt,*

Lapis, *lignum.*
Aqua *& liquida omnia (*Poëtæ tñ mare remigando* ἐλαύνειν *impꝓpriè dixerunt, ꝓ* ὠθεῖν. *Vnde et remi* ἐλάται *nominati.)*

Fiſsile, σχιστὸν, **ſpaltig/** *vt lignum, quòd vlterius diuidi poteſt quàm inſtrumentũ (vt aſcia & cuneus, vel ſimpliciter id quòd diuidit) aſſequitur & pertingit: quòd in ſectione non fit.* ¶ Γάλα σχιστὸν *à medicis impꝓpriè* **geſcheydne milch**. *Sũt et lapides fiſsiles, vt ſchiſtus, ſpecularis, niger ille quo tecta tegũtur, et auripigmẽtũ quo libri colorãtur.*

Infiſsile, ἄσχιστον. ¶ *Eſt autem nullum ex mollibus (quæ ſimpliciter, nõ per comparationem mollia dicuntur) fiſsile. Sed neq; dura omnia fiſſilia ſunt: ſed ea quæ neq; humida (actu, Niph⁹) neq; impreſsilia (quæ parũ ſicci habẽt, vt cera, Niphus) neq; fragilia ſunt, (quæ ſatis ſicca ſunt, ſed poros non ſecundũ longitudinẽ habent, Niphus.) Huiuſmodi aũt ſunt quæ poros ſecundum longitudinẽ ſitos habẽt, quib. inter ſe partes cohærent, non autem ſecundum latitudinem, vt ſecabilia.*

Secabile, τμητὸν, **(alles das ſich laßt hauwẽ/abhauwẽ/auß hauwẽ/anhauwen/ſchneiden/ſchnitzleni/zimberẽ/ſågẽ/hoblen/graben/ſtechen/tråyen/borẽ/item behauwẽ/vñ polieren wie die ſtein:** *hoc eſt, quicquid aptum eſt ſiccari, ſcindi vel amputari, excindi, dolari, ferro complanari, ſerra diuidi, ſculpi, cælari, terebrari, & ferro expoliri vt lapides à lithotomis: de quib. dixeris, dolabile,* πελεκητὸν, *complanabile, ſculptile, &c.) Cõcretum corpus ſiue durũ, ſiue molle, quòd ſecari poteſt, ita vt nulla diuiſio neceſſario præcedat, (vt in fiſsilib.) atq; hoc nec admodũ humidum eſſe debet, ſed neq; nimis ſiccũ, ne minutas partes inter diuidendũ atterat, vt frãgilia, poris eius, vt diximus, ſecundũ latitudinẽ (magis) ſitis.*

¶ Quædam *ſecari ſimul & findi poſſunt, vt lignũ, Nã cum quãtitas vnaquæq; potentia multiplex ſit: quatenus vnum multas longitudi-*
2 *nes cõtinet potẽtia, fiſsile dicitur: Latitudines verò, ſecabile, Nã vt*

1 Similaria corpora differunt | Qualitatibus ſecundis paſſiuis. Sic aliud dicitur 1

2 plurimum fiſſio ſecũdum longitudinem fit, ſectio ſecundũ latitudinẽ.
Inſecabile, ἄτμητον, vt quòd humidum & fragile eſt.
Viſcoſum, glutinoſum, tenax, lentum, γλίσχρον, zäch/klipperacht/ſchlymerig. Vide ſupra in Tractilib.) quod tractile cùm ſit, (non ſolidũ, ſed) humidum aut molle eſt: id quod contingit τῇ ἐπαλλάξει idest, alternato quodam concatenatoque partium cohærentium ſitu. Quod huiuſmodi eſt, extendi longiuſculè poteſt (ratione humidi, Niphus) & rurſus in ſe retrahi (ratione ſicci, debet autem humidum in eis valde vnitum eſſe cum ſicco ſiue calore vniente, vt in oleo, pice, ſiue frigiditate cõprimente, vt in phlegmate, Niphus) Vide ſupra in Tractile, cuius Viſcoſum altera ſpecies eſt.
Friabile, ψαθυρόν, viſcoſo contrarium eſt, das ſich gern broſamẽ/reeren/oder reiben/pũluerẽ/malhen/oder zerſtoſen laßt. (nam quæ non facilè conteruntur, atterũtur, confriantur, ea vel nimiùm lenta ſunt, vt lorum, tẽdo, neruus: vel nimiùm dura & ſolida, vt lapis vel ductilia) (* Cæterum ψαθυρὸν & εὔθρυπτον videtur apud authores in mollioribus friabilibus magis locum habere, quæ nõ ſine humore aliquo ſunt; vt pane & carne piſcium apud Medicos. Κραῦρον, in ſiccioribus, vt ſpeciebus terræ & lapidũ. Vel ψαθυρὸν eſſe genus ad vtrumque (rõſp) & quoniã alteri ſpeciei nomen eſt κραῦρον, alteri deeſt, generis nomen (vt fieri ſolet) de eo vſurpatur. ¶ κραῦρον, ξηρόν, ψαθυρόν, εὔθραυστον, Varinus. Sed κραῦρον propriè dicitur friabile, quod ex affricatione ſeu attritione, non ictu, vt θραυστὸν, in partes aliquot paruas diuiditur. Vtrique communis eſt ratio ſiccitatis, & nimirum in vtroque (forte addendum meatus) tum parui, tũ non ordine, nec ſecundum rectitudinem poſiti. Dixerim ego κραῦρον quaſi χραῦρον, τὸ περὶ τὴν χεῖρα ῥέον ἐν τῇ κνήθεσι. Huc pertinẽt, quæ ad tyrocneſtin fricãtur, caſei & panes aridi, ea tñ nõ omnia κραῦρα ſunt: nã & aromata aliaque nõ κραῦρα, ſic affricari & atteri ſolẽt. Κραῦρον igitur & ψαθυρὸν utrumque Latini ſimpliciter friabile nuncupant: opponuntur viſcoſo, ſed in corporibus ſolidis tantùm: neque enim liquorem vllũ ψαθυρὸν dixerit, & multò minus κραῦρον. Cæterùm liquida quæ viſcoſa non ſunt, ſimpliciter aquea, & λεπτομερῆ, ideſt, partium tenuium appellabimus, medici ab vſu & rhyptica, ideſt, abſterſioni & ablutioni apta vocitant. Nam viſcoſi liquores παχυμερέστεροι, ideſt craßiorum partium, & emplaſtici ſunt, ideſt, poros ſua ſubſtantia replent. Et fortè quæ abſtergendi vim habent, ῥυπτικὰ potius dicentur, ſi liquida ſint: σμηκτικὰ verò, ſi ſicciora: quanquã hanc differentiam non puto ſeruari.
Conſtipabile (ſic. n. verto πιλητὸν, pro quo alij cõmaſſabile, alij Latinius ſubactile reddiderũt: ſed vtroque vocabulo formabilia potius ſignificãtur. Vide ſupra in Formabili. Niphus denſatile vertit, quod nec ipſum placet, cùm ſit cõmunius, multa. n. dẽſantur, quæ nõ ſtipãtur, aut vt Barbari loquũtur, filtrãtur. Cõſtipare quidẽ in arctũ cõprimere ſignificat, & ſtipare, dẽſare, à ſtipa vel ſtupa, quæ ad ſtipa vel ſtupa, quæ nõ ipſa ſolũ in ſe cõſtipari poſſunt, ſed alijs etiã ſtipandis obturandisque apta ſunt, vt & lanæ.) Eſt igitur πιλητὸν, quod cõpreßile eſt, & permanentẽ habet compreßionẽ (quanquã ceram quoque ſupra cõpreßilibus adnumerarit Ariſtoteles, quæ & ipſa vt ſua cõpreßione manet, nec tñ eſt conſtipabilis. Hac igitur, & alias ob cauſas, quærendum 2

an cera,

Similaria corpora differunt

Qualitatibus ſecundis paſſiuis. Sic aliud dicitur

2 *an cera, vt mihi videtur, impreſſilis tantùm & formabilis, & ductilis ſit, non etiam conſtipabilis.) Sunt ſanè conſtipabilia omnia etiam intricabilia, imò ipſa intricatione ſtipantur. Hinc* πιλητὰι, πιλωταὶ, συμπιληταὶ, πιλωτάριοι, *&* πιλοποιοὶ *dicuntur, ſtipatores lanarum, qui filtrum vulgò dictum (à lana feltria.) Græcis* πῖλον, *conficiunt: &* πιλωτὰ, *ſic parata veſtimenta. Et quanquam Latini pileum capitis ſolum tegmen appellant: Græci tamen* πῖλον *ſiue capitis ſiue pedum, ſiue aliud quoduis tegumentum aut veſtimentum ſic confectum appellant. Hæc igitur vt omne genus pilorum & lanarum, ſiue ex animalibus, ſiue ex plantis, & omnis ſtupa, ex lino, cannabi, vrticis, &c. apta ſunt conſtipari, intricariq́ue, & in fila nendo torqueri, & hapſis ſtupisq́ue ſuis ad obturandum turundorum inſtar, quanquam & alia quædam, vt lintea concerpta, muſcus, obturare apta ſunt, vtpote compreſſilia, non tamen nitricabilia ſunt ita, vt ſeruent compreſſionem ſuam ſponte.*

¶ Quemadmodum *impreſſilia, quæ ſeruãt ſuam impreſſionem, formabilia dicuntur: ſic compreſſilium, quæ compreſſionem ſeruant, conſtipabilia.*

Non conſtipabile, *ἀπίλητον, quod vel*

- Comprimi *aptum non eſt, vt ſilex.*
- Compreſsionem *non ſeruat, vt ſpongia.*

Vſtile vel cremabile, *καυστὸν, quod poros habet ſecũdum rectitudinẽ ignis capaces, & in ijs humiditatem igne imbecilliorem (ideſt, cremabilem, aëream ſcilicet, non aqueam: hæc enim ignem ſuffocat, illa nutrit,* Niphus*) vt lignum, os, lana. Videntur autem, inquit Ariſtoteles, vſtilia eſſe corpora illa, quæ in cinerem diſſoluuntur, id quod accidit omnibus, quæ vel à calido coagulantur, vel ab vtroq́ue calido & frigido. Hæc enim ab igne vinci poſſe videntur.*

Vſtilium *alia ſunt*

- Inflãmabilia, *φλογιστὰ, q̃ exhalabilia ſunt, nõ humida, vel nõ liquabilia: maximè verò, q̃ fumũ emittũt. Horũ alia*
  - Carbones *relinquũt ἀνθρακευτὰ: quæ ſcilicet plus terræ quàm fumi continent.*
  - Carbones *non relinquunt.*
  - Flammam *ædunt, idq́ue vel*
    - Per *ſe*
    - Cum *alijs magis, quàm p ſe, pix, oleum, cera.*
- Non *inflammabilia, ἀφλόγιστα. Horum alia*
  - Liquabilia *ſunt, vt æs.*
  - Non *liquabilia, vt os.*

Non vſtilia, *ἄκαυστα, vt lapis, cryſtallus. Minimè verò vritur in lapides ille qui σφραγὶς & anthrax ideſt, carbunculus vocatur (anthrax Carchedonius Theophraſto, vulgo granatus) (* Serum lactis Ariſtoteles ab igne ἐκκαίεσθαι minus propriè dixit, pro ἐξατμίζεσθαι.) Horum alia poros*

- Non *habent vt liquida. Ex liquidis verò pinguia, etſi nõ per ſe, cum alijs tamen vri poſſunt*
- Habent, *ſed humiditatem in eis*
  - Nullam
  - 2 Fortiorem, *quàm quæ ab igne vinci poſſit (ideſt, aqueã nõ aëreã,* Niphus*) vt lapis cryſtallus.*

1 2 ¶ Liquabilium *quædam non inflammantur, vt æs: id enim humorem in ſingulis partibus habet, ſed pauciorem, quàm quæ flammæ excitandæ ſufficiat, & non continuum.*

Inflammabilium *quædam non liquantur, vt ligna: habent enim hæc humorem copioſum, & per totum continuum.*

Sunt *quæ inflammentur & liquentur, vt thus: quoniam ſecundũ humoris copiam ſitumq́ꝫ, partim vt æs, partim vt ligna ſe habet.*

Exhalabile, θυμιατὸν, ꝙ *humiditatem continet quidem, ſed ſic vt illa non ſeorſim euaporet ad ignem (vt in aqueis) ſed vnà cum ſiccis partibus, & ipſa corporis ſubſtantia. Eſt autem vapor, excretio in aërē & ſpiritum ab humido procedens & humectans. Et quanquam hæc ad ignem non emittant vaporem per ſe, progreſſu tamen temporis ſic euaporant, vt quædam prorſus areſcant, alia etiam euaneſcãt, & in terram vertantur. Cæterum thymiaſis, ideſt exhalatio (de qua nũc loquimur) neq; humectat, neq; in ſpiritum vertitur: (Eſt autem ſpiritus πνεῦμα. fluxio continuata per aëra in longitudinem) humiditate & ſiccitate ſimul & vniuerſim excretis à calore vrente, colorans, ideſt nigredine inficiens. Sunt autem exhalabilium tria genera.*

1. Corporis *lignoſi, (vt oſsium, pilorum, pennarũ, ſquãmarũ, foliorũ, quæ analogia ferè idem ſunt & eiuſdem generis, & ſimilium) exhalatio fumus, καπνὸς vocatur.*
2. Pinguium, *πιόνων, vt ceræ, thuris, picis, & picem habentium, fuligo, λιγνὺς. Eſt autem πίον corpus aliquod ſiccum cum vnctuoſo mixtũ (*ſiue ſimplex vt cera, reſina) ſiue cõpoſitum, vt lignum reſinoſum πίονα μηρί'. Homerus.*
3. Vnctuoſi, *λιπαρῶν, nidor, κνίσσα: vt olei & oleoſorum, & eorum quæ per ſe ſola minimè vruntur, quoniam perparum ſiccitatis habent. Non poteſt autem aliquid in ignis naturam, niſi per ſiccitatem, tranſire. (¶ Liquores exhalabiles, τὰ ἐκθυμιώμενα τῶν ὑγρῶν, humiditate magis participant: vſtilia verò ſiccitate.) Hinc eſt, quòd oleũ non coquitur neq; craſſeſcit: quoniam per exhalationem, non per vapores, conſumi natum eſt: aqua verò contra. Sed vinum etiam dulce exhalabile eſt, vtpote pingue, & ad olei naturam accedens, nam frigore non coagulatur & vritur. Eſt autem tale vinum, nomine potius quàm re vinum: quoniam non inebriat, neque vinoſum ſaporem refert, cùm alioqui etiam vulgare vinum inebriet. Emittit autem exhalationem exiguam, quare etiam inflammatur.*

Non *exhalabilia, ἀθυμίατα.*

¶ Notandũ *eſt, quod exiſtis generibus paſſiuarum potentiarũ, quædã*

- Aliĳs *non ſubĳciuntur, vt πηκτὰ, τηκτὰ, &c.*
- Aliĳs *ſubĳciuntur, vt*
  - Compreſsilia *& formabilia τοῖς θλαστοῖς & ἐλατοῖς.*
  - Γλίσχρα, τοῖς ἑλκτοῖς.
  - Ἐλατὰ, θλαστοῖς καὶ μαλακτοῖς. Ἐλατὰ *quidem & θλαστὰ magna ex parte eadem ſunt, paucißimis, & fortè ligno tantùm excepto.*
  - Πιλητὰ *deniq; πιεστοῖς.*

¶ * Hactenus *de corporum ſimilarium potentĳs & impotentĳs paßiuis: potentiam dico, vt ſecabile, impotentiam vt inſecabile: quanquam & è diuerſò dici poteſt, Inſecabile*

Qualitatibus *ſecundis paßiuis. Sic aliud corpus dicitur.*

Similaria *corpora differunt*

cabile potentiam eſſe, ſecabile verò impotentiam. Nam quicquid habet potentiam patiendi, idem impotentia agendi afficitur, & contra, id quod potentia agendi præditum eſt, quòd nõ facilè affici poßit, vtpote forte & validum ad reſiſtẽdum. Ὁ γὰρ πληκτικὸς, δύναμιν ἔχει κατὰ τὸ πλήττειν, αὐτὸς δύσπληκτος ὤν. *Sanè potentia ad paßionem, impotentia potius fuerit, nempe ad actionem: quoniam in illud à quo patitur, vel nihil vel parum agere poteſt. Hæc ferè ex Simplicij verbis tranſtulimus, cuius & ſequens diuiſio eſt.*

Potentiæ *aliæ ſpectantur in*

- Agendo, *vt* τμητικὸν, θερμαντικὸν. (*Sic Medici remedia calida, frigida, humida, ſicca, & in ſecundis qualitatibus, incidentia, aſtringentia, abſtergentia, &c. vocant: non quòd actu talia ſint, ſed quòd hæc efficiendi potentiam habeant.*)
- Patiendo, *vt* τμητὸν.
- Non *facilè patiendo, vt* ἄτμητον, δύσλυτον.

De ſimilarium corporum definitionibus:

Definitionibus corporum ſimilarium additur

- Genus. *Genus quidem (quod à materia vtpote communi pluribus petitur) ex prædictis intelligitur, nempe de vnoquoq; ſimilari corpore, an aqueũ vel terreſtre, vel communiter ex his duobus, alijsúe elementis conſtet.* EX CA. XII.
- Ratio *vel forma. Rationem verò ac formam ſeu differentiam addere difficile eſt. Nam vt materia prorſus informis eſt, ſic vnius cuiusq; rei forma finisq; eo obſcurius deprehenditur, quo materiæ propinquior fuerit. Itaq; difficilius videtur elementa quatuor, vt ignem, aërem, aquam & terram definire, quàm conſtitutas ex eis partes ſimilares, & has difficilius quàm diſsimilares & organicas, quarum certæ & definitæ ſunt actiones & vſus à quibus definiũtur, ſimilarium verò non item. Quanquam enim omnia propter certum aliquem finem, non omnium tamen finis & actio æquè facilè cognoſcitur. Itaq; vbi non poſſumus ab actione aliqua propria rem definire, neq; vno verbo differentiam explicare: paßiuas ſaltem qualitates, quotquot ad differentiam ſufficere videbuntur, in definitionem aſciſsimus. Quibus nam verò paßiuis qualitatibus corpora ſimilaria differant, in præcedentibus explicatum eſt, &c. Vt ſi definias ſanguinem: quod ſit pars ſimilaris in animalibus ſanguineis, liquida, calida, & communis aquæ terræq; quæ & frigore & caliditate incraſſeſcat, & coagaletur, &c.*

CONRADI GESNERI TIGVRINI PHYSICARVM MEDITATIONVM LIBER IIII.

Qui eſt

DE ANIMA.

Vtrum rectè libros Meteororum, libri de Anima ſequantur, & cur?

NVnc dicendum erat de metallis & lapidibus; deinde de ſtirpibus, ſed ijs relictis, Ariſtoteles tranſit ad Animam. Quòd enim ad metalla & lapides, ſumma quędam capita naturę ipſorum, cum potentijs & impotentijs naturalibus iam explicata ſunt. Argentum enim verbi gratia τηκτὸν, θλαστὸν, καμπτὸν, ἐλατὸν, &c. De his tamen ſi quis copioſius noſſe cupit, Georgij Agricolæ libros ad imitationem Ariſtotelis ſcriptos legat. De ſtirpibus autem quod ad præcipuam earum vim nempe animam Vegetatricem, cuius opera ſunt, nutrire, augere, & generare ſibi ſimile, in libris de Anima dicetur. Plenius autem eorum hiſtoriam & cauſas perſequutus eſt Theophraſtus, &c. Hodiè ferè medici, vt reliquas naturalis philoſophiæ partes, ita has duas præcipuè illuſtrarunt, vt τὸ μεταφυσικὸν theologi: τὸ πολιτικὸν iuris periti.

Vtilitas doctrinæ de Anima.

1 Ad moralem philoſophiam vtilis eſt. An quia virtutes circa moderationem affectuum verſantur: affectus autem in hac tractatione præcipuè deſcribuntur. Item virtus eſt actio honeſta, boni alicuius gratia volūtariè fiens, vt ego iam definio: de voluntate autem, & quid ſit voluntariò fieri, hic docetur.

2 Quemadmodum ſenſus, vt viſus, per ſe oblectat, etiamſi nulla inde vtilitas nobis ſit futura: ita etiam liberalis rerum cognitio ingenuos homines, quamuis nullo lucro propoſito.

3 Imago trinitatis in homine, intelligitur ex potentiarum animę diſtinctione. Per mentem, cogitationem, & λόγον προφορικὸν. nam cogitatio, λόγος ἐνδιάθετος, idem ſunt.

4 Hominis ſanè naturæ ſtudioſi eſt de anima & diſſerere & ſcire: etſi non de omni anima, tamen de ea ipſa, qua tale animal eſt, & quid nam anima, aut certè pars iſta animæ ſit: atque etiam de ijs, quæ tali ſubſtantiæ accidunt. Ariſtot. lib. 1. de Part. animal. cap. 1. & lib. 1. de Anima cap. 1.

DE ANIMAE COGNITIONIS DIFFICVLTATE, DEque eius ad quædam alia ἀναλογία, qua eſſentia eius vtcunque illuſtrari poteſt, meditatio elegans, & pia.

5 Δύσκολα τὰ καλὰ, inquit ille. At in vniuerſa rerum natura, nihil nobilius eſt homine: quare hominis, quatenus homo eſt, hoc eſt, animæ difficillima fuerit cognitio: ideoque eò maiore conatu, ſtudio & deſiderio expetenda. Et licet nō ipſam fortè animę ac mentis ſubſtantiam ſimus intellecturi, ita vt rerum naturalium & ſenſibilium ſubſtantias intelligimus, in quibus à ſenſu & à priore aliquo incipere nobis licet: circa animam non licet, nam neque ſubſtantia eius ſenſu percipi poteſt, neque aliud ea prius eſt quā Deus, cuius cognitio adhuc difficilior eſt: poſteriora ſaltem & actiones affectionesque eius plenius noſcemus, & veluti

obiter

obiter plurima digna cognitione inueniemus: quemadmodũ Chemiſtę qui dum ſuum elixir ſiue elydrium & lapidem Philoſophorum, vt vocant, quærunt, etſi ad illum non perueniant, obiter tamen multa πάρεργα, & iucunda & vtilia tùm rei medicæ, tùm alijs artibus, circa metallorum mutationes, olea, liquores, aliaq́ inueniunt. Porrò cum tanta ſciẽtiæ de anima ſit difficultas, aliarum rerum comparatione eam illuſtrare conamur: nihil autem tàm ſimile inuenimus, quàm ſupra naturam quidem Deum, intra naturam verò lumen. De vtroque pauca dicemus. Quod ſi difficilium rerum, & quę per ſe cognoſci non poſſunt, cognitionem aliquam ex ſimilibus quærimus, vt materiæ primæ quoq; ἐκ τῶν ἀναλόγων: ſperanda etiam Dei & rerum diuinarum aliqua cognitio nobis fuerit, ex nobis ipſis cognitis & viciſsim. Quo nomine charior & maioris momenti nobis hæc contemplatio eſſe debet.

Anima igitur Moſe etiam teſte, imago quędam Dei eſt, & ad ipſius exemplar proximè facta: vt multis rationibus conſtat. 1. A fine; penultimus enim homo eſt, Deus vltimus. 2. A cognitione rerum omnium: 3. Ab imperio in omnia. 4. A ſubſtantia, quæ in Deo æterna principio & fine carens: in homine, fine tantùm: in illo natura & per ſe: in homine verò, voluntate Dei. 5. Ab eiuſdem ſubſtantiæ ſimplicitate ſeu vnitate ſimul, quæ in mente & axiomatis apparet: & triplicitate, quę in notionibus ab illa procedentibus, vt ſyllogiſmis. 6. Ab effectu, nempe vt Deus in maiore mundo, ad vniuerſa ſe habet, ſic in minore mundo, hoc eſt, homine, anima ad corpus, & omnes eius partes ac facultates: hoc eſt ſimiliter vt Deus, non modò efficiens quę in eo ſunt & geruntur cauſa eſt omnium, ſed etiam continens cauſa: Ea autem eſt, qua præſente illico aliquid eſt aut fit: abſente, illico nõ eſt aut non fit, aut certè non id quod dicitur, ſed ὁμωνύμως. Relinquat Deus aut deſerat aliquid ſuorum operum, ne momento quidem ſubſiſtere illud poterit. Deſerat anima corpus, illico non erit animal, nec actionibus ſuis ſolùm, ſed etiam ſubſtantia priuabitur & corrumpitur: deſerat particulam quamcunq; maximam, minimam, non erit illa, aut non quòd prius erat. Ergò corrumpetur. Oculus priuetur ſuo ſpiritu viſorio, à quo oculus eſt et dicitur: priuabitur eodem momento forma & actione ſua; nec magis propriè oculus dicetur quàm pictus aut lapideus: viuet tamen adhuc vitali & vegetatiua anima, vt caro iam, vel pars ſimplex, non vt oculus vel pars organica. Deſeratur ab illa quoq; anima, corrumpetur prorſus, ſyderabitur; ſphacelo aut gangrena corripietur, vt excindi vel amputari neceſſe ſit quamuis ita affectã, hoc eſt, continente ſe anima deſtitutam particulam, vtcunq; minimam, ne graſſetur contagio. Ita in mundo omnia dependent à Deo tanquam ſynectica cauſa, adeò neceſſaria, vt ne momento quidẽ temporis ſine ipſo eſſe, ſubſiſtere aut agere quicquã poſsint. Sed in cæteris rębus vim illã in naturã ceu organum mediũ trãsfundit: quamuis organũ quoq; ſine opifice nihil aut eſt aut facit.

In anima ſeu mente & ſimilibus ei angelis, non ἀμέσως, id eſt, immediatè continens cauſa Deus eſt: quę certè vt viuant meliori genere vitę, ad quod ſunt factę à Deo, illi perpetuò vniuntur ſuis actionibus, contẽplando, orando, amando, cultu ac fide neceſſe eſt: quod quę magis faciunt, magis etiã meliusq́ et ſunt & viuunt: quę minus, ad ſui perniciẽ vergunt. Iam vt anima, in corporibus animatis cauſa eorũ continens eſt, ſic in reliquis natura, vtraq; interna & alligata materiæ & particularis; Deus verò vniuerſalis à corpore & materia prorſus aliena & planè abſoluta: non ſolùm interna, vt illæ, ſed externa quoque & excedens omnia.

Non verò continens ſolùm vniuerſalis cauſa Deus eſt in mundo, ſed vnus omnium cauſarum rationem ſuſtinet. Ab ipſo enim ſimul & in ipſo (ſeparari enim ab eo vt alijs efficientibus cauſis nullus effectus poteſt) per ipſum & propter ipſum, omnia ſunt quæ ſunt. Itaq; vt efficiens *ab ipſo* continensq́ *in ipſo* cauſa, ita &

formalis *per ipſum, perficiens et penetrans*, et finalis rerum vbiq; omniũ cauſa eſt. Nam materia & cauſæ ſine quibus non dictæ, & per accidens, propriè non ſunt cauſæ, eaq; ad Deum non pertinent, vt ſuperiores.

Similer anima triplicem cauſæ rationem in animali ſeu corpore animato obtinet, cum ipſa minimè ſit corporea, & ſubſtantiâ ſuâ nihil cum materia commune habeat: Nam corporis partes propter ipſam factæ ſunt omnes, & ipſa exiſtens forma corporis, omnes in eo actiones excitat. Alia ad confirmandam ſimilitudinem animæ cum Deo plura præterea.

Poſt Deum nihil animæ ſimilius eſt *Lumine*. Nam cum nobiliores animæ partes omnes in aliqua cognitione verſentur, vt ſenſus, phantaſia, cognitio, ratio, mens: & inter ſenſus (qui primæ quædam & particulares cognitiones ſunt) nobiliſsimus ſit viſus, ſolus ad remotiſsima & cœlos vſq; penetrans, is quidem non modo perficitur à lumine externo, ſed ipſe etiam ſuum quoddam internum lumen habet, veluti particulam cœleſtis illius & externi, ab eoq; perfici aptum. Sed & anima noſtra à Deo, tanquam lumine luminum ad omnia cognoſcenda illuſtratur atq; perficitur.

Lumen non eſt corpus, ſed corpori tamen ſe coniungit & accidit, ſiue inſeparabiliter, vt ignis & ignea lumina, quæ à materia aliqua aluntur: vel ſeparabiliter, vt quòd à Sole procedit. Sic & animæ cognoſcens facultas quæuis, aut corpori alligata eſt, vt ſenſus, phantaſia, opinio: aut libera & abſoluta, vt mens, quę propter hoc ipſum, Deo ſimilior eſt: vtpote nulli etiam ipſa corpori incluſa (niſi per accidens, vt qui vehitur naui) nec organo indigens: & ſola inter alias animę partes diuina, ſola etiam Deum & diuina tanquam ſibi cognata agnoſcere.

Tertium genus luminis ipſe Sol eſt, principium, (tanquam in natura) non aliunde genitum aut procedens lumen. huic maximè ſimilis Deus eſt, & in diuinitate, pater præſertim, lux verò quę ceu generatur ab illo primo lumine, nec tamen ſeparatur, filium in diuinitate nobis repræſentat: & ſplendor ab eodem ſimul, & lumine genito inſeparabiliter procedens, Spiritum ſanctum. Deniq; calor ab eodem exiens, & igni primùm ſeſe inſinuans, inde corporibus, quę ex igne & cęteris elementis conſtant omnibus, veluti lumen quoddam materiale, ipſa natura, & in animalibus anima vegetatiua fuerit. Lumine nihil pulchrius, purius, illuſtrius, mobilius, celerius, ſubtilius, & omnia (non nimium craſſa & terrea) penetrans momento: nihil ἄϋλον & ἀσώματον magis in rerum natura: huic ſupra naturam Deus: anima veluti in medio reſpondet. Ignis & igneum lumen, ſurſum duntaxat in pyramidem tendit: cœleſte & ſolare quoquo verſus & in orbem, ſe extendit rectà. Noſtra verò mens, animę ceu flos, non ſolùm rectà ad res alias noſcendas ſuo lumine & cognitione veluti mouetur, ſed in ſeſe etiam, quoties libuit, redit atque reflectitur: quod verè in ea diuinum eſt, & cœlo Deoq; ſimile, vnde & immortalitas eius ceu validiſsimo argumento colligitur. Quippe vt cœlum in orbem, hoc eſt in ſeipſum mouetur, neq; ad vllum finem aut terminum ſuę motionis peruenit, vt elementa & quæ ex eis cõſtant: & idcircò ἀεικίνητον et ἀΐδιον exiſtimatur: & inter infiniti ſignificationes circulus quoq; locũ habet. Sic Deus ſolus ſeipſum perfectè cognoſcit, & in ſe perpetuò redit, vt qui principij & finis rerum omnium rationem ſuſtineat: nec extra ſe inuenit quicquam, rerum in ſeipſo, omnium eſſentiales ideas cõtinens et contemplans. Sic mens hominis ſola cognitionum, ipſa in ſeſe reflectitur, ſeſe cognoſcit ac intuetur, rerumq; in ſe omnium ideas intelligibiles, & quodammodo eſſentiales (non ita tamen vt in Deo τῷ πάντως ὑπερουσίῳ) in promptu habet. Senſus verò & aliæ inferiores mente cognitiones alia ſolùm noſcunt, & quæ extra ſunt, non ipſæ ſemet, tanquam moueantur non in orbem, vt cœlum, ſed rectà vt elementa.

Quomodo

Quomodo animæ cognitio difficilis, cùm omnis ab ea dependeat cognitio.

¶ Miretur autem aliquis, quomodo animæ cognitio difficilis ſit, cum omnis cognitio ab ea incipiat & proficiſcatur, & quomodo ſeipſam cognoſcere vix queat, quod alia omnia cognoſcit? Atqui lumen etiã, quod viſionis omnis cauſa & principium eſt, & ſine quo nihil videtur, δυσόρατον & quodammodo ἀόρατον eſt propter ſplendoris in eo excellentiam, quam imbecillitas noſtrorum oculorum ferre non poteſt. Sic & animæ ſubſtantia ad ſimilitudinem Dei facta, mentis præſertim, à ratione noſtra imbecilliore, poſt lapſum nimirum Adami, hebetata, perſpici ſatis & intelligi non poteſt. Sed hęc & eiuſmodi in ipſo progreſſu & tractatione huius argumenti vberius cognoſcetur. Nunc hæc ſufficiant, ad huius notitię difficultatem intelligendam, quæ nos ad maiorem diligentiam animiq́ attentionem excitare debet, & ad orandum Deum patrem luminum, vt ipſe ſuo ſpiritu in tanta rerum caligine nos illuſtret.

TABVLA DE ANIMA IN GENERE SECVNDVM *varias de eſſentia eius opiniones: deq́ eiuſdem facultatibus.*

1 In generali conſyderatione ſeu doctrina de Anima, ſpectantur, alia circa

- Animam *totam, & huc pertinent quæſtiones illæ vulgatæ, quibus quæritur*
  - 1 Quid *ſit, quæ eius ſubſtantia & origo, an ex traduce.*
  - 2 An *ſit*
    - Incorporea. *Et ſic vtrum Forma ſiue Spiritus*
      - Separabilis,
        - Creatus,
          - Tum *primùm.*
          - Ex *alio animali migrans ſecundum Pythagoram.*
        - Non *tum primùm creatus, ſed è cælo demiſſus, cum prius fuerit*
          - Sui *generis.*
          - Diuinæ *ſubſtantiæ ὁμούσιος.*
      - Inſeparabilis,
        - Ipſa *temperies et craſis ex qualitatibus quatuor humorum, vel vna earum duntaxat, vt caliditas.*
        - Harmonia. *Numerus ſeipſum mouens.*
    - Corporea, *& ſic vel corpus*
      - Simplex,
        - Cœleſte.
        - Igneum.
        - Aëreum.
        - Aëreum *& aqueum.*
        - Ex *atomis.*
      - Compoſitum, *vt*
        - Sanguis.
        - Aut *ex ſanguine, factus in venis arterijsq́ & cerebro ſpiritus*
  - 3 Quot *ſint, tum in*
    - Vniuerſa *natura: quidam enim, vt Auerrhoës, vnicam tantùm mundi & vniuerſitatis animam eſſe uoluerunt, cuius particulæ ſint ſingulorum animæ, poſt cuiuſq́ obitum vniuerſitati reddendæ, nõ ſuæ cuiq́ propriæ. (Quomodo igitur malæ animæ punientur, bonæ lætitia fruentur; ſi omnes animæ vna?*
      - Naturalis.
      - Vitalis.
      - Animalis.
    - Singulis *hominibus, in quibus videtur*

i †

1 †
- Mens *ſui eſſe generis, ſola ab initio incorruptibilis, ſine organo.*
- Cognoſcens *item particularia per ſenſus, tùm interiores tùm exteriores alterius generis.*
- Vegetatiua *deniq; tertij generis, vt quæ ceſſantibus etiam alijs in ſuo ſemper munere pergat. Quid quòd in animalibus etiam diuerſis diſcreta hæc ſunt. Et quanquam diſcreta quædam per ſe ſubſiſtant, vt elementa quatuor, & eadem rurſus mixta ſubſtantiam vnam efficiant: in animas tamen ſiue animæ vires, quæ corporum ritu miſceri nõ poſſunt, hæc non quadrant. Hanc ego cum homine poſt reſurrectionem futuram non puto, ſed loco eius ἐκτικόν τι πνεῦμα. Mentem verò in primis, & comitantes eam reliquas cognitiones, præſertim interiores, ſiue ſenſus internos. Vbi nulla pars, ibi neq; totum, at neq; generatio, nutritio, auctio, attractio, concoctio, expulſio: ergo neq; vegetatiua.*

Animæ partes ſingulas. *De quibus ſeorſim in ſequentibus eſt agendum.*

Tabula alia de eſſentia animæ ſecundum opiniones varias.

2 Anima vel eſt
- Subſtantia
  - Corporea
    - Cœleſtis, *Igneus eſt ollis vigor & cæleſtis origo. Atqui ex cæli ſubſtantia nihil componitur.*
    - Elementaris
      - Simplex, *ignis, aër vel ſpiritus ſanguinis euaporatione natus. In tali ſubſtantia dixerim eſſe animam motiuam, ſenſitiuam et vim vitalem, vel τὸ θυμοειδὲς.*
      - Compoſita, *vt ſanguis. In tali ſubſtantia poſuerim animam vegetatiuam, in ſanguine ſcilicet, vel analogo humore. nam ſpiritum vegetatiuum eſſe aliqui dubitant.*
  - Incorporea, *quæ & ſpiritus per abuſum dicitur (talem nos mentem eſſe dicimus.)*
- Qualitas
  - Simplex, *vt calor natiuus.*
  - Compoſita, *vt craſis vel temperies quatuor primarum qualitatum. Quod ſi anima (corporea ſcilicet: nam mens non poteſt eſſe craſis) hæc craſis, tum in ſanguine vel ſpiritu ceu ſuo ſubiecto & organo proximo, & quaſi vehiculo inerit.*

DE ANIMAE ESSENTIA MEDITATIONES VARIAE.

ANima credi non poteſt Dei pars, ſed creatura; nec de ſubſtantia Dei producta, vel de qualibet elementorum materia, verùm ex nihilo creata. Nam ſi de ſeipſo à Deo foret effuſa, non vtiq; ſceleribus inficeretur. Quod ſi ex elementis, tunc planè eſſet corporea, *Cælius.*

2 Putant Platonem credidiſſe, animam ex diuerſis conſtare ſubſtantijs iuxta eſſentiam & ſitum. Quia verò congruant animando, vnam dixiſſe animam, vnumq; animal conſtituere, *Ibidem.*

De animæ ſubſtantia & ſpiritibus: & vtrum anima Spiritus dici poſsit.

3 Animæ ſubſtantia dici poteſt ſpiritus: alij malunt vim vel temperiem, quæ in ſpiritu ceu vehiculo inſit, ne corpoream faciant animam: neue corpus inſit in

corpore,& tranſeat per corpus. Omnem enim animam incorpoream eſſe dicunt & immobilem.

1 An rerum naturalium omnium forma,ſpiritus dici poteſt, vt ſenſiſſe videntur Stoici; cuius compotes ſunt & durant, eodem priuatæ, pereunt, diſſoluuntur;remanet enim materia tantùm,& pars craſſa: Spiritus id eſt forma, vnà cum ſubtiliore parte cui inerat exhalat. Vt inanimatorum etiam ſit quidam ſpiritus, ὁ τὰ σώματα αὐτῶν συνέχων; idemq́ forſan totius mundi; quem animam mundi dicunt: ſiue is aër eſt, aut ignis potius: quoniam omnia ex his elementis conſtant. Et vt animalium vita poſita dicitur in calido humidoq́ natiuis; ita inanimatorum in aëre & igne, quorum vtrunque etiam ſpiritus dici poteſt. Nam vt in animalium corporibus tria principia ſpectantur,ſolidum, humidū,ſpiritus; ſecundum Hippocratem: ita in mundi corpore ex elementis terra ſolida eſt, aqua humida, ignis ſpiritus. Aër inter humorem ſpiritumq́ ambigit. Inanimatis corporibus,reſpondent in homine oſſa,cartilagines,vngues,pili.

Spiritus { Naturalis,*inanimatorum*. / Vegetabilis,*animatorum*. }

2 Quod ſi in his ponimus ſpiritum; multo magis in nobiliore natura & organica plantarum eum ponemus: qui primus ad vitam gradus eſt,& φυτικὸς ἢ θρεπτικὸς, ἢ γεννητικὸς, à fine appellari poteſt,ille φυτικὸς. Hic in homine eſt primum in iecore,vbi τὸ θρεπτικὸν καὶ τὸ ἐπιθυμητικὸν locatur:deinde venis,ſanguine,&c.

3 Sequitur ſpiritus animalis (in quo eſt τὸ λογικὸν καὶ ἡ βούλησις) ſiue ſenſibilis ἐν τῷ ἡγεμονικῷ ἤτοι αἰσθητικῷ καὶ κινητικῷ: in cerebro. Cùm enim non ſolùm nutritur; ſed etiam ſentit corpus aliquod,iam animal eſt.Senſum verò & cognitionem exteriorem,rerum particularium præſentium,ſequitur interior quę phantaſia dicitur:& eaſdem res,ſiue præſentes ſiue abſentes,bonas vel malas eſſe iudicat,hunc vel ſimpliciter conſiderat, vel tanquam bonas & malas: has fugit, illas appetit: ita vt vnus ſubiecto videatur ſpiritus, ſenſitiuus; imaginatiuus & appetitiuus, differre autem operibus;& tempore & ordine.

4 Quod ſi interior illa cogitatio, quæ à ſenſibus incepit, perfectior fuerit, & memoriam quoque habuerit adiunctam; animal eſt diſciplinæ capax, in rebus quidem ſenſibilibus & naturalibus.

5 Quod ſi præter memoriam ἀνάμνησιν quoque habuerit, inde naſcitur ratio, id eſt,intellectus vniuerſalium & ſcientiarum, vt in homine ſolo. Et hæc eſt rationalis illa facultas quæ cum ætate creſcit, & rurſus decreſcit, propter decreſcentem memoriam, ſine qua reminiſcentia nihil poteſt: vt ſine hac nihil ratio. Verſatur hæc in humanis,politicis & naturalibus rebus,artibus & ſcientijs.

6 Rationis aliud genus diuinum eſt,ſpiritus incorporeus (& ſic πνεῦμα in ſacris literis vſurpatur,& πνευματικὸς ἄνθρωπος,& πνεῦμα ἀνθρώπινον) non ex materiæ potentia, non ex traduce natus (quanquam ratio etiam humana non naſcitur; ſed coëxercitatione ſenſuum & phantaſiæ, memoria & reminiſcentia accedentibus,paulatim conſtituitur.

7 SED in corde quinam eſt ſpiritus? Θυμοειδὴς vocatur & vitalis: hic facit neceſſariò ad vitam animalis; corpus reſpiciens, non tanquam alimentum & materiam ſuppeditans, ſed tanquam nobilior cauſa efficiens; calefaciendo, refrigerando: Præſtat enim vtrunque pariter: ſanguine & ſpiritu arteriarum mouendo. Quatenus verò θυμοειδὴς eſt: animam, animæq́ vires reſpicit,& appetitibus alijs calcar ac ſtimulum addit,vt acrius vehementiuſq́ aut appetant bona aut fugiant mala. Nam & vocabulum ad virtutes amplexandas promouet;& vt

id quòd viſum eſt rationi, voluntas promptius fortiusq; exequatur efficit. Et gaudet & ſperat propter bona præſentia aut futura: & triſtatur & timet propter mala, ſiue ea animi, ſiue corporis bona maláue ſint. Itaq; appetitus hic inter rationalem & irrationalem partem, vt ſitu, ita reipſa communis, modò hunc, modò illum adiuuans.

8 Quòd ſi omnium quæ cognoſcunt & appetunt animæ virium, ſymphonia fuerit; hæc anima benè habet, & bene conſtituta eſt. Mente tanquam cytharœdo quodam; rationem ceu ὑπάτην: τὸ θυμοειδὲς ceu μέσην: τὸ ἐπιθυμητικὸν ceu νήτην, ad vnum opus, vnum finem, vnam ſymphoniam dirigendo.

Spiritus innatus, ſi non anima, animæ tamen inſtrumentum.

9 Spiritus innatus ſi non eſt anima, certè organum eſt primum animę, *Galenus*. Anima ſcilicet mouet primò ſpiritum, is neruos, nerui muſculos, muſculi articulos & membra, à quibus demum mouetur totum corpus.

Animam humanam non ex elementis conſtare.

10 Ariſtoteles libro primo de anima cap. 5. poſtquam oſtendiſſet, animam non poſſe conſtare ex elementis: ſubdit per digreſsionem aliquã de anima Vniuerſi: quæ digreſsio ſic ad inſtitutum accommodari poteſt. Si animæ noſtræ, ſeu particulares, conſtant ex elementis: nimirum etiam vniuerſalis ex eiſdem conſtabit: at illam dicunt elementis eſſe immixtam: (hoc eſt inſeparabiliter eis annexam, ſimiliter vt particulares animæ ſuis corporibus) erit igitur in ſingulis elementis anima ex diuerſis elementis concreta, ipſo corpore ſuo magis compoſita, & minus ſimplex, & in vno elemento, plura erunt, &c. Quę ſunt abſurda. Adeſt igitur τοῖς ὅλοις vel τοῖς στοιχείοις anima, ſed non immixta, nec alligata, neq; ex elementis compoſita. Nam ſi alligata eſſet, nihilo melior foret noſtra, ſed ipſa quoque paſsibilis, & ſenſibus & phantaſia indigens: nihiloq; immortalior, hoc eſt, non præſtantiori conditione fruens ad immortalitatem. Non quòd neget animam noſtram (videtur autem nunc æquiuocè anima noſtra pro mente accipi) immortalem eſſe, ſed minori cum dignitatę. (Sic & angeli poſſunt ἧττον ἀθάνατοι dici, quàm Deus) vt videtur ſentire Simplicius. Veruntamen non primariò elementis adeſſe animam Ariſtoteles cenſet, ſicuti cœlo: cùm in elementis fortunæ etiam ſeu caſui & conſtanti rerum mutationi locum det: ſed ſecundariò & per accidens. *Vide Plutarchum de placitis Philoſophorum lib. 4. de mundo agentem.*

11 Animam non eſſe ignem, aquam, ſanguinem aut atomos refellere, non ita difficile eſt: at æthereæ vel cœleſtis ſubſtantiæ eandem non eſſe, difficile: nam & Plato τὸ αὐγοειδὲς ὄχημα nominans, huic ſententiæ fauere videtur, vt & Ariſtoteles ipſe, qui τὸ ἀνάλογον τῷ πέμπτῳ σώματι ineſſe ait in omnibus ferè animalium animabus. *Themiſt. lib. 1. de Anima.*

Anima an craſis.

12 Si anima eſt craſis corporis naturalis, cùm omnia corpora naturalia craſim habeant, cur non omnia animam habent? An dicendum, quia non omnia organica. Non videtur: non enim quia organica ſunt, ideò animam habent, (vt neque ideò aliquis faber eſt, quia organum fabrile habet) ſed quia animam habent, ideò ſunt organica: nam quòd propter aliud eſt, vilius eſt eo propter quod eſt. Dicamus ergò potius non omnem craſim eſſe animam, ſed talem aut talem duntaxat: qualis cùm fuerit, organa eius gratia in corpore producuntur, ſiue ab ipſa, ſiue à natura, tanquam proximis cauſis formantibus. Nam Deus prima eſt forma, id eſt forma formarum, ens entium, &c.

Animam

Animam non eſſe corpus.

13 Quoniam animal eſt corpus habens animam ſeu vitam; à qua perficitur. Corpus autem non perficit animam, ſed anima corpus. ergò anima non poteſt eſſe corpus, aut ſubiectum animalis, ſupereſt vt ſit forma & perfectio. Argumentū eſt à ſufficienti diuiſione. Cum duæ tantum vt omnium naturalium rerum; ſic animalium partes ſint: corpus ſiue ſubiectum & forma: anima autem corpus eſſe non poteſt, ergò erit forma. Vel, Anima autem forma eſt; ergò non erit corpus. Sed forma duplex eſt.

Quod anima neq; corpus ſit, nec ſine corpore, meditatio.

14 An ſi animal dicamus viuere τῷ συνθέτῳ, ipſum autem eſt σύνθετον: ipſum ſe ipſo viuit, quo quid videtur abſurdius? Itaq; melius dicemus, primū viuere ipſum anima: deinde corpore nō ſimpliciter, ſed organico et potentiā præſentē habente.

15 Ἡ ψυχὴ οὔτε σῶμα ἐστὶν, οὔτ᾽ ἄνευ σώματος. Omnino enim in principali aliquo membro inhabitat. Tale autem cor eſt, &c. Quòd autem non ſit corpus, conſtat: eſt enim forma corporis: nulla autē forma corporea eſt. Item omnes corporis qualitates aliquo ſenſu percipiuntur, qualitates autem animæ non ſenſibus percipiuntur, vt ſcientiæ, virtutes: quare anima non eſt corpus. Item corpus omne aut potentia (vt materia, & atomi) aut actu ſenſibile eſt, anima neutro modo, &c.

Id quo (ᾧ) viuimus, ſentimus, cogitamus, dupliciter dicitur, tùm vt forma, tùm vt materia, illa ſimpliciter & ceu efficiens cauſa, primùm: hæc ſecundariò, ceu recipiens, non tamen etiam ſimpliciter: non enim corpore viuit animal ſimpliciter: ſed animato corpore, ſeu animam habente. Itaq; Simplicius animalia dicit viuere, primùm ipſa anima ſeu perfectione, deinde ipſo compoſito ceu perfecto. Loqui enim Ariſtotelem de vita perfecta: quanquam Ioh. Grammaticus dicat: καθὸ πρώτως ἕκαστον λέγεται, τοῦτο εἶδός ἐστι: καθὸ δὲ δευτέρως, τοῦτο ὕλη καὶ ὑποκείμενον.

Animam neq; materiam, neq; ex materia & forma compoſitum quidpiam; ſed formam eſſe: ad caput primum lib. 2. Ariſtotelis de Anima.

16 Hoc capite primò docuit, Animam eſſe eſſentiam: & cùm hæc ſit triplex, Materia, Forma, & ex vtriſq; Compoſitum, quòd corpus naturale vocamus & ſenſu percipimus: materiam verò & formam ratione tantùm; animam neq; materiam eſſe, cui potentia remota coniungitur; neq; corpus aut compoſitum aliquid ſed formam. Et rurſus cùm forma (εἶδος vel ἐνδελέχεια) ſit duplex: alia prima, quæ & actus primus & habitus vocatur: alia ſecunda, quæ & actus ſecundus, vel ἐνέργεια, vel actio vocatur; docuit animam eſſe actum, (hoc eſt, ſubſtantiam actu exiſtentem) primum potius quàm ſecundum, ſenſus & motus potiſſimum ratione. Nam vegetatrix animæ vis; quæ prima anima eſt (vel primus gradus ipſius) ſemper actu ſecundo rebus animatis adeſt; ne in ſomnis quidē deficiens. Itē cùm formæ aliæ ſint naturales, aliæ artificioſæ, animam corporis naturalis formam eſſe. Itaq; Animam definiuit, quòd ſit Actus primus corporis naturalis, potentia (ſcilicet proxima) vitam habentis. Eiuſmodi autem ſunt organica omnia, vt animalium ac ſtirpium. Sicuti res artificioſæ nomen & eſſentiam ſuam formę ſuę debent, ab artifice inductæ; ſic animalia & plantæ animæ ſuæ, quam eis natura addidit. Item quòd viſus eſt oculo, hoc anima eſt corpori, & vt oculus propriè eſt ac dicitur, qui corpore ſuo & viſu conſtat: ſic animal vel planta, quòd corpore ſuo & anima conſtat. Quod ſi partem vtram vis ſeparaueris, non erit iam animal aut planta. Vnde conſtat animam, aut quamuis eius partem (niſi mentem fortè excipiamus, ſi hæc modò animæ pars eſt) inſeparabilem eſſe à corpore: ſaltem quatenus corporis forma eſt: nondum enim conſtat, an ità à corpore ſeparari poſſit,

tanquam eſſentia quædam, per ſe & ſimpliciter, ſicut & nauta à naui, non tanquam nauta, ſed tanquam homo ſeparari poteſt.

Formarum quæ rebus ipſis inſunt diſtributio.

17 Formæ rerum, quæ rebus inſunt, aliæ ſunt

- Anima, *eaq; diſtinguitur ſubiectorum corporum differentia, Sic alia eſt*
  - Humana, *& ea aut*
    - Rationalis, *non diffuſa per corpus.*
    - Irrationalis, *diffuſa quidem per corpus: ſed omnino vna, nec actu nec potentia plures. Ab hac non ſeparo brutorum perfectorum animam.*
  - Serpentium, *(anguillarum) & inſectorum, quæ plures ſunt: primum quidem potentia: deinde cùm ſecantur, etiam actu, non durante tamen. Serpentes & inſecta, ſi in duas aut três partes diſtindas, ſingulæ adhuc mouebuntur ac ſentient, quòd iam actu plures ſint animæ, cùm prius potentiæ tantùm plures eſſent: perdurare verò nequeunt, quoniam organa eis deſunt: Plantæ verò perdurare poſſunt.* Vide Ariſtot. de longitud. vitæ.
  - Plantarum *plures, actu durante.*
- Natura, *quæ tanquam anima eſt. Eaq; eſt*
  - Inanimatorum, *in infinitum plures. Sunt enim ferè ipſorum corpora ὁμοιομερῆ, & quatenus continua ſunt, in infinitum diuidi poſſunt: vt omnis pars auri, aurum eſt, & formam auri habet.*

Cauſarum continentium, quæ & Formæ rectè appellari poſſunt, diſtinctio.

18 Cauſa *continens res, eſt vel*

- Externa
  - Habitus, *inanimatorum.*
  - Natura, *fruticum (per ſe nihil eſt, vt nulla forma corporea.)*
  - Anima, *animalium.*
- Interna
  - Naturalis, *Elementum ambiens, vt aër, aqua, terra radicibus.*
  - Cœleſtis, *habitum & naturam conſeruat.*
  - Spiritus *diuinus, animæ.*
  - Diuina, *mentis, verbum Dei.*

DE ANIMAE DEFINITIONE MEDITATIO- *& exertitationes.*

Pro ſpecierum variarum differentia, etiam definitiones aliæ atque aliæ conſtituendæ.

1 Conſyderamus *ſpecies aliâs*

- Phyſicas, *& internas propriè, vt qualitates & potentias naturales, etc. Dialecticus, ſed abſq; materia, quare ſæpe κενολογεῖ: Phyſicus verò ſemper cum materia.*
- Artificioſas: *Artifices & Opifices, qui ſinguli circa peculiarē aliquam rem naturalem, ſeu materiam talem aut talem laborant, eam ornantes aut perficientes extrinſecus.*
- Mathematicas: *(ſpecies, aut paſſiones, aut accidentia) Mathematici, vel οἱ ἐπιστήμονες, abſq; vlla materia, contemplantes ſolùm ſpecies corporum externas, vt terminos, dimenſiones, & earum affectiones, vt figuras, cauum, curuum, &c. nihil autem facientes.*
- Separatas *ſuapte eſſentia, id eſt, diuinas: Primus Philoſophus. Nam phyſicæ & artificioſæ ſpecies ne cogitatione quidem abſtrahi poſſunt à materia. Mathematicæ cogitatione ſolùm, non reipſa abſtrahuntur.*

¶ Tales autem oportet ſingularum ſpecierum etiam definitiones eſſe. Exempla ſingulorum generum definiendi, paſsim occurrunt, vt Anima eſt, &c. Domus eſt. Linea eſt. Deus eſt, &c.

2 Fatetur ipſe Ariſtoteles, obſcuras fieri & non bonas definitiones, in iſtis vocabulis, quæ ἐπιπλέον ſunt, quale & Anima eſt: & præſtare, in eis partes ſingulas ſeorſim definire, quàm vnam communem facere.

3 *Animus Ariſtoteli eſt actus primus corporis organici, &c.* Ariſtoteles hoc modo definit quidem Animam, interim tamen melius putat in huiuſmodi vocabulis, quę ἐπιπλέον ſunt, & quodammodo æquiuoca, ſingulas ipſas ceu ſpecies ſeu partes definiri debere & poſſe, potius quàm ipſum τὸ ἐπιπλέον, quòd ceu agens aut totum eſt: ita vt ſingulæ ſeorſim definiantur, ſic:

Anima vegetatiua eſt principium, quo vegetamur primùm.
Anima ſenſitiua eſt principium, quo ſentimus primùm.
Anima intellectiua eſt principium, quo intelligimus primùm.

4 Rurſus eidem Ariſtoteli lib. 2. de Anima, anima eſt cauſa efficiens corporum animatorum, & principium motus ſecundum locum & alterationis.

5 Item anima eſt cauſa corporis in triplici genere cauſarum, ſcilicet efficiens, formalis & finalis: item ſubſtantia, id eſt, forma ſubſtantialis.

Vbi verò dicit, animum quodammodo eſſe omnia: & ſcientiam eſſe vniuerſaliū, quæ ſint in anima: ſingularia verò extra animam: & animam habere in ſe ſpecies non actu, ſed ſolùm potentia: de anima intellectiua ſeu mente & intellectu ſentit. diſertè enim ſcribit, hanc eſſe locum ſpecierum intelligibilium, & eſſe ſpeciem ſpecierum, ſiue formam formarum, intelligere omnia, etiam ſeipſam.

6 *Anima eſt entelechia* (actus primus, forma, perfectio) *prima* (ſubſtantialis ſcilicet. Dicitur autem actus primus non à nobilitate, ſed à tempore & ordine, quia neceſſariò pręcedit ſecundum) *corporis phyſici, organici*, (lapis eſt corpus phyſicum, ſed non organicum. Statua non phyſicum eſt corpus, licet organicum videatur per artem, cùm manus & pedes habeat. Animal mortuum eſt corpus phyſicum, organicum, ſed non habet vitam, nec actu nec potentia. Viſus eſt actus primus oculi, qui corpus eſt phyſicum, organicum, viuens. Ergò eſt anima oculi: non eſt autem corpus ſimpliciter, ſed pars corporis; ergò viſus eſt pars animæ) *potentia*, (præſente) *vitam habentis.*

De ἐνδελεχείας vocabulo, meditationes.

7 Cicero lib. 1. Tuſculanarum quæſt. quintū genus adhibet (Ariſtoteles ſcilicet poſt quatuor elementa) vacans nomine (de cuius natura mens ſit) & ſic ipſum animum endelechian appellat, nouo nomine, quaſi quandam continuatā motionē & perennē. Atqui non erat nouū Ariſtotelis ſeculo vocabulum. Nam & Menander dixit: πάντα γὰρ ταῖς ἐνδελεχείαις καταπονεῖται πράγματα. Anima corporis entelechia eſt, nimirum continuata quædam vis, & nunquam intermittens: vtpote cauſa continens, quæ intermittere non poteſt: partim actionem intermittens, vt naturalis eius & vitalis facultas, quæ etiam dormientibus nobis fiunt, & motus quidam ſunt: partim habitus non intermittens, id eſt, non euaneſcens, vt animalis facultas, in ſenſu & motu, &c.

8 An Entelechia aliâs duplex ponitur: de rebus ſcilicet perfectis, aliâs triplex, cùm ſimpliciter conſideratur, etiam de imperfectis.

9 Alius actus mixtus eſt, *Velcurio lib. 1. cap. 28. ſect. 3.* ex actu & potentia nimirum: nam omnis motus medius eſt inter duo extrema, & ex eis veluti mixtus.

10 Entelechia { Prima, *habitus, vt ſcientia.*
Secunda, *opus ſecundum habitum, vt contemplari.*

11 Entelechia dicitur alia
- Imperfecta, *vt motus, qui eſt in ipſo fieri: vt caleſcentia. Omne quod mouetur, potentia eſt, quale id quòd mouet.*
- Perfecta
  - Quieſcens, *caliditas, actus primus, potentia præſens.*
  - Agens *in aliud, ἐνέργεια, actus ſecundus, calefactio actiuè (nam & paſſiuè accipitur pro motu) hic etiam actus non ſine potentia eſt. Actus ſine potentia, in ſolo Deo & diuinis eſt.*

12 An Entelechia eſt relatiuum, perfectio eius quòd perficitur.

13 Entelechia ſubſtantialis eſt ipſa talis vita rei viuentis ſeu animalis, quæ actiones ciet, &c. *Melanchthon in lib. de Anima.* Ergò ſecundum Melanchthonem anima erit motio ſubſtantialis. Atqui motus ſecundum ſubſtantiam nullus eſt, niſi fortè generatio & corruptio, quos motus animam nemo dixerit. An igitur anima motus eſt ſecundum quantitatem aut qualitatem aut locum? aut ſi horum nihil eſt, motus omnino non eſt, ſed principium & cauſa motuum in animalibus ſecundum hæc omnia. Principium autem rei alicuius aliud eſt, quàm res ipſa.

14 Non probo Entelechiam verti agitationem: nam agitatio *ἐνέργεια* eſt: entelechia verò etiã *δύναμις* tantùm, id eſt potentia, licet proxima, vt actus primus.

15 Cùm Ariſtoteles animam dixit eſſe formam, ſiue actum corporis, incorpoream intelligi voluit: incorporearum autem rerum eſſentiam explicare non poſſumus: ſed cùm ſimplices & puræ ſint, hoc ipſum ſunt quod dicuntur. Corporearum verò rerum ſiue corporum alia ratio eſt. Aut enim ſunt compoſitæ ex elementis, & eſſentiam eorum ab elemento ſuperante denominamus, terreſtrem vel aëream vel aqueam, & ſimiliter eorum craſes, calidam aut frigidam, humidam, ſiccam: aut ſunt ipſa elementa, vt ignis. cuius eſſentiam dicere non poſſumus, quia elementũ ſimplex eſt, & nihil ferè, quàm materia aliorum. Nam formas accidentarias elementa, pro formis ſubſtantialibus habent: vt calidum, frigidũ, humidum, ſiccum, graue, leue. Sic multò minus formarum (vt angelorum, ſpirituum, animorum) eſſentiam dixeris, cùm ſimplicißimæ ſint, & nihil aliud quàm formæ. Formæ autem rerum ferè omnium nos latent, quod ad ſubſtantiam. itaq; nominibus etiam earum caremus, quod in definitionibus. conqueruntur Dialectici, Plato fingebat, vt *ἱππότης*.

Anima eſt actus primus, &c.

16 Actus primus ita ſe habet ad ſecundum, vt ſubſtantia ad accidentia. Quamobrem etiã actus aliquando pro ſubſtantia ponitur, vt Anima eſt actus primus, &c. & contra. Fides eſt ſubſtantia, nam eſt habitus & actus primus ad bona opera. Nã vt à ſubſtãtia procedunt accidentia, à quibus tñ ipſa ſeparari poteſt: ſic ab actu primo procedit ſecundus, qui ſeparari ab ipſo non poteſt, ille à ſecundo poteſt. Vt autem ſubſtantiæ eſt, eſſe verè, primò, per ſe: ita fides eſt iuſtificatio, vel iuſtificat verè, primo, per ſe, etiam ſine operibus externis, vt in latrone crucifixo, vt vita in embryo: opera verò bona, quæ fidei per ſe accidunt, per accidens, ſecundario, nunquam ſine fide. Attribuitur tamen illis aliquando iuſtificatio, cùm ſcriptura minus propriè loquitur, & ſe captui noſtro, noſtriſq; ſenſibus accommodat. His enim (ſenſibus noſtris & mundo) opera tantum nota ſunt, fides ſoli Deo.

Actus ſecundus apud Latinos aliquando denominatur à primo, vt viſio à viſu, actio ab actu: aut denominari poteſt, vt ſenſio à ſenſu: ſed plerunq; nomen verum de vtroque vſurpatur, apud Græcos præſertim: (vt fortè νοῦς, νόησις) rarò autem nomina ſunt diſtincta apud illos, vt ὄψις de primo, ὅρασις de ſecundo: ἐντελέχεια vel ἕξις de primo, ἐνέργεια de ſecundo: ἐπιστήμη de primo, θεωρεῖν de ſecundo.

do.Παρώνυμα verò nunquam tanquam duo nomina, niſi verbum aliquod, quòd ἐνεργεῖν τι, id eſt, ποιεῖν ἢ πράττειν ſignificet; deriuetur à nomine habitum ſignificante, vt τέχνη, τεχνάζειν: πυκτικὴ, πυκτεύειν.

17 Actus alius primus, qui & potentia coniuncta: vt in definitione animæ: ſic etiam virtus eſt habitus. Alius actus eſt ſecundus, actio; ἐνέργεια, πρᾶξις. Sic fœlicitas Ariſtoteli eſt in actione virtutum finis. Diſtinguuntur etiam in quibuſdam ipſis nominibus, vt actus, viſus, ὄψις. Actio, viſio; ὅρασις. In pleriſq; verò nomina diſtincta non ſunt.

Fœtus in vtero viſum habet, potentia remota, natus in lucem & dormiens, actu primo, vel potentia proxima; vigilans autem & videns, non ſolùm potentia, ſed actu, nec viſum ſolùm, ſed etiam viſionem. Non omnia verò ſic deinceps è gradu in gradum tranſeunt; ſed quædam ſemper in vno genere certo & definito manent, vt potentia in illis quæ ſemper fiunt, omni tempore mouentur, nunquam ad actum perfectum veniunt, & ſemper ſunt in fieri, vt fluxus amnium. Alia verò in perpetua actione ſunt, vt Deus, diuina, & hominum bonorum mentes, quæ Deum imitantur. Alia alternis, quieſcunt & agunt, vt res naturales pleræq; omnes.

18 Animam eſſe ἐνέργειαν, *Melanchthon in lib. de Anima.* Aliud eſt ἐνέργεια, aliud ſubiectum, καὶ τὸ ἐνεργοῦν. Quod ſi anima eſt ἐνέργεια, non erit ipſa τὸ ἐνεργοῦν. Item ſi ipſa eſt motio, non erit ipſa id quòd mouet & agitat.

19 Anima non eſt ſine corpore, ſed corporeo inſtrumento vtitur: quare in definitione eius aſſumitur corpus. Eſt enim perfectio corporis organici, potentia vitam habentis.

De eo, quod in definitione animæ ponitur, Potentia, &c.

20 In definitione animæ hoc τῷ δυνάμει (vt excipiantur cadauera: quæ non amplius vitam habent, ne potentia quidem. Sed oportebat addere, τῇ δευτέρᾳ ἢ παρούσῃ, ad excipienda ſemina, quæ animam nondum habent, quamuis eam habeant potentia, ſed remota. Vim informatiuam habere dixerim, ſimilem cœleſti.) ζωὴν ἔχοντος, & illud σώματος ὀργανικοῦ, συνέχει μὲν ἄμφω πάντως, ὡς καὶ τὸ δυνάμει ζωὴν ἔχον ὄργανον εἶναι ψυχῆς, καὶ τὸ ψυχῆς ὄργανον δυνάμει ζωὴν ἔχειν. Ἀλλ' οὐ ταυτὸν ὅμως ἄμφω σημαίνει. Ἀλλὰ τὸ μὲν, τὴν ἐσχάτην μόνην ἐμφαῖνον ζωὴν, καθ' ἣν ὡς κινούμενον ζωτικῶς εἰδοποιεῖται. Τὸ δὲ, τὴν ὡς χρωμένην αὐτῷ καὶ κινοῦσαν. Διὸ ἀμφοῖν δεῖται τῷ τελείῳ τῆς ψυχῆς ὅρῳ. ἵνα καὶ, ὅτι ὡς ὀργάνῳ χρῆται τῷ σώματι, δηλῶται, *Simplicius.*

21 Διάθεσις alia eſt

- Imperfecta, *& hæc generis nomen ſeruat.*
- Perfecta, ἕξις, *habitus.*

Ενέργεια, alia eſt

- Perfecta, *generis nomen ſeruat.*
- Imperfecta, *motus.*

Μεταβολὴ, alia eſt

- *Ἀθρόα, generis nomen ſeruat, vt illuminatio.*
- Συμπαρεκτείνουσα τῇ κινήσει τοῦ χρόνου.

22 Tam Δύναμις quàm ἐνέργεια, à Iohan. Grammatico lib. 2. de anima, dicitur δευτέρα. Vt quanquam ἐνέργεια propriè & κατ' ἐξοχὴν dicatur de actu ſecundo, poſsit tamen etiam de habitu dici, qui idem eſt potentiæ ſecundæ.

De potentia & actu aliter.

23 Potentia alia eſt prima remota, vt puer potentia faber: omnino ſeiuncta

ab omni actu. Secundum hanc potentiam materia eſſe dicitur: & quæuis elementa id eſſe, quòd ex eis fit aut componitur: ſemen, arbor. Alia eſt: Secunda, quæ & Actus primus: ἐντελέχεια πρώτη καὶ ἀτελής: vt faber (adultus) peritus iam artis, nón fabricans tamen, ſed ſi velit, fabricare poteſt. Secundum hanc potentiam definitiones ferè inſtituuntur. Sunt & actiones quędã in hac potentia, nempe imperfectę, & quæcunq; in motu, & motus ipſe.

24 Actus verò alius eſt Primus: de quo modò, & Potentia ſecunda dicitur. Alius verò Secundus, vt faber fabricans: hic etiam actus non eſt ſeiunctus à potentia. fabricans enim ſi velit fabricare deſinet, & poteſt non fabricare. Vt actus ſecundus potentiam habet ad non faciendum aliquid, primus ad faciendum. Ἐντελέχεια δευτέρα καὶ τελεία. Eſt autem duplex, aut enim forma quædam actu perfecta eſt, vt caliditas: aut in aliud etiam illam exerit, vt calefactio, quæ iam propriè ἐνέργεια vocatur. Alius actus Tertius dicitur, qui purus & merus actus eſt, ab omni potentia remotus, qui in cœleſtibus & diuinis tantum inuenitur, & ad Phyſicum non pertinet.

25 Actus & potentia diſtinguuntur tum inter ſeſe, tum ſeorſim quoque: nam Actus quidem alius dicitur.

- Imperfectus, *motus.*
- Perfectus
  - Habitus,
  - Actio.

  } Omnes *cum potentia.*
- Purus *& proprius, qui rurſus eſt vel*
  - Finitus, *in cœleſtium motu: in mente quæ actu eſt. An & in anima vegetatiua, & omni continente, ſed tempore & loco circumſcriptis.*
  - Infinitus, *Deus.*

26 Potentia quoque alia eſt

- Remota, *quæ & prima, iuncta priuationi. potentia eſt ad actum, vel ad eſſe.*
- Proxima, *actus: ad actionem.*
- Cum *actione coniuncta ad ceſſationem, vel ad non eſſe. In diuinis nulla iſtarum eſt. Sed ineffabilis quædam virtus atque omnipotentia.*

Priuatio latius patet quàm potentia: quædam enim priuatio potentiã ſecum habet, alia non.

27 Potentia

- Prima, *mera, remota, nihil quàm* δύναμις.
- Secunda, *proxima, actus primus, habitus:* ἐντελέχεια πρώτη.

  } *His omnibus potentiis ad eſſe: coniuncta eſt potentia ad non eſſe in rebus Phyſicis.*
- Tertia, *coniuncta actioni, actus ſecundus, actio,* ἐνέργεια: *Hæc non admodum ſolet potentia nominari, De diuinis tamen hæc ſola potentia eſt: nulla ad non eſſe,*

28 Materia videtur recipere magis & minus: quoniam potentia eſt. & potentiã alia eſt proprior perfectioni, itaque magis eſt: altera minus: forma non item, neq; totum compoſitum. At homo alter altero magis eſt rationalis: hoc ad ἐνέργειαν, non ad οὐσίαν pertinet.

29 Potentia remota, δύναμις, & principium quoddam eſt, vt calfieri poſſe: Potentia proxima, actus primus, habitus, ἐντελέχεια πρώτη, calêre. In horum medio, motus eſt, caleſcere, actus imperfectus.

30 Potentia, ex nono Metaphyſ. alia eſt

In *agente, calefacere* } *partim* { *vna, ab vno enim denominatur.*
In *patiente, calfieri* } *partim* { *alia.*

Inanimata, *vt in igne calefaciendi; ad vnum actum tantùm, vt ignis ad calefaciendum.*

Animata, *rationis compos, vt ars & ſcientia quæuis effectrix. Ad duo contraria, vt medicina ad morbum & ſanitatem.*

31 *Potentia vitam habentis.* Propriè & ἀκριβῶς phyſicè non eſt vita, ſed vitę & ſecundum eam actionum fons & cauſa efficiens. Itaq; in libro de iuuentute & ſenectute, vita & morte, Philoſophus vitam definit. Animę vitalis cum calore natiuo prima participatio eſt generatio; duratio vel conſeruatio, vita: extinctio, mors. Sunt qui vitam communius accipiant pro omni operatione animæ, pro ſenſu, motu, ratione. Dicimus enim vitam rationalem, contemplatiuam, ſic & Deum viuere dicimus, & vitam æternam & cœleſtem. Item pro ſtudio & arte quã quis exercet, vbi Græci βίον potius quàm ζωὴν dicunt, vt βίον φιλόσοφον, μηχανικὸν. Βίος vitæ genus, mores; ætas Ariſtoteli ἡ λογικὴ ζωὴ, vt de homine propriè dicatur, ὁ βίος, homines, communis hominum vſus, ſynecdochicè.

32 Ζῶα κατ᾽ ἐξοχὴν παρὰ τὴν ζωὴν dicuntur, quanquam & plantæ ζωὴν habent, animalia tamen quia perfectiorem vitam habent, hoc nomen peculiariter ſortita ſunt.

DE ANIMAE DEFINITIONE DIALECTICÆ *exercitationes, auditoribus ſuis propoſitæ.*

1. Anima eſt vis quædam corporea, & naturalis, quæ tùm naſcitur, tùm perit, cum ſuo organo, id eſt, corpore cui ineſt.

Mens verò eſt ſubſtantia incorporea, quæ non naſcitur, ſed creatur à Deo, diuina & immortalis; ſua cuique homini: non autem pars mentis ſeu animæ vniuerſi.

Contra has inferri poteſt.

1 Si anima eſt vis (vel actus) accidens eſt: etſi accidens, nec naſcitur nec corrumpitur propriè & per ſe. Reſponſio. Vim & actum dicimus pro ſubſtantia, vim aliquam vel actum continente: & quoniam hæc ipſa eius eſſentia eſt, vt ſemper agat, vim illam & actũ perpetuò habet: quare dicimus, eam eſſe ipſam vim, aut ipſum actum, vt ſi quis diceret, niuem eſſe ipſam albedinem.

2 Si eſt vis corporea, & vim pro ſubſtãtia accipis (vt modò) erit ſubſtantia corporea, id eſt, corpus: atqui omnes melius ſentientes, incorporeã eam faciunt. Reſponſio. Diſtinguo. Corporeũ enim modò dicimus, quòd corpus eſt, & dimenſionibus conſtat, vt ſi lapidem rem corpoream eſſe dicamus, modò quòd corpori coniunctum ſit, ſic omnes rerum naturalium formas corporeas, id eſt, corporum formas, καὶ εἴδη ἔνυλα eſſe dicimus, cùm ſua ſubſtantia incorporeæ ſint.

3 Si anima eſt res naturalis, mouetur: at anima immobilis dicitur. Reſponſio. Aliud eſt vis naturalis, aliud res naturalis.

4 Anima non naſcitur, nam omne quòd naſcitur, ex aliqua materia naſcitur, Anima verò cùm incorporea ſit, ex qua materia naſcetur? Reſponſio. Quicquid eſt, aut ſemper fuit, aut eſſe incipit. Omne quòd eſſe cœpit, aut creatum aut genitum eſt: Anima non creatur (quamuis prima Adami creatura eſt, ſicut & ipſe Adamus) ergò generatur: non tamen vt res naturales, quæ ex aliquo generan-

tur,ſed ab aliquo,à viſcilicet animæ paternæ,quę in ſemine primò dicitur vis formatiua: deinde cùm organa digeſta ſunt,anima dicitur,Hoc eſt,quòd Theologi quidam dicunt ex traduce fieri.

5 Animam non poſſunt occidere,inquit Deus,ergo non perit.Reſponſio. Anima in ſacris literis cum vulgo,ſæpe accipitur pro mente,& ſpiritu: alibi tamen manifeſtè diſtinguitur, vt cùm homo ipſe in animalem & ſpiritualem diuiditur.

6 Mens & anima videntur ſubiecto non differre,ſed eadem animę vis:cùm enim particularia foris cognoſcit,ſenſus dicitur: cùm intus,phantaſia aut memoria:cùm vniuerſalia,διάνοια & mens.Reſponſio.Si ſubiecto non differrent,oporteret mentē ſimiliter,vt anima,ſuum organū habere, & eius cōditionē ſequi, ita vt eo benè aut malè affecto,ipſa quoq; peius haberet,aut melius: At hoc non fit.

7 Omne paſsibile eſt mortale: mens eſt paſsibilis (nam nihil ſine phantaſia) ergò mortalis.Reſponſio:non ſuapte natura,ſed per accidens paſsibilis eſt, huic corpori coniuncta,tanquam carceri.

8 Omne quòd incœpit, finem habiturū eſt.Anima incœpit & facta eſt:ergò, Reſpon. Secundum naturam fortè verum eſt argumentum: ſed quia Deus eſt dominus naturæ & eius voluntas omnem naturam ſuperat: uult animam, quam ad imaginem ſuam fecit,eſſe immortalem, ſicut teſtantur omnes viri boni & ſapientes.

9 Nulla videtur eſſe anima mundi: alioquin enim mundus eſſet animal: & corpus eſſet organicum, quòd falſum eſt. ergò fruſtra negas, animam ſingulorū non eſſe partem animæ mundi,cùm illa nuſquam ſit,& ſi quæ forſan eſt, cogitatione ſolùm eſt,vt genera & ſpecies: animæ verò ſingulorum reipſa ſunt, vt indiuidua. Reſponſio. Iam non diſputo an aliqua ſit anima mundi,ſed propter Auerrhoëm & alios, qui ſingulas animas vniuerſæ cuiuſdam particulas exiſtimarunt,negare volui,has eſſe partes illius.Eſt autē vetus illa opinio de anima mundi,de qua etiam Vergil.in 6.

Principio cœlum ac terras,campoſq́, liquentès,
Lucentemq́, globum Lunæ, Titaniaq́, aſtra
Spiritus intus alit: &c.

Corollarium. Si mens quæq; eſſet pars vniuerſæ:hæc verò vna:tùm bonæ tùm malæ omnes ad vnam redirent.

Item.Si elementa ſeruiunt homini, propter ipſum ſunt facta, & tanquam materia ſunt,non par eſt,animam nobiliorem eis,quàm homini,tribuere.

Item. Si ἔμψυχον dicitur,quòd animam intra ſe vel in ſe habet. Cœlum verò ab anima forinſecus mouetur, ergo nō eſt ἔμψυχον. Item id quòd forinſecus mouet,non poteſt animare;ergo non eſt animal. Vis illa externa motrix cœli νοῦς potius quàm ψυχὴ fuerit. Nec rectè Ariſtoteles ſphæram cœleſtem vnamquamq; animal eſſe dixerit,vt tradit Plutarchus,ex corpore & anima compoſitum:ex rebus enim externis nihil componi dicitur.

DE EADEM ALIA.

2 *Propoſitio. Anima actus eſt,non autem potentia.*

1 *Oppugnatio.* Anima nec actus eſt nec potentia,hæc enim ſunt accidentia.anima autem eſt ſubſtantia. Reſponſio. Anima accipitur pro ſubſtantia agente, & propter ſimilitudinem,vt actus ſe habet ad potentiā,ſic anima præſens,ad actus.

2 Si mens aliqua δυνάμει dicitur, alia ἐνεργείᾳ: & hæ ſunt animæ partes,ergo anima vtrumque eſt. Reſponſio. Mens non propriè dicitur anima, & nihil ad phyſicum.

3 Actus

3 Actus eſt vel primus vel ſecundus, vterq; cum potentia coniunctus, ergo etiamſi actu ſit anima, erit potentia. Reſpon. Erit, ſed proxima & cõiuncta: Cùm autem ſimpliciter potentiam nominamus, remotam intelligimus. Eſt autẽ in rebus naturalibus triplex δύναμις. Remota ab actu, mera, nihilquã δύναμις prima dicitur. Proxima actioni, dicitur actus primus. Coniuncta actioni, ipſa actio: dicitur actus ſecundus, ἐνέργεια. hæc non admodum ſolet potentia nominari.

4 Bonæ definitiones præſertim naturalium à potentia fieri debent, vt homo eſt animal riſibile, non autem ab actu: nam & actus ſecundus eſt potentia, & ſic rectè, nunquam à remota. Ergò & animę definitio quoq; à potentia dicitur fieri. Reſponſio: Cùm definimus rerum effectus, quòd ſæpius fit, nõ autem cùm eſſentiam, quòd raro fit, neq; enim poſſumus.

5 In Embrio (fœtu in vtero) anima eſſe dicitur, nam & motus infantis ſentitur. Motum autem ſemper præcedit ſenſus, ſaltem tactu: at actu in illo nondum eſſe videtur. Reſponſio. Eſt, ſed infirmo & impedito. Videtur & phantaſia nulla in eis eſſe actu, nam neq; ſenſus (niſi tactus fortè) itaq; negantur ſomniare, ergo potentia eſt.

6 Anima eſt actus primus corporis potentia vitam habentis. Si potentia vitã habet, actu nõ habet. Reſpon. imò & actu, nõ enim remota potẽtia, ſed præſente.

7 In ſemine arboris, animam dixerim eſſe potentia, non actu: nam ex eo corpus organicum & animatum fieri poteſt. Reſponſio: Vim formatricem appelant, non animam quæ in ſemine ineſt, & cœleſti virtuti comparant.

8 Paralitici qui curabiles ſunt, mouendi vim potentia habent, actu aũt non. Mouendi autem vis eſt anima, &c. Reſponſio. Vegetatio ſaltem & ſenſus requiruntur, vt actu adſint ſemper. Cæteræ vires non ſimpliciter animal conſtituunt, ſed melius & commodius.

Animam per ſe immobilem. Quæſtio ad eſſentiam animæ pertinens exercitij cauſa diſcipulis propoſita.

9 Animæ eſſentia eſt immobilis; itaq; Plato non rectè eam αὐτοκίνητον, & ἀεικίνητον fecit; & Cicero ἐντελέχειαν (quo vocabulo Ariſtoteles in animæ definitione eſt vſus) non rectè agitationem interpretatur, contra Melanchthonis & doctorum aliquot virorum ſententiam. *In oppoſitum.*

Anima ineſt tota in toto corpore: & ſingulæ eius vires aut partes, in partib. organicis corporis. Sed corpus & totum & ſingulis eius partibus mouetur. Ergò etiam anima mouetur. Reſpondetur, per accidens.

Anima eſt imago Dei. Sed Deus mouetur. *Ambulabat in Paradyſo. Spiritus Dei ferebatur ſuper aquas.* Ergò anima mouetur. Reſpond. Quod Deus non moueatur: etſi moueretur, non oporteret imaginem eius quoq; moueri: vt neq; hominis aut alterius rei imaginem ab artifice aliquo factam, quamuis homo moueatur.

Perturbationes ſunt animæ & corporis communes affectus. Hæ autem ſunt motiones. Ergò & animæ motio eſt. Reſpond. Perturbationes ad animum pertinent, tanquam cauſam efficientem, ad corpus verò ceu materiam & patientem; motus autem eſt in eo quod patitur, non eo quod agit.

Anima generatur (à parentibus vel traduce) Generatio autem eſt motus, aut non ſine motu. Ergò anima mouetur. Reſpond. Vt concedamus generari animam Phyſicam: non tamen mouetur: nam motus propriè dictus non fit in Prædicamento ſubſtantiæ, &c. & verùm eſt, generationem non eſſe ſine motu vt neq; ipſa ſine corpore eſt: ad eius eſſentiã tamen nihil pertinet motus: vt neq; corpus ſine colore & ſine vmbra eſt.

Anima ſi non mouetur de loco ad locum, quomodo è terra in cœlum tranſferretur? Si per accidens, erit etiam per accidens immortalis: itaq; non ſemper: quorum vtrumq; eſt abſurdum. Reſpond. Transferretur in cœlum momento & mutatione ſubita: vt Solis radius in terram. Subita autem mutatio non eſt motus. Omnis enim motus paulatim & particulatim in loco & tempore fit.

Omnes res naturales ſunt mobiles. Anima eſt res naturalis, Ergò mobilis. Reſpond. Res naturalis compoſita eſt ex materia & forma. Anima autem ſolùm forma eſt.

DE FACVLTATVM ANIMAE DISTINCTIONE MEDITATIONES

De ordine ab Ariſtotele obſeruato in tradenda doctrina de facultatibus animæ.

CVr Ariſtoteles in libris de anima, in ipſis quidem præcipuis animæ viribus explicandis, priores tempore nobiſq; notiores præpoſuerit, paulatim ἀπὸ τῆς φυτικῆς vſq; ad νοῦ procedendo: in particularibus verò τῇ φυτικῇ & αἰσθητικῇ ſubiectis potentijs, contra fecerit. nam περὶ φυτικῆς differens, primò γεννητικὴν (inquit) inde αὐξητικὴν, demum τὴν ἁπλῶς φυτικὴν exponit. Similiter de ſenſibus agens, à viſu qui nobiliſsimus eſt ac ſine cæteris eſſe non poteſt, incepit, poſtremò de tactu egit. Vtrobiq; (inquit) ab ijs quæ nobis notiora ſunt, incepit: & cur poſtremo de motiua anima, vide Philoponum in 3. de anima.

Anima Facultatibus diſtincta, earum tamen omnium mutuus quidam conſenſus eſt.

2 Formæ rerum aliarum

- Simplices *& ſingulares ſunt: vt inanimatarum ſua cuiq; natura, vel ſpiritus naturales.*
- Compoſitæ, *vt enim ternarius & quaternarius vnus dicuntur vterq; numerus, licet ex alijs compoſiti. Sic vna anima eſt bonis, licet ex naturali, vitali & animali compoſita.*

In *homine etiã vna eſt, non quod mens per craſim aut ſymphoniam cæteris miſceatur: eſt enim χωριστὸς καὶ ἄμικτος ὁ νοῦς, ſed cæteræ quidem animæ vires in eo per ſymphoniam coëunt: Mens verò eis vtitur, & voluntate ceu vinculo cum eis vnitur, cùm ſcilicet bene conſtituta eſt.*

Vnum enim non ſolùm genere & ſpecie & numero dicuntur, ſed etiã amore, voluntate, & gubernatione: vt reſpublica maximè vna, in qua principib. omnes ordines maximè parent: In anima ceu reipublicæ quidam ſtatus eſt: λόγος, τὸ βουλευτικὸν, τὸ θυμοειδὲς, τὸ στρατιωτικὸν, & τὸ ἐπιθυμητικὸν, plebs & opifices qui corpori neceſſaria circa victum & amictum parant.

Vtrùm vna anima? meditatio inchoata.

3 Anima an vna eſt in homine? nõn ἀκριβῶς (nimirum vt lac & vinum) Quomodo autem vna, ſi mens & anima ex diametro pugnant? Olim vnienter, & nulla amplius erit pugna: quemadmodum ex quatuor elementis, inter ſeſe qualitatibus pugnantibus, corpus vnum vnitur.

Animam vnam, actionibus & organis differre.

4 Anima naturalis & animalis, vna ſubiecto videri poteſt, actionibus tantùm & orga-

& organis differre:vt in alijs quidem ſiue corporibus ſiue corporis partibus, vegetatiua ſit tantùm, in alijs etiam ſenſitiua vel motiua; ita vt Muſici vnius ſpiritus vnus pro vt tibijs ac inſtrumentis diuerſis inflatur,alios atq; alios ſonos reddit: & ex vno vaſe ab vno homine diuerſæ figuræ proiectæ, vt cubus; pyramis,ſphæra &c.ſic vnus etiam ſenſus communis,per quinq; diuerſa organa varijs modis operatur.

De animæ partibus,quot & quæ?

5 An vna tantùm ſit anima hominis,an diſtinctæ? An dicendum, cum homo ſit animal omnium maximè compoſitum,non ſimpliciter vnam eius animam dicemus? ſed vnam quatenus homo eſt, τὴν λογικήν;alteram, quatenus animal eſt τὴν ζωτικὴν καὶ φυσικὴν,&c.niſi mauis, quatenus planta etiam eſt (nam & huius vitam viuit,τὴν φυτικήν.

Pythagoram nonnulli ſcribunt; Animæ ſubſtantiam in animas diſtribuiſſe plures, quæ diuerſis contribuuntur membris, ita quòd eorum ſingula animalia ſint:vt cor animal vnum,item cerebrum animal, &c. vt animal vnum ex comis pluribus animalibus videatur compactum.

Anima non diuiditur reipſa in partes diſtinctas,ſed ratione ſolùm.

Animæ facultates an & quomodo partes dici poſsint.

6 Partes animæ dici poſſunt, vbi duæ vel plures iunguntur: in his enim poſtrema & nobilior facultas ceu totum & τὸ ἡγεμονικὸν eſt;quæ verò præcedunt,& ſine quibus eſſe nō poteſt, eius ceu partes. Singulæ verò per ſe, ſiue exiſtentes (vt in plantis,vegetatiua)ſiue conſideratæ tantùm:animæ ſimpliciter,vel animæ ſpecies(ſed ſic nemo,puto,loquutus eſt)aut veluti ſpecies potius (vt in definitione Ariſtotelea dictum eſt)vocari poſſunt.

Animæ facultatum diuiſio.

7 Omnis animæ facultas duplex eſt. Ὀρεκτική, quæ perficitur ἐν τῇ ἀλογίᾳ καὶ τῇ δυνάμει τῷ.Id omne practicum vocatur, & finē habet bonū.Alia Γνωστική,θεωρητικὸν vocatur, & finem habet verū, & hæc rurſus dicitur vel Phyſica,cùm perficit cognitionem mentis potentia, quæ verſatur περὶ τὰ ἔνυλα εἴδη καὶ ἀχώριστα τῆς ὕλης. Vel Theologica,prima philoſophia,metaphyſica,cùm verſatur circa mentem actu, & formas à materia ſeparabiles. Vel Media.μαθηματική,τῇ μὲν χωριστὰ, τῇ δὲ ἀχώριστα.

8 Poteſt verò etiam anima ad hunc modum diuidi:vt Anima aut ſit

- Naturalis *ſimpliciter, vt θρεπτική.*
- Cognoſcens,
  - Simpliciter, *ſine aliquo appetitu, cognoſcens tum*
    - Singularia
      - Præſentia, *ſenſus.*
      - Abſentia, *phantaſia & memoria*
    - Vniuerſalia, *contemplatio.*
  - Cum *appetitu, ὀρεκτική, quæ aut eſt*
    - Ἐπιθυμητική
    - Θυμοειδής
    - Θέλησις ἢ βούλησις.

    Has facultates perficit practica philoſophia et ſenſus. Sequitur autem has quoq; Phantaſia:

¶ Κινητική *eſt compoſita ex noſcente & appetente.*

Facultatum animæ diſtinctio.

9 Senſus exterior,alteratur tm̄ & cōcipit ſpecies:nō aūt cognoſcit ſe ſentire.

Interior communis ſentit,& ſentire ſe iudicat,neſcit autem ipſe ſe ſentire,ſed phantaſia hoc iudicat:

Phantaſia imaginatur, imaginari autem ipſam iudicat æſtimatiua (aut vis alia.)

Solus Intellectus ipſe ſuam actionem cognoſcit. *Sic fermè Hermolaus Barbarus.* Veteres Græci puto, Senſum dicunt cognoſcere ſuam actionem, non autem ſubſtantiam ſuam. Intellectum ſolum ſuįpſius tum ſubſtantiam tum actionē noſſe.

Vel aliter.

Senſus externi non poſſunt ſine inſtrumentis definiri, quare omnino ſunt Phyſici generis: nam tactus præſertim neceſſarius eſt ad animatum corpus.

Phantaſia, memoria, διάνοια, licet collocentur in inſtrumentis; ſeorſim tamen conſiderari poſſunt, vt Mathematica.

Νοῦς ad Theologiam & Metaphyſicam pertinet.

Δόξα quid & an animæ pars ſit.

10 Διάνοια nimirū eſt, quę argumentatur & ſyllogiſmo diſcurrit, cuius cōcluſio probabilis & veriſimilis, facit τὴν δόξαν: vera autem & neceſſaria & ex primis ſcientiam ἐπιστήμην.

Cur igitur non etiam ἐπιστήμη inter animæ vires numeratur? Quia effectus eſt & opus, vt etiam δόξα.

Item. Eæ ſolum animæ vires ſtatui debent, quæ non aliunde naſcuntur, ſed ipſæ primæ ſunt. Vt, Vegetatiua, ſenſitiua, motiua, intellectiua, &c. hîc nulla ab alia naſcitur. At δόξα naſcitur, à διανοίᾳ, nec ſine illa conſiſtere videtur. Atqui Phantaſia quoque à ſenſu naſcitur? Reſpondendum, non omnem: eſt enim & rationalis quædam Phantaſia. Et poteſt à ſenſu exteriore ſeparari: imaginari enim poſſumus quando libet, ſentire non item. Item, cùm vires animæ naturales ſint, δόξα autem per diſciplinam comparetur, reliquarum verò nulla ſic, quomodo pars animæ erit?

11 Non bona eſt diuiſio animæ εἰς θρεπτικὸν, αἰσθητικὸν καὶ νοῦν. Dicendum potius animæ vim aliam ſine ratione eſſe, aliam rationalem; Veluti. Anima alia dicitur eſſe, quæ

- Ratione *caret, & huius alia eſt*
  - Θρεπτικὴ, *ſub qua etiam* ἐπιθυμητικὴ.
  - Αἰσθητικὴ.
  - Φανταστικὴ.
  - Μνημονικὴ.
  - Θυμοειδής.
- Ratione *prædita eſt, & hæc vel,*
  - Νοῦς
  - Διάνοια
  - Βούλησις.
  - Eſt *& rationi ſua phantaſia, ſuaq́ memoria.*

Facultatum animæ diſtinctio alia.

12 Animæ facultates conſiderantur, vel diſtinguuntur prò vt ſunt vel

- In *Philoſophia*
  - Νοῦς, *ſubiectum Theologiæ.*
  - Διάνοια
    - Θεωρητικὴ, *ſciētiarum contēplatricum. Phyſicæ, &c.*
    - Πρακτικὴ, *actiuarum.*
- Extra *Philoſophiam,*

Βούλησις *his omnib. eſt ceu mater.*

Φαντασία (ἡ λογικὴ) ſubiectum eſt τεχνῶν τῶν ποιητικῶν, μηχανικῶν τε καὶ ἄλλων τῶν μὴ θεωρητικῶν.

13 Tertia anima eſt ἡγεμονικὴ ſeu λογιστικὴ, &c. *Melanchthon*) Veteres philoſophi, præci-

præcipuè Stoici, non idem faciunt ἡγεμονικὸν & λογιστικὸν, ſed illud latius extendunt, vt τὸ αἰσθητικὸν quoq; comprehendat: vel potius omnem animæ vim, quæ à nobis in capite collocatur. Stoici etiam ad vocem extendũt, & (quòd abſurdum mihi videtur) ad vim generandi quoq;.

14 Animæ pars alia eſt
- Irrationalis, *cuius virtutes omnes ſunt practicæ, vt temperantia, continentia, manſuetudo, fortitudo,*
- Rationalis, λογικὴ: *& hæc vel cognoſcit* νῷ ἢ διανοίᾳ *ea*
  - Quæ *ſemper eodem modo ſe habent,* ἐπιστημονικὴ: *huius habitus ſunt virtutes intellectiuæ*
    - Nũc, *principiorum notitia.*
    - Scientia, *ſyllogiſmus concludens.*
    - Sapientia *in diuinis.*
  - Cõtingentia: λογιστικὴ, *vt in phyſicis & artibus probabilibus. item* βουλευτικὴ *vel* πρακτικὴ *in actionibus: huius habitus ſunt.*
    - Ars *in faciendis vniuerſaliter ad vitam humanam.*
    - Prudentia, *ſeu recta ratio in agendis ad mores & Rempub.*

Ergò *non plures ſunt nec pauciores intellectiuæ virtutes, quàm hæ quinq;.*

De potentiarum animæ principijs, ſecundum Ptolemæum, cum Geſneri meditatione.

15 Fons potentiæ ſecundum
- Ptolemæum { Vitalis, Naturalis } *eſt* { Sol. Luna.
- Geſnerum
  - Vitalis *Sol.*
  - Naturalis *Luna.*
  - Rationalis *Deus. Eſt ergò principium*
    - Deus, *ſpirituum.*
    - Sol, *animarum in animalibus.*
    - Luna, *naturæ in plantis & cæteris.*

AN HABENT SE VIRES ANIMAE HVMANAE *quatuor* ἀναλόγως *ad quatuor elementa? quinta verò ad quintam eſſentiam? Sic.*

16 Memoria ad terram, vtpote ſtabilis & in occipitio, quòd eſt frigidum ſiccũ.

Phantaſia ad aquam, eſt enim fluxa, inſtabilis, & reddit imagines, eaſq; tortuoſas: in parte cerebri humida anteriore.

Senſus ad aërem, nam plerique per medium aërem fiunt, vt viſus, olfactus, auditus.

Motus ad ignem, eſt enim ignis κινητικώτατον, cùm & ipſe celeriter moueatur, & calor motionis cauſa ſit alijs quoq; rebus.

Ratio verò ad cœlum: cùm incorruptibilis ſit, & actio eius circularis.

ANIMAE FACVLTATVM ALIA AD COELVM *collatio: & vtrùm huiuſmodi comparationes neceſſariæ.*

17 Senſus quinq; nonnulli quatuor elementis conferre ſunt conati (ad terram namq; guſtabilia quibus nutrimur, quæ ſolida eſſe oportet, &c.) non quòd neceſſe ſit ita comparare. Alioquin nõ rectè in omnibus ferè rerum generibus partes aut differentias earum, quatuor elemẽtis, alias alijs comparari poſſe putabãt, vt & quatuor humores, partes diei, partes anni, differentias ætatis alia quidem

rectè alia non rectè. Sic etiam ad quatuor planetas conantur quidam omnia redigere, non ſatis probè; certè non neceſſariò. Etſi enim verum ſit, inferiora hæc omnia ſubiecta eſſe aſtris, tamen quæ, quibus & quomodo, non facilè eſt dicere, & ſingula ſingulis accommodare. Exercitij tamen cauſa licet: vt numeris, figuris & harmonijs Platonici & Pythagorici: ita cœlo rem diuinã comparare decet.

Anima tota ceu lux quædam corporis, & pars vel ἀπόρροια cæli Formæ omnes à cœlo.

Motiua à primo mobili.

Sub Saturni ſphæra, intelligi poteſt Appetitus rationalis, voluntas. Senex ratione valens, ſed claudus: nam appetitus rationalis noſter iam à primis parentibus in nobis eſt corruptus.

Sub Ioue, intellectus practicus: hunc prudentiæ præeſſe, vnde & μητιέτην vocant.

Sub Marte, τὸ θυμοειδές.

Sub Sole, Intellectus contemplans. Mens ὃς πάντ' ἐφορᾷ καὶ πάντ' ἐπακούει.

Sub Venere, Generandi vis.

Sub Mercurio, Vis ſentiendi quodammodo tùm externis ſenſibus tùm internis, vt Phantaſiæ, memoriæ & τῇ διανοίᾳ quoque ad collectionem vniuerſalium.

Sub Luna, fortè obliuio, ſomnus & vigilia.

ANIMAE FACVLTATES NON ESSE PLVRES

quàm dictum ſit: his enim noſcuntur & percipiuntur omnia quæ cognoſci poſſunt tàm ſecundum τὸ ὅτι, quàm τὸ διότι.

18 Alia animæ parte intelliguntur rerum τὸ ὅτι, de quo hic maximè, alia verò τὸ διότι, vt paulò poſt. Intelliguntur autem omnia entium genera, hoc modo.

1 In genere ſubſtantiæ, quę primæ dicuntur, vt genera & ſpecies, intellectu. Secundæ verò, eodem per ſe, aut ſenſu communi per accidens.

Subſtantiæ diuinæ, mente vel intellectu agente.

Naturales, ratione contemplante: materia prima quidem ratione notha, ſecundum Platonem: quæ fortè phantaſiæ rationali cognata fuerit: niſi notha dicat pro eo quod per accidens eſt. Forma verò, ratione legitima & per ſe. Compoſita ex materia & forma, eâdem, qua ipſæ formæ facultate. nam omnis cognitio à forma vel ſola vel maximè pendet. Artificioſæ, phantaſia rationali, aut ratione phantaſtica.

2 Magnitudo, ſenſu tùm communi, tùm externis. Punctus verò, Linea & Superficies ratione imaginante, mathematica. Numerus, ijſdẽ. Numerandi autẽ facultas homini propria, à ratione. Tempus, ratione. eſt enim menſura ſeu numerus motus. Craſsiuſculè autem etiã temporis partes, præteritũ quidẽ, memoria: pręſens, ſenſu aut ratione: futurũ, coniectura, quæ actio eſt rationis contemplantis. Vel diuinatione, quæ mẽtis eſt. Locus, craſsiuſculè quidẽ κατὰ τὸ ὅτι, ſenſu: κατὰ τὸ διότι verò, ratione. Sic & loci partes: & ſimiliter Vbi. Oratio & eius partes, rõne.

3 In Qualitate, habitus vel diſpoſitiones: quæ corporum ſunt, vt ſanitas, robur, velocitas, ſenſus, actus primus ſcilicet (nam ſenſio eſt actio.) Vel animi, intelligentis; vt fides, ſpes, ſapientia, ſcientia, prudentia, ars, mente vel ratione. Agentis aut voluntatis, vt virtutes, vitia, ratione, λόγῳ πρακτικῷ. Paſsio & paſsibilis qualitas, animi κατὰ τὸ ὅτι, phantaſia: τὸ διότι, ratione: Corporea, ſenſu aliquo externo: vt color, viſus, ſonus, ſapor, odor: qualitates primę & ſecundæ. Potentia & impotentia naturalis, ratione: ſunt enim aptitudines vel ineptitudines

rerum

rerum quæ non ſunt,ſed eſſe poſſunt. Senſus autem ea ſolùm quæ ſunt percipit. Figuræ, vt circulus, trigonum; baſis, conus; &cæt. ſenſu. Eſt enim figura κοινὸν τι αἰσθητὸν: aut etiam phantaſia rationali, fingendo vt in mathematicis, & definiendo. Forma extrinſeca ſcilicet, vt forma; deformitas, εἶδος, ſpecies, decor, ſymmetria, partim ſenſu, vt quòd cuiꝗ pulchrum videtur; viſu; ἐκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ, τὸ ἐρᾶν, &c. partim phantaſia.

4 Ad aliquid, omne quod comparationem requirit: & ſi ſit in rebus ſenſibilibus, ſenſu communi diſcernitur: vt magnum, paruum, dextrum, ſiniſtrum: ſi in intelligibilibus, intellectu, vt creator, creatura.

5 & 6 Actio & Paſsio, ſi corporum ſint, ſenſu: ſi animi, phantaſia & ratione iudicantur.

7 & 8 Quando & Vbi. iam dicta ſunt in Loco & Tempore.

9. Situs, κοινόν τι αἰσθατόν.

10 Habitus, pro veſtitu, ſenſu viſus & auditus.

Concluſio. Ergò ſi omne ſenſibilium & intelligibilium genus præſentium & præteritorum & futurorum, vt vel reuera ſunt, vel ſupponuntur, à ratione, vel à phantaſia finguntur, aut doctrinæ tantùm cauſa nominatur, ab enumeratis animæ facultatibus percipi poteſt: nulla alia præter prædictas facultates deſiderari poteſt: ſed neꝗ omitti ex prædictis vlla.

ANIMAE FACVLTATES NON PLVRES ESSE, *quàm ſint enumeratæ, eo quòd in his contineantur omnes artes, ſcientiæ, virtutes.*

19 Artes particulares, ſi ita dici poſſunt, vt brutorum quorundam ad operâ quædam artificioſa, apum ad fauos, aranea ad telas, hirundines, formicæ, &cæt. congenitæ ſunt in phantaſia ſenſitiua. In homine nullæ tales, niſi fortè paucis & raro (nam quòd vnam aliquam formam habet, ad alias recipiendas ineptum eſt. Hominis autem phantaſia ad quaslibet formas recipiendas apta fieri debuit.

Artes diſciplina comparatæ, vt in brutis quibuſdam; diſciplina & conſuetudine, elephanto, cane, ſimia, &cæt. in phantaſia rationali id eſt, ſimili rationi, vel rationem immitante. In ſimia, immittatorium quiddam eſt, aut ſimile. In homine forſan tales ſunt artes, quæ immitatione & vſu magis indigent, quàm ſubtilitate ingenij: & ſic vnus alio ad hanc vel illam artem magis natus vel comparatus videtur.

Artes ſubtiliores & vniuerſales, ἐν τῇ διανοίᾳ τῇ δοξαστικῇ.

Scientiæ, ἐν διανοίᾳ τῇ ἐπιστημονικῇ.

Sapientia, in mente.

Virtutes, ex Plotino de virtutibus. Politicæ quidem & communes, in phantaſia rationali, vel ratione cum phantaſia.

Catharticæ, id eſt, purgatoriæ, animi qui purgari & ſeparari à corpore incipit, ac proficit: ἐν τῇ διανοίᾳ, ſiue ratione ſyncera.

Puræ, vel Animi iam purgati à mundi huius aſpergine, ἐν τῷ νῷ.

Exemplares verò dictæ, in ipſo Deo. Affectus primæ nolunt. ſecundæ auferunt, tertię obliuiſcuntur. cum quartis ne nominari quidem fas eſt.

VITAE ET STVDIORVM DIFFERENTIAE SE- *cundum diuerſos animæ gradus.*

20 Cùm homo microcoſmus ſit non tantùm ſecundum materiam & res ἐνύλους,

ſed etiam ſecundum formas & animæ gradus, hominis actiones omnes & inſtituta, ad formæ, hoc eſt, animæ facultates, à quibus vtique dependent, referendæ ſunt.

1 In Mente agente eſt notitia principiorum & ſapientia, hoc eſt, rerum diuinarum contemplatio, cui vacabant olim inter gentiles Philoſophi tantùm, ſeu theologi dicti, nunc Chriſtiani omnes, poſtquam in ſacris literis plenam harum rerum traditionem habent. *Fælix*, inquit Pſaltes, *qui in lege Domini meditatur dies & noctes.* Sic viuentes ceu angeli ſunt Amore & cognitione Dei pleni. Hic eſt qui cupit à corpore diſſolui. *Συντηρήσεως & conſcientiæ ſedes.* Pij, ſancti, ſapientes, rerum diuinarum doctores & prophetæ huc pertinent. In his perfecta eſt iuſtitia, temperantia & fortitudo: Hi paucißimi omnium. Horum finis eſt Deus, Dei gloria, veritas. Qui principiorum notitiam abijciunt, Deum & diuina negant aut aſpernantur, homines impij, tùm qui veritatem diuinam agnoſcere nolunt, tùm qui agnitã reijciunt: & in quibus conſcientia ac *συντήρησις* perierunt, & in quibus nihil eſt, quòd eorũ cuiuſcunq; generis peccatis contradicat. Hi viuunt veluti Dæmones.

2 Mens paßibilis alia contemplatur, alia agit. Et contemplando quidem res diuinas ad agentem intellectum propius accedit: naturales verò & humanas, has agendo, illas contemplando, ad phantaſiam, &cæt. Contemplatur autem vel.

Θεῖα καὶ ἄϋλα, non vt ſuperior agens dicta, ſed addiſcendo & ratiocinando: Vt homines pij & ſacrarum literarum ſtudioſi, & quicunque in prima philoſophia & apodictica ſe exercẽt, qui nõ ſolùm diuina vt ſuperiores, ſed omnia *μετὰ τὰ φυσικὰ* & omnium ſcientiarum communia, principia omnium, & ſumma omnium rerum genera conſiderant.

Vel Phyſica. Vel Mathematica: quæ inter duo ſuperiora ambigunt. Huc referuntur, docti, eruditi, ſtudioſi, philoſophi, liberalis ingenij homines, qui ſcientiam propter ſe, non lucrum aliquod expetunt. Finis eorum veritas, cognitio. His opponuntur *ἀφιλοσόφοι*, rudes, indocti, doctrinæ & ſcientiarum inimici, qui non ſcientiam ſed commoda ſua, opes & honores quærunt. In his iuſtitiæ & aliarum virtutum parum eſt, niſi ſimulent fortè propter ſua commoda. In illis verò, ad veras & perfectas virtutes principium quoddam & via. *Hactenus de mente poßibili contemplante.*

Mens autem paßibilis agens agit vel Secum ipſe, ſuos componendo affectus, vt erga alios in colloquijs, contractibus & actionibus omnibus talem ſe oſtendat, qualem par eſt, vel in Familia, vel in Republica. Horum maximus in vita numerus eſt: & boni ciues appellantur. Suntq; virtutes eorum ciuiles, iuſtitia particularis, continentia potius quàm temperantia, prudentia & fortitudo, quibus qui excellunt, heroës appellantur, & ceu heroica virtute præditi laudantur. Finis eorum fœlicitas humana & ciuilis, familiarum & reipublicæ conſeruatio, opes & honores. Diuiduntur autem in magiſtratum, milites & artifices. His oppoſiti inciuiles, inhoſpitales, inhumani, ceu belluæ ſolitariæ (nam & ſociales quædam beſtiæ ſunt) *μισάνθρωποι, ἄστοργοι*. Particulatim verò rapaces, prædones, fures, latrones, pacis perturbatores, auari, impoſtores, circa iuſticiam: libidinoſi, luxurioſi, adulteri, circa continentiam, &cæt. Horũ vitioſitas cùm ad ſummum peruenerit, *θηριότης*, ideſt, immanitas, & ſumma inhumanitas fit.

3 Phantaſia, alia rationalis eſt, alia ſenſitiua. Qui rationali phantaſia & memoria

moria valent, illi in addiſcendis artibus & ſcientijs quibuſuis præſtant? Secundum phantaſiam rationalem & particularem quandam ingeniorum differentiã & excellentiam, alij ad alias artes mechanicas, aliasúe (præſertim μιμητικῆς vt pictuarum, & ſtatuarum) magis minusúe apti ſunt; aut prorſus inepti.

QVOD PRO DIVERSIS ANIMAE PARTIBVS, *virtutes etiam & vitia diſtribuantur.*

21 Virtus eſt perfectio ψυχῆς τῆς πρακτικῆς ἢ ἐνεργητικῆς, vti philoſophia τῆς γνωστικῆς. Quod ſi animæ facultates non ſunt enumeratæ, nullum genus τῶν γνωστῶν eſt quod non ſub aliquam illarum (facultatum inquam cognoſcentium) cadat: vt iam in prædicamentorum enumeratione compræhenſum eſt. Et in prædicamento quidem Qualitatis artes ac ſcientias omnes, alias ad alias animæ partes pertinere oſtendimus. Sunt autem habitus animæ, alij quidem artes vel ſcientiæ: alij verò virtutes ac vitia: quare de his etiam dicendum.

Virtutes igitur aliæ ſunt intellectiuæ, de quibus diximus: aliæ morales, quæ ita diuiduntur.

Virtutes morales aliæ ſunt animæ totius, vt Iuſtitia, tribuens ſuum cuiq;: Liberalitas, erogans quatenus honeſtum eſt: Magnanimitas, quæ fortunã infortuniumq;, nomen & ignominiam ferre poteſt: & hæ videntur ἐν δικαιοσύνῃ συλλήβδην eſſe. Aliæ ſunt partium animæ Rationalis: prudentia, quæ ad fœlicitatẽ humanam tendentia comparat. Animoſæ vel Iraſcibilis, τοῦ θυμοειδοῦς: Manſuetudo, quæ ægrè ad iram concitatur. Fortitudo, per quàm ægrè terroribus mortẽ minantibus, concitamur. Concupiſcentis, τοῦ ἐπιθυμητικοῦ: Sobrietas, σωφροσύνη, temperatia: quæ ita in rebus fruendis verſatur, vt prauas voluptates corporis ne appetat quidem. Continentia, ἐγκράτεια, quæ in fruẽdis rebus prauas ad voluptates incitatam cupiditatem ratione ſiſtit ac continet. Harum autem virtutum, ſi quæ ſunt aliæ, vel ſunt effectus, vel partes quædam, vel aliter ad eas conſequuntur: vt in libello de virtutibus oſtendit Ariſtoteles.

De vicijs & peccatis contrarijs, nihil hic dicimus: contrariorum enim eadem eſt diſciplina, ac de vtriſq; ſatis dixerunt Philoſophi. Cæterum vt inter humanas & morales virtutes excellens & heroica quædam virtus, ἀνώνυμος: in oppoſitũ autem ei vitium, θηριότης: ſic inter ſpirituales etiam & diuinas, hoc eſt, hominis erga Deum virtutes, ſumma quædam fiducia cum ſummo eiuſdem amore coniuncta eſt: & oppoſitum ei vitium, quòd plus quàm inhumanum & diabolicũ dixeris, nempe peccatum in Spiritum ſanctum: quòd ipſam mentem, συντήρησιν & conſcientiam corrumpit: vt nulla amplius ſpes ſit ſalutis, ſicut corporis etiam nulla eſt, vbi pars principalis, cor ſcilicet, aut cerebrum fuerit affecta.

22 Animę partes ſeu facultates potius ratione tantùm, non etiam loco, ſeparabiles videntur: at verò de mente id non ita conſtat: videtur tamen hæc (mens) animæ aliud genus eſſe, ſolùm diuinum, &c.

An anima tota ſit in quauis parte tota.

23 Animam totam eſſe in quauis parte tota, de reliquis animæ facultatibus potius intellexerim, vt ſenſu & motu & præcipuè nutritione: hæ enim vires inſunt in quouis muſculo, vel vbiuis in carne inſunt integrè, vnde etiam tempore codẽ alia alios motus, alias functiones obeunt, interim tamen vnus omnium fons eſt. Sic aliquis dicat totam lucem ſole ſplendente & in ſingulis quæ illuſtrantur partibus eſſe, cùm nihil ad illuſtrationem deſit, & ſimul in toto hemiſphærio totam. An & ſic quoq; in vna quaq; parte omnes animę facultates ſpectantur.


24 Hipp. dicit animam eſſe tenuem ſpiritum per omne corpus diſperſum. In-

telligit his verbis animam eſſe ſubſtantiã incorpoream & docet modũ exiſtendi in corpore. quia eſt tota in toto, & tota in qualibet parte. Exemplum ponit Calcidius ſupra Timęum, de Aranea, quæ ſedens in medio ſuæ telæ vndecunq; ſentit, vel leuiſsimè motam telam.

ANIMAE EIVSQVE FACVLTATVM PER VARIAS FIGVRAS REpræſentatio.

FIGVRA PRIMA.

Manus Dei è nube tenẽs trutinam.



A. Librile, mens, in æquilibrio conſtituta, & reſpiciẽs rectà furſum ad manum Dei tenentis, à quo anima vniuerſa dependet. Quod ſi,

Vel *ratio* διάνοια *in* B *circa res humanas nimis grauet, circa artes & ſciẽtias varias, in rebus humanis, familiæ, et reipub. adminiſtratio, aut diuitiarum & honorum ſtudium impediant, à rectitudine ſua eò declinat: facillimè enim mouetur à ſuo æquilibrio, & ad Deum & diuina non amplius rectà fertur.*

Vel *in* C *phantaſia, ſenſus, voluptas, gulæ, venus, &c.*

¶ An verò librile faciam νοῦν: lineam D E διάνοιαν: B phantaſiam: C ſenſum: ſic fecerim diſtinctius, & erit quaternarius numerus animæ.

FIGVRA SECVNDA.

Hominem ipſum, ideſt animã intelligunt quaſi Adam. Humanum verò animal inde tractum: *homo & humanus coniugata ſunt*, atq; degenerãs quaſi Euam: tractum inquam ex anima dormiente. Hæc enim tunc animal ex ſe propagat, quãdo ex priſtina apud Deum vigilia ad naturalia labens, diuinorum oblita iam dormit & ſomniat: itaq; tum vitam corpoream generat, quaſi Euam: Aduerte hanc primò peccantẽ, illum deinde conſentientẽ. Sed intellectũ illi quaſi angelũ præſidentẽ, & mox increpantẽ, & angelo Deũ. Deniq; duo in carne vna, hoc eſt duas quaſi in eodẽ corpore animas. Auguſtinus ſupra Pſalmum 48. Singulis, inquit, noſtrũ ineſt mulier hæc, quippe caro noſtra Eua eſt, quæ ſeducit virum, ideſt rationem, per quam carnem labitur homo, quem lapſum calcanei nomine prophetica indicat ſententia, *Cælius*.

FIGVRA TERTIA.

Cum animæ natura quodammodo vt mathematica ſe habeat, & qua ad mentẽ accedit, à corpore abſtrahi videatur, licebit nobis quoq; mathematicè, per numeros, harmonias, lineas, figuras, veterũ philoſophorum more naturam eius inueſtigare, & contẽplationes eiuſmodi, cogitationes noſtras à corpore ad mentẽ, à mente ad Deũ abducere: & qua indiuiſa ſunt, diuidere, euoluere, explicare, vt magis in conſpectũ vniuerſa nobis veniãt. Motiua anima non eſt delineanda, ſequitur enim appetentẽ: quę & ipſa nõ delineatur, quia ſequitur cognitiones tũ ſenſus, tùm phantaſiæ, tùm etiam rationis, cum aliquid bonum illę cognouerint.

Vide

Vide in Hieroglyphicis Hori, Pierij, quomodo animam & ſenſus ſingulos, aliaſq; animæ facultates deſignarint.

FIGVRA QVARTA.

Animæ intelligentis à Scaligero in Ariſtotelis librum de plantis: qua etiam cæteras facultates comprehendi pulchrè adumbrat.

Errant inquit, qui vim informatricem aliam ab anima, etiam ab anima rationali putant. Siquidem folia, & brachia, & ſurculi in ſtirpe iam perfecta conformantur. In homine caro noua ſubſtituitur, non ſine figuræ præſcriptione. Opus hoc attractricis, retentricis, alteratricis, mutatricis, vnitricis, quę poteſtates cuius ſunt? nonne animæ intelligentis, quæ vna eſt forma in homine, adeò vt eam Plato ἐκ ξιῶν συγκεραΐσαν dixerit. Complectitur verò haſce illa, tanquam circulus tres ſpecies trianguli, quibus præterea lunulas addit in ambitu, quaſi cœleſtem rem; quæ lunulæ triangula quidem illa capiant ipſæ, at ab illis nulla queant capi ratione. Imò verò quarum proportio vllis quadratis, aliiſue rectilineis figuris incomprehenſibilis ſit. Hoc modò;



D E. Orthogonius triangulus.

E F. Oxygonius.

A B. Amphligonius.

✠ Nota lunularum quæ in circuitu ſunt: Hæ lunulæ capiunt quidem triangulos, ſua enim circumferentia includunt: non autem capiuntur.

FIGVRA QVINTA.

Geſneri hæc, vt & ſequentium nonnullæ.



Tres deſcribantur circuli inter ſe æquales, concatenentur: quorũ medius repreſentet animam ſenſitiuã, cuius hemicycli pars inferior deſtinatus ſit externis ſenſibus: centrum verò, communi ſenſui, aut etiam totus ſuperior circuli arcus; qui cum inferiore phantaſiæ ſemicirculo coniungatur: Eſt enim & phantaſia ſenſibilis. Superior autem ſemicirculus phantaſiæ, rationalis eſt participando ſcilicet, & ad rationẽ proximè accedit.

Circulus ſupremus totus eſt λογικὸς: ſed inferiore parte, participat cum phantaſia, vbi artes et opiniones parit, & hominum actiones inſtruit, διάνοια πρακτικὴ. Superior merè rationalis eſt, & menti magis communicans, ſcientias parit.

Pro mente deniq; lineam ſimplicẽ rectam pinximus, quæ ſuis vtrinq; alis ad punctum ſeu vnitatem (Deum ſcilicet ad cuius exemplar facta eſt) aſcendere nititur, aſcenditq; vbi ruptum fuerit, quo τῷ διανοητικῷ λόγῳ, τῷ δυνατῷ alligatur.

Singulis circulis in centro addidimus vinculum, quo centrum quodq; cum alterius circuli circumferentia colligatur. Non enim natura vnum ſunt hæ facultates, ſed locis & actionibus diſtinctæ: & ſenſus ſeparetur à phantaſia, hæc à ratione, illa à mente. *Ex Geſneri inuentione.*

A. Vinculum ſenſus cum phantaſia, in centro circuli primi, linea 1. 2. ſeruiunt ſenſui tactus & guſtus, quia eorum actio corpori ſemper coniuncta, nunquam extra extenditur. 3. Olfactus longius. 4. Auditus adhuc longius. 5. Viſus longiſsimè.

B. Vinculum ſenſus cum phantaſia in centro circuli primi.

C. Vinculum rationis cum mente.

Sin verò ſubtiliorem figuram quis deſideret, quæ ſimul & meditatio mortis quædam ſit, & animæ virium diſtinctio poſſet hoc modo ingenioſè depingi, Geſnerus.



D. Supra D. ad dextram paulò pingatur angelus, qui trahat funiculo aureo (filo ſimplici) religato in coniunctione lineæ tranſuerſæ cum circulo primo in ipſo D. nodum, Animam rationalem.

B. Diabolus inſidians, tenens & ipſe funiculum, nigrum, circulo non alligatum, ad ſiniſtram.

N. Pingatur cœlum cum ſtellis.

K. In contactu duorum circulorum fiat iterum nodus, cuius funiculus fuſcus duplex trahitur ab L infra omnes circulos deſcripto ad dextram. Pingatur autem eò in loco Sceleton alicuius manus inſidentis pheretro, & altera manu horologium tenentis.


M. Cir-

M. Circulo primo vtrinque ad latera addantur alæ graphicè pictæ, ſurſum ſpectantes.

O. Rurſum aliæ alæ, ad latera circuli intermedij, in medium extenſæ, hoc eſt neque ſurſum neque deorſum.

P. Infimo circulo, deorſum. Cùm ſummus trahitur circulus, is ſolus ab inferioribus duobus ſeorſim ſeparatur. Cùm verò K. trahitur, vbi medius & infimus colliguntur, ambo trahuntur ceu copulati.

Senſus communis & quinq; exteriorum adumbratiõ.



A.B. Tactum & Guſtum deſignant, qui ſeſe non vltra circumferentiam ſeu corporis ſuperficiem extendunt.

C. Longius paulò. Olfactus.

D. Auditus, priore etiam longius.

E. Viſus longiſsimè extra corpus protenditur.

✠ Senſus communis.

SEXTA FIGVRA.



M. Pingatur huc homo, tenens aſtrolabium.

N. Pingantur apiculæ & papiliones hîc circumuolitantes: animas enim vocarunt apiculas.

1. Ad latus hoc, vbi vnitas circulo eſt addita, pingi poteſt animal, canis in triuio.

b. Circa illum locum pingenda fuerit planta aliqua cum ſuo flore & radicibus, vt ſecundùm has tres picturas primæ & ſummæ animæ facultates exprimantur.

2. Circulus primus: anima vegetatiua, φυτικὴ, cuius facultates ſunt, b. Nutrix. c. Auctrix. d. Generatrix. Quibus inſeruiunt Attractrix, Retentrix, Expultrix.

In circulo ſecundo.

1. Senſus tactus. huic lineæ poteſt appingi, aranea, vel ſerpens.

2. Guſtus, cui appingatur, culex lingua exerta.

3. Olfactus, Vultur.

4. Auditus, Aper, anſer.

5. Viſus, Aquila.

6. Senſus communis.

7. Phantaſia, cui & æſtimandi, exiſtimandi vel cogitandi vim (quæ quid & quale ſit, cuius imago oblata eſt, dijudicat, quam vim Auerrhoës ſeorſim locat) iungere poſſumus: vel eam in homine διάνοιαν eſſe demus: in cæteris verò animalibus vim quandam obſcuriorem διανοίας loco. Aut potius διάνοια eſt hominis propria.


8. Διάνοια.

9. Circulus abſolutus & alatus, mens, ratio, quæ circulo magno, integro, & perfecto, vti ipſa perfecta eſt, & quaſi reliquarum facultatum vinculum, & receptaculum eſt.

An præſtabit Vegetatiuam in circulo abſoluto eſſe? Sic etiam ſenſus interiores & exteriores eſſe in ſuo circulo, eis verò adiungi διάνοιαν.

Figura alia, huic ſextæ non ita diſsimilis.

1. DEVS, *vt vnitas, à qua reliqui numeri, vt à Deo omnes animæ facultates.*
2. *Mens.*
3. Διάνοια.
4. *Memoria.*
5. *Phantaſia.*
6. *Senſus cõmunis.*
a. b. c. d. e. Senſus exteriores.
7. *Vegetatiua.*
8. *Magnes, quaſi animæ infimus gradus, vt in magnete.*



DEVS. 1.
Mens, vt angelus. 2.
Διάνοια, vt homo. 3.
Memoria / Phantaſia / Senſus cõmunis — vt bos. 4.
Vegetatiua, vt animal. 5.
Herba. 6.

FIGVRA SEPTIMA.



Tres imi huius figuræ circuli φυτικὴν animæ facultatẽ repreſentant, quæ in altricem, auctricem & generatricem triplici circulo diuiditur.

Supra hanc, alij deſcribuntur quinq; circuli, qui ſenſuum exteriorum ſunt; quorum extremus continens reliquos, & communiſsimus tactus eſt: intimus verò viſus.

Sequuntur hos proximè ſenſus interiores, K. I. H.

Et K. quidem à latere ſiniſtro poſitum, Senſus communis nota eſt, in quem exteriores deſinunt, & in quo omnes conueniunt, quiq; ſingulis ſe, & omnibus infundit.

A dextro latere, propè numerum 2. I. locatur, index Phantaſiæ.

H. ad latus rotundi circuli, Memoriæ eſt ſignum.

S. appoſitũ triangulo, cuius angulus acutus deſinit in coniunctione duorum ſemicirculorum tranſuerſalium, inferior verò eius pars, ceu baſis coniungitur circulo memoriæ deſtinato, διάνοιαν ſignificare volumus: hoc enim ceu vinculo rationalis anima alligatur inferiori (duo autem

autem parui ſemicirculi) (tales, vinculi cuiuſdam vices gerunt; quibus hæ facultates inter ſe vinciuntur ac quaſi cognatæ aut coniunctæ ſunt) vtrinque autem ſe extendit in ſemicirculum inferius curuatum, ſiniſtrorſum quidem ratiocinando, faciens ſcientiam firmam & ſtabilem, denotatam quadrato: dextrorſum verò faciens opinionem, δόξαν, triangulo indicatam, qui ſimplicem ſyllogiſmum ſignificat propter tres terminos, vel ratiocinationem incertam, quæ ab vno principio ſeu medio bifariam in duas concluſiones diuidatur: nam τὰ δοξαστὰ non neceſſariò in vnam concluſionē ſemper veram exeunt, ſed poſſunt etiam in oppoſitam. Præſtabit itaque fortè διάνοιαν facere mediam ſemicirculi partem cum nodo, τὸν λογισμόν: τὸν φθαρτὸν νοῦν, τὸν μανθάνοντα καὶ παθητικόν, quia mentem imitatur, & in ſe ipſam quodammodo conuertitur. *Nota errore pictoris factum eſſe vt quadratū in ſemicirculi extremitate pictum latus ſiniſtrum, triangulus dextrum occupet, quum inuerti meritò debuerint.*

Poſtremo mentem, ſemicirculum alatum, ſurſum flexum addidimus; primum poſsibilem, linea in ſemicirculum flexa, (nam lineæ inflexæ hanc Ariſtoteles comperat, vt actu exiſtentem rectæ) vtrinque alata, cuius ala dextra D. τὸ θεωρητικὸν eius ſignificat: ſiniſtra verò E. τὸ πρακτικόν. Alas menti Plato tribuit, quibus in ſublime ad Deum euolat.

At linea recta ſimplex per tôtam figuram ducta, & verſus A. aſcendens, mens actu eſt, cuius pars ſumma vltra circuli circumferentiam effertur, quòd nihil circumſcriptum habeat, et ad Deum cuius lumine illuſtratur, ſupra omnia enitatur.

Lineę ſupremæ mentis, impono circulum integrum A. ſola enim hæc in ſe ipſam non conuertitur, & Dei nota eſt, à quo ceu ab oculo, ſiue ſpeculo ſubiecto, exeuntibus à Deo radijs, ceu ideis, mens, omneſque animæ illuſtrantur facultates.

Circulos verò ſenſuum & vegetatiuæ nō integros fecimus, ad ſignificandum ſpiritus permeare, & vnum eſſe ſubiecto animam.

FIGVRA OCTAVA.

Stoici octo animæ partes faciunt ſic.



1. Τὸ ὁρατικόν.
2. Τὸ ἀκουστικόν.
3. Τὸ ὀσφραντικόν.
4. Τὸ γευστικόν.
5. Τὸ ἁπτικόν.
6. Τὸ φωνητικόν.
7. Τὸ σπερματικόν.
8. Τὸ ἡγεμονικόν. Hoc in medio collocant, & ab eo reliquas ſeptem partes ſpiritu per ſua organa commeante ad corporis ſuperficiem (vt in polypo brachia numero octo) protendi aiunt, *Plut. de Plac.* 4.4.

FIGVRA NONA.

Anima apiculæ confertur, & cur.

An quia apicula puriſsima auicula eſt, & à ſexu & coitu aliena, rore tantùm victitans, ceu cœleſti alimento: & in opere perpetuo verſans, nunquam ocioſa: nec tam ſibi quàm alijs laborans: opus recondens nobiliſsimum, ſaluberrimum ac veluti nectar, mel inquam, quo paſcitur, & paſcit, ſummam medicinam, ſuauiſsimum alimentum, quòd corpora omnia & cadauera conſeruat. Animal eſt

quodammodo politicum, κόσμου καὶ τάξεως particeps, regem ſuum, vt anima mentem ac Deum ſequens & colens, &c.

Licet mel dulciſsima facit, ſtimulum tamen habet, vt pungat malos, fucos auertat; ſicut anima veritatem & diſciplinam.

FIGVRA DECIMA.

Animæ cognoſcentis imago.



1. Vnitas *tactum ſignificat.*
2. Guſtatum.
3. Olfactum.
4. Auditum.
5. Viſum.

(Sed *fortaſſe præſtiterit, vti etiam ſupra ab eodē eſt obſeruatum, ordinem numerorum inuertere, vt vbi vnitas, ibi quinarius collocetur, ob cauſam præaßignatam: ego tamen mutare, quòd inueni, nolui.*)

a. b. linea, (corporis ſuperficies exterior, vbi ſenſuum inſtrumenta diſtincta ſunt) tranſeat per imam circumferentiam ſenſus communis.

6. Senſus communis, in cuius centro ſenſus exteriores omnes conueniunt. Hunc à Phantaſia (cuius locum 7. id eſt, ſeptenario numero expreſsimus) diſtinguimus, vt ex doctis diligentiores pleriq; & recentiores omnes; rationibus etiam adducti, quoniam ſine Phantaſia eſſe poteſt, vt cum externis ſenſuum actionibus coniungitur: & phantaſia ſine illo, vt cùm res intelligibiles imaginatur, quæ φαντασία λογικὴ dicitur: ſenſus communis verò λογικὸς nullus. Adde quod ſenſus communis plerunque verus eſt, imò ſemper ſi nihil impediat: Phantaſia plerunque fallitur, ſiue ignara & neſciens ſe falli: aut etiam ſponte fingit, ceu καθ᾽ ὑπόθεσιν doctrinæ cauſa, rationalis duntaxat. In ſomnis ſenſus communis nullus eſt actu, ἐνεργείᾳ, ſed potētia tantùm: at phantaſia in ſomnis, magis quàm interdiu operatur, per inſomnia, ſiue naturalia, phantaſia ſenſibilis: ſiue ſupra naturam, rationalis. Item ſenſus communis ſimplicior quędam notitia eſt, ipſum ſcilicet ſenſuum principium, & ſenſibilium finis. Phantaſia autem inter ſenſitiuam & rationalem animam media, vtrâq; participans. Proinde duo eius interſtitia, ceu duos ſemicirculos fecimus. Senſus communis ſemper ſentire ſe ſentit, phantaſia non item, cùm quæ falſò imaginatur, pro veris plerunque habeat: & niſi vel ſenſus communis circa ſenſibilia, vel ratio circa intelligibilia eam redargueret, perſtaret in

ret in ſuo errore. Senſus autem communis idcirco rarius errat, quoniam externis ſenſibus qui particularia rectè iudicant, continuus eſt. Ratiocinatio vbi menti coniungitur, falli non ſolet, ſed ſcientiam parit: vbi verò Phantaſiæ, falli poteſt, & δόξαν, opinionē facit. Mens verò in ſummo Deo, & ipſi veritati proxima nunquam fallitur, niſi prorſus εἰς θηριότητα degenerans. Natura in omnibus amat medium, nec facilè à contrarijs ad contrarium tranſit, niſi per media: itaq; inter ſenſum & rationem, poſuit phantaſiam: & rurſus memoriam inter phantaſiam et rationem, veluti mediam, quatenus phantaſia particularium duntaxat eſt, ſicuti & ſenſus: memoria verò tum particularium tùm vniuerſalium: nam hæc quoq; duplex eſt, ἡ μὲν αἰσθητικὴ πῶς ἤτοι μερικὴ: ἡ δὲ λογικὴ, ἤτοι καθόλου: in qua etiam recordatio, homini propria memoriæ vis collocanda videtur. Quarè nos etiam in eius figura 8. bipartitam fecimus: ſic vt pars vna ad phantaſiam vergat, altera ad διάνοιαν: & cum phantaſia eam continuam, pertuſo meatu fecimus, ſicuti hanc cum ſenſu communi, ita vt conceptæ imagines, ex vna facultate in alteram transfundantur. Senſibilia enim primùm imbuunt ipſos ſenſus externos, hi internum: qui rurſus phantaſiam: phantaſia memoriam: quamobrem peruiam fecimus animam à ſenſu eò vſq;, illic autem clauſimus. Hactenus enim anima irrationalis finitur. Nam rationalis dicta phantaſia homini propria, in cęteris animalibus, æſtimationem à recentioribus dictam ſibi reſpondentem habet. Rationalem verò animam τὴν διάνοιαν circulo circunducto appoſuimus, non continuā, ſed contiguam irrationali. Etſi enim τὰ μνημονεύματα ad illam à memoria tranſeunt, & ita ex particularibus vniuerſalia colligit ratio, tranſitu crebro: ſolius tamen hominis hoc proprium eſt: nos inter humanam et aliorum animalium animas diſcrimen hic oſtendere voluimus. Non ſolùm autem à ſenſibus procedunt phantaſmata: ſed à ratione quoque retrò commeant, tum inter diſcendum, tum quando opus eſt corpus à rationis imperio moueri: motus enim tum ab anima, tum ad animam fit, (à qualibet eius facultate, & ad quamlibet,) teſte Ariſtotele.

9. Διάνοια, λόγος priuatim, mens poſsibilis: cuius actio eſt λογισμὸς καὶ συλλογισμὸς. Cur verò hanc facultatem τῆς διανοίας per triangulum expreſſerim, cauſa eſt, quoniam διάνοια ratiocinatur per tres terminos, & totidem propoſitiones. Parit autem vel concludit ſyllogiſmo vel

10. Δόξαν, id eſt, Opinionem. Vel

11. Επιστήμην, id eſt, Scientiam.

12. Νοῦς. Suprema, ſimplicisſima & abſolutisſima animæ facultas. Intellectus agens. A qua ſapientia & notitia principiorum emanat.

De alis figuræ appictis.


Ale {
Menti, id eſt, numero 12. addantur, quæ ſurſum ſpectent, vel erigantur, ad Deum nimirum & cælos, vnde hæc proceßit.
Τῇ διανοίᾳ *verò in tranſuerſum tendant: ambigit enim etiam ipſa inter inferiora & ſuperiora.*
Τῇ φαντασίᾳ, *deorſum ad corpus, & terreſtria.*

Alas addimus τῇ διανοίᾳ, vt ſignificent appetitum, qui etiam motus cauſa eſt. Nulla autem prorſus animæ cognoſcentis facultas eſt, quæ non gemina ſit, ita vt vel ſolùm cognoſcat, vel cognita etiam appetat. Vegetatiua quidem anima ſine cognitione appetit: cæteræ omnes cum cognitione, ita vt appetitus earum ſemper cognitioni coniunctus ſit, cognitio autem ab appetitu ſeparari poſsit. Inter externos ſenſus, tactus appetitionis plus quàm cognitionis habet, viſus contrà. Pertinet autem appetitus ſenſitiuus omnis ad voluptates corporeas: τὸ ἐπιθυμητικὸν Platonis. Phantaſiæ verò appetitus, alius quidem ſenſibilis eſt, voluptatibus

corporeis & ipſe coniunctus: alius verò θυμοειδὴς, circa affectus: vel etiam rationalis, circa artes & ſcientias, niſi quis hunc velit διανοητικὸν appetitum vocare, & alium eiuſdem πρακτικὸν, βουλητικὸν ἢ προαιρετικὸν, περὶ τὰ ἤθη καὶ ἀρετάς. Mentis verò appetitus ad Deum, ſapientiam & veritatem ſurſum fertur: conſequi enim hæc poteſt, ſicut & immortalitatem & fœlicitatem: quæ ſi conſequi non poſſet, contemplari verò tantùm: vel careret appetitu, vel fruſtra appeteret, & ſola animæ facultatum miſerrima foret, optima quæque videns, quibus frui tamen non poſſet, ita vt cognitio ei ad cruciatum potius & pœnam data eſſet quàm perfectionem. Dæmones vera bona cognoſcunt, non appetunt: mens hominis appetit, & conſequuturam ſe cum fiducia ſperat: appetentem & fidentem iuuat ac perficit Deus.

¶ Nota circa lineas ſenſuum exteriorum. Coniungantur ita lineæ, prima & ſecunda, vt vna tantùm linea media vtriſque ſit communis. Nam guſtus eſt tactus quidam. 2. & 3. coniungantur vſque ad medium, magna enim ſaporum & odorum affinitas eſt. Reliqui duo ſenſus ſeparati ſint.

.VNDECIMA FIGVRA.



Pingatur domus, ad cuius portam, quæ infimo loco depicta habetur, et o. litera ſignata eſt, ad quam quinque viæ ducant, quinque ſenſibus exterioribus aſsignatæ: domus pars inferior latior ſit ſenſui communi locum dans. Huic incumbit diſtinctus alius locus, in duas cellulas diuiſus, cuius partem alteram Phantaſia, alteram Memoria occupat. Vltra quas in acumen ædificium tendens, vnus locus deſcribitur, cella Rationis dicta: At tandē acumini huic ſtella imminet, quæ radijs ſuis inferiores cellulas omnes illuſtrat, Deum repræſentans, à quo ceu ſummo bono, omnes hæ facultates tanquam per radios procedunt.

O. Litera ianua eſt, per quam ſpecies rerum per quinque ſenſus exteriores ad cōmmunem ſenſum, cuius locum etiam o. litera exprimit, tranſmittuntur.

A. Phantaſiæ }
B. Memoriæ } *cellulas denotant.*
C. Rationis }

FIGVRA DVODECIMA.

Animus Deo ſimilis. An
{ Νοῦς *in anima, quaſi Deus eſt?*
{ Διάνοια *ceu filius?*
{ Vita *verò, quæ partes ſingulas & vniuerſa coniungit, ceu ſpiritus?*
} Vide *quomodo Diuus Auguſtinus.*

DE ANIMAE FACVLTATIBVS SINGVLIS SEORSIM.

DE FACVLTATE ANIMAE VEGETATIVA.

Φυτικὴ δύναμις τῆς ψυχῆς, quæ & ζωτικὴ dici poteſt, eſt καθ' ἣν ζῇ, τά, τε φυτά, καὶ τὰ ζῷα. Alia tamen eſt vitalis dicta medicis, quam in corde reponunt, κατ' ἐξοχὴν,

ἐξοχὴν, ſicut & ζῶα κατ' ἐξοχὴν dicuntur, non quæcunque viuunt; ſed animalia tantùm κατ' ἐξοχὴν: & ipſa ψυχὴ à Stoicis non tribuitur plantis, ſed animalibus tantùm. Alij fortè etiam latius vltra plantas extendunt, vt Thales; Magneti eam tribuens. *Vide Suidam in Anima.*

2 Φυτὰ { Ἔμψυχα *non etiam* ζῶα / Ἔμψυχα καὶ ζῶα / Οὔτ' ἔμψυχα, οὔτε ζῶα } ſunt { Ariſtoteli. / Platoni. / Stoicis. }

3 Animæ primus gradus ſeu effectus eſt, quem vitam ſimpliciter dicimus, & in nutritione conſiſtit: & hic ſine alijs facultatibus eſſe poteſt, aliæ ſine ipſa non poſſunt, quemadmodum & tactus ſine cæteris ſenſibus eſſe poteſt, non contra. Plantæ nutriuntur ſolùm: animalia inſuper etiam ſentiunt, ſenſu quidem tactus ceu omnium communiſsimo. Atque hinc facultatum animæ diſtinctio manifeſtè deprehenditur.

4 Nutrimenti habentis animalem potentiam, &c. *Velcurio lib 2. cap. 16. ſect. 1.* Corporis habentis animalem potentiam, melius diceret vegetatiuam; nam animales potentiæ de ſenſu motuque per excellentiam dicuntur.

TABVLA IN ANIMAM VEGETATIVAM, QVAM *aliqui animæ vocabulo nondum dignati ſunt; ſed adhuc ſub natura comprehenderunt: alij contrà animæ vocabulum latius etiam ad lapides vſque extenderunt.*

5 ANIMA Vegetatiua eſt potentia vel actus ſubſtantialis corporis phyſici, organici, quo id ipſum nutritur, augetur, & ſibi ſimile generare poteſt. Huius præcipua operatio vel ſcopus & finis eſt vita, in calido & humido tùm ſanguine (vel ei analogo humore) tùm ſpiritu conſiſtens. Conſtat autem hæc tribus potentijs, quæ ſunt,

1 { Nutritio, *quæ eſt potentia animæ Vegetatiuæ, quæ alimentum conuertit calore naturali in ſuccum animali familiarem. Et in hac conſyderantur,*

- 2 { 1. Facultates *ſubſeruientes naturales, quarum quinque ſunt, & ſubſtantiam habent in calore innato. Eſt autem vna*
  - 3 { 1. Attractrix *alimenti villis rectis, (vt à magnete ferrum attrahitur.) Hæc quidem ſola natura trahente*
    - { Abſque *ſenſu fit alibi.*
    - In *ore autem ventriculi tractio iſta ſiue ſuctio percipitur ſenſu, cum laborat vel*
      - { Fame / Siti } *hoc eſt, inopia alimenti* { Calidi *& ſicci vel ſolidi.* / Frigidi *& humidi.* }
  - 2. Retentrix, *villis obliquis.*
  - 3. Alteratrix & Concoctrix, *quæ differt ſecundũ partiũ naturam. Nam in*
    - { Ventriculo. / Meſeraicis *& iecore.* / Venis. / Partibus *ſolidis.* } *facit ex alimento* { Chylũ, *id eſt, cremorem.* / Humores 4. *primos.* / Sanguinem *purum.* / Secũdos *humores q ſunt* { Cambium. / Ros. / Gluten. } }
  - 4. Expultrix, *villis tranſuerſis.*
  - 5. Aſsimilatrix, *vbi ex vltimo alimento ſubſtantiæ ſingularum partium appoſito, quàm effluxerit,*
    - { Copioſius / Æqualiter / Parcius } *apponitur, quòd fit in* { Adoleſcentia. / Statu. / Senectute. }

In animæ Vegetatiuæ facultate Nutritiua, conſyderantur

1. 2. *Organa, &c.*

3. ¶ Concoctio, πέψις, *fit vno in loco quieſcente ſucco, & opus relinquit, vt ventriculus chylum.*

¶ Digeſtio, ἀνάδοσις & διαφόρησις (*quanquam hæ Græcæ voces nonnihil differunt*) *cùm ex vno loco in diuerſos diſtribuitur, chyli vel ſanguinis, vt ex inteſtinis in meſeraicas venas: ex iecore in cauam, inde in reliquas.*

2. Organa, *& quidem in*

- Animalibus *præcipua*
  - Os.
  - Oeſophagus.
  - Ventriculus.
  - Hepar.
  - Venæ *ſanguinis vehicula.*
- Plantis, *in quibus reſpondent*
  - Radices ori. *Eſt enim planta veluti animal inuerſum.*
  - Ἶνες & ἐντεριῶναι, *venis.*
  - Cortex *& lignum, oſſi & carni.*
  - Alburnum, *adipi.*
- ¶ Ὄργανα δὲ καὶ τὰ τῶν φυτῶν μέρη, ἀλλὰ παντελῶς ἁπλᾶ. οἷον τὸ φύλλον, περικαρπίου σκέπασμα. τὸ δὲ περικάρπιον, καρποῦ. αἱ δὲ ῥίζαι τῷ στόματι ἀνάλογον. ἄμφω γὰρ ἕλκει τὴν τροφήν. Ariſtoteles 2. de Anima. *Omne viuum eſt organicum, nil enim ſimpliciter natum eſt aut conſiſtit, ſed perpetuò gignitur, cùm anima non poſſit quieſcere. Opus igitur eſt organis ad alimentum, quæ in animalibus euidentia ſunt, in plantis analoga.*

3. Modus *& ordo, qui ex prædictis conſtat: exquiſitius quidem ex anatomicis petendus & ex facultatum ordine: primò namq; chylus, deinde ſanguis, tum humores ſecundi, &c.*

4. Obiectum, *Alimentum*
- Primum, *incoctum & contrarium corpori alendo.*
- Vltimum *& ſimile.*
- Qui *volet medium interferat.*

5. Cauſæ *conſeruantes nutritionẽ. Et ſunt ſex res non naturales, de quibus copioſius conſule medicos. Ritè adhibitæ conſeruant, ſecus corrumpunt, non hanc ſolùm, ſed & alias animæ facultates. Sunt autem*

- Aër.
- Cibi *ac Potus: quorum diſcrimina à medicis petenda. Sunt enim alia*
  - Εὔχυμα, κακόχυμα.
  - Εὔπεπτα, δύσπεπτα.
  - Εὐστόμαχα, κακοστόμαχα.
  - Εὔκρατα, ἄκρατα.
  - Ευανάδοτα, βραδύπορα.
  - Lenta *& viſcoſa, friabilia.*
  - Craſſa, *Tenuia.*

  In *quibus ſeruandus eſt ordo & modus, iuxta illud Hippocratis.* Πόνοι, σιτία, ποτὰ, ὕπνοι, πάντα μέτρια.
- Motus *& quies: quorum quidem*
  - Motus,
    - A *cibo accelerat digeſtionem, & concoctionem impedit.*
    - Ante *cibum, vtilis eſt digeſtioni, & calorem coctioni præparat.*
  - Euacuatio *& repletio.*
  - Affectus *animi. De quibus infrà dicemus in anima Appetitiua.*
  - Somnus *& vigilia. Somnus eſt quies principij ſenſuum, id eſt, cerebri. Huius cauſæ.*

Animæ Vegetatiuæ potentiæ ſunt, tres

1 † Efficiens
- Calor
- Sanguis, *vel analogos humor.*

Materia, *vapores vtiles ab alimento eueɛti & cerebrum ac ſenſoria irrigantes.*

Finis, *recreatio totius animalis & omnium facultatum*
- Nutritiuæ: *præcipuè enim concoctionem perficit.*
- Vitalis.
- Animalis, { Senſitiuæ. Motiuæ,

¶ Ordo. Επεὶ λύσαιτο φάγοιτε Εὐδέμψαι μελαγκῶς, *Homerus.*

2. Augmentatio, *quæ eſt potentia, quæ certo tempore & virtutis robore prouehit animal nutriendo ad iuſtam magnitudinem, ſecundum longum, latum & denſum: quæ tamen abſq; præcedente non conſiſtit. In hac conſyderantur;*
1. Organa
2. Obiecta } Eadem *ferè quæ nutritiuæ: à quibus tempore differunt, non cauſis.*
3. Modus & *Cauſæ. Requiruntur in augmentatione quatuor primæ qualitates præcipuè*
   - Calor, *qui ſubigit & diſponit alimentum. Hic ſi eſt*
     - Intenſior & *fortior, auget iuuenile & recens corpus.*
     - Mediocris & *temperatus, nihil auget neque minuit mediam ætatem,* ἀκμήν.
     - Debilior *ac remiſsior, minuit corpus in ſeneɛtute per accidens.*
   - Frigidum: *membra coagulat & coagmentat.*
   - Siccum: *conſolidat, continuat, atque retinet.*
   - Humidum: *reddit materiam facilem, traɛtabilem, vt eam informet membrorum formis.*

3. Generatio *eſt potentia in animantibus, qua animatum corpus alimento in ſemen conuerſo, generat ſibi ſimile ad ſpeciei conſeruationem. De qua Ariſtoteles, Naturaliſſimum opus in viuentibus generare ſimile. Neceſſariò autem ei inſeruiunt duæ præcedentes Nutritio & Augmentatio. In hac præterea conſyderatur*
1. Obiectum, *quod eſt alimentum purius & ſubtilius: vel potius excrementum vtile à poſtrema concoctione redundans, quod ſemen genitale vocant in omnibus animalibus perfeɛtis. Sunt enim quæ ſexum vtrunque non habent, et ex putredine gignuntur: item ex putredine nata, quamuis ſexu differant, tamen ſimile ſibi non generant. Sed hæc pertinent ad librum de animalium generatione, hic ſatis eſt inchoari.*
2. Organa, *eaq; in*
   - Animalibus
     - Vnde *ſeminis materia, corpus vniuerſum, præcipuè verò cerebrũ.*
     - Semen *elaborantia, vaſa ſeminaria, & didymi.* Reliqua vide in Anatome.
   - Plantis, *eaq; rurſus ſunt*
     - Latentia, *quorum etiam ſemina latent, vt filicis, adianti, &c. Sed vis ſeminalis in plantis plæriſq; per totum corpus diſperſa eſt, ita vt planta vna potentia multæ ſit, cum pars ferè quælibet ſeparata terræ commiſſa viuat: vt inſeɛtorum partes diuulſa viuunt aliquantiſper, ſed non durant; quoniam organa nutritionis deſunt. Perfeɛtis verò animalibus magis vna & collecta eſt anima,* Ariſtoteles de longit. & breuit. vitæ. *Maximè tamen ſeminum vis ineſt radicibus, illis præcipuè quæ bulbos aut gem-*

1 2

1 2 mas emittunt: et quæ lignoſæ ſunt, vt partes commodè auellantur. In quibuſdam ſtirpibus lachrymæ ſeminis vim habent.

Manifeſta, pericarpia, vel frondes aut ſurculi, in quibus ſemina naſcuntur.

Modi generationis, quomodo differant per animalium genera & ſpecies; referentur ad librum de generatione animalium.

¶ Huc pertinet etiam formatiua nominata virtus, in rerum ſeminibus latens, & ex parte ſeminum materiali corporis efficiendi membra & organa fabricans. Conferunt eam philoſophi virtutibus cæleſtibus.

DE ANIMA VEGETATIVA, SIVE FACVLTATIBVS naturalibus Tabula ſuccincta & perſpicua Iacobi Siluij Med: in libros Galeni de Natural. facult. quam Geſnerus huic ſubiungendam cenſuit.

Naturales facultates primæ ac principes ſunt

- Generatrix
- Auctrix
- Nutrix

Quæ & potentiæ vegetatrices dicuntur Ariſtotèli lib. 2. de Anima, cap. 4.

Facultatis generatricis

1. Actio, id eſt actiuus ipſe motus, eſt generatio, id eſt ſubſtantialis formæ in materia acquiſitio, ſeu ad ſubſtantiam productio, ſeu ad formam proceſſus. Ea autem vel eſt totius, vel partis, vt humorum in animali generatio ſanguinis à mediocri calore: bilis vtriusq; ab immodico: pituitæ & humoris melancholici à remiſſo, eaq; ex cibis quibuſdam magis, ex alijs minus fit, & in hac temperatura & cæteris: ſuntq; hi humores vel naturales, vel præter naturam.
2. Opus, id eſt res facta & completa per actionem, ſunt omnes corporis in vtero formatæ partes effictæ, & per generationem completæ, ad quam vſque partium perfectionem iam inde à concepto ſemine generatrix, primas partes ſuſtinet, Eamq; conſtituunt duæ facultates aliæ,
   1. Alteratrix, quæ generatim calido, frigido, humido, ſicco primis & elementaribus ſuis facultatibus ſemen & ſanguinem menſtruum ſubiectam homini generando ſubſtantiam immutat in qualitatibus tactorijs, guſtatorijs, olfactorijs, viſorijs, quibus eſt opus, vt ex ea os, neruus, vena & reliquarum partium quælibet fiat: particulatim verò agit in eam ſubſtantiam facultate oſſifica, neruifica, venifica, &c. ex miſtis quatuor primis naſcentibus, quæ particulares naturæ facultates alteratrices cuiuſq; partis ſimilaris ſubſtantiã qualis eſt, effecerunt, totq; ſunt in animali & planta, quot partes eius ſimilares deprehenduntur.
   2. Formatrix, hæc artificioſè & ſumma arte, alicuiusq; gratia materiam quæ alteratur, effingit, vt congruentem figuram, ſitum, compoſitionem, cauitates, ſoliditates, apophyſes, epiphyſes, & cætera id genus, habeat ad oſſis, nerui, &c. conſtitutionem, actioni partis futuræ ac vſus idoneam, vt nihil ſit otioſum, nihil ſuperfluum, aut quòd aliter melius ſe habere poſſit.
3. Auxiliares ac velut ancillæ facultates
   - Nutrix
   - Auctrix

   Hæ non modo fœtui iam generato in vtero ſeruiunt, ſed iam inde à concepto ſemine. Ipſum enim per nutritionem omnino augeri oportet, vt tot & tantis animalis partibus conſtituendis ſufficiat. Nutritur autem primum ſemen maſculum fœminino, deinde autem portione tenui & halituoſa ſanguinis menſtrui.

1. Actio

Facultatis auctricis.

1. Actio eſt *auctio, ideſt ſolidarum animalis partium (quarum etiam fuit generatio) ampliatio in longum, latum, & profundum, forma propria & continuitate priore ſeruata, vt cap. 5. lib. 1. de Generat. quòd ſolius naturæ opus eſt, cùm quæ à nobis extenduntur, aut diuelluntur, aut in vnam tantùm aliquam dimenſionem, non in omnes ſimul ampliantur, hæc à partu ad ætatẽ uſq; florentem dominatur, in vtero etiam (vt dixi) generatrici ancillatur, ſoli viuenti corpori ineſt. Huic vt cæteris duabus neceſſaria eſt, quæ fit per tota, miſtio.*
2. Opus, *particulæ animalis in lucem editi ad iuſtam magnitudinem perductæ: & corpus ex minore redditum maius.*
3. Auxiliares *facultates* { Alteratrix *ſeu* / Coctrix / Nutrix } De *quibus plenius ſuo loco.*

Facultatis Nutritis.

1. Actio, *ideſt nutritio, ſeu nutrimenti cum nutrito perfecta aſſimilatio, hoc eſt, cùm quod in nutrimenti ſpecie affluit, omnibus corporis quod nutritur, partibus ſolidis apponitur, affigitur, aſſimilatur, ſine ampliatione tamen: ſuccus enim omnem animalis partem nutriturus, vbi à vaſis excidit, ceu ros quidam per totam partem nutriendam diſpergitur, mox apponitur ſeu adiungitur: deinde ſiccitatem ſufficientem ac lentorem à calore natiuo adeptus, agglutinatur, affigitur, accreſcit, coaleſcit, cohæret, vnitur, quòd in anaſarca hydrope non fit, alimento aquoſiore & minus lento, ob tenuis & crudi humoris copiam à ſolidis animalis partibus excidente: demum aſſimilatur parti nutriendæ, quando primum actu eſt alimentum (cætera tantùm potentia propiore & remotiore alimenta ſunt) quod in leuce, ideſt vitiligine non fit.*
2. Opus, *partes ipſæ omnes, quandiu fieri poteſt, per nutritionem perdurantes.*
3. Auxiliares *facultates.*
   - Attractrix, *conuenientis parti qualitatis et ſucci. Hæc, vt cæteræ, in aliquo inſtrumento, vt ventriculo, renibus, vtero, hepate, liene, veſicula, medicamentis purgantibus & alexiterijs inuenta, facilè ad cæteras transfertur.*
   - Retentrix *eiuſdem, donec facta erit coctio.*
   - Coctrix *alterando & aſſimilatrix.*
   - Expultrix, *eius quod partem quantitate, aut qualitate, aut vtraq; moleſtat.*

¶ De his quatuor facultatibus ancillantibus vide reliqua apud ipſum authorem cum libris Galeni de Naturalibus facultatibus.

Cur Ariſtoteles Altricem facultatem poteſtate corpori ineſſe dixerit, cum actu inſit.

7 Vis alendi non poteſtate ineſt, ſed actu: poteſtate namq; ſi ineſſet, non aleretur animal; cur igitur hoc ſcribit Ariſtoteles? Quemadmodum figuræ priores poteſtate ſunt in poſterioribus, vt triangulus poteſtate eſt in quadrãgulo, ita anima altrix poteſtate ineſt ſenſitiuæ: & animal nomen accipit à facultate poſteriore, non priore: nam etſi altrix in belluis ſit actu, anima tamen belluarum ſentiens appellatur, & altricem comprehendit, nec intelligitur ita, quaſi non inſit, ſed à nobiliori nomen accipit.

Quæ ad generationem neceſſario requirantur.

8 Opus naturale viuentium eſt generare: Ad generationem verò tria requiruntur. Primo vt ſint perfecta, deinde ne ſint orbata, & nec ſponte genita: ſi horum aliquid deſit, nulla perfecta generatio fieri poteſt. Dicitur autem perfecta generatio eorum, quæ ad naturam perfectam peruenerunt, nam ante hoc tempus nihil eſt, quòd aliud ex ſe generare poſsit: vt homo ante annum 14 generare

non poteſt, non enim ſemẽ emittit, quo tempore pubes oritur. Quemadmodum in ſtirpibus flos fructum præcedit, ita pubes ſemen. Quæ igitur animalia ad maturam ætatem peruenerunt, hęc generare aliud poſſunt. Requiritur deinceps ne ſint orbata, hoc eſt læſa, vel mãca. Læduntur verò duobus modis, natura & arte. Natura, vt ſteriles: Arte vt Eunuchi, ſeu craſtrati. Tertio loco requiritur, ne ſint ſpõte genita, neceſſe eſt vt ſint ex ſemine prognata. Quæ ſponte gignuntur, vt ex materia putri, ea aut non generãt, aut generant quæ ſunt nec mas nec fœmina. & ea, quę ſecundo ab his generarẽtur, generarent etiam ſimile ſuæ ſpeciei. Quoniã autem natura non patitur infinitum ſpecie, ergo generatio in his non conſiſtit. Quibus hæc tria affuerint, his naturale opus maximè eſt, vt gignant tale, quale ipſa ſunt: non tamẽ requiritur ſimilitudo exquiſita, eſſe tamen ſimilitudo aliqua poteſt: & ſi quæ eſt diſsimilitudo, ea eſt ſecundum genus.

Nutritio & augmentatio à calore natiuo fiunt.

9 Calorem innatum & humiditatem innatam, ἔμφυτον & φυσικὸν dicere ſolemus: frigiditatem verò & ſiccitatem natiuam non item. Præterea calor innatus noſter temperatus eſt & humidus natura, non ſiccus. Ad nutritionẽ igitur opus eſt interno calore concoquente: ſed quia accidit, vt omnis calor materiæ, in qua eſt, humorem digerat euaporetq́, atq; ita minuat & ſiccet: ſemper opus eſt nouo alimento, vt calori agenti materia ſuppeditetur, ne in ipſam partiũ corporis ſubſtantiam graſſetur: vt in hecticis & phthiſicis fit: quanquam in illis non natiuus calor, ſed febrilis quidam & præter naturam eius mali cauſa eſt.

10 Augmentatio fit, & totum maius efficitur, aliquo adueniente eôdem ſecundum ſpeciem, & non (vel non ſolùm) ſecundum materiam. Aduenit autem aliquid ſecundum ſpeciem, cùm ſimilem formam & ſpeciem rei, cui aduenit, obtinet: ſecundum materiam verò, quòd ſimilem retinet materiam, ſpeciem verò nõ. Vt enim ſi aliqua menſura continuè aquam aquæ ſuccedentem metiatur: quæ continuè aduenit, idem ſecundum ſpeciem eſt: ita ſi adueniens carni carnis formam accipiat, idem fuerit ſpecie. Quod ſi aquę non aqua accederet, & carni non caro, quòd adueniret ſecundum materiam diceretur, non autem ſecundum ſpeciem, nec fieret augmentatio.

11 Id augetur, quod ante & poſt idem manet ſubſtantia. Ergò corpus cui apponitur cibus augetur: non autem id quod apponitur. Non tùm dicimus aquam eſſe auctam (quæ potius paucò in multo vino veluti corrumpitur) neq; ſimul vtrumq;: ſed vinum duntaxat, vt cuius & quantitas & vis in tali mixtione maior ſit & ſubſtantia permaneat.

HISTORIA NATVRALIS FACVLTATIS IN PVERO MIRABILIS. CONRADVS Geſnerus medicus Tigurinus Lectori S.

ANNO Domini M. D. XLIX. natus eſt puer in agro Tigurino, ditione Kiburgenſi, parochia Vuiſnanga, vico Teillunga, Maij die XXVI, qui erat dies Dominicus ante Aſcenſionem Domini, circa duodecimã noctis horam, parentibus Ioanne Vualtero & Barbara Saxeria, coniugibus. Hic puer à parocho loci Henrico Meſicommero baptizatus, & Henricus appellatus eſt. Incrementum eius per infantiam & primos pueritiæ annos omnibus miraculo fuit. Nam cùm hoc tempore ſex tantum annos ætatis abſoluerit, proceritate tamen adoleſcentem annorum quatuordecim æquat, craſsitudine & cor-

& corpulentia ſuperat. Vox ei ampla & valida. Genitalia non minora quàm circa annum vicesimum eſſe ſolent, pubertate etiam hiſpida. Nec dum creſcere deſijt. Annos quinq; natus onera magna iam portabat, vt mediocrem ſaccum (quē noſtri modium vocāt, eſt autem quadruplus ferè ad modium veterum Romanorum) tritici. Frugum in areis trituræ, quas perticis noſtri flagellant, & moderādo aratro inſtar viri adulti ſatis facit. Ingenium tamen adhuc puerile. Parentes hominis mediocris modum non excedunt. Hoc ita ſe habere, ciues Tigurini hoc tempore pleriq; omnes nouerunt, & puerum à patre adductum plurimi ſpectarunt. Et ego quinquennem domi meæ vidi, accerſitum vt ampliſsimo viro Vlricho Fuggero Kirchbergæ & Vueiſſenhorni Comiti &c. thermis noſtris curandæ valetudinis gratia vtenti, ſpectandum mitterem. Volui autem publicè hoc teſtari, quòd audirem eſſe nonnullos, qui de pueri ætate & rei veritate dubitarēt: Tiguri, anno Domini M. D. L V, Septembris die X X I I.

DE SENSIBVS EXTERIORIBVS IN GENERE MEDITATIONES.

SENSVVM NOMINVM, ETYMOLOGIAE *& interpratatio.*

LATINA. Senſus, à Grçcò αἴσθησις, S. litera præpoſita, & ſi tenuibus vocalibus vix vnquam S præponunt. Latini à Græcis mutuant: denſis verò ſæpiſsime, vt ὗς, ὕπερ, ὅλος, ἅγιος, &c. ſus, ſuper, ſolidus, ſanctus.

Viſus, à Græco ἰδεῖν.

Auditus, ab aure: hæc ab hauriendis ſonis ac vocibus, ideſt, in cauum ſuum recipiendis, vel à Græco οὖς, ὠτὸς. O enim olim per au efferebatur, vt olla, aula. Auris oſna, quaſi Chaldaicum in Munſteri trilingui.

Odoratus, olfactus, ab odore, olendo, & Græco ὀδμή.

Guſtus, à Græco γεῦσις.

Tactus fortè quaſi Tinctus: & tango, quaſi tingo, ſicut & in compoſitis: nā qui tangit res, is manus & digitos quaſi intingit.

Græca. Αἴσθησις, quaſi εἴσθησις dicitur.

Ὁρᾶν ab Ebraico Ruah.

Ἀκούειν fortè quaſi ἀκεῖν τὸ οὖς, ideſt, acuere aurem & intendere ad auditum. Videtur enim ἀκεῖν pro acuere poni poſſe. Terentius, Arrige aures. vnde & ἀκόνη, hoc eſt, cos ab acuendo: & ἀκὴ vel ἀκὶς, cuſpis, acumen, acus, acicula, &c. dicimus etiam Germanicè aures acutas, ſcharpfe oren/ quæ auditu valēt. Ab hoc nō differt ἀκροᾶσθαι, auſcultare, diligenter & cum ratione audire, hominis proprium & diſcipulorum.

Ὄσφρησις, ἡ φέρουσα τὴν ὀσμήν.

Γεῦσις fortè quaſi χεῦσις. Γευστὰ enim ſunt ſola τὰ χυτὰ καὶ χεῖσθαι δυνάμενα, id eſt, quæ humore dilui poſſunt: vnde & χυμοὶ ſapores dicti & χυλοὶ ſucci. Latinis ſuccus à ſugendo. (Alijs χεῦσις, quaſi δεῦσις ab irrigando: guſtus enim intercidente ſaliua aut humore aliquo fieri videtur.)

Ἁφὴ, ἅψις, ἅπτεσθαι, per methaphorā ab inanimatis ſe cōtingentibus, quæ ἅπτεσθαι dicuntur, ἅπτω aūt quaſi ἁμάπτω; nam πτω terminatio abundat, vt à ῥῶ, βῶ, θῶ, fiūt ῥάπτω, βάπτω, θάπτω. Inde ἁφὴ, tactus & vinculum, Germanicè hafft. *Vide plura de huiuſmodi terminationibus in indice Euſtathij.*

Germanica, Senſus, empfintnuß/ab inueniendo, offendendo, ceu obuium obiectum, pulſanſq; offendere.

Sáchen an Hebraicè chaſa, per metatheſin.

Hóren ab aure, vt Hebræis etiam oſen/vnde hoeſen/auſcultatio.

Schmócken noſtri ab ὀσμὴ per aphæreſin. Riechen ab ruach Hebraico (aliis Germanis) ſmócken verò pro ſapore: quod placet diſtinctionis cauſa.

Verſuchen/ideſt, inquirere, nam inquiſitio via ad cognitionem eſt küſten/guſtare, ein gůter guſt.

Anrůren/ciere, ὀρεῖν, ἐρωεῖ: vel à motu, nullus enim motus ſine contactu fit, růren/roden/ἄραδος, motus, δακεῖν roden.

De nominibus ſeu appellationibus rerum, quæ ſenſu percipiuntur.

2 Senſibilia cùm percipiuntur vel ſentiuntur: viſibilia quidem apparere dicimus, Græcis, φαίνεσθαι: ἀκουστὰ verò vel γεγωνειὰ, ſonare, ἠχεῖν: ὀσφραντὰ verò olere, ὄζειν: guſtabilia, ſapere, Græci (ni fallor) vocabulo carent ſicut & noſtri, qui ab adoratu verbum huc transferunt, alij tamẽ diſtinguunt riechen & ſchmócken (circa tactum verò nullum huiuſmodi verbum habemus, quoniam variæ eius differentiæ ſunt.) Omnia autem hæc verba, Grammaticis neutra, Dialecticis actiua ſunt. Ipſa verò ſentiendi verba, Videre, Audire, &c. Grammaticis actiua, Dialecticis paſsiua ſunt. Videntur autẽ hæc ipſa à neutris ſupra dictis reipſa nihil differre. Nõ ſemper enim quòd ſonat, auditur, audibile verò ſemper eſt: nec olens, odore percipitur, olfactile tamen ſemper eſt. Germani non ita diſtincta habent vocabula, in guſtu & olfactu; ſed noſtri olere, olfacere. Sapere vno verba ſchmócken complectuntur.

Senſuum nomina ad intellectum quoq; accommodari.

3 Senſus omnis eſt cognitio quædam: & nomina ſenſuum ad intellectũ quoq; trahuntur. Videre enim pro intelligere ponitur: vt & olfacere aliquando: vnde & ſagaces pro induſtrijs, ingenio promptis & ſolertibus. Et à guſtatu ſapere dicuntur homines. Ab auditu fortè non item; quanquam μανθάνειν, ideſt, diſcere aliquando pro audire puto accipitur: & ἀκροᾶσθαι non ſimpliciter ἀκούειν eſt, ſed μετὰ σπουδῆς καὶ λόγου ἀκούειν, vt diſcipulus præceptorem (Similiter in viſu τὸ ὁρᾶν ἢ βλέπειν, à θεᾶσθαι & θεωρεῖν differt.) Tactui minimum cum intellectu commune: quamobrem ſi quæ facillima intellectu ſunt, & omnibus nota, ea vel tangi aut palpari poſſe dicimus.

4 Senſus nullus eſt ſine organo: quamobrem dicitur vis non tantum animæ ſed etiam totius animati, ideſt animæ & corporis, Sauanorola.

5 Omne organum eſt quaſi medium coniunctum, & debet eſſe proportionatum medio extrinſeco.

6 Senſus quiuis vnum tantùm genus obiecti habet, cuius extrema & media iudicat: excepto tactu, cuius ſenſilia plura & non ὑπ' ἄλληλα ſunt.

7 An circa omnem ſenſum motus quidam eſt τοῦ αἰσθητικοῦ ἢ τοῦ αἰσθητοῦ, præterquam circa viſum? ſonus mouetur aëre icto, itemq; odor & ſapor cum ſuo ſubiecto vt & qualitates tactiles?

8 Cur ſenſus confertur quaternario? An quia non ſentiuntur, niſi corporea; hæc autem quatuor principijs conſtant, puncto, longo, lato, profundo.

8 Senſus à Mente quid differat, vide inferius de mente, & apud Suidam in Αἰσθήσεις.

Senſibi-

Senſibilium diſtinctio.

- Senſibilia
  - Per ſe.
    - Propria, *primariò, vt*
      - Color.
      - Sonus.
      - Odor.
      - Sapor.
      - Qualitates.
      - Hæc *maximè propriè ſenſibilia ſunt: & in his non fallitur ſenſus.*
    - Communia, *ſecundariò ſentiuntur, nec ita certò.*
      - Motus
      - Quies
      - Figura
      - Magnitudo
      - Numerus.
  - Per *accidens.*
    - Subſtantiæ, *ſubiectæ qualitatibus ſenſibilibus.*
    - Locus
    - Vbi
    - Circa *hæc cõtingit decipi ſenſu. Vel potius* τὸ πᾶν *ſenſile cõmune eſt,* μέγεθος τοῦ διαστήματος. *Et circa hoc non adeò fallitur ſenſus vt circa eſſentiam.*

10 Senſus omnis primùm ſentit proprium ſuum obiectum: vt Viſus eminus colorem rei: mox magnitudinem & figuram aliquam: & motum vel quietem. Deinde cum propius acceſſerit, formam externam, ex qua ſenſus communis (aut Phantaſia fortè, ſi ea quoq; præſentium eſſe poteſt, & cum ſenſu præſenti agere; vt cum motum in animalibus excitat ex iucundo vel vtili aliquo conſpecto.) An intellectus contrà, ſubſtantiam primùm: cui deinde Phantaſia addit accidentia. Ariſtoteles enim puto Phantaſiæ tribuit & Appetitui hanc vim mouendi.

Rurſus circa ſubſtantiam, primùm res cognoſcit γενικώτερον: deinde εἰδικώτερον: vt quòd accedit primùm animal eſſe, cum mouetur, aut formam animalis aliquam habet: deinde equum vel bouem eſſe: tertio Socratis equum. Sed hoc etiã circa viſum euidentius quàm cæteros ſenſus contingit. Ergò fortè potius in viſu hoc ita ſe habet, in cæteris non, vel non tàm manifeſtè. De alijs quidem ſenſilibus alij aliter iudicant, in eo quod alia alijs gratiora aut ingratiora ſunt. In coloribus verò gratis aut ingratis maior conuenientia iudiciorum eſt. Hæc perpendenda diligentius & examinanda tantùm proponuntur.

Quarum rerum iudex ſit ſenſus.

11 Senſus omnis eſt κριτικὸς, Primò quidẽ, Sui vel proprij obiecti, idq; Mediocris maximè. Nam ſi perexile ſit illud, ἀναισθητὸν eſt aut dicitur, non quòd prorſus non ſentiatur, ſed quòd vix & ægrè, φαύλως pro μόλις. Sin verò nimium excellat obiectum, id quoq; ἀναισθητὸν eſt: quoniam corrumpit ſentiendi vim, quę tantùm obiectum non ſuſtinens, φαύλως αὐτοῦ καὶ μετὰ βλάβης αἰσθανομένη.

Deinde κριτικὸς eſt, Contrarij priuatiuè, vt viſus tenebrarum, auditus ſilentij: per accidens. Hæc ἀναίσθητα κατὰ στέρησιν, non κατ' ἔλλειψιν aut ὑπερβολὴν dicunt. αἰσθητὰ μὲν δυνάμει: ἀναίσθητα δὲ ἐνεργείᾳ.

Tertio modo κριτικὸς eſt ſenſus, Contrarij toto genere differentis, & ad aliũ ſenſum pertinens, ſenſus nullus κριτικὸς: Sic ſonum ἀόρατον dicimus. Hæc enim ſunt ὅλως καὶ ἁπλῶς ἀναίσθητα.

TABVLA ET EXPOSITIO IN VLTIMAM QVAEſtionem libri ſecundi de *Anima*. *An ea quæ ſenſibus carent, à qualitatibus ſenſibilibus affici poßint? quam Ariſtoteles conciſè obſcureq́; tractauit, & interpretes variè interpretantur.*

12 Corpora omnia patiuntur à qualitatibus ſenſibilibus: ſed diſsimiliter.

Animalia ſuis organis, admittendo qualitates tãtùm ſine materia (quare caro, q̃ materiam quoq; admittit, & actu calfit, aut refrigeratur, &c. non organũ tactus, ſed medium tantùm exiſtimatur.) Sed hæc non propriè patiuntur. Sic enim à potentia ad actum & perfectionem producuntur. Et finis huius mutationis eſt κρίσις, cognitio.

Inanimata. Propriè, à calido, frigido, humido, ſicco. Hæc enim ceu inſtrumenta ſunt, quibus natura agit per elementa. & omnes naturales mutationes primariò per has qualitates efficiuntur.

Impropriè & per accidens, à ſono, odore, colore, ſapore. Non enim has qualitates admittunt ſine materia, quemadmodum ſenſus faciunt, ſed vnà cum materia: qua ſubeunte vel penetrante patiuntur, ita vt vel illo corrumpantur: ut lignum vel lapis à tonitru, aëre illo penetrante, ſono autem per accidens. Vel qualitatem retineant, idq; interdum Breuiſsimè, & dum tranſit tantùm, vt fluxa & ἀόριστα, ſcilicet aër & aqua cùm aliàs, tùm quando ad ſenſus tranſmittunt colores & ſonos præcipuè. Interdum Diutius: vt ſolida corpora. Odores enim & ſapores diutius inhærent, vt ſal, aut ſalſugo in veſte, quam & erodit: & odor etiã in veſte, rei odoratæ, quæ cum coniuncta fuerit, ut moſchi, vel caſtorij in arca.

¶ Senſuum etiam organa aliquandiu impreſſas ipſis qualitates retinent: diutius quàm ἀόριστα, breuius quàm ſolida.

¶ An vt ſonus, non tanquam ſonus, ſed tanquam percuſsio aëris, plantas & inanimata afficit: ſic odor etiam, ſapor & color, non per ſe, ſed quatenus materiæ alicui omnino inſunt, ea inficere, aut afficere poſſunt. Per ſe enim non poſſunt niſi ſenſus afficere, ad quos relatiuè dicuntur. Color enim eſt obiectum viſus: & viſus eſt coloris viſus. Sic cætera ſimiliter.

Senſum alium per vnum, alium per duo media fieri, quòd facit ad explicationem verborum Ariſtot. 3. de anima cap. 1. Ἀνάγκη τὸν ἔχοντα τὸ τοιοῦτον αἰσθητήριον ἀμφοῖν αἰσθητὸν εἶναι, &c. Simplicius αἰσθητικὸν.

13 Obſcura hæc verba ſunt: & ex Themiſtio, vt mihi videtur, vix, aut prorſus non aptè exponi poſſunt. Videtur autem horum verborum is ſenſus eſſe. Qui habet ſenſorium aëreum, is neceſſariò, quicquid per aërem ſentiri poteſt, ſentiet: qui verò aqueũ, quicquid per aquã. Verùm hoc in homine tãtùm verũ eſt: tum ſcil. cũ per aërẽ videat colores, per eundẽ etiã audire (non tñ inſtrumẽto) in alijs nõ itẽ. Talpa per aërẽ, audit quidẽ, non aũt videt. At ſi plura ſint media vnius rei ſenſibilis, vt aër & aqua, coloris: ſi alterutrũ nobis adſit, ſufficiet ad id noſcendũ, quòd per alterũ quoq; noſci poterat. Probatur aũt & hoc & illo modo, medium nullũ nobis deeſſe, poſteriore quidẽ modo melius & verius, *Simplicius*. Siue conſideres vnũ ſenſibile, per diuerſa media ſentiri, vt colorẽ per aërem & aquam, medium vnum ſufficiet ad vtrumq; ſenſibile. Siue diuerſa ſenſibilia per vnum medium ſentiri: nam ſic quoq; medium vnum ſufficit, vt aër ad colores & ſonos. Ergò medijs nunquam deſtituimur, niſi fortè per accidens contingat nos probè iudicare, ex vno ſcilicet ſenſu, quod oportebat ex vtroq;. Sicut etiam de Cleonis filio per accidens iudicamus, aliàs benè, aliàs malè.

Senſus

Senſus quidam fieri poſſunt, Per vnum mediũ duntaxat, vt guſtus & tactus: itaq; illud idem ſemper in eis requiritur. Per duo media, nec refert vtrumuis ſit (per alterum tamen melius) vt viſus, auditus, olfactus per aërem vel aquam. An per ignem, quod nimis remotus ſit, non datur medium: & ſi apud nos eſſet, in aëre & nõ ſuo loco eſt. An ignis ſupra aërem ὑπέκκαυμα potius, quàm ignis, perque illud ceu & ipſum διαφανὲς, cœleſtia corpora videmus? Terra qualitates transmittere non poteſt.

14 Nullum αἰσθητήριον nobis deeſſe videtur, nam & ex ſingulis elementorum conſtantia habemus: vt pupillam ex aqua: auditum ex aëre (in aquaticis verò etiam ex aqua) odoratum ex vtroq;, θάτερον, iſtorum. Nam ex terra & igne natura nullum fecit organum. Ignis enim ceu vis quædam caloris communis, omnibus ineſt. Terra nimis craſſa eſt, & ad Tactum magis, quàm cæteros ſenſus pertinet. Ergo tactum habemus ex pluribus elementis. Talis enim eſt caro, ſi debet ea in æſtheterijs poni.

15 Αἰσθητικὸν dicitur vel

- Totum *aliquod, vt animal*
- Totius *pars, quæ eſt vel*
  - Incorporea, *vt anima ſenſitiua, & ipſa δύναμις ſentiendi*
    - Communis, *Senſus primus.*
    - Particularis, *vt vis*
      - Videndi
      - Audiendi
      - Guſtandi
      - Olfaciendi
      - Tangendi

      } Non *amplius anima.*
  - Corporea, *quæ & αἰσθητήριον dicitur*
    - Communis, *Cor Ariſtoteli.* Cerebrum, ideſt anterior pars ſeu cauitas cerebri, Medicis: vnde nerui molliores, & ſenſiui oriuntur.*
    - Particularis, *vt*
      - Oculus
      - Auris, *vel meatus auditorius.*
      - Naſus, *vel meatus odorandi.*
      - Palatum, *ſeu Lingua.*
      - Cutis.

      } *cuius pars principalis eſt.*
      - Humor *cryſtallinꝰ.*
      - Aër *ingenitus.*
      - Proceſſus *mãmilla-*
      - Saliua. *(res.*
      - Cutis *interior.*

Quomodo & quando Senſilia non rectè à Senſibus vel etiam Communi ſenſu percipiantur.

16 Senſilia nõſcuntur aliâs quidem Per ſe, idq; vel primò, quæ nimirum propria ſunt cuiuſq; ſenſus: vel ſecundò, vt communia ſenſilia. Vtraq; autem alterant ſenſum. Aliâs verò nõſcuntur per Accidens, vt Dulce à viſu; mel quod eſt flauum videnti: & quicquid proprium ſenſus alterius ſenſibile eſt. Præterea Priuationes, vt ſilentium ab auditu. Itemq; Subſtantiæ, quæ primò & propriè à ratione aut phantaſia iudicantur.

Decipimur circa ſenſibilia: nempe ſenſus communis decipitur, qui non modo τῆς ὄψεως καὶ γεύσεως, ſed ſenſuum omnium communis eſt facultas. Is autem decipitur cum vni ſenſui iudicium permittit, quòd iudicare duo debebant, vt cum ex flauo colligit dulce, quia olim viſu mel vidente & lingua guſtante, illis duobus ſimul agentibus mel flauum ſimul & dulce eſſe iudicauerat: poſtea cum etiam alter tantum ſenſus agit ſine altero, illi ſoli permittens iudicium, decipitur

(*In Ariſtotelis texta lib.3. cap.1. explicans hunc ſolum* ἢ ὅταν συμπέσωσι γνωρίζομεν. *Geſnerus legit*, ἢ ὅταν συμπέσωσι.) malim enim, vt ijs iunctis, probè iudicemus: nō iunctis, male.

16 Senſuum obiecta alia ſunt

- Sua *cuiq;, vt prædicta ſunt: quæ per ſe percipiunt; & eorum contraria per accidens, vt viſus tenebras.*
- Communia, *quia ab omnibus vel pluribus ſenſibus percipiuntur. Sunt autem.*
  - Magnitudo, *omnes enim qualitates ſenſibiles recipiunt magis & minus. Magnitudo verò propriè dicta ad quantitatem pertinet: quæ à tactu per ſe ab alijs ſenſibus per accidens percipitur.*
  - Figura, *quæ propriè pertinet ad quartam ſpeciem qualitatis, & tactu percipitur. Reliquorum ſenſuum obiecta (guſtatus, olfactus, auditus) acuta vel obtuſa, ideſt, intenſa vel ignaua metaphoricè dicimus.*
  - Numerus.
  - Motus.
  - Quies *vel* Situs.

17 Senſilia communia quinq; & cur communia dicantur & quomodo, vide Suidam in Αἰσθήσει: quod non ideò tanquam omnia ad omnes ſenſus pertineant, ſed tamen ad plures vno.

Percipiuntur enim

- Magnitudo ὄψει καὶ ἁφῇ: *audimus impropriè. Sonus.n. qualitas eſt (nō continuum) quem oportet potius* ἀμυδρὸν ἢ σφοδρὸν *dicere, quàm* μέγαν.
- Figura, *ſimiliter* ὄψει καὶ ἁφῇ, *in genere ſcilicet, quòd aliquid circumſcriptum ſit aliquo modo: nam quod* τετράγωνον *vel* ὀκτάγωνον *ſit ratione accedente iudicatur, &c.*
- Motus & *Quies (de his nihil dicit) ſed videntur hi etiam ad tactum & viſum pertinere: & ad auditum quoq;, ſed per accidens.*
- Numerus, *ad omnes ſenſus.*

18 Senſilia communia cum proprijs ſimul & eodem tempore ſentiuntur: nam neq; colorē ſine magnitudine, neq; magnitudinē ſine colore videre licet. *Herm. Barbarus.* Ergò forma externa, non eſt commune ſenſile ad viſum & tactum: à viſu enim eodem tempore percipitur, à tactu verò non item.

19 Communia ſenſilia nunquam ſola, ἀλλὰ σὺν τοῖς ἰδίοις πάντως καὶ ἀφωρισμένως, καὶ πλεοναχῶς προχώρησιν δρῶσιν εἰς τὸ αἰσθητήριον.

Vtrum ſenſus ſemetipſos ſentire ſeſe ſentiant, & quomodo.

20 Corpus omne, quia diuiſibile eſt, partes locis diſtinctas habet, ipſum ad ſe conuerti non poteſt: at quòd indiuiſum & ſimplex eſt in ſeipſo, conuerti ad ſe poteſt, vt Mens, & ſenſus etiam in homine ſeipſum cognoſcens immitatione quadam mentis, fitque rationalis quodammodo: non tamen vt ratio ſuam quoque eſſentiam & potentiam noſcit, ſed actionem ſolùm: neque ſeipſum ad agendum excitare poteſt, vt ratio. Viſus ſeipſum noſſe non poteſt, niſi per colorem: ſi autem per colorem, oportet ipſum coloratum eſſe: at hoc quomodo erit, cum incorporeus ſit? Sic Ariſtoteles argumentatus quoque eſt de Tactu. Tactus ſentit corporum differentias: ſentit autem ſeipſum, ergò ipſe corporeus erit. In hac circa viſum quæſtione, ſimiliter argumentemur. Viſus aut ipſe ſe ſentit, aut ab alio ſentitur: Sentiatur ab alio, de eo rurſus idem quæremus, noſcat

ne ſeſe,

ne ſeſe,an ab alio noſcatur. Si is quoq; ab alio; & ſic deinceps, abitur in infinitū. Sin id minus,aliquis ſeipſum noſcat oportet: ſed id cur non æqualiter etiam illi de quo primum quæritur concedimus?

Quomodo ſenſibilia mentem habere dicatur.

21 Quod ſenſus non fiat citra mentem: ea enim alio intenta obiecta ſenſilia nō percipit. Igitur ſi ſenſus non fit ſine mente, omne ſenſibile mentem habebit. Ariſtoteles non mentem ſed ſenſum communem eſſe dicit, qui ſenſibus apprehenſa agnoſcat dignoſcatq;, quam deinde agnitionē ſequitur appetitus, ideſt ὁρμὴ ἐπί τι ἢ ἀπό τινος. Anima non facilè ſimul mentis & ſenſuum operationes exercere poteſt. Propterea qui menti operam dant, & aliquid contemplantur, eò commodius id agunt, quo pauciora ſenſilia vel placidiora eis offeruntur; commodiſsimè ſi nulla. Sunt enim eorum obiecta ferè contraria.

Mens *namq;*
- Introrſum *vocat*
- Cogitat *vniuerſalia*
- Incorporea
- Futura.
- Præterita.
- Immortalia.
- Simplicia.
- Incipit *à ſenſu.*

Senſus *his contraria.*

Senſus & mens quomodo rerum ſpecies apprehendant, & quid in eo differant: de qua re vide etiam inferius de Mente.

22 Senſus rerum ſenſilium ſpecies ſine materia in ſe recipit apprehenditq;: & mens ſimiliter. Sed ſenſus tamen ita cognoſcit ſua obiecta, ceu materiæ inhærentia, cum proprijs enim ſenſilibus ſemper communia quoq; ſentiuntur, vt numerus, magnitudo, motus, &c. Mens verò, hæc nec tanquam materia ſpecies intelligibiles accipit, nec tanquam materiæ inhærentes intelligit: ſed ipſos per ſe ab omni materia ſeiunctas, vt album, non cum figura & magnitudine.

Nec ſenſus nec mens, materiam ſe præbent rebus quas cognoſcunt. Corpus verò, ſpeciem aliquam in ſe recipiens, à qua patitur, materia eius fit. Senſus à ſenſili non patitur; ſed ipſum iudicat.

Senſus etſi non eſt alteratio, cum ea tamen fieri videtur. Mens non item.

Mens potentia rerum omnium nihil eſt actu: potentia verò omnia eſt: nam omnia contemplari poteſt, tùm ſenſilia (ex ijs quoq; intelligibilia faciens) tùm quæ ſuapte natura intelligibilia ſunt (ſic ſenſus propriam in ſe ſpeciem nullam habent, & omnes receptare queant.) Fit autem id ipſum quòd intelligit.

Νόημα & ἔννοια: ſpecies quædam vniuerſalis, recens à ſingularibus abſtracta: quæ deinde cōfirmata, vt nihil amplius indigeat ſenſibus, νοῦς eſt, ὁ ἐν ἕξει ſcilicet.

Senſus aliquo modo afficitur à ſenſilibus (quoniam corporeis organis vtitur.) Mens verò ab intelligibilibus, nihil. Itaq; ſenſus non poteſt ſentire minora ſenſibilia poſt maiora. Mēs verò minora intelligibilia poſt maiora nihilo minus, aut etiam magis intelligit.

Senſus ab excellenti ſenſibili patitur: intellectus ab intelligibili non patitur. Senſus paulatim fit, & ad proximum tantùm: intellectus non ſic. Oculus hominis externo luce indiget vt videat: intellectus verò res quas contemplatur, ſua ipſius luce illuſtrat. Quod & animalium quorundam cæſijs oculis accidit.

Senſoria vel à paruis ſenſilibus affici.

23 Affici ſenſoria etiam à ſenſilibus paruis argumento ſunt oculi in mulierib. menſes patientibus, vt ex ſpeculis conſtat: cum alioquin affectus is tam obſcurus ſit, vt non percipiatur à nobis. Ergò etiam in ſomnis nimirum licet exiles in nobis rerum imagines & obſcuræ ſint receptæ, ſenſus tamen & phantaſiam mouere poſſunt.

DE SINGVLIS SENSIBVS meditationes.

1 SENSVS eſt potentia animæ, qua indiuidua obiecta apprehendit & cognoſcit certo organo. Eſt autem duplex: nam alius eſt

Exterior } cuius organum { extra } cerebrum.
Interior } cuius organum { intra } cerebrum.

2 SENSVS EXTERIOR igitur extra cerebrum poſitus, particularia tantùm eaque non niſi præſentia noſcit: qui eſt quintuplex.

1. Viſus. 2. Auditus. 3. Olfactus. 4. Guſtus. 5. Tactus.

DE SENSV VISVS meditationes.

1 Oculi lucis vſu, vitam à tenebris & morte diſcernere videtur. Etenim quam miſerum quam'que funeſtum eſt cœcitatis malum?

Quod in cœlo ſol & luna, id ipſum oculi in homine.

Oculorum ſplendor, ingenij ſolertiſsimum acumen præfert. Exemplo Mineruæ quæ Glaucopis dicitur, color pupillæ glaucus, hoc indicat.

Minerua γλαυκῶπις.

Vti vultus, animi imago eſt, ita indices oculi.

2 Cauſa viſus,

- Materialis, *τὸ ὑποκείμενον, oculus, pupilla, humor cryſtallinus.*
- Efficiens { In *re quæ videtur, color vel ſuperficies ſuo colore.* / Extra *rem, Lux, lucis præſentia in diaphano.* }
- Formalis, *& ipſa efficiens, ἡ ὀπτικὴ δύναμις: ſpiritus viſiuus,*
- Sine *qua non, diaphanum, vehiculum colorum.*

3 In quæſtionem venit, contrarium'ne luminis tenebra ſit, an eius priuatio? ſicuti vocis ſilentium, & motus quies. Voluptas autem euidentior in hoc ſenſu eſt, propterea quod ſubſtantia eſt craſsiore: ſicut in odoratu adhuc manifeſtior eſt delectatio, propterea quod eius ſubſtantia eſt magis craſſa. Quanto enim aer ſplendore eſt craſsior, tantum aëre craſsior eſt halitus. Eſt verò ſplendoris quidem ſenſus viſus, aëris verò auditus, halitus odoratus, æque ſcilicet vt humidæ naturæ guſtus, & ſolidi corporis tactus. *Galenus*, De ſympt. cauſis.

4 Διαφανὲς { Ἐνεργείᾳ, *& ipſum quodammodo videtur, & vt alia videantur in cauſa eſt.* / Δυνάμει, *tenebræ, nec ipſæ propriè videntur, & alia videri non ſinunt.* }

DE VISV TABVLA.

5 VISVS eſt ſenſus percipiens oculis lucem & colorem tanquam propria obiecta: magnitudines verò & figuras, numerum, motum & quietem corporũ, tanquam communia obiecta. Eſſentia eius eſt in ſpiritu animali, qui per neruũ viſiuum invehitur. In hoc conſiderantur.

Orga-

† Organum, *oculus: & in oculo cryſtallinus humor: hunc cætera*

Partes
- Muniunt, *vt cornea, palpebræ.*
- Delectant, *vt colores in vuea.*
- Promouent *vt acutius cernant.*
- Mouent *nerui.*

Modus: *Forinſecus in oculum immiſſo radio vel ſpecie viſibili, quæ pyramidis forma attenuatur, & à cryſtallino tanquam ſpeculo excipitur. In animalibus quibuſdam conſtat non immitti ſolùm lumen, ſed etiam emitti (quòd ego ad proxima tantùm videnda ſufficere putârim.)*

Medium, *vel cauſa ſine qua non, corpus perſpicuum, διαυγὲς, διαφανὲς, & hoc vel eſt*
- Simplex, *aër, aqua.*
- Mixtum, *vt cryſtallus, vitrum, lamina cornea, &c.*

Medium *hoc pro craſſamenti vel puritatis differentia viſum vel promouet vel impedit.*

Finis, *cognitio: vel propter incolumitatem corporis, vel voluptatem etiam aliquando (& hic finis cæteris quoq; ſenſibus communis eſt.) in homine verò etiam ad contemplationem cæli: & quòd rurſus cum alijs ſenſibus, ſed in homine tantùm commune eſt, ad collectionem vniuerſalium.*

Obiectum *ſeu viſile*
- Primo *& per ſe,* Lumen: *quòd eſt ſpecies propagata & diffuſa à luce, vt à ſole ſpendor & radij vndiquaq;. Nam lucem vocant recentiores fontem ipſum, id eſt, qualitatem in corpore lucido vt in ſole, ſtellis, cælo.*
- Secundario, *Color, qui eſt qualitas mixti corporis participans lucem.*

Lux, Lumen

Colorum autem ſpecies nominatæ ſunt hæ.

Extremus:
- Albus, *λευκὸς, candidus, natiuus, lacteus, niueus. Hic viſum maximè diſpergit.*
- Fuſcus, *pullus, φαιὸς, infumatus:* grauw / eſchenfarw / eſelfarw.
- Ruffus, *πυῤῥὸς: ξηραμπέλινος.*
- Giluus, *κιῤῥὸς* } bleichgäl.
- Pallidus, *luteus, ὠχρὸς, vulgò citrinus.* } bleichgäl.
- Flauus, *ξανθὸς, croceus,* gäl.
- Fuluus, *aureus,* goltgäl.
- Puniceus, brun/*caſtaneus, φοινικὸς,* heiterbrun.
- Purpureus, *πορφυροῦς*
  - Dilutus, *roſeus vulgò: incarnatus, cui affinis molochinus.* } heiter roſye.
  - Saturatus, *vt roſæ rubræ noſtræ communes.*
- Ferrugineum *quidam pro cæruleo exponunt, vt ferrugineos hyacinthos: alijs eſt color rufus nigrioris rubedinis quaſi violacei: vulgò morellus, nimirum à mori fructu; ferri rubiginoſi color* tunckelbrun.
- Cæſius, *Latinis de oculis tantum: Glaucus Græcis & Latinis de quauis re. Dioſcorides glaucum pro cæruleo ponit, cùm anagallidis flores glaucos dicit.*
- Rauus, *χαροπὸς, mixtus niger cum fuluo, vel inter flauũ & cæſium,* ſchwartzgäl. *Vide num* rauchfarw.

1 | Cœruleus, *cæleſtis vulgo*, κυάνεος ſ blauw
Venetus, θαλάσσιος ⟩ liechtblauw.
Indicus, Ἰνδικὸς, *cæruleus nigricans*. ſattblauw.
Violaceus, viondly farw.
Ruber, *rubeus, rubicundus*, ἐρυθρὸς, rot. *Cocci robur intenſus & floridus eſt.*
Viridis, χλωρὸς, grün / *herbaceus*.
Porraceus, πράσινος, ſchwytzer grün.
Πιχνὸς ex puniceo & nigro conſtare videtur.

Extremus. Niger, μέλας, ſchwartz / *inteſus ater dicitur*, kolſchwartz.
Hic uiſum maximè colligit.

Ex varijs extremorum aut mediorum permixtionibus, variæ & infinitę ferè & innominatæ colorum differentiæ oboriuntur.

De viſu: viſiui, viſibilis, &c. diſtinctione.

6 Viſus, eſt actus primus, ideſt, habitus, ſiue potentia coniuncta
Viſio, eſt actio.
Viſiuum, τὸ ὁρατικὸν ſcilicet μόριον animæ, & corporis, eſt potẽtia naturalis.
Viſibile, ſimiliter.
Videre, pati: videre agere.
Inuiſibile, impotentia naturalis toto genere, vt ſomnus: δι' ἔλλειψιν, vt corpuſculum minutiſsimum, vt crepuſculum: δι' ὑπερβολὴν, vt ſol. διὰ στέρησιν, vt tenebræ: ſed hæ actu non videntur: potentia videntur.
Cæcitas, in nullo prædicamento eſt: aut in Relatione.

7 Τὰ ὁρατὰ, ea quæ videntur alia ſunt
- Χρώματα: *interdiu tantum.*
- Ἀνώνυμά τινα, *quæ tamen vno nomine* λαμπρὰ *dixeris. Certum autem colorem nullum habent. Sunt autem* τῶν λαμπρῶν *alia*
  - Ἀμυδρῶς λαμπρὰ, *vt Pygolampides, ſquammæ, & alia eiuſmodi, & ſtellæ pleræq́ue: & quæ noctu tantum videntur.*
  - Μέσως λαμπρὰ, *quæ & nocte & die videntur, vt Luna & quædam ſtellæ, veſper terra propior, & ignis.*
  - Ὑπέρλαμπρα, *vt Sol, interdiu tantùm, quia nocte nè adeſt quidem, proinde neq́ue videri poteſt, tenebras enim diſpellit: nec in die quoq́ue propriè, ipſe enim diem facit, & ante diem eſt.*

Ὁρατὸν etiam dicimus ipſum aërem illuminatum: item nocturnum & obſcurum per accidens, vel negatione potentiáue.

8 Videntur alia
- In *tenebris ſolùm, quæ nullum commune nomen habent: non autẽ in die ſuo colore.*
- In *die*
  - Per *ſe*
    - Primò, *Color, vel ſuperficies cum ſuo colore.*
    - Secundario, *numerus, magnitudo, &c.*
  - Per *accidens*
    - Subſtantiæ *ſeu corpora.*
    - Diaphanũ: *quod colorũ omnniũ vehiculũ eſt nec ſuo ſed alieno colore cernitur; ad lucem quidẽ actu, noctu verò potentia.*
    - Forte *& tenebræ per accidens.*
- In *die & in tenebris vt igne & ignita omnia.*

Eorum quæ ἀόρατα, inuiſibilia dicuntur diſtinctio.

9 Ἀόρατα inuiſibilia alia dicuntur
†

Simpli-

† Simpliciter. *quod omnino videri non poteſt, vt quæ ad alios ſenſus pertinent, odor, ſonus, etc. an etiã quæ non ſubſiſtunt?*
Κατὰ στέρησιν. *quod videri quidem poteſt, ſed non videtur, vt tenebræ, & quæ in tenebris ſunt: Geſn. malim huc tantùm ea quæ in tenebris ſunt, ipſas verò tenebras ad quartum modum referre.*
Φαύλως, *ægrè* ὁρατὸν, *vt*
Τὸ δι' ὑπερβολὴν λαμπρότητος φθαρτικὸν τῆς ὄψεως.
Τὸ δι' ἀμυδρότητα μὴ ποιοῦν εἰς τὴν αἴσθησιν, *vt punctum.*

Sic & ſenſile ſimpliciter: & ſingulorum ſenſuum obiecta ſimiliter diſtingui poterunt.

¶ De his, quæ ἀόρατα ſunt aut dicuntur, vide plura in ſcholijs libri ſecundi de Anima, cap. 7.

An extramittendo vel recipiendo viſio fiat.

10 Oculus non emittit lumen (etſi Plato in Timæo dicat, emiſſum ab eo lumen, cum externo lumine συμφύεσθαι) minus malè dicturus, externum lumen oculo immiſſum, cum interiore circa pupillam coniungi: ſic enim effluxu ab oculo nil opus foret. Sed hoc quoq; ineptum fuerit. Nam vtrum dicatur, lumen συμφύεσθαι dici propriè non poteſt, cum ſit incorporeum: etſi corpus eſſe dicerent, membrana tamen intercedens prohiberet, &c. Sic ferè Aphrodiſien. in Ariſtot. de Senſu.

DE AVDITV MEDITATIONES.

1 Auditus eſt ſenſus in auribus, percipiens ſonos per aërem vel aquam. In hoc conſyderamus,

Organum, *panniculus in foramine oſſis petroſi, quod eſt meatus & radix aurium.*
Obiectum, *ſonus, qui eſt qualitas orta ex aëris refractione, quæ fit colliſis duobus duris corporibus, latitudinem aliquam habentibus. Sonorum verò alius eſt*

Acutus.	Clarus.
Dulcis.	Suauis.
Circumflexus.	Raucus.
Grauis.	

Medium, διηχὲς, *vt aquatilibus aqua: cæteris*
Aër { Exterior, *in quo gyri perferuntur ad aures.* / Interior *& cognatus, qui eſt in ipſo foramine oſſis petroſi.*
Modus, *cùm peruenit gyratio ad foramen oſſis petroſi, excipitur ab aëre & ſpiritu, & ferit panniculum percipientem ſonos, vt tympanum.*

2 Φωνὴ, ψόφος ἐμψύχου τινὸς, οὐ ποῖς ἐστι, (nam tuſsis, ſternutatio, manuum exploſio, non ſunt voces) ἀλλ' ὁ διὰ τῶν φωνητικῶν καὶ ἀναπνευστικῶν μορίων, vt per pulmones, arteriam, fauces; (non tamen quouis modo. nam tuſsis etiam per has partes fit) ὅταν μετὰ φαντασίας σωματικῆς ταῦτα κινηθῇ (vel καθ' ὁρμήν τινα τοῦ ζώου.

3 Circa hominis vocem tria conſyderantur,

Proſodia.
Ρυθμὸς, ἁρμονία, *circa acuti & grauis aptæ compoſitiones.*
Λέξις, *in ſyllabarum formatione, vnde ἡ τῶν λεγομένων σημαίνεται ἔννοια.*

¶ Hæc quoniam imitatione quadam etiam in muſicis inſtrumentis percipiuntur, διὰ τοῦτο λέγεται κατὰ ἀναλογίαν καὶ αὐτὰ φωνεῖν. *Vide Suidam in* φωνὴ.

4 An acutiores ſoni, in fine vbi proceſſerint longius, grauiores videntur, vtpote iam debilitato motu? Grauiores verò progreſſu acutiores euadunt, quòd non ita multum aërem iam moueant? Ariſtoteles & Archytas contrarij in hoc videntur.

5 Harmonia in Muſicis (vt in Geometricis ſymphonia) eſt vocis vel ſoni, aut vtriuſq; concinna flexio atque varietas: id eſt, in voce concentus, & in ſono conſonantia Vitruuio. Græci vocum vel ſonorum ſymphoniam dicunt aut vtriuſq; concordem rationem atq; proportionem. Symphoniæ verò (vt & à Latinis dicitur) ratione quidem ſiue proportione infinita eſt diuerſitas, ſed aurium ſenſu terminatur. Nam cantus vel ſonitus, qui Græcè φθόγγος decem & octo velut aſcenſus gradus, tantùm numerantur à peritis ſymphoniacis & muſicis, &c. *Vide Conſtantinum in Symphonia.*

6 An *ex arteria aſpera*
- 1. Sonus, *vt tuſsis.*
- 2. Vox, *ſonus ſimplex ex eadem aliquid ſignificans.*
- 3. Φθόγγος, *an idem voci, vnde diphthongi, id eſt, geminæ vocales: vel vox articulata, aut pars dictionis, vt ſyllaba, ſiue vna litera ſiue pluribus conſtet. Homini fortè propria.*
- 4. Λέξις, ἐκ φθόγγων.
- 5. Διάλεκτος.

7 An *ſoni alij fiunt*
- Inflando, *vt tibiæ.*
- Percutiendo, *vt cithara plectro.*
- Pulſando, τῷ κρούειν, *vt fides digitis conuulſæ.*

His *omnibus percutitur aër.*

8 An ſolida non ſimpliciter ſonora: nam minus ſolida, vt lignum ligno percuſſum, argutiorem ſonum habent, propter meatus: ſolidiora verò & denſiora obſcuram & quaſi raucum. *Vide Cælium 173.*

9 Φθέγγεσθαι *dicitur*
- De *homine, idq; aliâs*
  - Enuntiare *ſimpliciter dicitur, vt literam, ſyllabam, nomen.*
  - Loqui.
- De *muſicis inſtrumentis, ſic Platoni* φθέγγονται αἱ χορδαί.
- De *vermibus, &c. Sic Theophraſto* οἱ ἐν ξύλοις σκώληκες ἤ κεράσαι φθέγγονται. *Vide Conſtant. lex, vbi Theophraſt. emendat.*
- De *inanimatis,* τὸ θύρετρον φθεγγόμενον κλαυσιᾷ.

10 Λευκὴ φωνὴ & φαιή: an clara, dilucida: vt & λευκὸν ὕδωρ de aqua limpida ſeu pura apud Homerum: & ἐρύμανθος λευκότατος ποταμῶν Callimacho: & λευκὸν ἔαρ, Heſiodo, ab aëris nimirum ſerenitate tum redeunte, vnde etiam Germani glantʒ vocant. Ergò pro eo quòd omni colore careat, album dicitur, vtpote ei proximum.

11 Vox
- Clara *& contra*
  - Λευκή, σαφής.
  - Ἐκκεκαθαρμένη.
  - Μέλαινα, φαιή (*an quaſi rauca*) ἀσαφής, συγκεχυμένη.
- Suauis *in cantu & inſtrumentis*
  - Ἡδεῖα, ἐπαγωγός, εὐμελής, γλυκεῖα, λιγυρά.
  - Contraria, ἀηδής, ἀμελής, τραχεῖα, λυπηρά, βραγχώδης, χαλκίζουσα, ὀξεῖα, διεσπασμένη.
- Facilis
  - Εὐπειθής, εὐάγωγος, εὐκαμπής, εὐέλεγκτος.
  - Contraria ἀνάγωγος, ἀπειθής δυσκαμπής.

DE OLFACTV MEDITATIONES.

1 Olfactus eſt ſenſus percipiens odores. In quo conſyderamus,
- Organum, *priores ventriculi cerebri, (vide Lieblerum, vel proceſſus mammillares dicti, &c.*
- Obiectum, *Odor, qui eſt qualitas ex mixtis, in halitum exiens, in quibus aërea & ſubtilis humiditas, ſeu plus ſeu minus terreæ naturæ exuperanti, & igneo colore vſtæ,*

1 † *vſtæ, ac velut correfactæ permixta eſt (in Sapore contrà humiditas vincit ſiccitatem.) Eſt autem odor alius*

- Bonus, εὐῶδες.
  - Suauis. Acidus.
  - Acris. Acutus.
  - Ignauus.
  - Βαρύοδμον *graue olens, licet benè oleat.*
  - Fœtor, *malus odor, qui δυσῶδες dicitur.*
- Medium, δίοσμον. *Aër nobis. Aqua piſcibus.*

2 Cæteris animalibus nimirum continuus eſt odoratus preſentis alicuius odoris, homini & reſpirantibus non item: expirando enim interrumpitur.

3 Odor quid ſit dicere nobis non ita facilè eſt, vt quid ſonus & lumen: pleriſque enim animalibus hic ſenſus quàm homini perfectior eſt, nam huic pituitoſum & humidiſsimum eſt caput.

4 Odores extremi tantùm nominantur nominibus generalibus, τὸ εὐῶδες, καὶ δυσῶδες: medij particularia nomina & ficta habent, vt ὀινίζειν, ξαγίζειν.

De Olfactus inſtrumento Suidæ ſententia, & aliorum.

5 Odorandi inſtrumentum non eſt naſus, ἀλλ' ἡ μαστοειδὴς τοῦ ἐγκεφάλου ἀπόφυσις κατὰ τὰ ἐμπρόσθια, μετὰ τὰ ὁμοιοειδῆ (ſic habet Suid. in ὀσφραντῶν: an verò legendum ἠθμοειδῆ) ὀστέα ὥσ' ἐπὶ τὸ ἔνδον. Γίνεται δὲ ἡ ἀντίληψις τῶν ὀδμῶν διὰ τῆς διόσμου τοῦ ἀέρος δυνάμεως. Ergò carunculæ mammillares ſecundum quoſdam ſunt inſtrumentum odoratus. ſecundum Galenum verò, ventriculi cerebri anteriores: vel potius illorum ventriculorum meatus, qui in narium extremitates deſinunt. An fortè ſpiritus, qui in illis ventriculis eſt: vt auditus etiam ſpiritus ad menyngem intra craneum.

6 Ὀσφραντὸν eſt (Pachymerio) ἡ τοῦ ἐγχύμου ξηροῦ ἐν τῷ κοινῷ ὕδατος καὶ ἀέρος ὑγρῷ, an φορά, vel ἀναφορά exhalatio, vel tale quid? nihil addit ille.) Nam & aër & aqua media ſunt δίοσμα, ſicut & διηχῆ & διειδῆ. Eſt autem humor ille communis aëri & aquæ, hoc quidem tenuior, illo craſsior (vapor nimirum.) Nam aër per ſe, nimis tenuis eſt, & odores nimis citò tranſirent, & diſsiparentur: in aqua verò parum admodum diffundi queunt.

¶ Conſtat etiam non reſpirantia olfacere, imò perire etiam magnis odoribus & fumis.

DE GVSTV MEDITATIONES.

1 Guſtus eſt ſenſus qui in lingua aut palato percipit ſapores. Habet autem

- Organum, *quod eſt pellicula expanſa in lingua ſub carne poroſa ſeu ſpongioſa, quæ eſt in linguæ ſuperficie.*
- Medium, *ſaliua exterius: vel interius caro fungoſa.*
- Obiectum, *eſt ſapor qui eſt qualitas in ſucco, in quo humiditas vincit ſiccitatem terreſtrem, calore vtranque digerente. Sunt autem ſaporum alij*
  - Simplices
    - Fatuus, *inſipidus, huiuſmodi ferè frigida ſunt ſiue humida ſiue ſicca.*
    - Pinguis, λιπαρὸς, *vnctuoſus dicitur: humidus & temperatus in altera oppoſitione.*

1 | 2 |

1 2 Dulcis, γλυκὺς, *qui quadam voluptate linguam afficit, cal. hum.* ἡδὺς *ſuaue latinis patet.*
Auſterus, ἀυςηρὸς, *aſperitatem habet in lingua, frig. & ſiccus.*
Acerbus, ςρυφνὸς, *qui contrahit linguam, frig. & ſiccus magis.*
Acris, δριμὺς, *rodit & exulcerat. cal. & vel humid. vel ſiccus.*
Acidus, ὀξὺς *acetoſus, mordendo conſtringit, frigidus & ſiccus, tenuium partium.*
Salſus, ἁλμυρὸς, *deterget & abluit diſgregando & exiccando, calid. & ſiccus.*
Amarus, πικρὸς, *exaſperat linguam, cal. & ſicc. Dulcis & amarus Ariſtoteli extremi.*

Compoſiti,
Acetoſus *ex acido & acri.*
Nitroſus γλυκύπικρος.

2 Medium ſaporis internum, an membrana linguæ? vel ea potius ipſum organum eſt; vel interior membrana, medium verò, exterior? An ſaliua & humiditas naturalis linguæ, ob quam glandulæ ad eius radices factæ ſunt, cum ea permiſcetur, cum rei guſtabilis ſucco.

3 An Sapor quaſi à ſale dicitur? Sal enim ſaporem addit eſculentis omnibus, quibus nutrimur. nutrimur autem dulcibus & ſimilibus inſipidis ferè, quæ ſumi ſine faſtidio quantum opus eſt non poſſent, niſi ſal accederet, ſenſum guſtatus extimulans & acuens, & ventriculi os, in quo eſt appetitus, conſtrictione ſua corroborans, quòd à dulcibus & pinguibus laxaretur nimium. Itaque quoniam ſalſus ſapor quidam neceſſarius eſt, eidem fortè nomen in genere fecit. Ab hoc ſenſu autem ad intellectum quoque tùm ſalis tùm ſaporis nomen translatum eſt, quare ſales dicimus, facetè vel argutè dicta: homines verò vel ſermones inſulſos, & in quibus ne mica quidem ſalis ſit, inſipientes, ſtolidos, fatuos. Nam & fatui vocabulum ad ſaporem ſimul & ingenium accommodatur, & beta ipſa ac blitum omnia fatua, ſtolidis hominibus, ignauis, inertibus exprobrantur. Salis ſapor ſapit ac placet ſua acrimonia, qua pungit ac ſtimulat linguam ac ſtomachum. Placent & ſapienter argutéque dicta, quæ hominum animos ad virtutem & verum animi nutrimentum pietatem pungendo excitare queunt, vt aculeis boues ad arationem excitantur. Pericles vir eloquens & ſapiens aculeos in animis auditorum relinquere dicebatur. Guſtatu quidem homines non ſolùm ad victum vtuntur, ſed etiam ad eorum quæ guſtant cognoſcendam ſalubritatem, inſalubritatem & reliquam naturam. Sic ſapiens rerum variatum ceu ſapores iudicat, & bona à malis diſtinguit, id animæ præſtans, quòd guſtatus corpori. Et vt ex paruo ſpecimine, de toto pronunciat guſtatus, ita ferè etiam intellectus ex vnguibus (aiunt) leonem cognoſcit, &c.


4 Guſtatus ſuperat odoratum certitudine iudicij & diſcretionis in homine: cui vt tactus exquiſitiſsimus eſt, ita & guſtus, vtpote tactus quidam. quare maximè omnium hoc animal circa ſapores voluptati, cupediis & helluationi deditum videtur.

5 Tabulæ

5 Tabula de oppoſitione Saporum: inter quos dulcis & pinguis in centro ceu medius eſt.

A. ἄκροι.
A.B.C. *frigidi.*
B. παράκροι.
Oppoſiti C.B.A. *calidi.*
C. παραμέσοι.
Medius *temperatus.*

A. *Acidus.*
B. *Acerbus.*
C. *Auſterus.*
Dulcis, Pinguis.
C. *Salſus.*
B. *Amarus.*
A. *Acris.*



De auſteri & acerbi differentia.

6 Auſterus ſapor eſt in vino præcipuè & modicè vinoſis; vt granatis; alijsq́ fructibus maturis & aſtringentibus cum ſapore tali: nunquam ſine aliquo humore. Et ex his omnibus vinum etiam & acetum fieri puto; vt granatis, ceraſis, acidis. Germanis, ſaurlächt/vnd ruch. Acerbum verò, ruch/ harwb / propriè de fructibus immaturis & ſicciorıbus: ſed & de maturis quibuſdam, vt pyris ſylueſtribus, & cornis; Galeno: mihi corna etiam auſtera videntur.(Acida etſi modicè vinoſa, tenuiorum ſunt partium, aperiunt, incidunt: Quare cauenda eſt confuſio, vt berberis: mixta hæc tamen cum alijs craſsioribus, & præſertim aſtringentibus, auſteritatem videntur efficere.) Στρυφνὰ autem etiam ad alia valdè exiccantia extendi videntur; vt hypociſtis, tormentilla, pimpinellæ radix, alumen. Sed Agricola ex Galeni præſcripto ait ſe acerbum Latinè; & στρυφνὸν Græcè ad ſolos fructus extenſurum. Aſtringens autem de rebus metallicis poſiturum, etſi Ægineta dixerit; στυπτηρία πᾶσα στρυφνότης.

De Saporibus eorumq́; diſcrimine.

7 Sapor Theophraſto eſt partis ſiccæ terrenæq́ in humore demiſtio. Vel, partis ſiccę per humorem, ex vi caloris percolatio. Sapor fit Ariſtoteli ex permixtione humidi cum ſicco, ſiue cum à terreo ſicco patitur humidum. Itaque communis omnium ſaporum materia, eſt humor. Abſque enim humore, *inquit Ariſtot.* nihil afficit ſaporis ſenſum. Alterat autem agitq́ calor cum internus, tum externus. Sapores propius mixtorum contemperamenta ſequuntur, quàm aliæ qualitates ſecundæ, vt odor, color. Atque ob id certius à ſapore iudicium facultatis attractricis medicamenti ſumitur, quàm ab illis. Ad hæc guſtatus quidam tactus eſt. Tactus autem iudex eſt certus primarum qualitatum, calid. frigid. humid. & ſiccitatis. Porrò in ratione ſaporum tria ſunt præcipuè conſyderanda;

- Impreſsionis *modus in ipſam linguam.*
- Mixtionis *modus.*
- Operatio, *ſeu effectus cuiuſque ſaporis.*

¶ Saporum differentiæ, quæ à diuerſis in lingua impreſsionibus ſumuntur. *Apud Galenum lib. 1. & 3. de ſimplicibus medicamentis.*

1. Auſterus, αὐστηρὸς, qui & στυπτικὸς, & στύφων.

2. Acerbus, alijs ponticus. Στρυφνός. Intentione auſteri prouenit.
3. Salſus, ἁλυκὸς, καὶ ἁλμυρός.
4. Amarus, πικρός.
5. Acris, δριμύς.
6. Acidus, ὀξύς.
7. Dulcis, γλυκὺς, ἢ μελιτώδης.
8. Pinguis, λιπαρός. *Hic additus eſt à Theophraſto.*

¶ Inſipidus verò vel fatuus, ſiue aqueus dicitur, qui nullam prædictarum præfert qualitatum. Sed veluti priuatio eſt omnium ſaporũ. Sed qualitate (quod ad ſenſum attinet) medius eſt. Hic Græcè ἄποιος, id eſt ſequalis, aut qualitatis expers nominatur. Inuenitur maximè in rebus imperfectè coctis. Impreſsionem efficit in lingua vnctuoſo ferè ſimilem.

¶ Sapor acris, ſiue acutus omnium ſaporum eſt calidiſsimus. Mordicat & rodit, idq; cum vehementi quadam caliditate. Acria nanq; oris calore feruefacta, mutuo linguam feruefaciunt. Acris ſaporis ſunt, *allium, cepa, piper, pyrethrum, naſturtium, zinziber, ſtruthium, calx, tithymallus.*

¶ Amara, præſertim quæ ex tenuium partium terreſtriũ peraſſatione fiunt, & acribus proxima ſunt, detergunt magis quàm ſalſa. Adeò, vt etiam linguam moleſtè exaſperent. Huius ſaporis ſunt, *fel, lupini, nitrum, myrrha, vinum valde vetuſtum, & innumera ſeminum copia.*

Amarus *duplex*:
- Exactè *amarus, id eſt, qui nulla alia ſenſu notabili qualitate participat, ſed in ſua natura eſt abſolutus. Cuiuſmodi ſunt,* cinis, puluis, fauilla, calx, bilis, nitrum, aphrolitrum.
- Minus *amarus, ſiue non exactè amarus, id eſt; alienis permiſtus qualitatibus, qui & minus calidus eſt, nec omnino eſui ineptus: Quale eſt abſinthium.*

¶ Sapor ſalſus, qui propinquus eſt, & quadantenus ſimilis amaro, moderatè abſtergit, atque abluit, & (vt inquit Plato) lenius ac moderatius quam amarus. Amaritudinis aſperitate ſpoliatus eſt. Guſtantibus gratus ſatis apparet. Aliquid aſtrictionis habet: linguam tamen non contrahit neq; conſtipat, velut aſtringentia. Salſa ſunt, vt *lixiuium, aqua maris.*

¶ Sapor pinguis, ſiue oleoſus. Exaſperatas, & velut eroſas linguæ particulas ſine manifeſta voluptate, velut inungit atque implet, ac in ſtatum ſuum reſtituit. *Gal. 4. Simpl.* Huius ſaporis exactè ſunt oleæ tum *fructus*, tum *ſuccus*. Item, alij omnes ex quibus oleum conficitur, ſicut *ricini, raphani, ſeſami, nucũ & amygdalarum.* Id genus namq; omnia vetuſtate prorſus efficiuntur pinguia: quippe in quibus aquea quidem, excrementitiaq; humiditas digeritur: propria vero à calore natiuo elaboratur, atq; exactè concoquitur.

¶ Dulcis ſapor, Platoni & Galeno. Temperatum habet calorem, & humiditatem, ſeu humidam qualitatem nobis cognatam, & familiarem. Linguæ noſtræ fibras lenit, & dilatat: eamq;, ſi aſperitate horreſcat (aſperitas eſt, quando tactus offenditur, & pars vna ſupereminet alteri) leniter mulcet, ac mitigat. Iucundus ſuauiſq; eſt omnibus. Abluit, eluitue quicquid linguæ inhæret. Hinc fit vt in omnibus confectionibus ponatur mel ac ſaccharum. Et in omnibus ferè deijcientibus aluũ pharmacis (quod ingratæ ſoleant eſſe guſtui) admiſcetur dulce aliquid. Theophraſto dulcis ſaporis ſpecies ſunt, *Melleus, vinoſus, lacteus, aquoſus, pinguis.*

¶ Auſterus, imbecillior acerbo eſt. Talis in galla & rhu inuenitur. Venulas linguæ contrahit, deſiccat, atque exaſperat, ſubitq; in profundum, ſed minus quàm acerbus.

¶ Acerbus, aſperior eſt. Nam auſteri intentione prouenit. Linguam valde deſiccat,

deſiccat, contrahitq́ue, & in multam profunditatem vſque illam exaſperat. Huiuſmodi ſunt *pyra ſylueſtria immatura, & corna. Galla omphacitis, malicorium, alumen, cytini, balauſtium.*

¶ Acidus duplex eſt Galeno, & alijs. 1. Simpliciter ſiue exactè acidus, id eſt ab alijs qualitatibus ſyncerus, vt *oxalis, oxylapathum, omphacium.*

2. Permiſtus alijs qualitatibus, ſiue dulcibus, ſiue acribus, ſiue amaris: vt ſunt *Rhœas fructus, mala punica, mala, pruna, vuæ, mora, ficus, ceraſia.* In his enim fructibus dulcedines quædam, & acerbitates permiſtæ ſunt. In quibuſdam etiam amaritates quædam obſcuræ, modo lenes inueniuntur.

Acidi ſaporis vis { Deterget, Penetrat, Mordicat, Exaſperat, Rodit } *Sed citra excalfactionem, in quo vno diſſidet ab acri.*

De ſaporum differentijs aliter ex Galeno.

8 Sapor eſt qualitas guſtabilis ex humido digeſto in ſicco terreſtri, per calorem ſolis vel qualemcunq́ue.

Sapores primas qualitates ſequuntur, pro varia primarum qualitatum mixtura varij ſaporis emergunt, vnde ex ſaporibus facultates ſimpliciũ colligimus, niſi cum medicamenta vel tempore vel repoſitione ſapores natiuos exuunt.

Acerbus.

Qui in linguæ profundum ſubiens, vehementer ſiccat, contrahit & exaſperat linguam: Inuenitur in pyris, cotoneis, cornis, malis non maturis.

Ex frigido & ſicco excedente fit acerbus ſapor, hinc iudicamus plantam frigidam & ſiccam eſſe ex ſapore.

Auſterus.

Qui in profundum linguæ minus ſubingrediens, linguam ſiccat, contrahit, exaſperat. Inuenitur in pyris ſylueſtribus, quæ prima ætate acerba ſunt, vbi verò acerbum dilutum humiditate eſt fit auſterum in pyris matureſcentibus. Fit ſimiliter à ſicco & frigido excedente. Differunt ſolum intentione & remiſſione, Acerbus vehementius. Auſterus minus ſiccat, &c.

Acidus.

Qui in profundum linguæ ſubingrediens linguam mediocriter ſiccat, contrahit, exaſperat. Ex frigido & humido, licet quæ acida ſunt humida ſint, quia tamen duplici nomine humidum exprimunt, per accidens ſiccant, refrigerant tamen.

Dulcis.

Qui partes oris interioris, linguæ exaſperatas vel eroſas coniungit, implet & in ſtatum proprium inducit cum voluptate. Dulcedo ex æquali portione qualitatum mixta, ob id temperatum medicamentum colligimus. Solis dulcibus nutrimur. Si velis iudicare de dulci, guſtes acerba prius.

Pinguis.

Qui eadem efficit quæ dulcis, ſed ſine voluptate, partes eroſas coniungit, ad ſtatum reducit, ſed ſine voluptate.

Salſus.

Qui linguam laxat, abluit & deterget, ſed mediocriter, vt ſapor ſalis.

Nitroſus.

Qui hæc omnia facit, ſed remiſſius, vterq́ue abluit, ſed magis ſal, minus nitrum.

Amarus.

Qui vehementer detergat adeò vt exaſperet, & vt iam ingratus ſit, vt in abſynthio, apio. Quæ adhærent, his vis detergendi ineſt.

T

Acris.

Qui cum vehementi caliditate mordicat et erodit, qualis eſt allij, porri, naſtur-cij, piperis, &c.

In ſalſis, nitroſis, amaris, acribus excedunt caliditas & ſiccitas: pro maiori & minori, ob id ea omnia calfaciunt & exiccant.

Poſteriores ſemper ſapores ex prioribus oriuntur nunquam contra, per co-ctionem.

DE TACTV MEDITATIONES.

Tactus eſt ſenſus percipiens primas qualitates pellicula neruea expanſa per carnem toto corpore, tanquam rete. Habet

- Organum, *pellicula neruea intexta carni toto corpore ſub extrema cute.* Secundum Ariſtotelem, cór. *quod & alibi ſimpliciter πρῶτον αἰσθητήριον facit.*
- Medium *Ariſtoteli caro benè diſpoſita: aut os cui neruus inſeritur. nam & dentes tactum percipiunt.*
- Obiectum, *qualitates tactiles*
  - Primæ, *caliditas, frigiditas, humiditas, ſiccitas.*
  - Secundæ
    - Durum, *molle.*
    - Aſperum, *glabrum.*
    - Graue, *leue.*
    - Denſum, *rarum.*

2 Tangit *aliter*
- Tactus.
- Oculus.
- Νόησις. *Sic dicimus, Rem acu tetigiſti.*

Senſus tactus quot modis dicatur & de quibus.

3 An tactus alius quidem eſt ſenſus priuatim dictus: alio verò modo omnis ſenſus eſt tactus, imprimis quidem guſtatus: deinde olfactus, odoratus, auditus: in his enim omnibus medium vt aër vel aqua, ſenſili qualitati quodammodo affectum, eam ad ſenſus vſque organum vehit, quòd non tam à qualitate illa vt incorporea tangitur, quàm ab ipſo medio qualitati coniuncto & veluti concorporato. Sic Phyſici aiunt, omne agens & patiens ſe inuicem tangere oportet. De viſu fortè dubitari poteſt: ſed in illo quoque dixerim à medio moueri oculum. Licet enim aër quieſcere videatur, non quieſcit tamen, ſed aut ipſe, aut quæ in eo ſunt atomi, ſemper mouentur, & ſic nimirum etiam aqua.

An tactus ſenſus vnus?

4 Videtur plures: nam plures contrarietates iudicat, vt calidum & frigidum: humidum & ſiccum: preſsile, impreſsile: friabile, tenax. Alij verò ſenſus ſingulas tantùm contrarietates: vt viſus album & nigrum: auditus acutum & obtuſum: guſtatus amarum & dulce. Huic reſponderi poteſt: iudicare alios quoq; ſenſus plures contrarietates: vt auditus ſonum non modo acutum & obtuſum, ſed etiam magnum & paruum: læuem, aſperum, &c. Reſponſio. At in contrarietatibus diuerſis aliorum ſenſuum, nunc duntaxat ſubiectum (ceu genus) eſt, quòd illas omnes differentias recipit: vt acuti, obtuſi, magni, parui, ſonus: circa tactum verò, vnum hoc ſubiectum non apparet. Obiectio. Imò hic etiam: nempe τὸ ἀντίτυπον.

De inſtrumento tactus, ſecundum Ariſtotelem.

5 An caro quidem inſtrumentum eſt, aër verò medius, etſi perexiguus ac pro-

pter

pter vicinitatem & tenuitatem nos latet? At vtcunq; tenuiſsimum quid interſit, ſi corpus eſt, vt aqua humidi vel madidi, aliorum contactum propriè dictum prohibet. An potius caro medium eſt, ſenſus verò interius? nempe cor, quòd omnium ſenſuum exteriorũ principium eſt, ſic ille. Sed abſurdum id eſſe videtur, idem inquam vniuerſale facere & particulare; nam cor τὸ πρῶτον καὶ κοινὸν αἰσθητήριον facit.

Nec carnem nec muſculum ſenſus tactus organum eſſe.

6 Difficile eſt de tactu dicere, quod nam ſit eius primum organum, & an vnus tantùm ſit ſenſus, vt reliquorum quiſq; unus, cum plures ἐναντιώσεις iudicet. Itaque multum circa hunc ſenſum laborauit Ariſtoteles, non potuit tamen niſi coniecturis aliquid aſſerere. Adeò enim magna inſcitia eſt noſtra, vt huius etiam ſenſus naturam, qui nobis proximus familiariſsimuſq; eſt ignoremus: quid ergò rerum ſublimium & remotarum à nobis, rationes nos intelligere poſſe nobis promittimus? Videtur ſanè Deum Opt. Max. nobis indicare voluiſſe, cum omnis cognitio noſtra à ſenſibus incipiat, nos verò etiam ſenſus noſtros magna ex parte ignoremus, magna omnino rerum ignorantia laborare: & ſapientiæ principia, non à nobis, ſed ab ipſo eſſe petenda. Interim tamen qualecunque habemus ſapientiæ inſtrumentum à Deo datum exerceamus, & ab ipſo vt illuſtretur, quoad nobis vtile eſt, petamus.

Aliquid eſt prodiſſe tenus, ſi non datur vltra.

Aliquid eſt ſcire, quid non ſit vnumquodq;, ſi quid ſit aſſequi nequeamus. Sapientiæ pars, aut certè principium in negationibus etiam poſitum eſt: non ſolùm in affirmationibus.

Sic circa ſenſum tactus, ſi quod ſit primum eius organum dicere non poſſumus, carnem tamen id non eſſe dicere poſſumus. Ea enim alias ob cauſas nobis data eſt, vt corpus nimirum noſtrum muniret, calfaceret, ornaret, ſtraguli aut veſtimenti inſtar eſſet. Sine hac enim turpis & cadaueroſus noſter aſpectus foret. Εὔσαρκοι verò homines formoſi & decori ſunt. Eſt autem caro pars corporis noſtri ſimilaris & ſanguinea, ac veluti è ſanguine à natura coagulato conſtituta, quare & calida eſt & calefacit: & etiam cum calida non eſt, citò incaleſcere poteſt. Talis & viſcerum ſubſtantia quam παρέγχυμα vocant Græci medici: ſed ea neruis caret: propriè verò dicta caro, neruis tanquam reticulata, & neruorum vaſorumq; oſculis in ipſam terminantibus infinitis, quàm denſiſsimè arctiſsiméque contexta cancellatur. Itaque neruorum ratione ſentit. Nerui enim ſentiendi mouendiq; inſtrumenta ſunt, non circa hunc modò, ſed alios quoque ſenſus omnes: quorum nullus ſine neruis aliquid poſſet. Non igitur ſimpliciter caro, ſed caro neruoſa, vel potius neruis contexta, quæ iam muſculus appellatur, neruorum ratione, tactus organum eſt. Sed muſculi ex figura capitum ſuorum & tendinum, qui articulis inſeruntur, magis videntur ad mouendum facti, nam ad ſenſum figura hac nihil opus erat. Senſus verò etiam ſine illa muſculi forma fieri potuiſſet. Caro autem neruis addita eſt, vt earum interſtitia impleret, ne nerui tantilli facilè læderentur aut rumperentur, vt muniret, tegeret, calfaceret, nutriret.

Muſculus igitur inſtrumentum eſt voluntarij motus: ſimulq; etiam ſenſus, ſynecdochicè, ſicut oculum dicimus inſtrumentum viſus; quàmuis non totus, nec omnibus ſui partibus; ſed pupilla tantùm videt.

DE SENSIBVS INTERIORIBVS MEDITATIONES.

AVerrhoës hos in 4. diſtribuit ſpecies.

Primum eum conſtituit, qui omnes, quæ ab extimis quinque ſenſibus hauſtæ fuerint, imagines colligat atque percipiat.

Altera vis imaginandi dicta eſt, cuius officium eſt, cum ipſa nihil perſentiat, imagines quæ à prioribus ſenſibus acceptæ ſunt, retinere, eaſq; tertiæ ſentiendi naturę, quam exiſtimandi & cogitandi vim dicunt, proferre.

Huius eſſe opus arbitrantur, vt ijs acceptis imaginibus, quid aut quale ſit id, cuius illæ imagines ſunt iudicet atque percipiat. Eaq; ipſa quæ diſcreuerit, ſiue coniunxerit, ſeu conceperit iudicando.

Poſtremæ cerebri ipſius ſenſusq; particulæ, quàm memoriam dicunt, ſeruanda commendet. *Cælius* 2.30.

TABVLA IN SENSVS INTERIORES.

2 Senſus interior eſt potentia organica intra craneum ad cognitionem deſtinata, excellens actionibus ſenſuum exteriorum. Subſtantia eius eſt in ſpiritu animali elaborato in reti mirabili & cerebri arterijs. Eſt autem Galeno triplex. Ariſtoteles duos tantùm facit ſenſus interiores, memoriam & ſenſum communem. A recentioribus quibuſdam quinq; ponuntur, hoc modo,

- α. Senſus *communis, qui nihil quàm recipit imagines ſenſuum.*
- β. Imaginatio, *quæ diſcernit imagines.*
- γ. Æſtimatio, *quæ aliud ex alio elicit, vt equus ex applauſu blanditias. Definitur à quibuſdam, Vis apprehendens de ſenſato quòd non eſt ſenſatum: Cuius obiectum intentio bonitatis & maleuolentiæ, conuenientiæ & diſconuenientiæ, vtilitatis vel nocumenti, vt elici poteſt à forma per imaginationem apprehenſa. Sic ouis cognoſcit inimicitias lupi naturaliter. Verſatur circa corporis neceſſaria vel commoda.*
- δ. Phantaſia, *ſeu cogitatiua, quæ longius progreditur componendo.*
- ε. Memoria.

¶ An ex his quinq;, imaginatio quidem, idem quòd phantaſia eſt? Sed hoc Græcum illud Latinū. Æſtimatio autē actio eſt Phantaſię ſenſitiuę, vt Phantaſię priuatim hic dictæ, phātaſię rationalis aut veluti rationalis, opus: vt ſi canis in triuio conſtitutus, de feræ curſu, qua abierit, colligat: non hac nec iſtac, ergò illac.

¶ Alij ſic ſenſus interiores partiuntur, nimirum vt externis pares numero eos faciant, aut quia totidem eſſe putant, quot actiones requiruntur, quaſi non duæ pluréſue eiuſdem ſiue potentiæ ſiue ſubſtantiæ actiones eſſe poſsint. Nos Galeni diuiſionem tanquam mediam ſequemur, quæ tot facit interiores ſenſus quot ſunt ventriculi cerebri.

Conciliatio. Memoriam diſtinctè omnes ponunt, in cæteris quatuor diſſerunt. Recentiores α.β.γ.δ. ceu quatuor diuerſos explicant. Ariſtoteles communis ſenſus nomine eos omnes complectitur. Galenus α.β. ſenſum communem vocat, vel phantaſiam. Et γ.δ. cogitationem vel διάνοιαν. Sic enim rerum diſcrimina apparent, etſi nomina confundi videantur, cum phantaſiæ vocabulum, alij ad ſenſum communem referant, alij ad cogitationem illam quæ in brutis humanæ rationi proximè accedit. Igitur

Senſus interior Galeno triplex ſtatuitur.

- 1. SENSVS COMMVNIS, *ad quem tanquam centrum perferuntur imagines ſeu vibrationes ab omnibus exterioribus ſenſibus, & qui actiones ſenſuum diſcernit, & obiecta dijudicat. Conſyderantur autem in eo*

Obiectum;

† Obiectum: *Quælibet paſſibilis & ſenſibilis qualitas ſeu ſpecies, remanens in phantaſia, poſtquàm à ſenſibus oblata eſt. Hinc & nocturna inſomnia fiunt, de quibus aliâs dictum eſt: & vigilantes etiam (vt in prouerbio eſt) ſæpe ſomniamus.* ¶ *Cæterùm ſenſibilia communia non ad communem ſenſum, vt aliquis fortè ex dictione conijceret, ſed ad externos ſenſus ſingulos pertinent.*

Officium: *Diſcernere ea quæ ſingulis ſenſibus percepta ſunt, deinde etiam obiectorum differentias. De hoc dictum eſt,* Νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει.

Organum: *Anterior pars in geminis cauitatibus ſeu ventriculis cerebri: Vel totus anterior ventriculus.*

¶ *Et hæc quidem* φαντασία *vocatur* αἰσθητική, (An potius aliud eſt, Senſus communis, & aliud phantaſia αἰσθητική; Vt primum ſit,

1 Senſus externus: an hic recipit quidem quotidie & patitur, ſed non iudicat, nec ſentit ſine interiore perpetuus eius comes.
2 Senſus internus, communis; hic iudicat.
3 Phantaſia ſenſitiua.
4 Phantaſia rationalis.
5 Mens poſsibilis.
6 Mens actu.)

(2–6:) Memoria an his omnibus communis?

communis animalibus: nimirum hinc dictus communis ſenſus, quòd ita in omnibus animalibus ſit, vt κοινὴ ἔννοια *in omnibus hominibus: niſi quis ita dictum malit, quòd ſenſibilia omnia communiter percipiat ac dijudicet, quod licet verum ſit, nominis tamen huius hanc cauſam eſſe non puto, ſed priorē potius. Memoria enim & ſi qui ſunt alij, nternis ſenſibus imperfecta quædam animalia carent, ſenſu communi tamen nullum caret opinor.*

¶ *Alia verò quædam phantaſia homini propria eſt,* λογιστική, *id eſt, Rationalis dicta, Ariſtotele teſte. Hæc nimirum eſt, de qua idem Ariſtoteles dicit intellectum, poſſibilem ſcilicet & corpori alligatum non intelligere ſine viſis & phantaſmatibus. Præcipuus verò huius vſus mihi videtur in arte memoratiua, vbi in diuerſis locis & angulis diuerſæ imagines animo finguntur. Forſitan & in ſomnijs diuinitus miſſis: et in ijs qui vigilantes etiam futura ceu præſentia vident, id eſt, videre imaginantur, mente diuinitus commota, rationalis phantaſia efficax eſt. Ad hæc in contemplatione paradiſi ſeu vitæ cœleſtis, Deum & angelos ceu corporeos imaginari, amœniſſimum locum ob oculos mentis ponere, & quaſuis huiuſmodi* προσωποποιΐας, ἀνθρωποποιΐας, μιμήσεις *&* ὑποτυπώσεις, *ad eandem vim pertinere videtur, ab intellectu ad ſenſus retrogredientem, & corporis imbecillitati ſe accommodantem. Phantaſia rationalis, tùm ea quæ ſunt, ſed abſentia, ob oculos ponit: tùm ea quæ non ſunt, diſcendi gratia ſine vllo veritatis detrimento, quaſi per hypotheſin ſibi confingit. Phantaſia iſta rationalis, proximè accedit ad intellectum poſſibilem, quem* νοῦν φθαρτὸν *&* παθητικὸν *Ariſtoteles vocat. Contrà cum à ſenſibus recedit facultas iſta, & veluti ſine cortice natat, vt quòd tradidit intellectui illi ſi fieri poſſit, (in ſolis enim incorporeis ſpiritibus perfectè Dei & diuinorum contemplatio ſine phantaſmatis fit) ſoli committat,* ἀναγωγὴ *eſt theologis dicta, quæ in intellectum agentem definit. Sed tabulæ compendium fermè excedo.*

2. COGITATIO *ſeu Compoſitio, Galeno* διάνοια *vel* διανοητικὴ *(ſcilicet* δύναμις.) *Hæc rectè inter ſenſus interiores numeratur, quatenus ſingularia percipit, & quodammodo ratiocinatur, quæ corporis incolumitatem aut fructum attinet. Alia verò* διάνοια *eſt mentis operatio, quæ circa artium & ſcientiarum & actionum humanarum diſciplinam ratiocinatur. Huius*

Obiectum, *ſenſibile, quod per ſe ſentitur.*

Organum, *vt vulgò dicitur medius ventriculus. Sed verius media pars ca-*

1 2 † uitatum anteriorum, ſunt enim amplæ & longæ.

Officium, *Inuenire cauſas cuiuſlibet propoſitæ actionis, & componere vel ratiocinari quodammodo, quæ ad animalis vel corporum incolumitatem pertineant, vt ea mature vel ſequi, vel declinare liceat. Huc pertinet quæſtio, in qua abſumitur totus Plutarchi liber qui inſcribitur Gryllus, & alter vtrius Elementi animalia plus ſapiant.*

3. MEMORIA *μνήμη, μνημονευτικὸν* (*ſcilicet μέρος*) *Galeno potentia eſt ſenſitiua interior, quæ ſpecies rerum ſenſibilium ab alijs ſenſibus interioribus receptat & reſeruat.* (*Eſt & ſua menti vel rationalis, & vniuerſalium theorematum memoria.*

Memoriæ autem

- Obiectum, *ſenſibile, per ſe ſenſatum, vt conſeruabile.*
- Officium, *vt capax ſit imaginum, easq́ conſeruet. Seruat autem cerebrum*
  - Siccum, *diutius: licet tardius addiſcat.*
  - Humidum, *celerius: ſed obliuiſcitur citius; vt Phlegmatici & pueri.*
- Organum: *Poſterior cerebri ventriculus: vel primi ventriculi poſtrema pars.*

¶Reminiſcentia, *ἀνάμνησις, ea quæ in obliuionem abierant, ſignis quibuſdam ſimilium, aut etiam contrariarum rerum admonita, in memoriam reuocat: ſoli homini propria.*

Senſuum interiorum ordo, & quomodo alter alterum conſequatur.

3 Πάθη in animo hoc gradu ſeſe ſequuntur,

- Αἴσθησις.
- Φαντασία *& in homine etiam*
  - Νόησις.
  - Μάθησις.
  - Ἐλπὶς.
- Μνήμη ὡς
  - Πάθος *vel διάθεσις, interim puto dum fit, quaſi motus quidam: vt cum memoriter diſcimus aliquid.*
  - Ἕξις.
  - Ἐνέργεια τῆς ἕξεως. *Hæc verò ἕξις vel*
    - Manet.
    - Sequitur *eam obliuio*
      - Ex *parte, quæ per ἀνάμνησιν proprio animi motu ſarciri poteſt, (ex memoria temporis indefiniti, ſi tempus definitum inueniat, perficitur, & ἀνάμνησις aliqua ex parte fit.)*
      - Omni *modo, & tunc denuò, tanquam à præceptore diſcendum eſt, vel de nouo inueniendum, vt in lethargo.*

De ſenſibus interioribus, diſtinctione eorum, atque vſu, meditatio Geſneri alia.

4 Numerant aliqui ſenſus interiores quinq́: nempe, 1. Communem, qui recipiat tantùm imagines. 2. Imaginationem, quæ diſcernat. 3. Æſtimationem, quæ aliud ex alio eliciat, vt equus ex applauſu blanditias, ex ſenſibili quod non eſt ſenſibile, ſiue conſuetudine aliqua, ſiue natura, vt ouis lupo conſpecto ſtatim agnoſcit inimicitiam. 4. Phantaſiam, vel cogitandi vim, quam & Rationem particularem vocant, quæ longius (vltra amicitias & inimicitias) progrediatur componendo, id eſt, quaſi ratiocinando: & 5. Memoria.

1. Primùm autem quod ad ſenſum communem. dico autem illum non modo recipere imagines, ſed receptas etiam iudicare. Vel,

2. Ima-

2. Imagines primas rerum ſenſibilium in ipſis ſenſuum inſtrumentis recipi, offerriq́ ſenſui communi, non vt recipiat tantùm, ſed tanquàm principi, nempe arbitro & iudici æquiſsimo: vt qui ex æquo ad omnes ſenſus exteriores ſe habeat: eorumq́ veluti teſtimonia & ſingulorum argumenta audiat, quæ ipſe deinde conferat & pronunciet, hoc videlicet eſſe, vt eſſe diem: vel hoc eſſe illud, vt piper eſſe calidũ vel acre: hoc quod videtur eſſe animal: nam & eſſe ſimpliciter iudicat, & accidentia, & ſubſtantias. In his autem, *ſubſtantijs dico*, cognoſcendis ſæpe fallitur, cum vnius ſenſus teſtimonium admittit, vbi expectare debebat teſtimonia plurium: Verbi gratia: videat liquorem flauum (fel fortè) & mel eſſe iudicet ex colore & ſubſtantia liquida ſimili: in quo fallitur, quoniam ſaporis etiam teſtimonium neglexit. Itaque ſenſus communis illorum, & immaginatio, in vnum coniungendi ſunt. Licebit tamen ſenſum communem duplicem facere, priorem qui ſenſibilia per ſe iudicet & agnoſcat imaginum receptione: poſteriorem, qui ex imaginibus pronunciet de ſubſtantijs, qui phantaſiæ propior eſt.

3. Aeſtimatio poſtea ab illis dicta, quæ non ſolùm hoc eſſe, vel eſſe illud iudicat, ſed etiam bonum aut malum eſſe, & naturæ ſuæ conuenire aut non conuenire iudicat. Ad phantaſiam pertinere videtur: quam ſenſibilem, aut naturalem, aut practicam vocare licebit.

4. Quarta autem facultas, modo ſimpliciter aliquid cogitando imaginatur, tanquam contemplans ſolùm phantaſia, in homine quidem: modò concluſionẽ practicæ propoſitionis infert. Exempli gratia: ſenſus communis in oue dicet, Quod video lupus eſt: adiungit Aeſtimatio, Lupus autem malus eſt, vel naturæ meæ infenſus: Phantaſia verò infert, Ergò hoc fugiendum. *Syllogiſmus quidem non eſt directus. Poterat quidem concluſio & propoſitio maior, Lupus malus eſt, καθ' ὅλȣ proferri: ſed hic particulariter ſolùm accipi debent.* Ita vt tres illæ facultates coniunctæ ſyllogiſmum quendam perficiant, ſed meris particularibus conſtantem: & non in verborum elocutione, ſed in ipſa natura quodammodo ſitum, quo diximus ordine. Itaq; vis hæc phantaſiæ tanquam τὸ ἡγεμονικὸν, & nobiliſsima pars circa cognitionem ſenſibilium & naturalium συμπαθειῶν καὶ ἀντιπαθειῶν, vbi bonum aliquid ab æſtimatione iudicatum fuerit, confirmans illam, perſequi id iubet: malum autem fugere tanquam τὸ ἡγεμονικὸν tùm in brutis, tùm in homine, in rebus quidem eiuſmodi.

Ad Aeſtimatiuam facultatem quum aliud ex alio conijcitur, referri poteſt, Phyſiognomia.

Rationes Phyſiognomiæ ſunt puto,

1. Similitudo *ad bruta animalia ſecundum aliquas partes.* ἀναφέρεται εἰς λέοντα γυπώδης.
2. Similitudo *ad hominem aliquem nobis notum. Ferè enim quibus corpus & aſpectus ſimilis eſt, ingenio etiam conueniunt. Sed oportet ex multis eiuſdem ingenij hominibus videre quænam ſigna eis communia omnibus aut pleriſq; inſint. Idem delectus etiam ex animalibus haberi poteſt, vt per inductionem obſeruetur, quid ſingulis timidis, quid fortibus commune & idem ſit.*
3. Similitudo *ad hominem aliquo affectu concitum vt triſtem, iracundum, gaudentem. Nam qui nullam ob cauſam vel perpetuo iracundo ſimilis facie eſt, iracundum eſſe probabile eſt.*
4. Similitudo *ad homines aliarum nationum. Habent enim quæuis nationes ferè ſuos mores, ſua vitia: vt Hiſpano ſimilem dicas ingenioſum, iracundum.*

1 5. Mediocritas *in omni re iucunda proponi debet, vt quòd mediocri & optimè conſtituto in aliquo genere ſimilius fuerit, melius exiſtimetur: deterius quòd ab eo multum receſſerit.*

6. Ad *corpus virile comparatio mulieris: aut viri ad muliebre. Inter animalia quidem leo viri, pardalis mulieris ſpeciem præ ſe fert.*

7. Experimentum, *id eſt cognitio per inductionem ex multis ſingularibus ad vniuerſale, etiam ſi nulla ſit ratio, vt in chiromanticis pleriſq.*

8. Naturæ *vis: vbi enim validior eſt natura, ſicut in viro ferè quàm in muliere, partes vel magnitudine maiores vel numero plures efficit, vt caput maius, dentes plures: vel melius articulatas & diſcretas, vt cor articulatum, lineas manuum* δι' ὅλȣ.

Senſus communis & Phantaſia mihi videntur non ſubiecto, ſed ratione & operibus nonnihil differre.

5 Primus & communis ſenſus vel interior, vim & ſpiritum ex æquo ad omnes exteriores emittit, ſine qua vi non ſentirent. Itaq; hic magis eſt actio, vt exteriores, magis ſunt paſsiones. Non enim oculus videt per ſe, ſed tantùm inſtrumentum eſt, vt neq; tibia canit. Nȣς ὁρᾷ, νȣς ἀκȣει. Hic ſimpliciter ſenſus communis recentioribus vocatur.

Imaginem omnium exteriorum ſenſuum ex ęquo admittit, & in ſe recipit retinetq;: hanc vim aliqui recentiores priuatim imaginatiuam dixerunt. Per hanc fieri poteſt, vt quacunq; de re quoties libet imaginari poſsimus.

Senſibilia inter ſe diſcernit: nempe olfactile à guſtatili & tactili, &c. *hoc ad ſenſum communem, Ariſtoteli.* Itaq; tanquam ἡγεμονικὴ præcipit cuiq; organo, vt moueat ipſum ad agēdum, nunc hoc nunc illud pro rerum ſenſibilium obiectarum varietate. Hanc aliqui recentiores Cogitatiuam vocant & ſingularia decem prędicamentorum inquirere dicunt. Hæc phantaſia videtur dici poſſe γνωστικὴ τῶν ἁπλῶν, vel ſenſus communis diſcretiuus.

Aeſtimatiua recentioribus dicta, λογιστικὴ φαντασία, ratiocinatur ſibi aliquid faciendum, de ſenſibili quod non eſt ſenſibile eliciens, vt ex lupi conſpectu inimicitiam: vnde fugiendum ſibi putat: vt contrà conueniente aliquo viſo, ſequēdum. Huius igitur opus faciunt, ſequi & fugere: alij cōponere & diuidere, quod affirmare & negare interpretor: affirmat autem ceu bonum & ſequendū, quod conueniens viderit ſenſus externus: contrarium negat. Hanc Phantaſiam practicam ſeu appetitiuam dixerim, & paſsiones affectuſq; in ea collocârim vt etiā νȣς παθητικὸς, id eſt, mens paſsibilis dici poſsit. Nam & vniuerſalia quædam percipit, non in homine modò, ſed in brutis quoq;. Sic fera animalia pleraq; omnem hominem fugiunt, vniuerſalem quandam hominis formam intelligentes: cicurata hanc aut illum à quo læſa fuerint, &c. Item Phantaſia rationalis: quæ in homine perfectior eſt propter adiūctam rationem potentię pariter & actus in brutis imperfectior, quæ mente & poſsibili & agente carent.

Huius quidā beneficio bruta ad varia ingenioſè agenda & facieda ſunt apta: & ſi memoria quoq; valeant, ab homine quoq; cicurari poſsūt: ſin minus, vtcunque phantaſia excellant, non poſſunt. Nam vt homines alij ἀφαντασιώτατοι ſunt, ἀφυεῖς, θυμόσοφοι, & optimi in quibuſdam factitandis artifices: non tamen apti artibus & diſciplinis & in ijs rebus in quibus memoria requiritur. Alij memoria excellunt, μνημονικοὶ, non item ingenio & phantaſia. Præſtantiſsimi qui vtroq;.

His quatuor potentijs, Senſus communis & Phantaſiæ, ſi addas memoriam, quinq; etiam internos ſenſus eſſe dixeris, vt recentiores quidam faciunt, quanquā neq; ſatis rectè interiores phantaſiæ vires & opera diſtinguunt: neq; ſi rectè

diſtin-

diſtinguerent probari forte illorum opinio deberet. Græci vim & impertientem ſe ſenſibus omnibus & recipientem imagines eorum, & diſcernentem eaſdem, non diſtinguere videntur, vt & ſubiectum vnum ſit, & vis vna, ſed opera diuerſa. Vt vegetatiua anima vna, quæ alimentum attrahit, retinet, concoquit, &c.

Alia diſtinctio.

6 An hoc etiam modo diſtingui poſſunt: vt Senſus communis magis propriè dicatur, vis ſenſibus coniuncta cum ſenſus agunt, obiectis præſentibus. Eadem verò vis cum abſunt obiecta & ſenſus in ea non agunt, Phantaſia potius dicenda eſt? Sed tam ſubtiliter diuidere non opus eſt.

7 Senſus communis officia ſunt

Vt obiecta quinque ſenſuum ſentiat, & actiones eorum atque vacationes.

Ad eum propriè ſpectat animaduerſio, (das merckenn) quando ſcilicet animaduertimus nos videre aliquid aut audire. Vnde fit vt ſæpe & videamus & audiamus aliquid, nec tamen percipiamus nos ea ſentire, quoniam ſenſus cõmunis imaginatioque interea vertitur aliorſũ, *Cælius.*

Oportet inquit Plotinus ſenſum communem eſſe quaſi centrum, ſenſus verò ſingulos vndique non aliter ad hunc ipſum, quàm lineas à circumferentia ad centrum vſque protendi. Atque vim eiuſmodi cuncta comprehendentem, reuera vnum aliquid eſſe neque eſſe humidum, aliàs ceſſaret memoria: neque durum, periret namque docilitas. Et omnino ſi ſit corporeum, formæ rerum ſe ibi impedient atque confundent.

In hoc præterea ſenſu intimus eſt viſus & auditus, cæterique omnes: ſed hic vna forma ſunt, poteſtaſque. *Cælius.*

8 Senſus communis primum ſenſibile aliquod proprium alicuius externi ſenſus nõſcit: deinde genus confuſum quodammodo: poſtea ſpeciem: vltimo indiuidua. Vt qui eminus aliquid videt, colorem & magnitudinẽ primùm noſcit: inde ex motu aut figura forte, quod animal ſit: & ſi propius accedat, quod ſit equus. Poſtremo quòd Socratis equus. Sic pueri primum omnem virum patrẽ appellant. Senſus igitur ab vniuerſalibus incipiens, in indiuidua deſinit: Ratio autem contrà. Naturæ quidem ſimpliciter priora ſunt vniuerſalia: ſicuti & rationi iam conſtitutæ: quæ ipſa tamẽ dum conſtituitur & addiſcit, à ſenſilibus & particularibus incipit.

Senſus communis quomodo contraria cognoſcat.

9 Senſus communis ſentit non ſolùm diuerſa ſenſibilia, vt dulce & flauũ, ſed etiã cõtraria eiuſdem ſenſus, vt albũ & nigrũ, Them. Senſus cõmunis ſi corpus eſſet, poſſet cõtraria ſimul diuerſis ſui partib. recipere: nũc verò cũ incorporeus ſit, quomodo põt cõtraria ſimul noſſe? An nõ cõtraria, ſed diuerſa tñ eodẽ tẽpore noſcit? An diſtinguemus hoc pacto? Ἐναντίωσις alia eſt in receptione, ſicque ſimul eſſe nõ põt: alia verò in actione, & ſic poteſt. Vt ſol lutum indurat, cerã liquat: & viſus in charta ſcripta ſimul albũ & nigrũ videt. Sicque & Senſus cõmunis cũ ſit actus perfectioque intrinſecus excitata, ſimul cõtraria iudicat, vt dulce & amarũ: quamuis lingua ab iiſdem non ſimul afficiatur, niſi diuerſis ſui partibus: at ſenſus communis partes nullæ ſunt.

Senſus cõmunis vnus & indiuiſibilis in ſe, ſenſibilia tamẽ diuerſa eodẽ tempore iudicat: quòd ſignũ eſt, ipſum nõ eſſe corpus (corpus.n. nullũ poteſt eadem ſui parte attingere plura ſimul: at Senſus cõmunis põt, vtpote ἀσώματος καὶ ἀμέριστος) ſed vim quandã incorporeã. Nã & caro *ponatur.n. hæc organũ tactus*, diuerſa obiecta ſimul ſentiẽs vt calidũ & lene, &c. non primũ eſt ſenſoriũ, ſed vis aliqua interior incorporea & indiuiſibilis. Sed & reliqua ſenſoria ſimiliter.

DE PHANTASIA MEDITATIONES *particulares.*

1 Phantaſiam, aliqui Latinius viſionem nominant: aut vim viſa, ideſt phantaſmata efformantem.

2 Phantaſia dicitur de

- Αἰσθήσει, Νοήσει } impropriè.
- Τύπος καὶ μορφὴ αἰσθήματος ἐν τῇ ψυχῇ. } propriè.

3 An Phantaſia.

- Propriè, *ſpeciatim rerum abſtractarum imaginatio, ſola ſine ſenſu agens: vel* κατ' ἐξοχὴν, *vtpote ſyncera & ſine alio ſenſu.*
- Communius, *cum ſenſu coniuncta: vbi bonum ſeu malum naturæ ſuæ vnumquodque animal iudicat: quod mox aut ſequitur aut fugit.*
- Vtraque *ceu ſedes eſt affectuum, vtraque animal concitare & mouere ſecundum locum poteſt: vehementius tamen quæ cum ſenſu & ſenſibili præſenti coniuncta eſt. Sēſibili enim remoto, paulatim languens, minus mouet, vt in luctu & amore apparet: Ariſtoteles certè Phantaſiā cauſam facit, cui accedēs appetitus moueat corpus. Hæc plærunque à ſenſu aliquo incepit & ſpeciem ſenſibilem aliquam intra ſe velut depinxit: quæ confirmata, appellatur memoria: vel à nullo ſenſibili exorta, fingit ipſa ſibi.*

4 Phantaſia.

- Abſentium, *ſimpliciter fortè phantaſia, plerunque falſa.*
- Præſentium, *cum ſenſu communi agente, aut cogitatione aliqua coniuncta: vt cum in ſomnijs aliquid immittitur, quod neque ſenſu nec cogitatione prius vſurpauimus: vt ſunt ſomnia prophetarum.*

Sic dicimur nihil ſine phantaſia intelligere, ideſt ſine aliquo ficto aut attributo rei, quòd reuera rei ſecundum ſuam eſſentiam non competit.

5 Phantaſia, quoniam ſenſum ſequitur, vbi hic minus aut magis decipitur, ibidem etiam phantaſia. Senſus autem minus decipitur circa ſenſibilia propria: magis circa cōmunia, & ipſa ſubiecta ſenſibilium qualitatum, quare etiā phantaſia ſimiliter. Et vt ſenſum loci diſtantia decipit, ita phantaſiam temporis, &c.

Phantaſia præſentium ne an præteritarum tantùm.

6 Phantaſia quidem fit in præſenti tempore, & præſentium phantaſmatum: ſed an rerum etiam præſentium eſſe poſsit, quæritur: an verò ſolùm fit præteritarum. Dicendum vt plurimum quidem rerum præteritarum, & ſenſu aliquo perceptarum phantaſias fieri: aliquando tamen, rerum nullo prius ſenſu aut cognitione vſurpatarum vel vigilanti vel dormienti phantaſia incidit: & tùm fortè non rerum, ſed phantaſmatum ſolùm præſentium dici poteſt phantaſia. Sed an rebus quoque præſentibus interdiu fit, vt quæ bonum eſſe dicit, quod videt, & ideo, &cæt.

Phantaſiæ diuerſæ actiones ſunt, pro diuerſitate rerum ſeu animalium quibus ineſt.

7 Phantaſia circa artes vel opera artificioſa: in alijs animalibus particularis eſt, vt in apibus circa fauos tantùm: in aranea, circa texturam & venationem: in hirundine, circa nidificationem, vnde ἀχύρωσιν inuentam putant. In alijs ſingulis circa

circa ſingula aliqua domicilio ſuo,victui,aliĳue naturæ ſuæ conſeruationi neceſſaria: In homine verò vniuerſalior (& non circa neceſſaria ſolùm) quare in homine etiam phantaſia cum ratione artem conſtituit: in cæteris ratione carens, cum ſenſu communi, aliquid arti ſimile, naturalem ſcilicet inſtinctum callidum, ceu artem particularem facit. Animalia in quibus ad phantaſiam memoria accedit, diſciplinæ capacia ſunt. Solus verò homo, diſciplinæ ſolùm & artis capax eſt in faciendo: vel prudentiæ, in agendo: vel ſapientiæ, in contemplando.

8 Phantaſia videtur veluti Mercurius quidā ſe habere, modò huic, modò illi animæ facultati ſe aſſocians: & eam cui ſe adiunxerit adiuuans. Nam cui ſenſui communi ſe adiungit, nihil quàm particularia percipit, & ex illis voluptatem aut triſtitiam ſibi concipit: aut ſimpliciter conſyderat & memoriæ tradit, & artes vt ita dicam particulares, vt apicularum fauificandi, ingeniaq; & mores animalium, & hominum etiam aliqua ex parte conſtituit: & varias affectuum differentias, amando, gaudendo, ſperando, &c. Rationi verò adiungit, cum illa ex particularibus vniuerſale aliquid colligit, vel ab his ad illa deſcendit. Aut per ſe abſq; aliĳs quippiam ſibi fingit aut comminiſcitur, vt in ſomnĳs ſolet, quãquam & vigilans fingere ſibi quòd voluerit poteſt, pictoris inſtar: & ita quidem vt ſæpe quæ fingit vera eſſe exiſtiment, vt in morbis, & in ĳs qui à valido ſomnio expergiſcuntur. Senſus & ratio fingere ſibi quod vel quando voluerint non poſſunt, Phantaſiæ hoc proprium. Licet & Phantaſiam aliquam rhetoricam facere, cum citra appetitum aliquem & affectus, ſimpliciter aliquid particulare conſyderat, vt pictor ſuam picturam, an archetypo conueniat. Aliam practicam quodam modo, quę appetitu aut affectibus adiunctis ad aliquid agendum aut faciendum ſtimulos addit, ſenſum aut rationem mouens. Et ſimiliter aliæ etiam animæ facultates cognoſcentes omnes, vel ſimpliciter conſyderant, vel ad agendum mouent, vt Mens inferiorem ſe rationem & reliquas. Ratio phantaſiam: hæc ſenſum: hic autem mouetur tantùm (inter animæ facultates dico, nam corpus etiam mouet.) mens mouet tantùm: quæ in medio ſunt mouent & mouentur, nec mouent tantùm inferiores ſe, & à ſuperioribus mouentur, ſed etiam viciſsim: tanta eſt cognatio.

9 Phantaſia alia

- Αἰσθητική, *communis animalibus, imperfectior.*
- Λογιστική, *ſolius hominis. Nimirum quali vtuntur, qui exercent artem memoratiuam, imaginantes in diuerſis locis & angulis alias atque alias imagines. Forſitan & in ſomnĳs diuinitus miſsis: & in ĳs qui vigilantes etiam futura ceu præſentia vident, id eſt videre imaginantur, mente diuinitus commota, rationali phantaſia. Item in contemplatione Paradiſi ſeu vitæ cæleſtis Deum & angelos ceu corporeos imaginari, & amœniſsimum locum ob oculos ſibi ponere, huc pertinere videtur. An etiam talis imaginatio eſt eorum qui domuum aut ædificiorum integrorum ideas animo contemplantur, prius quàm fundamenta eorum ſint iacta.*

10 Phantaſia alia dicitur

- Ἡ ἀόριστος καὶ ἀδιάρθρωτος *(confuſa)* τῶν ἀπόντων ἁπλῶν αἴσθησις. *hac vi* ἐπιθυμία; *mox etiam vbi ſolus tactus eſt, ſequitur.*
- Ἡ ὡρισμένη καὶ μνημονευτική *(aliâs* ἀναμνηστική, *Philopon.)*
- Ἡ συνεθίζεσθαι τινα δυναμένη, διδακτική *Philopon.*

Vniuerſalia in Phantaſia, διανοίᾳ & νῷ.

11 Phantaſia maximè circa particularia eſt: videntur tamen in hac quoque vniuerſalia quædam eſſe, ſed in certis generibus, & definitis. Nam quę in animo inſitæ ſunt ideæ ſiue cognatæ ſiue diſciplina partæ, vniuerſales eſſe videntur: à ſenſibus verò externis motæ, particulares tantùm.

In ratione verò, τῇ διανοίᾳ, vniuerſalia ſunt quælibet, non certi generis, intra naturam tamen, vt φυσικὴ, mathematica omnia.

In mente verò vniuerſalia, diuina.

Phantaſię officiã.

12 Phantaſia
- 1. Species *ſenſibiles ſibi imprimit.*
- 2. Species *eaſdem diſcernit,*
- 3. Singularia *ſenſibilia cognoſcit* { Subſtantias / Accidentia. } *licet abſentia.*
- 4. Ex *ſpecie ſenſibili ſibi obiecta, aliam ſimilem aut diſsimilem & ipſam ſenſibilem elicit & imaginatur, vt ex picto, viuentis geſtum & impetum.*
- 5. Ex *ſpecie aliqua ſenſibili, conceptum aliquem merè imaginarium & nõ ſenſibilem, vt in proſopopœijs.*

Senſus quomodo à Phantaſia differat.

13 Senſus differt à Phantaſia, vt patet ex Philopono.
- 1. In *ſomnijs.*
- 2. In *nuper natis infantibus: carent enim phantaſia & ſomnijs: matris mãmillam ab alijs non diſtinguunt.*
- 3. In *animalibus imperfectis: quæ phantaſiam non habent, niſi prorſus tenuem & confuſam, quam ne nomine quidem Phantaſiæ nunc dignamur.*
- 4. À modo *cognitionis: Senſus enim percipit entia ſolùm: phantaſia etiã quæ non ſunt fingit, quare hæc ſæpius fallitur.*
- 5. Ab *eo quòd non ſimpliciter, ſed incertius ſolùm ſentientes, φαίνεσθαι ſibi dicunt quòd dubitationis ſignum eſt.*
- 6. Quod *etiam clauſis oculis, videri ſibi aliquid dicant.*

Quomodo Phantaſia à Senſu communi diſtinguatur, meditatio.

14 Phantaſia quatenus rerũ particularium eſt, ſenſus quidam videri poteſt, ſicut & memoria: quamobrem recentiores quidam hos duos etiam ſenſus interiores faciunt, pręter primum communem, de quo diximus. quatenus vero vterque rerum abſentium cognitio eſt, ſenſus non eſt. Itaque præſtat ſenſum interiorem vnum facere; inter quem & intellectum phantaſia & memoria quodammodo ambigant. nam vtriuſque vis partim ſenſualis, partim rationalis eſt, &c.

Phantaſia à ſenſu communi non differt ſubiecto, ſed ratione & tempore, vt puto. Ponatur ſuperficies vna, cuius pars anterior organa ſenſuum reſpiciat, & ſua vi ſenſus ipſos comitetur ſemper, nec abſque ſenſibilium præſentia quicquam agat, interior verò ſeu poſterior imagines à priore ceu traiectas excipiat, & ſenſibilibus remotis imagines retineat & contempletur. Quòd ſi organum ſenſus communis læſum ſit, phantaſia etiam læditur, & cum ſenſu communi confuſa, præſentia etiam non vt ſunt, ſed falſa imaginatione diſtorta, vel quæ nihil ſunt, aliquid eſſe ſibi fingit.

Phanta-

Phantaſia cum benè ſe habet organum, imagines rerum à ſenſu cõmuni accipit, vt hic ab exterioribus, exteriores ab ipſis rebus: intellectus verò poſsibilis, à phantaſia: faciens verò nihil accipit, ſed agit tantùm & communicat principia cognitionum vniuerſalia, quibus tanquam lumine intellectus poſsibilis illuſtratur. Ergo ſenſibilia externa, agunt tantùm, ſpecies particulares communicando: & intellectus faciens, itidem, axiomata tradendo: cognitiones autẽ intermediæ, vt ſenſus exterior, interior, phantaſia, memoria; & intellectus poſsibilis, (qui & paſsibilis dicitur) ſpecies in ſe recipiẽdo, poſteriores à prioribus pati vidtur omne n. quod patitur vim agentis in ſe recipit. Nõ multum autẽ refert à phantaſia ne an memoria potiùs, intellectui poſsibili ſuas ſpecies obijci dicamus. Memoria enim eſt phantaſmatum retentio: & ſubiecto nõ differunt: adeò vt interdũ nonnulli dubitent, meminerint ne rem aliquam, tanquã verè factã, an imaginentur.

Phantaſia loco mentis imperat, in belluis quidem ſemper: in hominibus verò cũ mens eſt impedita, vt morbo aut perturbatione aliqua. Quod ſi phantaſia ſit læſa, forte eius locum ſenſus communis obtinebit, ſed peruerſe vt dictum eſt.

15 An phantaſia etiam ſua phantaſmata ad ſenſum communem iudicanda refert, vt vult Lieblerus: an potius ipſemet de illis iudicat? hoc potius. Omnis enim vis intrinſeca, quæ imagines recipit, de illis etiã iudicare poteſt: extrinſecus nõ itẽ. Phantaſia cũ partim à ratione, partim à ſenſu primò imagines recipiat, in medio harum ponitur, nõ aũt ante ſenſum communem, vt Lieblero videtur, qui tamen medicorum ſententia nititur; qui phantaſiam ante; ſenſum communem in medio collocant, *de quo vide Galenum.*

16 Phantaſia eſt rerum ſenſibiliũ primùm, quarũ primæ imagines ſenſu communi percipiuntur & iudicantur: phantaſia aũt, imagines illas iterãs; & quaſi imagines imaginũ reddens, vt cum duæ irides reddũtur, vbi ſecunda, imago primæ eſt, iccircò circa illas ſæpe fallitur q̃m ſecũdæ primis obſcuriores ſunt. At eadem magis fallitur, vbi rebus ab omni ſenſu & ſenſibili ſpecie remotis; quarum formæ intellectu tantùm percipiũtur, imaginẽ aliquã ſenſibilẽ attribuit, vt Deo diuinis magiſq; etiamnum, ſi res prorſus non exiſtentes, ſibi imaginatur, nõ ſolũ tanquã accidentia, ſeu tanquã ſubſtãtias, vt deos, dæmones, ſpectra: quos primũ mens ſibi fingit, & ſecũ poſtea trahit in ſuffragiũ rationẽ & phantaſiam. Minimè autem fallitur & certiſsima illa phantaſia eſt, quę rationi coniuncta, à corporib. figuras aut alia (quæ ſuapte natura ſine corporibus eſſe nequeunt) abſtrahit, & conſiderat, vt in mathematicis fit.

17 In ſpongijs non eſt Phantaſia, nam neq; ſenſum alium habent præter tactũ. Senſus autem inferiores ſunt Phantaſia: quod ſi inferiore carent, etiam præſtantiore, *Philopon. à minori ad maius.*

Si ubi ſenſus eſt, ibi etiam ὄρεξις: hæc autem eſt rei abſentis, & non fit ſine cõceptione vel imaginatione aliqua rei abſentis, quare omnia ſenſu prædita aliquid etiam phantaſiæ habere videntur.

Phantaſma & Μνημόνευμα quid differant.

18 Phantaſma & μνημόνευμα in eodem ſubiecto fiunt, & ita vicinæ affectiones ſunt, vt aliquando aliquid in mente voluentes, dubitemus (vt à ſomnijs aliquando fit, imò & vigilantibus) factum ne verè ſit aliquid cuius meminimus, an tantũ imaginatio ſit & tamen aliquando vtrum factum ſit an non in mentem nobis venit. Sunt qui ne principio quidem dubitent; ſed μνημόνευμα & rem factam, pro phantaſmate accipiunt: alij contrà, vt inſani. Nam φάντασμα accipitur ab inſanis ante μνήμης ἢ αἰσθήσεως.

19 An Phantaſia condo, Memoria promo rectè conferentur? *Geſneri problema.*

Φαντασία, φανταστικὸν & φάντασμα quid differant.

20 *Φαντασία* eſt imaginatio vera, rei ſcilicet verè perceptę ſenſu: cui τὸ φανταστὸν, hoc eſt ſenſibile aliquod, quòd cogitatione, ideſt imaginatione comprehendi poteſt, obijcitur.

Φανταστικὸν, eſt imaginatio aut imaginandi facultas falſa: cui obijcitur φάντασμα, hoc eſt ſpectrum inane, quòd reipſa nihil eſt, ſed à melancholicis aut meticuloſis fingitur, *Plutarchus*. Ariſtoteles tamen non ita diſtinguit, ſed ita vt αἴσθησιν, αἰσθητὸν, αἰσθητικὸν & αἴσθημα: & vt νοῦς, νοητὸν, νόησις, νόημα.

DE PHANTASIA ET MEMORIA ET
tum quid inter hæc, tum ſenſus interſit.

21 Quoniam Phantaſia & Memoria non ſubiecto, ſed ratione tantùm differunt, ſicuti etiam ſenſus & phantaſia: & eadem animæ parte, ſentimus, imaginamur & meminimus, dicendum nobis in quibus hæc differant.

Senſus igitur eſt ſenſilium præſentium: Phantaſia verô etiam abſentiū. Senſus vigilantibus fit: phantaſia etiam dormientibus. Senſus non eſt noſtri arbitrij neq; enim liberum nobis eſt abſentia ſentire: phantaſia noſtri eſt arbitrij, cum etiam abſentia imaginari queat. Eſt tamen rurſus qua conueniant.

Ab actionibus ſenſuum typus quidam & ſimulachrum in corde vel primo ſenſiterio oritur, ἐγκατάλειμμα τῆς ὑπὸ τοῦ αἰσθητηρίου γενομένης κινήσεως. τοῦτο δὲ ἐμμένει ζωγράφημα ὂν καὶ εἰκὼν τοῦ ἀπόντος αἰσθητοῦ. Itaq; definiunt Τύπωσιν ἐν ψυχῇ, ἢ ἐν τῷ ἡγεμονικῷ. Phantaſia autem videtur non typus eſſe, ſed circa typum phantaſticæ facultatis actio: alioquin cum plures typos habeamus, ſimul etiam eſſemus ἐν πλείοσι φαντασίαις. Hic typus ſeruatus, etiam Memoriæ cauſa fit.

Φάντασμα ſecundum Geſnerum, ipſe typus, qui à phantaſia conſyderatur, ſiue actu & ſimpliciter φάντασμα dicitur: ſiue potētia, & φανταστὸν quoq; vocari poteſt. At à Memoria conſyderatum φάντασμα, μνημόνευμα fit.

Vt circa ſenſus tria ſunt, ſenſibile externum ſenſus vel ſentiendi potentia, & tertium actio: item circa Intellectum, τὸ νοητὸν, & νοῦς tanquam δύναμις: & νόησις, ἐνέργεια. Sic circa phantaſiam, τὸ φανταστὸν, quod à ſenſu aliquo perceptum eſt: ἡ φανταστικὴ δύναμις, & ἡ φαντασία tanquam ἐνέργεια. Eadem autem animæ facultas, cum in externa ſenſibilia præſentia agit αἰσθητικὴ dicitur: cum uerò in eorundem abſentium typos inter nos, φανταστικὴ. Itaq; ſubiecto vna eademq; hæc vis eſt.

Noſtrum inquit Geſnerus, nam Epheſius non ſatis clarè. An φαντασία, vel φάντασμα vel φανταστὸν, eſt quæ adhuc fit impreſsio? an ſenſus id potius fuerit? Mihi vtrūq; quodāmodo videtur: nā omnia quæ fiunt, vtroq; extremorū interim participāt.

An factus iam & repoſitus typus, phantaſia vel Phātaſma eſt? an potius Memoria? Vtrumq;, ſed diuerſo reſpectu. Nam ſi per ſe & ſimpliciter conſideretur, phantaſma eſt: ſin vt imago rei alterius, & aliunde ſumpta, memoria vel reminiſcentia. Μνήμη γὰρ ἐστι κατοχὴ φαντάσματος ὡς εἰκόνος, τούτου τοῦ πράγματος ἀφ' οὗ τὸ φάντασμα. Τῆς γὰρ φαντασίας πολλάκις γινομένης συνίσταται μνήμη.

Reminiſcentia autem prioris memoriæ renouatio: cum eius continuitas interuentum alicuius obliuionis interrupta fuerit.

Vt baculus ab alio motus, ipſe lapidem mouet: ita ab externis ſenſibilib. motum cor, (receptis ſcilicet ſenſibilium typis) vim phantaſticam mouet. Itaq; fuerit phantaſia, κίνησις ὑπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως, τουτέστι ὑπὸ τῶν ἐγκαταλειμμάτων, τῶν ἀπὸ τῆς κατ' ἐνέργειαν αἰσθήσεως ἐν τῷ αἰσθητηρίῳ γινομένων. hæc ipſa enim ἐγκαταλείμματα vocantur κατ' ἐνέργειαν αἴσθησις.

Porro typum in phantaſia fieri dicimus, non quidem propriè, tanquam figura aliqua fiat vt in ſigillis, κατ' ἐξοχὴν, &c. quæ enim eiuſmodi figura eſſet à qua-

lita-

litatibus & accidentibus, vt albo, calido:ſed generaliter pro veſtigio & reſiduo à ſenſibus relicto.

Cum anima typum aliquem (vt leonis, hominis) in phantaſia pictũ ſimpliciter ſpectat, nihil quàm phantaſia eſt. Cum verò ſimul cogitat, imaginem eam eſſe aliunde, nempe rei certæ, loco & tempore certis ſenſu aliquo perceptæ, iam memoria fit.

Quoniam igitur memoria & phantaſia idem ſunt ſubiecto, item phantaſia & ſenſus ſimiliter, rectè dictum eſt à Philoſopho, ὅτι ᾧ μορίῳ τῆς ψυχῆς αἰσθάνεται, τούτῳ καὶ μνημονεύει τὰ μνημονεύοντα:

Hæc Geſnerus ſummariè, multa prætermittendo, præſertim quæ à Themiſtio ad verbum erant tranſcripta, collegit ex Michaëlis Epheſij prolegomenis in Librũ de Memoria Ariſtotelis. Proinde etiam accommodari debent interpretationi eius libri.

Memoria non eſt phantaſia, ſed non ſine phantaſia.

22 Phantaſia & memoria, rebus ſenſilibus quas imaginantur aut meminerũt abſentibus vtræq; fiunt, vtræq; in primo ſenſiterio, quomodo igitur differunt? An poteſt etiam phantaſmatum eſſe memoria, ſiue rerum phantaſia tantùm con fictarum: non autem memoriæ phantaſia? An εὐφαντασιώτους εἶναι artifices ad ſolertiam operum iuuat: μνημονικοὺς verò non item: An εὐφαντασίωτοι ſunt illi potius, qui antequam aliquid fabricentur, totam rei formam in animo ſibi prius imaginando proponunt, & illam poſtea facilè imitantur: μνημονικοὶ verò qui quod prius factum viderint, vel ab alijs acciperint, meminerunt: nihil ipſi nouum faciũt? Item phantaſmata vel per phantaſiam comprehenſa, inſtabiliora ſunt & vaga. μνήμη verò conſtantior, & ex phantaſmatibus fortè multis confirmata (& puto de veris propriè, non falſis & fictis, vt phantaſia.

Memoriæ ſedes an occiput,

23 Vide Fernelium, qui negat in cerebello locari memoriã: cui & Peucerus audio, alioſq; eruditos conſentire. An recentiores tantùm Medici iſti parti (læſa memoria) remedia adhibent, non etiam veteres? An Ariſtoteli vbi imaginatio, ibi etiam memoria eſt? an quamuis alij μνημονικοὶ ſint, ideſt memoria valeant: alij εὐφαντασίωτοι, non idcirco tamen locis hi ſenſus diſtinguuntur? Quis alius ergò cerebelli uſus eſt? an nerui aliqui ex eo, minus duri, quâm è nucha? an verò cerebellum debuit eſſe medium inter ſpinam dorſi & cerebrum? neq; enim ſubito poteſt tranſire natura in contraria. *Sed hæc ego mihi diligentius aliquando meditanda conſignaui.*

Memoriam ad communem ſenſum referendam, vt & Phantaſia.

24 Intellectus etſi nihil conſiderat ſine quantitate vel continuo: tamen alia (intelligibilia) non vt quãta conſiderat: alia (vt triangulum) vt quanta quidem, ſed non vt definitæ quantitatis.

Memoria eſt tantùm temporis præteriti: atqui tempus non alia parte comprehendi poteſt, quàm qua magnitudo & motus. Hæc aũt percipiuntur à primo ſeu communi ſenſu, ergo & tempus ab ijſdem percipietur. Itaq; in eadẽ facultate etiã memoria reponenda erit, vt illi accidens ſit, quemadmodũ & Phantaſia. Nã memoria ſine Phantaſia fieri non poteſt, vt ne intellectus quidẽ. [Nã intellectus ſiue aliquid quãtitatis expers ſibi intelligendũ proponit, affingit ei quantitatem quampiã, & locũ: ſiue cum quantitate, ſed in definita coniunctũ, *interpres Latinus Perionius & Alcyonius hic mihi non ſatisfaciunt*, definitã ei aliquã & certã quantitatẽ attribuit, vt Mathematici ſeu Geometræ ſolent, qui ſimpliciter quatenus quantę ſunt res, nõ quatenus definitæ quantitatis eas cõſiderant: ſine definita tamẽ quã-

titate eas deſcribere non poſſunt. Ita & ſenſus & intellectus vtūtur phātaſmatis, non quatenus talia ſunt, ſed quatenus reliquiæ & ſimulachra ſunt rerum ſenſu intellectiue prius vſurpatarum.] *Incluſa his notis [ ] & quæ eis reſpondent apud Ariſtotelem libro de Memoria, per digreſsionem adiuncta ſunt.*

De memoria & reminiſcentia concluſiones nonnullæ, ex Fabro Stap.

25 Concluſ. 1. Memoria & Reminiſcentia differunt: nam frequenter memoria valent, qui tardo ſunt ingenio: reminiſcentia autem, qui celeriores acri ſolertiq; ſunt ingenio.

Concluſ. 2. Memoria nec futurorum eſt, neq; præſentium: horum enim ſenſus eſt: illorum verò opinio quædam, & ſpes & ſperatrix quædam ſcientia, quam diuinationem appellare ſolent.

Concluſ. 3. Memoria præteritorum eſt, ſine ſenſu, ſine ſcientia perceptorū, vt quæ quis vidit aut didicit. Et in communi ſermone ijs quæ meminiſſe nos dicimus præteriti temporis verbum adijcimus.

Corollarium. Memoria ergò non eſt ſenſus, nec opinio, cum hæc etiam futuri eſſe poſsit. Sed interuentu temporis alicuius iſtorum, facti ſcilicet, vt ſenſu vel intellectu percepti, habitus vel paſsio.

Concluſ. 4. Sola quæ ſenſum habent, tempuſq; ſentiunt, meminerunt. Illorum aūt quæ ſenſu percepta non ſunt, non eſt memoria. Memoria enim præteritorum eſt, & eorum ſimulachrorum (ſine qua ne intelligimus quidem) in rerum abſentia cient atq; efficiunt.

Concluſ. 5. Memoria eſt paſsio primi ſeu præcipui interioris ſenſus ad quē & ſenſu percepta phantaſmata pertinent: intelligibilia autem per accidens. RATIO per ſimile. Nam vt Geometræ nulla eſt opus certa determinataq; quantitate, certam tamen determinatamq; deſcribit quantitatem: ita intellectui (quamuis rem quantitatis immunem intelligere ſatagat) protinus moles quantitaſq; obiecta aſſurgit. Et ſi quantum determinatum ipſi obiectū ſit, ipſum indifferens, nulloq; certo menſu definitum atq; terminatum protinus apprehendit. RATIO ſecunda ſi memoria eſſet paſsio intellectiue, alia quàm homo animalia, non meminiſſent. Sed alia quoq; meminerunt, Ergo, &c.

Concluſ. 6. Nō omnia animalia memoria prędita ſunt. RATIO. Nō omnia enim temporis ſenſum habent, vt ſentiant prius & poſterius quæ ſunt in tēpore.

Adhunc modum ceperat Geſnerus Fabri Stapulenſis phiſica prolixa & copioſa, in breue compendium redigere: quòd vtinam perfeciſſet, aut ſi alius aliquis etiam idem hodie, exemplo Geſneri, conaretur, non ſanè pœnitendum laborem ſubiret.

DE MOTRICIS ANIMAE FACVLTATE MEDITATIONES.

Motrix facultas ſemper ſequitur appetitum, vt hic cognitionem interiorem. Non forte quòd tempore ſequatur ſed ordine: forſan enim vno ferè momento animal noſcit aliquid & appetens mouetur. Ergò vis motrix non quidem componitur ex duabus illis facultatibus, ſed eas ſequitur. Proxima aūt eius cauſa efficiens, appetitus eſſe dicitur: & ſaterit ſi dicamus eā ſequi appetitum (hūc enim ab aliqua cognitione proficiſci, per ſe intelligitur. Sic ſatis eſt caprā dicere animal eſſe: nec opus eſt etiā corpus & ſubſtantiam eſſe dicere.

2 Si appetitus cauſa eſt motus ſecundū locū: ineſt aūt is omnib. ſenſu prę̄ditis, cur Zoophyta quoq; nō mouētur loco? An quia ſenſus illorū imperfectior eſt, in tactu duntaxat, eoq; nimirū obtuſo, & quē nulla phantaſia ſequatur, cum pręſentib. ſolū ſe oblectent, & fruantur, abſentia nō deſiderent, ſicuti etiam plantæ: idcirco imperfectus etiā appetitus eſt, qui motū aliquē efficit, *cōtractionis & dilatationis*, non tamen perfectum ſecundum locum. Quo-

Quomodò anima moueat,

3 Animam veterum quidam dixerunt mouere:vnde apud Galenum quidam hanc innominati authoris definitionem animæ legimus:quòd ſit motionis principium omnibus ijs quæ fiunt vel ſunt : id quòd naturæ etiam antè animam conuenire videtur. Archelaus & Anaxagoras animam mouere omnia cenſuerunt, id quòd ſimpliciter de Deo fortè potius dicendum fuerit, tùm vt efficiente omnium cauſa, tùm vt fine, particulatim quidem ſingula quæ moueri apta ſunt, à ſua vel anima vel natura moueri videntur : ſenſibilia verò vniuerſa à cœlo, vel anima quadam mundi, vt quidam volunt: ſimpliciter verò vniuerſa, à Deo: Sic corpus noſtrum aliter per naturã, aliter per animã, aliter deniq; per mentẽ mouetur.

An anima per ſe moueatur ? de quo inferius plura.

4 Alij animam non mouere ſolùm reliqua, ſed & ipſam moueri ſentiunt, vt Democritus & Leucippus. Plato, Xenocrates & Alcinæon Crotoniata Phyſicus ἀυτοκίνητον eam, hoc eſt, à ſe ipſa moueri, expreſſerunt: & inde etiam ſequi vt ſit ἀεικίνητος, hoc eſt, ſemper moueatur. *Lege Themiſtium Lat.* 417. Platoni, inquit, anima ſemper mouetur, mens verò motus localis, τῆς μεταβατικῆς κινήσεως expers eſt. Ariſtoteli per ſe nunquam, per accidens verò tantùm moueri poteſt, vt & reliquæ corporum formæ. Et hi quidem omnes de motu ſecundum locum ſenſiſſe videntur. Hippocrates verò animam, in ſolo quidem homine etiam augeri dixit: quòd de animæ partibus diſciplinæ capacibus fortè quodammodo dici poteſt: (nam Galeni, αὐξανομένου γὰρ τοῦ σώματος πᾶσαι καὶ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις αὐξάνονται, non ſoli homini conuenire dixerim: & verbum αὐξάνεσθαι ὁμωνύμως ponitur) ſed ſibi mox contradicit: ἡ ψυχὴ τὸ αὐτὸ πᾶσι τοῖς ἐμψύχοις. Et rurſus, ἡ ψυχὴ ἀεὶ ὁμοίη: οὐ γὰρ ἀλλοιοῦται, οὔτε διὰ φύσιν, οὔτε δι' ἀνάγκην. Et in ſexto Epidemiorum, Ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου.

5 Quomodo corpus moueatur ab anima, motu vel ab ea incipiente, vt à phantaſia & memoria: vel ad eam terminante, vt cum de ſenſilibus externis motus incipit, *vide Ariſtotelem lib.1.cap.4.*

De motrice anima: & quòd omnis anima moueat, ſed diuerſis generibus motus: Quæ verò ſecundum locum moueat, quæritur.

6 Intelligens anima (inquit Lieblerus) non poteſt eſſe vis mouens: cauſam ego dicerem: quoniam mouentur etiam illa, quæ intellectu carent: & homines ſæpe ſecundum phantaſiam & cupiditatem ſine intellectu vel contra illum. Non igitur ſimpliciter intelligens anima, ſed quatenus bonum aliquod intelligit (idque appetit) mouet: impeditur tamen aliquando à phantaſia vel ſenſu. Sic & phantaſia cognoſcens aliquid bonum vel ceu bonum, mouet: impediri autem ab intellectu poteſt, ſicut & ſenſus appetens præſens bonum, & mouere incipiens, impediri ab eodem poteſt, quò minus permoueat totum ſcilicet animal ſeu corpus. Bono enim obiecto appetitus ſemper fortè mouetur, & ab appetitu ſpiritus vel cor, ad membra verò & corpus quo mentis procedat motus, impedimẽtum fieri poteſt. Omnes res naturales impedire poſſunt, præter corruptionem earum. Non autem ſi quid impedire poteſt, negandum eſt ſtatim eſſe cauſam alicuius rei: impedimẽto enim ablato, cauſa erit. Alioquin neruos etiam & muſculos motionem efficere negabimus, quoniam impediri poſſunt. Moueant igitur hæc ſed non ſola, vt dicemus. Et quoniam contrariorum eadem eſt ratio, & idem genus: facere autem & impedire motum contraria ſunt: ſequitur vt & facultas quæ motũ facit & contraria quæ illum impedit, vtraq; motum facere poſsit, ſiue ſimul, vt cum id, quòd contrarium erat, aduerſari deſinit, & in concordiam coit:

ſiue ſeparatim, diuerſis temporibus: vt cùm, quę modò infirmior eſt facultas, aliâs validior euadit. In ſumma cognitio boni, quoniam cum appetu eſt coniuncta, cauſa eſt motus potentia: fit autem cauſa eius actu, ſi nihil impediat. Solet autem impediri & coërceri appetitus, cognitio boni nõ item: & impedito appetitu, motus etiã tollitur. Vt hic videatur maior & propior cauſa motus eſſe, quàm cognitio boni, hæc verò remotior & infirmior. Solent tamen eſſe coniunctæ, ita vt re ipſa ſeparari non poſsint (ſicut à bigis æquibini trahentes.) Ea enim natura boni eſt, vt cum primum cuicunq; cognitio in ſe oſtendit, appetatus. Itaq; duæ hæ concauſæ, *αἴτια συνεργὰ*, ſunt ad motum conſtituendũ: & ex duabus his permixtis, veluti tertia animę facultas, nempe motrix generatur: cuius vim appetẽtem, veluti matrem eſſe dixeris, cognoſcentem verò patris inſtar. Dicimus autem cognitionem, *vel νοῦν vel διάνοιαν, vel φαντασίαν neq; enim hoc in loco Ariſtoteles hæc diſtinguit; præſertim cum ratio ſine phantaſia non moueat: phantaſia autem ſine ratione ſubinde, eádemq; cum ſenſu plerunq; concurrat*, vnà cum appetu mouere: quoniam aliud genus appetitus eſt, iuxta quod ſine cognitione appetitur aliquid, vt alimẽtum in plantis, & idem à ſingulis partibus in animali appetitur trahiturq; ſine ſenſu & cognitione, præterquam in ore vẽtriculi: & forte in animatis quoq; nonnullis ſimilis appetitus eſt, vt magneti ad trahendum ferrum. Hic autem appetitus naturalis eſt & vacans cognitione, non animalis: & mouet quidem loco rem obiectam, non autem id cui ineſt. Requiritur ergò appetitus cognoſcens, vel cognitio appetens. Cognitio enim ipſa ſine appetu, contemplatur tantùm aut iudicat, non mouet: & quietè tranquilléq; ſuum opus melius perficit, motu turbatur. Cognitio igitur boni dicenda eſt mouere (nempe appetitum) veluti alterando, & ex potentia proxima in actum producendo: appetitus verò mouet corpus, de loco ad locum per organa media, ſiue ſimpliciter vnius facultatis, ſiue duarum aut omnium conſentientium: ſiue diſſentientibus duabus, ea quę facultatis in pręſentiã ſuperioris fuerit, vt ſi ratio repugnante phantaſia moueat ad periculum virtutis aut pietatis ergô adeundum.

Facultatis animæ, quæ Motrix dicitur, diſtinctio per tabulam.

7 Potentia *animalium loco motiua eſt, quæ vel totum corpus vel quamcunq; eius partem ex alio loco in alium transfert, Huius autem motus alius eſt*

- Naturalis, *qui obiecto præſenti, incolumi natura, non poteſt nõ mouere. eius generis ſunt motus*
  - Attractionis
  - Retentionis
  - Expulſionis
    - (Attractionis, Retentionis, Expulſionis:) De *his ſupra dictum eſt. Et motus hic non ipſius animati aut alicuius partis eius, ſed alimẽti: quare huc non pertinet, neq; animalibus proprius eſt.*
  - Pulſus *etiam cordis & arteriarum huius generis eſt.*
- Voluntarius, *qui pro arbitrio inchoatur & ceſſat in animalis*
  - Partibus *ſingulis, vt eſt varia membrorum commotio.*
  - Corpore *toto, vt ſunt*
    - Progreſsio, *in ijs qui pedes habent.*
    - Volatus, *alis.*
    - Natatio, *pinnis vel ipſa corporis latitudine.*
    - Reptatio *in ſerpẽtib. vẽtre ſeu volumine molis (ſeu ſpinæ.)*
    - Contractio *et extẽſio, vt lũbrici.*
      - (for all five:) *Circa hoc genus motus 4. requirũtur Ariſtoteli,*
- Mixtus *ex volũtario & naturali, qualis reſpiratio eſt, thoracis motus, et excretiones vtriuſq; excrementi.*

Cauſæ *horum motuum in animali efficientes*

- Cognitio, *vel deliberatio.*
- Appetitio, *ὄρεξις.*

Organa *motus ſunt*

† { Nerui, *qui appetitioni excitanti ſtatim obtemperant : duriores magis ad motum faciunt: vt molliores ad ſenſum.*
Muſculi,
Chordæ *ſiue tendines. Neruus enim mouet muſculum, muſculus chordam; hæc membrum & os cui inſeritur.*

8 Omne quod mouetur, mouetur ab alio

{ Vel { Vniuoco — { Vniuerſali, *vt ſole.*
Æquiuoco — Particulari, *vt ſemine.*

Vel { Intrinſeco { Per *ſe, ab anima.*
Per *accidens, lapis à grauitate.*

Externo { Quouis *motu, vt aqua ab igne.*
Locali, { Impulſione } *&c. de quibus aliam tabulam vide.*
Tractione }

9 Νοῦς (ſiue διάνοια ἢ πρακτικὴ, cuius loco in multis tùm hominibus tùm brutis phantaſia eſt) & ὄρεξις, mouent animal loco: vtraque enim ſunt ἕνεκα τοῦ, & ad eundem finem, nempe bonum aliquod ſiue ὀρεκτικὸν, τὸ πρώτως κινοῦν feruntur, vt vna quædam vis motiua videatur: nam in mente ceu ſpecies, vel pars βούλησις ſeu ὄρεξις ineſt. Hæc autem vt ſpecies & genus ſolùm differunt. Vnum igitur ὀρεκτικὸν eſt, quòd mouet, nempe bonum, verum quidem mentem: apparens autem phantaſiam, *Sic ferè Themiſtius.*

10 Mouent mens (διάνοια) & appetitus: ſiue quatenus vnum ſunt, ſubiecto ſcilicet, in rationali anima (νοῦν & διάνοιαν hic non diſtinguimus) ſiue diuerſæ quidem partes aut facultates, in aliquo tamen communicantia, vtraque enim ſunt ἕνεκα τοῦ, τοῦ ὀρεκτοῦ καὶ ἀγαθοῦ, ἢ τοι ἀληθοῦς, ἢ τοι φαινομένου.

11 Mens & voluntas mouere debebant, aut inferiores etiam facultates, ſed illis obedientes: ideò illas præcipuè motionis cauſas facit Ariſtoteles: quoniam in bonis & temperantibus præcipuæ cauſæ ſunt: in malis verò & incontinentibus, eſſe debebant. In brutis verò Phantaſia ceu ratio eſt.

QVOD ANIMA PER SE MOVEATVR, ARgumenta viri cuiuſdam eruditi ad Geſnerum.

12 Inter nos conuenit, animam motu locali per ſe moueri nõn poſſe, ſed per accidens, quod citra controuerſiam patet: nam quo pacto moueri poſſet, vel rectâ vel alio quouis motu, id quòd inſtrumentis caret. *Elementa etiam mouentur per locum, quæ inſtrumentis carent, Geſner.* vt ambulare queat. Dicimus enim ambulationem per ſe, conuenire pedibus, per accidens verò toti corpori, deinde remotius adhuc animæ. At negare omnino propterea animam per ſe, alio motu quouis moueri, valde abhorret à ſententia Ariſtotelis, ſæpe in his, quæ de anima tradit affirmantis, *vbi? Geſner.* alterationem maximè per ſe animæ conuenire. Nonnunquam ſolet de more calumniari Platonis ſententiam hac in re, vt in alijs, verùm peſsimè: oblectatur enim plus ſatis æquiuocatione, quandoquidem Plato noluit animam ad locum per ſe moueri, quod vel infantibus compertum eſt, ſed obiectorum formis per ſe alterari. Ludificatur termino per ſe, qui bifariam accipitur, nempe vt cum res aliqua conſtituitur, formam per ſe eius cauſam eſſe dicimus. præterea per ſe dicitur id quod ſecundum naturam, vel natura rei conuenit, vt leuitatem & celeritatem per ſe igni dicimus conuenire, grauitatem verò terræ. Hac quidem ratione per ſe moueri animam intelligimus, quatenus ſubit alterationem, vel rerum formis obiectarum, vel eo ipſo quod appetitur. Sed redeamus ad id, vt videamus quid de hac re Ariſtoteles dicat.

Quod anima moueatur per ſe.

Maximè autem ipſum intelligere, proprium eius eſſe videtur, quod ſi hoc etiam imaginatio eſt quædam, aut ſine imaginatione non fit, nec iſtud ſine corpore eſſe poteſt. Si igitur operationum animæ vel affectuum aliquis proprius ſit ipſius, fieri poteſt, vt ipſa anima ſeparetur; ſin verò nullus ſit eius proprius, non ſeparabilis eſt. *Ariſtoteles de Anima lib.1.cap.1.* Hinc colligo, ſi animam per ſe, vel ſuapte natura ſeorſim à corpore non mouetur intelligendo, ineptè fateri, animam non poſſe conſtare vel inſeparabilem eſſe. Quod anima conſtet & ſit ſeparabilis, oſtendit Ariſtoteles de generatione animalium, lib.2.cap.3. Reſtat igitur inquit, vt mens ſola extrinſecus accedat, ea quæ ſola diuina ſit, nihil enim cum eius actione conuenit actio corporalis. Et paulò inferius eodem capite. Corpus autem genituræ in quo ſemen animalis principij contentum, vna prouenit: partim ſeparabile à corpore, in quibus diuina pars comprehenditur, quę Mens appellatur: partim inſeparabile, hoc inquam genituræ ſemen diſſoluitur, verſumq; in ſpiritum euaneſcit, cum naturam humidam aquoſamq; habeat. Ad hæc Metaphyſicorum lib.12.cap.3.ait. Si autem aliquid poſterius permanet, conſyderandum eſt, in quibuſdam enim nihil prohibet, veluti ſi anima talis ſit, non omnis ſed intellectus, omnem namq; impoſsibile eſt. His igitur patet animam ſeparabilem eſſe, ſuaq; natura moueri intelligendo. namq; ſeipſam mouendo intelligit, amat, contemplatur. *Concludit: anima ſeparabilis eſt, ergò per ſe mouetur, Geſ.*

Animæ autem, quæ principium eſt ratiocinandi, ipſa phantaſmata perinde ac ſenſibilia, ſenſui ipſi ſubijciuntur, Ariſtot. de anima lib.3.cap.7. Sed ſenſus per ſe apti ſunt vt patiantur à ſenſibilibus obiectis, ſimiliter etiam anima ſubeat paſſionem à phantaſmatibus oportet. Quod ſi apta eſt anima quemadmodum ſenſus vt ſuſcipiat & patiatur, fieri nō poteſt quin per ſe moueatur. Quod per ſe ſenſus patiantur, probat Ariſtoteles lib.3. de anima cap.1. cum ait. Viſum pati per ſe ipſa albedine, tamen per accidens quod ſit in filio Cleonis. Deinde pati rubore mellis per ſe, per accidens verò dulcore. *Senſus patiuntur, ergò mouentur, Geſ.*

Intellectiuum igitur ipſas formas in phantaſmatibus ipſis intelligi, & vt in illis ipſis definitum eſt, vel ſequendum, ſic et ſine ſenſu, cum in phantaſmatibus eſt, mouetur, Ariſtot. de anima lib.3.cap.7.

Cum tria ſint in animalium motu: vnum id quod mouet: ſecundum id quo mouet, & tertium id quod mouetur. Atque id quod mouet ſit duplex: nam aliud eſt immobile, aliud mouet atque mouetur. Immobile quidem id bonum eſt quòd ſub actionem cadit. Id verò quod mouet & mouetur, eſt ipſum principium appetendi: mouetur enim id quod appetit, ea ratione, qua appetit: nempe vt voluntas mouetur à fine, ſiue ab ipſo bono, eademq; principium motus eſt ad conſultandum, Ariſtot. lib.3. de anima, cap.10. Alibi inquit, deſiderabile namq; quod apparet bonum, primum verò voluntate affectabile quod eſt bonum: magis verò appetimus, quia videtur, quam videatur, quia appetimus. Principium verò intellectio ac intellectus, ab intelligibili mouentur.

Omnia enim animalia cùm mouent, tùm mouentur alicuius gratia. Animaduertimus autem cogitationem, phantaſiam, ſelectionem, voluntatem, & cupiditatem, animal mouere: hæc autem omnia ad mentem referuntur. Phantaſia enim & ſenſus cum mente eundem habent locum, cum iudicandi habeant facultatem, Ariſtot. de animal. motione. Et paulò inferius eodem libro. Mouetur enim vel ingreditur animal appetitione, vel ſelectione, alteratione tamē facta aliqua per ſenſum aut per phantaſiam. Vnde ſequitur, etiamſi anima non moueatur per ſe localiter, moueri tamen appetendo; ſecus haud dubiè omnis electio amoueretur.

Deinde

Deinde quis non videat animam prius à fine moueri, quàm ipſa corporis partes moueat vel ambulatione vel manus motione.

Omne agens patitur etiam à patiente, vt quod ſecat hebetatur ab eo quod ſecatur, quod calefacit refrigeratur ab eo quod calefit. Deinde quodcunque mouet, excepto primo, mutuò mouetur aliquo motu, verbi gratia, quod pellit, pellitur: quemadmodum quod præmit, præmitur. Ariſtot. de generat. animal. lib. 4. cap. 3. Itaque anima dum agit ipſas formas abſtrahendo à phantaſmatibus, patitur ab eis cum nihil ſit, vt ait, in rerum natura preter primum motorem, quod dum mouet, non moueatur.

Nihil igitur prohibet, quin potius neceſſarium eſt, complures à continenti in corpore fieri motiones, & harum nonnullis mentem vel appetitum moueri. Hæc verò totum iam animal ipſum mouere, quale accidit circa ſomnos. Nam tametſi nullus tunc ſenſitiuus in animalibus ſit motus, ineſt tamen aliquis motus, lib. 8. phyſicor. cap. 3. Ariſt. Apertiſsimè hic oſtendit mentem ſiue voluntatem etiamſi motu ſenſitiuo non moueatur, vt eſt motus localis, tamen moueri, vt in ſomnis videre eſt.

Nec igitur determinati habitus inſunt, neque ab alijs ad cognoſcendum magis aptis habitibus, ſed à ſenſu, vt dicimus, fiunt. Veluti in prelio facta fuga, cum conſtitit vnus, conſtitit & alius, & alius deinde, donec ad principium eſt ventum: anima certè talis eſt, id pati vt poſsit, Ariſtot. lib. 2. poſteriorum cap. vltimo. Patet igitur animam moueri, dum colligit è particularibus vniuerſalia.

De motu formæ & materiæ.

Præſertim cum bifariam naturam intelligamus, vt altera pro natura ſit altera pro ſubſtantia, quæ quidem vt & mouens, & vt finis eſt, talisque animalium anima vel omnis vel pars aliqua eius ſit. nam ob eam etiam rem; qui de natura ait, eò amplius docere de anima quàm de materia debet, cum materia potius per animam quàm è contrario eſt, Ariſtot. de partib. animal. lib. 1. cap. 1. Vides ne domine hic formam mouere materiam, prætereà dici naturam, quatenus in eam introducitur forma & non aliter, eò quòd ex ſe motu deſtituatur.

At ſi, vt Theologi, qui ex nocte cuncta generant, ſiue vt phyſici dicunt, omnes res ſimul erant, idem impoſsibile erit, quonamque modo mouebuntur, ſi nulla erit actu cauſa? Non enim ipſa materia ſeipſam mouebit, verùm opifex virtus, Ariſtot. Metaphxſ. lib. 12. cap. 6.

Hæc autem ſpecies & ſubſtantia, hæc autem eſt generationis finis: metaphoricè verò omnino omnis ſubſtantia natura propter hanc dicitur, quoniam & natura aliqua eſt ſubſtantia. Ex dictis itaque prima & quæ propriè dicitur natura eſt ſubſtantia eorum quæ in ſeipſis, vt ipſa ſunt, motus principium habent. Materia enim eò quod huius eſt ſuſceptiua, dicitur natura. Generationes ac ipſum naſci, eò quòd ab hac motus ſunt, principium quoque motus, eorumque natura ſunt. Vides ne quo pacto forma non tantùm materiam moueat, quæ ipſius ſubſtantia eſt, ſed etiam ea omnia, quæ ad generationem tendunt, quod fieri non poſſet, niſi etiam à ſeipſa moueretur: quod liquet in rebus naturalibus, motum in ipſis eſſe, *Ariſtoteles probat nihil à ſeipſo moueri, Geſn.* & aliunde minimè impelli: quare fateamur eſt neceſſe, illud eſſe verum, quicquid eſt in rerum natura, dum mouet, moueri, & per ſe & per accidens, tamen non ratione eiuſdem, ſed diuerſo reſpectu. Anima per ſe mouetur à fine, quo tendere cupit, & mouet corpus, vt ambulet, vel aliud aliquid agat: ipſa verò interim per accidens mouetur. Itaque per ſe mouetur, ab obiecto fine, per accidens verò, tum eo tendit, motu locali. Quamobrem non ſimpliciter affirmare oportet, animam per ſe non moueri. Si quid melius habes, feceris per gratum, ſi ſignificaueris.

Quod vniuerſalis forma vel materia non ſit ſubſtantia, neq; cauſa inferiorum.

Videtur namq; impoſſibile ſubſtantiã eſſe, quodcunq; eorũ quæ vniuerſaliter dicuntur: prima namq; ſubſtantia vniuſcuiuſq;, quæ propria cuiuſq; eſt, quæ alij non ineſt, vniuerſale verò commune, Metaphyſicor. lib. 7. cap. 13. Et eodem capite. Item ſubſtantia, quod non de ſubiecto, vniuerſale verò de ſubiecto aliquo dicitur. Eodem cap. Impoſſibile eſt atq; inconueniens, ipſum quid & ſubſtantiam eſſe, ſi ex aliquibus non ex ſubſtantijs, neque ex eo quod quid eſt, ſed eſt quale, prius namq; non ſubſtantia, & quale erit quàm ſubſtantia & quod quid, quod impoſſibile eſt. Alibi inquit, eorum quæ in motu poſita ſunt, non eſſe cauſas vniuerſalia & immobilia, ſiquidem illa caduca & immobilia corrumpantur & generentur. Hæc verò æterna & immobilia, nec generentur nec corrumpantur.

QVOD ARISTOTELES ANIMAM PER SE NON moueri poſſe ſenſerit, αὐτοσχεδία velitatio, ad epiſtolam præmiſſam. 1548.

13 Ariſtotelis locos affers, quibus animam moueri probas, non quidem ſecundum locum, niſi per accidens, ſed alijs generibus motuum, quæ qualia ſint non exprimis. Hoc tantùm probas, Voluntatem tanquam à fine moueri, & ſenſus à ſuis obiectis: ſcire autem velim, num ſenſus cum ab obiecto mouetur, in quantitate aut qualitate moueretur: neque enim alius eſt motus præter localem, quem ipſe in animę facultatibus negas. Item cum voluntas à fine aliquo mouetur, ſi motus eſt, dic nomen motus, & certius de illo agemus, non æquiuocè.

Præterea maximè te oportebat eos Ariſtotelis locos afferre, vbi ex profeſſo de animæ mobilitate loquitur: in alijs enim forſan abutitur aliquando nomine motus. Audi igitur Ariſtotelem lib. 1. de Anima, vbi prolixè per paginas aliquot diſſerit animam nullo genere propriè dictorum motuum moueri.

Quod anima quieſcens, moueat corpus. Sunt, inquit Ariſtoteles, qui dicant animam mouere corpus cui ineſt, quum & ipſe moueatur, &c. Atqui, *paulò poſt*, non ſic mouere videtur, ſed διὰ προαιρέσεως καὶ νοήσεως. Et rurſus, primo de anima, ἡ δὲ νόησις ἔοικεν ἠρεμήσει τινὶ καὶ ἐπιστάσει μᾶλλον ἢ κινήσει. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ὁ συλλογισμός, &c. Nam ſi vellem hæc omnia argumenta exſcribere, quibus animam non moueri probat, integras paginas exſcriberem.

Quod affectus animæ, non propriè ſint motus animæ. Ariſtot. 1. de anima, ca. 24. ſecundum Themiſt. Εὐλογώτερον δ᾽ ἀπορήσειεν ἄν τις περὶ αὐτῆς ὡς κινουμένης, εἰς τὰ τοιαῦτα ἀποβλέψας. Φαμὲν γὰρ τὴν ψυχὴν λυπεῖσθαι, χαίρειν, θαῤῥεῖν, φοβεῖσθαι, ἔτι δὲ ὀργίζεσθαι καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ διανοεῖσθαι. Ταῦτα δὲ πάντα κινήσεις εἶναι δοκοῦσιν. Ὅθεν οἰηθείη τις ἂν αὐτὴν κινεῖσθαι: τὸ δὲ οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον. Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα τὸ λυπεῖσθαι ἢ χαίρειν ἢ διανοεῖσθαι κινήσεις εἰσὶν καὶ ἕκαστον κινεῖται τούτων, &c. Τὸ δὲ λέγειν ὀργίζεσθαι τὴν ψυχὴν, ὅμοιον κἂν εἴ τις λέγοι τὴν ψυχὴν ὑφαίνειν, ἢ οἰκοδομεῖν. Βέλτιον γὰρ ἴσως μὴ λέγειν τὴν ψυχὴν ἐλεεῖν ἢ μανθάνειν ἢ διανοεῖσθαι, ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ. Τοῦτο δὲ μὴ ὡς ἐν ἐκείνῃ τῆς κινήσεως οὔσης: ἀλλ᾽ ὁτὲ μὲν μέχρις ἐκείνης, ὁτὲ δὲ ἀνάμνησις ἀπ᾽ ἐκείνης, ἐπὶ τὰς ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις κινήσεις ἢ μονάς, &c.

Et paulò poſt, quod anima non ſit numerus ſeipſum mouens. ὑπάρχει γὰρ αὐτοῖς ἀδύνατα, πρῶτα μὲν τὰ ἐκ τοῦ κινεῖσθαι συμβαίνοντα, &c.

Motus nomen Philoſophi aliquando pro actu vſurpant, præſertim cum non omnino Phyſicè nec ex profeſſo de motus natura agunt. Locus in tertio de anima, quem tu quoque citas, κινεῖται γὰρ τὸ ὀρεγόμενον ᾗ ὀρέγεται, καὶ ἡ ὄρεξις κίνησίς τις ἐστιν, motus quidam eſt, quaſi dicat, non propriè dictus motus, ſed aliud quoddam genus,

genus, quòd cum vulgò interdum impropriè motum dicimus. Propterea ſubiungit ἡ ἐνέργεια, per epexegeſin, & emendationem vocabuli motus.

Eſt autem energia quædam perfecta ſecundum Ariſtotelem, quæ ſimpliciter ſic appellatur: alia imperfecta, & in ipſo fieri, vt loquuntur, imperfectis tantùm & corruptibilibus rebus, id eſt, corporibus eorumque accidentibus conueniens. Non omnis autem actus eſt motus, ſunt enim actus quidam perfecti, vt ſenſuum (qui non paulatim & per media fiunt; vt reliqui propriè dicti motus. Hoc enim in vniuerſum omni verè dicto motui conuenit, vt ſit actio imperfecta ex contrario in contrarium tranſiens per media) ſimiliter è contrario fortè non omnis paſſio eſt motus: ſed hoc non intendo. Hoc potius dicendum mihi eſt, paſsionis vocabulum abuſiuè ſæpius poni, vt cum paſsibilem intellectum dicimus: vt ſi quis pati dicat ingenium diſcipuli dum eruditur, cum perficiatur pòtius. Pati verò propriè & phyſicè dicuntur, quæ à perfectione recedunt.

Ariſtoteles mentem & intellectum diuinas quaſdam ſubſtantias eſſe fatetur; & ſupra naturam, ideoque etiam externè aduenire, non ex potentia materię educi. Quicquid autem diuinum, quicquid ſupra naturam eſt, impaſsibile & immobile facit. Motus enim intra naturæ terminos continetur, cum natura primum eius in phyſica conſyderatione principium ſit.

Omnis forma, id eſt, quæ de eſſentia rei eſt, eſt incorporea.

Anima eſt forma, &c.

Omne incorporeum, indiuiſibile eſt.

Anima eſt incorporea, Ergò indiuiſibilis, id eſt in partes diuidi nequit.

Nullum indiuiſibile mouetur: motus enim omnis particulatim fit, & mobilis ſubiecti diuiſioni reſpondet.

Anima eſt principium motus, ſicut etiam natura. Atqui motus principium non eſt motus: & omne rei principium à re ipſa differt, cum minima dari non poſſint. Si anima mouetur, ſubiectum motus in ea eſſe oportet, atqui fatemur etiam ſimplicem & primam eſſe animalis formam: nullum igitur in ea ſubiectum, alioquin res compoſita foret.

Secundum quodcunque aliquid mouetur, in qualitatis ſaltem prædicamento, *in quo ſolo tu animæ motum ponere videris*, illud amittit. Κίνησις γὰρ φύσει ἐκστατικόν. Iam tu ais animam moueri ſecundum ſenſus & voluntatem, quæ nunquam amittit. Item ſenſus et voluntas, non qualitates ſunt, ſed eſſentiales quędam formæ ipſius animæ, quæ quod ad eorum eſſentiam ſemper in vno ſtatu apparent, nec alterari, cum ad iucundũ tantùm obiecta eis præficiantur. Sed hæc fortè leuicula ſunt, vt fortuito in mentem venerunt. Validior eſt hæc ratio.

Ab alteratione ſubiectum denominatur, viſus obiecta ſunt colores, à quibus tu viſum alterari inquis: cur igitur nemo rubrum aut album viſum dicit? Quia non ipſe ſed oculus tantùm alteratur, ſicut & cætera ſenſoria inſtrumenta, nõ ipſi ſenſus. Sed melius nugis meis relictis, ad ipſa Ariſtotelis verba venire.

Scio Ariſtotelem ſcribere, ἀλλοιοῦνται γὰρ πως, *ratione inſtrumentorum*, καὶ αἰσθήσεις. Rurſus tamen in 3. de Anima ſcribit, τὸ αἰσθητικὸν οὐ πάσχει οὐδ᾽ ἀλλοιοῦται. Διὸ ἄλλο εἶδος τοῦτο κινήσεως. Hic πάσχειν *aiunt interpretes*, pro moueri vſurpat. Quod ſi ſenſus corporis organis alligati non mouentur, nec alterantur propriè: multò minus nobiliores animæ facultates, & corpori non immerſæ moueri dicentur.

Simile noſtrum.

Vt oculum, ſi res quieſcentes videat, moueri eum non eſt neceſſe: ſi verò illæ moueantur, & ipſum quoque moueri oportet, ſiquidem pergere velit eas videre. Sic intellectum & mentem (quorum eſt percipere ea quæ ſemper ſunt, & eodem

modo ſe habent, vt vniuerſalia) non opus eſt moueri; neque loco neque aliter, cum res diuinas nec loco nec aliter mobiles intelligat. Dum autem addiſcit & magis magisq́ intelligit, non interim amittit id quod prius actu habebat (quod in propriè dicta alteratione contingit) ſed illud idem ſubinde auget, & ad ſuę naturæ perfectionem tendit, eò magis quò magis in hoc genere (vt ſic loquar) mouetur. nullum enim medium habet. Quæ verò propriè & phyſicè moueri dicuntur, mouentur à contrario quòd prius actu habebant, idq́ paulatim amittunt: & ſi nimium ab eo recedant, corrumpuntur non perficiuntur, quocunque tandem genere motus moueantur.

Omnes Platonici contra Ariſtotelem diſputant, quòd non rectè animam immobilem faciat: & Platonem rectè αὐτοκίνητον feciſſe aſtruunt, Ariſtoteles verò in Phyſicis, nihil αὐτοκίνητον eſſe docet, ſed omne quod mouetur ab alio moueri, non tanquam à fine, ſed tanquam efficiente cauſa. Patet igitur Ariſtotelem animam immobilem ſtatuiſſe. *Vide Georg. Gemiſt. de vtriusq́ philoſophiæ differentia cap. 8. & Ammonium in Porphyrium, vbi caput de ſpecie exponit.*

Docti plæriq́ Ciceronem reprehendunt, qui malè verterit ἐντελέχειαν, per quam Ariſtoteles animam definit, continuatam & perennem motionem.

Quicquid alteri cauſa eſt vt ſit, ipſum prius tale eſſe oportet: *ais*, non ſimpliciter tamen, ſed quod ad vim, vt vinum cauſa eſt vt quis ſit ebrius, ipſum non eſt ebrium, ſed vim habet inebriandi. Sic anima cauſa eſt vt corpus moueatur, non quòd ipſa moueatur, ſed quia vim habet mouendi: nimirum vt magnes ferrum mouet, nec ipſe prius mouetur: & ſol calefacit, cum calidus ipſe non ſit. Motus enim non omnes συνωνύμως ſed quidam ὁμωνύμως fiunt.

Plutarchus lib. 4. de placitis philoſophorum cap. 6. Πλάτων ἀεικίνητον τὴν ψυχὴν, τὸν δὲ νοῦν ἀκίνητον τῆς μεταβατικῆς κινήσεως. Ἀριστοτέλης ἀκίνητον τὴν ψυχὴν πάσης κινήσεως προηγουμένης, τῆς δὲ κατὰ συμβεβηκὸς μετέχειν, καθάπερ τὰ εἴδη τῶν σωμάτων.

Concluſio.

Ariſtoteles igitur ſentit animam omnibus modis per ſe eſſe immobilem: quod ſi tu moueri eam dicere perges, de vocabulo quidem nō contenderim tecum: ſed de re ipſa aliter ſtatuendum erit, & aliud motionis genus afferendum, quàm hactenus in vulgari vſu ſequendi habitum ſit. Quid autem per motionis vocabulum propriè Ariſtoteles accipiat, non rectè intelligemus, niſi ipſos Ariſtotelis libros ordine & cum iudicio legerimus, tùm qui acroamata ſiue de motu inſcribuntur, tum lib. 3. de Anima, ſecus nihil quàm logomachias faciemus, vt plærique faciunt, qui Ariſtotelis quædam ſparſim aut compendia tantùm legerunt: quod tàm de me (ſcio enim quàm nihil ſciam) quàm de alijs plærisq́ dictum velim.

DE MOTV ANIMALIVM MEDITATIONES.

De motu animalium ex præfatione Simplicij in lib. 3. de Anima.

1 Animalium, ſecundum motum alia ſunt
- Perfecta: *quæ mouentur tota ſecundum locum, idq́ definitè, & ad locum definitum vel deſtinatum.*
- Imperfecta, *quæ mouentur loco, Vel*
  - Non *tota, vt oſtrea.*
  - Tota *quidem: ſed*
    - Indefinitè, *vt vermes & pulices.*
    - Non *prorſus finitè aut determinatè: vt apes & formica, hæc enim habent* ἀπεστενωμένον (ἀμυδρὸν) τὸ ἀόριστον.

2 In

2 In motu animalis conſyderantur

1. Quod *mouet, mouens.*
   - Ipſum *immobile: bonum ſcilicet agendum quod appetitur.*
     - Verum.
     - Apparens.
   - Mobile, *Appetitus,* δύναμις ὀρεκτικὴ, *(pars animi, in qua appetitus ineſt) qui à bono mouetur: mouet autem aliud.*
2. Quod *mouetur, animal: corpus.*
3. Quo *mouetur, organum corporeum (inſtrumentum, ſpiritus in primis.)*
   - Primum, *quod ab appetitu primum mouetur, Spiritus animalis, qui eſt*
     - In *corde, Ariſtoteli.*
     - In *cerebro, Galeno.*
   - Secundum, *nerui qui oriuntur à*
     - Corde, *Ariſtoteli.*
     - Cerebro, *Galeno.*
   - Tertium, *muſculi, præcipua voluntarij motus inſtrumenta, per neruos & tendines.*
   - Quartum, *articuli & membra.*
   - Quintum, *animal totum.*

DE GRESSV ANIMALIVM ET CRVRVM *flexu: De quo Ariſtoteles in libro* περὶ πορείας: *& hiſtoriæ lib.1.cap.14.& 15.& lib.2.cap.8.*

3 Motus animalium ſecundum locum fit vel

- Organis.
  - Pedibus.
  - Alis.
  - Pinnis.
- Spiris.
- Totius *corporis extenſione & contractione. Mouentur tamen etiam zoophyta, non mutato loco, dilatatione & conſtrictione.*

Quæ pedes, alas & pinnas habent; aut etiam ſpiris mouentur: alios organorum flexus introrſum, alios extrorſum flectunt.

Flexus vocabulũ κάμψις, Ariſtoteli plærunq; accipitur pro parte articuli gibbera. Sed hiſtoriæ animalium lib.1.cap.14. de homine ſcribit, Ἡ κάμψις καὶ τῷ βραχίονι καὶ τοῖς δακτύλοις ἐντός πᾶσι, & hoc eſt introrſum, parte caua ſcilicet articuli, vt conſtat. In libro verò de greſſu animaliũ cap.12. ſcribens, Οἱ ἄνθρωποι τοὺς μὲν βραχίονας κάμπτουσιν ἐπὶ τὰ κοῖλα, τὰ δὲ σκέλη ἐπὶ τὸ κυρτόν: κάμψις videtur pro caua articuli parte accipi: At mox addens τὰ δὲ τετράποδα τὰ μὲν πρόσθια σκέλη ἐπὶ τὸ κυρτὸν, τὰ δ' ὀπίσθια ἐπὶ τὸ κοῖλον κάμπτουσι: ὁμοίως δὲ καὶ οἱ ὄρνιθες, ſi ſimiliter interpreteris falſum eſt. An falſus eſt ipſe feſtinatione? cum dixiſſet quadrupedes & aues flectere crura ὑπεναντίοις καὶ αὐτοῖς καὶ τοῖς ἀνθρώποις. Non enim ideò anteriora ad partem gibbam flectunt, poſteriora verò ad cauam: (quorum hoc verum eſt, illud falſum eſt) ſed vtraq; quidem ad cauam & interiorem partem, ita vt τὰ κοῖλα in his ſe inuicem ſpectent: τὰ κυρτὰ verò auerſa ſint, nempe in anterioribus antrorſum, in poſterioribus retro. Alia autem contrarietas eſt, & ſibi & homini contraria: ſibi in vtriſq; cruribus, quod poſteriora antrorſum flectunt; anteriora verò retrorſum: homini verò in poſterioribus tantùm quod ad poplitis flexum. Nam brachiorum flexus cum ad latus, non antrorſum aut retrorſum fiat, nõ rectè comparatur cum huius partis flexu in quadrupedibus: quod verò ad cauum & gibbum vel intrinſecum & extrinſecum, cum eis conuenit. Τὰ κυρτὰ τῶν σκελῶν καὶ τῶν βρα-

χιόνων πρὸς ἄλληλα ἐστὶ ἐπ' ἀνθρώπου μάλιστα, Hiſtor.1.15. Hoc verũ mihi nõ videtur. Vt neque hoc fortè quod de ſimia ſcribit, hiſtor.2.8. Ὅτι κάμπτει τοὺς βραχίονας καὶ τὰ σκέλη ὥσπερ ἄνθρωπος, τὰς περιφερείας (τὰ κυρτὰ intelligo) πρὸς ἀλλήλας ἀμφοτέρων τῶν κώλων. Conſydera. An imaginari oportet περιφερείας duas (ſeu circulos duos in homine & ſimijs. nempe vt crura retrorſum in ſe reflectantur, & hic ſit vnus circulus, in cuius gibbo genu eſt, in cauo poples. Manus verò, vel verſus humerũ reflexa alium circulum faciat. Et ſic etiam præcedentia melius interpretabimur.

Finge circulum aliquem, cuius arcum ſummum & infimum aliquo vſq; de.e, vt duo ſuperſint ſemicirculi, qui referant fingendo duo bouis aut alterius quadrupedis crura. In cuiusq; horum ſemicirculorum medio finge articulum, in priore quidem extra ſemicirculum a τὸ κυρτὸν: b verò intra τὸ κοῖλον, in poſterioris ſimiliter ſemicirculi medietate c. interius, d exterius ceu cruris poſterioris articulus. Crus itaque prius flexum habebit in b, gibberum in a. Poſterius autem flexum in c, & gibberum in d. In ſimia verò gibbera ſunt in c & a. Caua in b & d ni fallor: neque enim prorſus ad latera flectit, vt homo.

Ex hiſtoriæ lib.2, cap.1.

1. Quadrupedes viuiparæ flectunt anteriorum crurum articulos ita, vt gibbera pars articuli antrorſum vergat, poſterior verò retrorſum: vnde fit vt cauæ partes articulorum ſe inuicem reſpiciant, τὰ κοῖλα τῆς περιφερείας πρὸς ἄλληλα. Elephas non ſic, ſed crura poſteriora flectit vt homo.

2. Quadrupedibus ouiparis, lacertæ & alijs omnibus, vtraq; crura, tum anteriora tum poſteriora antrorſum εἰς τὸ πρόσθεν, *Gaza retro,* flectunt, *an partes gibberas antrorſum habent, quo ſenſu iam proximè acceperat?* parum ad latus declinantia.

3. Et ſimiliter flectuntur in ijs quæ multipeda ſunt: niſi quod media extremorum crura ἀεὶ ἐπαμφοτερίζει, καὶ τὴν κάμψιν ἔχει εἰς τὸ πλάγιον μᾶλλον, id eſt, nec antrorſum neq; retrò flectuntur, ſed magis ad latus.

4. Homo verò vtroſq; flexus artuum ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἔχει: *malim* οὐκ ἐπὶ τὸ αὐτό: *nam neque ita flectit vt partes gibberæ ἐπὶ τὸ αὐτὸ ſint, vt in quadrupedibus ouiparis: neq; vt cauæ πρὸς ἄλληλα, vt quadrupedes ouiparæ:* ἀλλ' ἐξ ἐναντίας, *id eſt, contrario modo.* καὶ ἐξ ἐναντίας, τοὺς μὲν βραχίονας εἰς τοὔπισθεν, πλὴν μικρὸν ἐβλαίσωται ἐπὶ τὰ πλάγια· τὰ δ' ἐντὸς σκέλη εἰς τοὔμπροσθεν. An quod ad differentiam anterioris & poſterioris, ἐξ ἐναντίας ſunt flexus: quòd verò κυρτὸν & κοῖλον τῆς περιφερείας, πρὸς ἄλληλα ſunt, & ἐπὶ τὸ αὐτό; Placet. Simia flectit vt homo, vt ſupra dictum eſt.

Nullum animal anterioribus & poſterioribus cruribus ſimul flectitur retrorſum.

Ἐναντίως δὲ τοῖς (in homine, in quo tamen videtur hoc conuenire, vt dicam) ἀγκῶσι καὶ (vt in quadrupedibus) τοῖς προσθίοις σκέλεσι, ἡ τῶν ὤμων ἔχει καμπὴ πᾶσι, καὶ τὴν ὄπισθεν γονάτων (fortè σκελῶν) ἡ τὴν ἰσχίων (ad inguen) nempe flexus in inguine vel coxa flexus cauitas introrſum eſt, poplitis extrorſum. in brachijs non itidem conuenire hoc videtur in homine, quoniam flexus eorum obliquus eſt ad latera. ſed in quadrupedibus ſuprema iunctura cuiuſq; ſemper aliter ſitę eſt quàm media.


Aues etiam ſimiliter vt quadrupedes (viuiparæ) flectunt. alæ ſcilicet in eis ſicut crura anteriora illarum: crura verò, vt poſteriora quadrupedum crura.

Phoca quadrupes mutila eſt, & poſteriores pedes ſimiliter vt anteriores flectit.

De inceſſu animalium, meditatio noſtra.

14 Animalia ſtant ſecundũ diametrũ, id eſt, pedibus neutrius partis (neq; anterioris neq; poſterioris) coniunctis, ſed alterutro magis prominente (προβαίνοντι)

& ſic ingrediuntur etiam alternatim, nunc dextro nunc ſiniſtro prægrediente (exceptis quæ κατὰ σκέλος incedunt, vt leo, cameli; in quibus ſiniſter pes nunquam prægreditur dextro:) & mouentur quoq; ſecundum diametrũ: pariter ſcilicet dextri primum, deinde ſiniſtri pariter, ita vt æquidiſtent ſicuti anguli tres quadrati ῥομβοειδοῦς. cuius latera ſint æqualia, diagonales verò lineæ duæ inæquales, quarum longiorem diametrum dico, vt in hac prima figura: anguli A.B.D. æquidiſtant. diagonales lineæ ducuntur A.D. & C.B. ſed C.B. longior, diameter dicatur. Sic quadrupedis pedes in motu æquidiſtare videntur, tres ſcilicet, primus verò (ὁ προβαίνων) à poſteriore hypobenonte vt B. à C. plurimum diſtat κατὰ διάμετρον. Quod ſi ſtatio ſit, vt figura A. B. C. D. hoc eſt, ſiniſtro anteriori præpoſito, & progredi incipiat animal, mouebit primum ambos dextros, ſecundum figuram ſecundam A.B.C.D.E. nempe C. ad D. & D. ad E. hic veſtigia B.D.E. triangulum efficiunt dimidium rhomboides, in quo diameter non datur, ſed ſi præſupponas rhomboides alterum, hic diameter eius breuior eſt B.E. deinde duo ſiniſtri mouentur A. ad B. & B. ad F. tum intelligitur factus alter diameter D. & F. Deinde rurſus mouebit ambos ſiniſtros A. & B. nempe A. ad B. & B. ad F. addeturq; priori rhomboides alterum, ſecundum figuram tertiam A.B.F.C.D.E. in quo rurſus diameter eſt vt in præcedenti.



Nos Latinè pulchrè dicemus quadrupedes per quincunces moueri, ſic

. . . .

15 Depeda *progrediuntur, vel*
- Fluctuatione *quadam, id eſt, flexu ſinuoſo.*
- Ἐπὶ τῆς γῆς, *vtrinq; ſcilicet, ſed & ad latera, vt ſerpentes.*
- Εἰς τὸ ἄνω, ὥσπερ αἱ κάμπαι.
- Ἰλυσπάσει, *vt lumbrici & hirudines: extenſione & contractione corporum alternis.*

DE ANIMAE APPETENTIS FACVLTATE MEDITATIONES.

APpetitus ſequitur id quòd ſenſus ceu bonũ affirmarit: fugit, quod bonum eſſe negarit. Et ſimiliter voluntas, ſeu rationalis appetitus, ad intellectum ſe habet: vult enim hic & ſequitur quæ ille bona iudicarit, quorum ceu phantaſmata quædam intus effinguntur.

2 Appetitus *in animalibus eſt triplex,*
- In *parte naturali, ſeu vegetatiua, ſeu ſenſitiua ſimpliciter, cibi & potus* ὄρεξις *& procreationis:* τὸ ἐπιθυμητικόν. *locũ habet ĩ iecore.*
- In *parte phantaſtica,* τὸ θυμοειδές. *& hæc locum habet in corde.*
- In *parte rationali, voluntas,* βούλησις, *appetitus rationalis, & ſedem habet in cerebro.*

Hæc *non ſubiectis & organis ita diſtinguuntur, ſed quoniam præcipua eorum vis in his partibus apparet. Sic vt Deum in cælo collocamus, qui tamen vbiq; eſt: vt & anima tota in toto corpore.*

3 Vt appetitus ſenſualis, ſequitur ſenſum, vel eiuſdem generis eſt, nec ſubiecto ſed ratione differt: ita etiam voluntas ſeu appetitus rationis, ab intellectu non differt genere, &c.

4 Appetentis animæ gradus, ex Scaligero in Ariſt. de Plantis.

1. Ὄρεξις primus impetus qui cietur ab obiectis.
2. Ὁρμή, motus ſequens, nondum ratione illuſtratus.
3. Βούλησις, continuatio illius motus, ab obiecti ſpecie, id eſt, à cognitione, ad rem vſq; potiundam, aut agendam.

4. Βούλησις, voluntas hæc poſtremo loco poſita, ſed iam formata rationibus.
5. Αἵρεσις, eſt iudicium. Quippe recurſus conſiliorum, & comparatio cum aliis extremis.

Appetitus diſtinctio ſecundum varias facultates animæ.

5 Appetit
- Mens *verum bonum, diuinum, æternam fœlicitatem.*
- Διάνοια, *bonum ciuile, humanum (ſcire ſimpliciter hæc, vt* νοῦς κατὰ φύσιν, *cupit.*
- Φαντασία, *ſenſuale bonum, voluptatem : præſens & particulare aliquod bonum, nimirum etiam non præſente ſenſibili.*
- Senſus, *idem præſens.*
- Anima *vegetatiua, alimentum & conſeruationem ſui: et propagationem etiam ſpeciei: primum ſuum eſſe, deinde etiam ſpeciei.*
- Natura, *cuiuſlibet rei,* τὸ εἶ)*: vt materia formam.*

6 Anima appetens, aut appetit voluptatem
- Veram, *vt prudentes, temperantes, continentes.*
- Apparentem
  - Rationi
    - Corruptæ, *intemperantes.*
    - Obſcuratæ, *incontinentes: qui ſequuntur voluptatem, non quidem quam aſſerunt eſſe veram, vt intemperantes, eandem tamen quam illi ſcilicet corpoream.*
  - Senſibus *tantùm, ſine ratione, pueri, feræ.*

DE POTENTIA APPETITIVA.

Potentia appetitiua, ὄρεξις, eſt facultas qua animal proſequitur aut fugit obiecta, comes cognitionis, quæ ideò indita eſt animantibus, vt conuenientia appetant, contraria fugiant. Eſt autem triplex Appetitus, aut

1
- Naturalis, *Hic autem appetitus in corporibus quidem*
  - Inanimatis, *naturalem aptitudinem vel inclinationem motúmue ad aliquid ſignificat. Sic materia formam: terra centrum appetere dicitur, & vnaquæq; res illud à quo perficitur.*
  - Animatis *verò eſt inclinatio quæ motum naturalem ciet, quorum inſtrumenta ſunt villi ſeu fibræ (de quorum attractione, retentione & expulſione dictum eſt in anima vegetatiua) qui motus non reguntur arbitrio, ſed ita ſiunt, vt à magnete ferrum trahitur. Fit autem hic naturalis in animantibus appetitus vel*
    - Sine *ſenſu: & hic propriè & ſimpliciter ita vocatur, & contingit in vniuerſo corpore, vbicunq; nutritio fit in animalibus ſimul & in plantis.*
    - Cum *ſenſu, in animalibus tantùm in ore ventriculi, qui dicitur aut*
      - Fames / Sitis } *hoc eſt appetitus alimenti* { Calidi *& ſicci.* / Frigidi *& humidi.*

2
- Voluntarius, *qui cum ſenſu fit, ſed ita vt ab arbitrio pendeat animalis.*
  - Quanquam *enim voluntas & arbitrium in homine propriè dicantur: dicimus tamen reliqua etiam animalia ſponte quædam facere & vltrò, vel non facere, præſertim in motionibus de loco ad locum, quorum inſtrumenta ſunt muſculi & nerui. Naſcuntur enim ex appetendi virtute quatuor aliæ poteſtates, quibus ad appetita mouemur: nempe*
    - Partium *extenſio & contractio.*
    - Progreſsio.
    - Actio *inſtrumentorum.*
    - Vocis *emiſsio.*

    } *Hi omnes motus ſunt voluntarij.*

De

2 De *rationali hominis voluntate & arbitrio; & concupiſcentia, dicetur infra, vbi de intellectu & voluntate.*

Senſitiuus, *qui ſenſum comitatur in animantibus. Fit autem vel*

Per *contactum: qui comitatur tactum in omnibus animantibus: cuius inſtrumentum idem quòd tactus, vtriuſq; vel cutis aut pellicula neruea per corporum ambitum intexta. Eſt autem duplex, nempe aut*

Voluptas, *ſeu delectatio, tum tangitur obiectum conueniens, vel alio ſenſu iucundum aliquid percipitur. Tactu quidem & guſtu in omnibus animantibus: Auditu in ijs, quæ Muſica delectantur. Olfactu etiam in pleriſq; Viſu in homine vel ſolo vel præcipuè, circa pulchritudinem, & colores.*

¶ *Appetitus iſti, vt omnibus animantibus communes, ita maximè naturales ſunt; nec poſſunt non fieri præſentibus obiectis. Fiunt tamen in alijs animalibus magis, in alijs minus: nimirum pro inſtrumentorum craſſitie vel ſubtilitate. In vniuerſum autem exterminari, vt Stoici iubebant, nequaquam poſſunt.*

Dolor, *moleſtia, cum tangitur obiectum lædens corporis partem: Vel alius ſenſus moleſtè afficitur.*

Sine *contactu, & ſequitur cogitationem. Inſtrumentum eſt cor, quòd trahentibus villis in diuerſis affectibus aliter atq; aliter mouetur, & totius etiam corporis habitum, præcipuè in vultu ſecum ferè ſubitò immutat. Hos motus Græci πάθη: Latini affectus & perturbationes vocant. His proſequimur obiecta, quæ cogitatio ſeu vera ſeu falſa oſtendit eſſe conuenientia, aut fugimus incommoda. Fiunt autem Cogitatione*

Boni,
- Præſentis, *gaudium.*
- Abſentis, *ſpes.*

Mali,
- Præſentis, *triſtitia.*
- Abſentis, *metus.*

His *affines ſunt vel ex eis compoſita.*
- Amor.
- Odium.
- Ira.
- Miſericordia.
- Pudor.
- Inuidentia.
- Zelus *vel Æmulatio.*

Animæ libertas qualis?

8 Anima ſtatuatur initio libera eſſe: & oſtendi ei eminus ſummum bonũ, ſi ad id rectà pergere velit. Quod ſi, ne initio quidem ad id moueri incipiat: aut in ipſa progreſsione non feratur rectà, ſed in obliquum à voluptatibs mundi patiatur ſe abſtrahi, ita vt pergere obliuiſcatur, aut contemnat prorſus, libertatẽ amittit, & pergere vlterius non poteſt; venitq; in ſtatum libertate peiorem, voluptatibus & peccatis ceu mancipium addicta. At ſi rectà pergat et voluptates contemnat auocantes, aut ſaltem contra nitatur: compos illius ſummi boni facta (in ipſo adhuc curſu) acquirit ſtatum libertate meliorem, ita vt nec velit nec poſsit ſe mancipare peccatis, ſed vni Deo ſeruiat. Itaque nec pij nec impij liberi ſunt: ſed ſi qui fortè inter vtroſq; fuerint, quanquam hi etiam perpetuis ſenſus & intellectus obiectis mouentur, non ſui iuris ſunt.

9 Definitiones ſingulorum affectuum.

1. *Lætitia* eſt motus quo cor præſenti bono ſuauiter fruitur, & dilatatur, ſanguine & ſpiritu per corpus ſe effundentibus. Inde eſt cupiditas amplexus,
   - Εὐφροσύνη, *in rebus honeſtis tantùm.*
   - Χαρά *in quibuslibet.*
2. *Spes* eſt motus quo cor futurum bonum appetit, ſeq; ad id accipiendum

aperit & præparat:ſimilis ferè motui lætitiæ. Θάρσος dicitur in periculis.

3. *Triſtitia* eſt motus quo cor quaſi percuſſum conſtringitur, premitur, angitur, tremit & langueſcit.

4. *Timor* eſt motus quo cor conſtringitur tanquam fugiens futurum malum, ſimilis motui triſtitiæ.

5. *Amor* eſt motus, quo cor appetit aliquod ſeu verè bonum, ſeu quod videtur bonum, idque quaſi attrahere geſtit: vicinus affectus ſpei, ſed ardentior. ἔρως, φιλία, ἀγάπη, στοργὴ, πόθος.

6. *Ira* eſt mixtus adfectus ex triſtitia & cupiditate vlciſcendi. Incaleſcit in ea cor & accendit ſanguinem ac ſpiritum, præcipuè autem cerebrum offendit. ὀργὴ, θυμὸς, ὀξυθυμία *Melle dulcior Homero.*

7. *Odium* eſt inueterata ira, quo cor auerſatur aliquid tanquam malum, idque depellere geſtit. *Simultas.*

8. *Pudor* eſt motus vicinus iræ, quo conſcius ſibi iraſcitur propter admiſſam turpitudinem, & aliorum iudicia veretur. Αἰσχύνη ἐστὶ λύπη καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν φαινόμενα φέρειν τῶν κακῶν, ἢ παρόντων, ἢ γεγονότων, ἢ μελλόντων. *Ariſt. lib. 2. Rheto.*

9. *Verecundia*, habitus eſt metuentis turpitudinem & indignantis admiſſa turpitudine. αἰδώς.

10. *Miſericordia* (ἔλεος, οἶκτος) eſt triſtitia propter alienas miſerias orta. *Condolentia.*

11. *Inuidentia*, eſt triſtitia propter alterius fœlicitatem. φθόνος. (Ex hac & ira, nemeſis iuſtus affectus propter malorum fœlicitatem, componi videtur.)

12. *Æmulatio*, ζῆλος, eſt mixtus affectus ex amore & ira: cum amans aliquid, iraſcitur illi à quo læditur id quod amat. ¶ Similis affectus eſt zelotypia, cum amans coniungem iraſcitur alienanti.

13. Ἐπιχαιρεκακία contrarius affectus eſt zelo, mixtus ex odio & gaudio. Eſt enim odium virtutis, & gaudere propter bonorum calamitates & improborum ſucceſſus.

De animæ concupiſcentis virtute ac vitio, & ſimilibus eis affectibus, ex Ariſtotelis Ethicorum lib. 7. cap. 7.

10 Pars animæ concupiſcens, aut

- Appetit *iucunda, tactui præſertim, & guſtui, idque vel*
  - Mediocriter, *& quatenus naturæ humanæ ſufficit, non reſiſtens rationi rectæ: quæ virtus eſt Temperantia, σωφροσύνη: fitque κατὰ προαίρεσιν, & conſentientibus animæ partibus: quamobrem virtus eſt κατὰ προαίρεσιν omnino.*
  - Nimium: *ratione cupiditate malæ aut*
    - Non *reſiſtente & voluptatem ceu finem ſpectante, non aliud quidpiam: quòd vitium eſt, (eâdem ratione, qua Temperantia, virtus) & Intemperantia vocatur, ἀκολασία: peior quàm Incontinentia: quamuis huius cupiditas vehementior, illius remiſſior. Hæc vt voluptates nimium ſequitur, ita τὰς λύπας σωματικὰς nimium fugit. Quamobrem vitium eſt ἀπροαιρέτως, non tamen omnino.*
    - Renitente *cupiditate prauæ*
      - Vehementi: *à qua poſtea ipſa ratio*
        - Vincitur: *et vocatur hic habitus ſimilis vitio, Incontinentia ἀκρασία, non tamen prorſus, vt quæ ab ijs, quas plerique non vincunt, cupiditatibus vincatur, quare veniã meretur potius quàm reprehendatur. Eſtque etiam habitus ἀπροαιρέτως, non tamen omnino.* Ἀκρατῶν *alij ſunt*

†

Προπετεῖς

1 | 2 | 3 | 4 |

† Πϱοπετεῖς καὶ ἐκστατικοὶ qui facilè dimouētur à ſentētia: & quoniā à magnis cupiditatib. impugnātur, neq; tēpus deliberādi habēt, vincūtur: vt ὀξεῖς (bilioſi) & melācholici ferè: atq; hi minus mali ſunt. An hi ꝓpter magnā vim cupiditatis, primo ſtatim ἐξίστανται τοῦ λόγου?

Α᾽σθενεῖς: q etiāſi à paruis cupiditatib. ſolicitētur, et præuideant, deliberētq;, vincūtur tñ, ideoq; deteriores ſunt, ἔχουσι μὲν γὰρ τὸν λόγον, μὴ ἐμμένουσι δέ: ſimiles illis qui citò & perpauco vino inebriātur. An ita inebriato facilius ignoſcimus? ἀσθενεῖ verò ἀκϱατεῖ non item?

Non vincitur, & vocatur hic habitus ſimilis virtuti Cōtinentia, ἐγκϱάτεια, melior quàm patientia: & vincit illas cupiditates, à quibus plerię; vincuntur: ideoq; laudatur. Habitus hic quoq; eſt ἀπϱοαιϱέτως, non tamen omnino.

Paruæ, à quá deinceps quoq; ipſa Ratio aut

Non vincitur: vnde qui ſic vincit, nō idcirco continens, ſed ſimilis fuierit nā cōtinētia laudabilis eſt, vtpote vehementer cupiditatē vincens: Paruā autē vincere cuiuslibet ferè fuerit. Απϱοαιϱέτως dicitur, non tamen omnino.

Vincitur is ꝓpriè incontinens fuerit & reprehenſibilis vt qui ab ijs, quas plæriq; vincunt cupiditatib. vincatur: Πάθος ab Ariſtotele, nō ſolū ἕξις vocatur: & ἄγνοια, ratio renitēs primū, cum incipit cedere obſcuratur, ſicut in dormiente et ebrio, poſt factū redit, & pœnitet. Intēperantis verò ratio peruerſa & ferè nulla eſt, nec pœnitet eū, quare hic incurabilis eſt, ille curabilis. Hic ceu hydropic⁹ aut phthiſic⁹, hecticus, cōtinuo ægrotat & quodāmodo latet: ille ceu epileptic⁹ (magno morbo) ſed ꝑ interualla laborat. Dicitur etiam hic habitus ἀπϱοαιϱέτως, non tamen omnino.

Prorſus nō: qualis inter homines vix reperitur: itaq; nomine caret: ἀπαθὴς καὶ (ἀναίσθητος, ἢ λίθινος aſperſio, niſi diuinitus ſit.

Fugit triſtia, idq; aut

Mediocriter, quantū humana natura ferre poteſt. nō quælibet, ſed magna: q̄ per- (fert animo.

Conſtanti ad finē vſq; patientia quadam diuina.

Cedente tandē: nec idcirco mollis eſt, ſi modo fortiter ab initio reſiſterē conatus ſit, vt Phyloctetes. Cercyon: ſed adhuc καϱτεϱικὸς aut ſimilis.

Nimium: non ſolùm magna (tanquā inter patientem & mollem medius, vtriq; ſimilis) ſed etiam parua. quibus

Non cedere nihil magni eſt, nec patientiæ nomen meretur. ſimilis tñ ei eſt.

Cedere (cū vulgares etiā homines reſiſtere eis ſoleāt et poßint) planè Impatientia & Mollities eſt, μαλακία, τϱυφὴ, idq; reprahenſibilis: nam minus repræhenditur, ſed condemnatur mollities, quæ fuerit à

Sexu, vt mulieris.
Aetate, vt pueri, decrepiti.
Genere, & educatione, vt in Regibus Perſarum.
Morbo.

Huc pertinet etiam Παιδιώδης, id eſt, ludis & iocis deditus: qui etſi intemperans videatur, mollis eſt potius, cum nullam temporis partem cum aliqua moleſtia aut animi intentione ſuſtineat. Α᾽κόλαστος etiam λύπην δὲ ἀπουσίας τῆς ἡδονῆς ſed κατὰ πϱοαίϱεσιν.

Prorſus non, ἀνώνυμος vix. n. inter homines reperitur is, vt neq; qui omnē voluptatē aſpernetur, niſi diuinitus eueniat: aliter. n. truncus magis quā homo fuerit.

DE MENTE ET INTELLECTV, SIVE DE ANIMA RATIONALI MEDITATIONES *diuerſæ.*

Philippus Melanchthon in ſuo de anima libro, miratur, cur in homine res diſsimillimæ copulatę ſint. Mēs, cuius natura incorporea, & ſemper victura, & diuinæ ſapientiæ capax eſt, & pars corporea, & quidem culina coquens cibos & corpus mortale nutriens, &c. Quærendum an friuola aut frigida ſit hæc conſyderatio. Neq; enim inter ſe copulantur mens & vis vegetatiua, quanquā in eundem hominem conueniant, ſed diuerſa ratione, hæc organica eſt, illa ſine organo: neq; altera alterius gratia eſt, imò aduerſantur. Tantò enim amplius mens viget, quantò plus vegetationi decedit. Et hæc in alijs etiam corporibus eſt, quæ mente carent. Sed quomodo ita aduerſariæ in vno homine conueniunt? An mens ſine ſenſu & phantaſia non eſſet? hæc autem facultates organis & nutritione indigent neceſſario. An ſimile eſſet mirari, quomodo in vna lampade oleum & flamma conuenirent? atqui non propriè conueniunt, ſed oleum neceſſariò pro alimento adhibetur, etſi aliquo modo vt omne alimentum ei quod nutritur contrarium. Cur non potius miratur, quomodo mentem cum opinione & phantaſia Deus in nobis coniunxerit, his enim proprius & arctius mens cōiungitur, & nihil ſine phantaſia mens intelligit. Quin potius ipſam per ſe mentem eiuſq; actiones miratur.

2 Ideo menti coniuncta eſt culina, *Philipp.* Culina, hoc eſt, vis vegetans, non menti, niſi fortè per accidens coniuncta eſt, ſed homini cui ineſt. Nam corpori non dixerim ineſſe mentem, cum ſine organo ſit: vt neq; lucem laternæ fortaſsis, etſi flamma ineſt, ſed aliud lux eſt, quàm flamma.

De formæ metaphorica ſignificatione.

3 Ratio propriè appellatur in homine vis illa quæ forma & perfectio eius eſt interior, nec ſenſu vllo perceptibilis. Hinc metaphoricè cuiuſuis rei formam & vim ei peculiarem, quæ nullo ſenſu ſed ratione tantùm compræhenditur, rationem eius appellamus, Græci λόγον. λόγος inquiunt Philoſophi, alius intrinſecus eſt, in ipſa ratione & cogitatione, ὁ ἐνδιάθετος, de hac ratione nunc dicimus. Latinè enim Ratio vocatur à rendo, ratum, irritum. Rurſus etiam orationē τὸν προφορικὸν, προφορικὸν Græci λόγον vocant: à qua ſimilitudine etiam filius Dei λόγος appellatur, ab altiſsima mente & ſapientia prodiens.

4 Ex ſemine animal totum generatur, tùm quòd ad materiam, tùm quòd ad formam, perfectum. Ergò vtrumq; ab eo accipit: neq; enim forma vlli rei naturali extrinſecus accedit, vt mens homini. Sed intrinſeca & è ſemine eſt, & ex traduce anima omnis in animatis, excepta mente, quæ ſpiritus ſui generis & ſupra animam eſt.

Mens quot modis Ariſtoteli dicatur.

5 Nοῦς Ariſtoteli dicitur, θεῖος: αἴδιος: ἄφθαρτος: ἀμιγὴς: ἀπαθὴς, χωριςὸς, de intellectu actu. Præterea eidem dicitur. Νοῦς ἐνεργείᾳ, ceu linea recta: νοῦς δυνάμει, ceu linea inflexa. Δυσπαθητικὸς, δυσφθαρτὸς: Κοινὸς, an quia cōmunis eſt Phantaſiæ & rationi: vnde & Phantaſiam rationalem dixeris, vel rationem phantaſticam: an verò quia communis nobis cum brutis, licet in illis imperfectior.

Cogni-

Cognitio æquiuocè videtur dici,de Senſu,Phantaſia,& Mente.

5 Cognitio æquiuocè dici videtur de Senſu, phantaſia & mente. Mentis quidem cognitio, tota eſt ſecundum formam ſubſtantialem, in diuinis quidem prorſus ἀΰλως; in naturalibus verò mathematicè quodammodo abſtractã à materia. Secundum phantaſiam verò & ſenſum ἐνύλως & σωματικῶς: tantùm enim abeſt, vt hę cognitiones materiam abſtrahant rebus naturalibus, vt diuinis etiam illam tribuant & fingant ἀνθρωποπαθῶς: quædam etiam in ipſo Deo, &c. Ergò vt circulus æquiuocè dicitur de mathematico vel picto à materia abſtracto: & de phyſico, qui in ligno aut ære eſt; ſic cognitio. Non autem idcirco vera, quæ neque materia neq; corpus ſunt, & nec ſenſu nec phantaſia percipiuntur: ſed hæc potius veriora ſunt, nihil autem quàm nudam formam ἄϋλον & veritatis ſubſtantiam ſpectant. Sic dixeris etiam Chriſti corporis in cœna præſentis conſiderationem, veriorem eſſe, quæ in ſpiritu & veritate cõſideratur à ſolis pijs & fidelibus: quàm phyſicam & cum materia vel corpori naturali coniunctam, quam impij quoq; & infideles conſiderare poſſent, ſi eſſet: & ore veſci, ſi res ſupra cœleſtis ore corporeo ſumi poſſet. Docet nos ipſe Dominus, veritatem à materia abſtrahendam eſſe, & quæcunq; verè ſunt, ſine materia conſideranda eſſe ſpiritualiter tãtùm, vt quòd Deus ſit agricola, vitis, ianua, &c. Chriſtus cibus ac potus noſter; non aliter extra quàm intra ſacramentum. Anima non minus verè eſt, quòd ſenſibilis & naturalis non ſit, ſed & verior. Si imaginatio facit caſum, cur non maior vis ſit mentis? Si amor corporeus συμπαθείᾳ quadam animi ſimul eſt, cur non intelligitur magis?

6 In anima

- Νοῦς χωριστός ἐστι, & totus ἄϋλος.
- Senſus & *Phantaſia prorſus* ἀχώριστα, & ἔνυλα.
- Διάνοια *quodammodo media, & vtriſq; participans.*

Senſus quid à mente differat.

7 Senſus cum recens maiora obiecta percipit, minus mox percipit, minora: & ſenſus ſenſibilium exceſſu corrumpuntur: Mens in vtroq; contra. *Vide Suidam in* Αἰσθήσεις.

Quomodo ſenſibilia mentem habere dicuntur, vide ſupra inter ſenſus.

8 Νοῦς Ariſtoteli:

- Θύραθεν εἰσιών, *non à natura aut potentia naturæ, ſed à Deo,* ab anima mundi, Auerrhoi *ceu angelus vel genius cuiq; deſtinatus: vel intelligentia vſu & actionibus comparata facultas, ceu ſcientia quædã non tanquã ſubſtantia.*
- Θεῖος μόνον (*inter alias animæ vires.*)
- Χωριστός, (*in hac vita etiam non permixtus cum corpore, nec vllo eius organo vtens neceſſariò.*)
- Ἀπαθής, *ne animæ quidem facultatibus vtens neceſſariò, vt phantaſia et ſenſibus in quibus ſunt* πάθη.
- Ἀΐδιος (*an ab origine, vt etiam ante corpus fuerit?*)
- Ἄφθαρτος, & *vt aliqui* ἀθάνατος.

9 Animus propriè mens eſt, ſed nonnunquam ſic & animam vſurpantes vocamus Macrobius.

10 Mens quomodo ineſt corpori? An ſicut Deus mundo? non vt forma, non vt pars, non vt accidens: non tanquam in vaſe, aut loco organóue; aut forma in materia.

An in brutis animalibus ratio?

11 Negant, quia non percipiant vniuerſalia: deinde cum omnia eiuſdem ſpeciei animalia ſimili modo agant quod agunt, non artis, ſed naturæ inſtinctu agere videntur, vt omnes hirundines ſimiliter nidificant.

Νοῦς ὁ κοινὸς { In *hominibus*, νοῦς: *ſed in probis tantùm: in improbis, ita ſe habet vt in beſtijs.*
In *beſtijs*, φύσις, *vel* ψυχὴ *ſimpliciter.* }

12 Intellectui poteſtatis aliquam ſimilem facultatem, etiam in brutis quidam eſſe putãt, ſed obſcuram, cum nullus in eis ſit intellectus agens à quo illuſtretur. Ego nullam phantaſia ſuperiorem in brutis facultatem puto.

Mentem non eſſe craſim.

13 Quod mens non ſit craſis: alioquin eſſent diuerſę in nobis mentes: nã craſis cerebri alia eſt poſt ebrietatem, alia ante: alia inquam ſpecie aut numero. At mẽs ſemper vna eſt tùm ſpecie tùm numero: quòd apparet ex memoria præteritorum, &c. At mentis vinculum cum corpore forſan eſt corporis temperies, ideſt, ſpirituum craſis & puritas certa.

De mentis ſubſtantia.

14 Quæſtio cuiuſdam mihi mota: qui fortè putabat, animam ſeu mentem nõ eſſe ſubſtantiam: quod intelligentiæ & ingenij in alijs plus, in alijs minus ſit: ſubſtantia verò plus & minus non recipiat. Si caro in ſuo genere omnium hominum eandem habet ſubſtantiam, eandem etiam anima in alio genere: qui ſit vt alius ſit ignauus, alius ad cogitandum acutior? Si anima eſt huius differentiæ cauſa, neceſſe eſt animam ſubſtantiam eſſe diuerſam pro diuerſitate cogitationum. Si autem redundantia aut defectu alicuius humoris, vt ſicci aut humidi, aut calidi aut frigidi, alterum altero ſit valentius, quę res amentiam creat aut ſanam mẽtem? vnde nam aut quo oritur huiuſmodi qualitatis vigor, qui efficit vt in nobis plus ſit vel mentis vel amentiæ? *Sic ille.*

Reſpondeo.

Non ſi quid velocitate & tarditate differt, vel omnino ſecundum magis & minus, ſubſtantia etiam differt. Idem enim eſt, ſed non tantùm, vt neq; equus velox à tardo ſubſtantia differt.

Item ingenij velocitas & tarditas, mentis etiam vſus & amentia ad phantaſiã pertinent ceu concauſam, ſiue potius coniunctam quãdam cauſam, ὥσπερ ὂν αἴτιον. huic enim in hac vita mens alligatur. Eſt autem phantaſiæ operatio melior vel deterior, partim pro organi diuerſitate, quòd ad temperiem humorum & ſpirituum, partim quòd ad exercitationem & diſciplinam. Hæc quidem ſecundum naturam. Eſt verò & alia ſupra naturam differentiæ cauſa, nempe quòd lux & gratia diuina plus minúſue diuerſorum mentibus affulget, nec iccirco earũ ſubſtantiæ ſunt diuerſæ, ſed actiones earum plus & minus recipiuntur: vel omnino tolluntur, quod amentiam dicimus.

15 Si intellectus in nobis eſt lux quædam Dei, perpetuo ab eo emanans, vt ſcribit. Simon Portius libello de mente cap. 21, & nunquam ab eo abiuncta, quomodo non erit ſubſtantia? quaſi non ſit hæc forma hominis ſecundum quã homo dicitur, & imago illa qua Deum referimus: atq; omnis forma ſubſtantia eſt, & quidem proprię rei quam informat, ſubſtantia autem forma eſt hominis, non tanquam animalis, ſed tanquam hominis.

16 Mens

16 Mens Ariſtoteli, lib. 1. cap. 3, cœleſtis eſſentiæ eſt: quomodo igitur cognoſcit cætera? An cœleſtis vocabulum, non tàm ad materiam referendum eſt; quàm ſimpliciter ad denotandum immortalem eſſentiam, quales in cœlo ſubſtantiæ ſunt?

17 Νοῦς, vnus reipſa ſed actionibus diuerſus.

- Θεωρητικὸς, ὁ καὶ διάνοια, περὶ σοφίαν καὶ ἐπιστήμας (*an aliquando* διάνοια *etiam per practico intellectu, qui motionis cauſa eſt?*
- Πρακτικὸς, περὶ τὰ καθήκοντα καὶ πρακτά: ὁ καὶ λογισμός. *Euſtrat. in Ethica.*

18 Ψυχὴ λογικὴ, eſt aliâs

- Πρακτικὴ καὶ δοξαστικὴ πρὸς τὰ ἐν γενέσει, καὶ ἐνδεχόμενα οὕτως καὶ μὴ οὕτως γίνεσθαι. Νοῦς πρακτικὸς, δοξαστικὸς, βουλευτικός.
- Θεωρητικὴ καὶ ἐπιστημονικὴ πρὸς τὰ ἀΐδια καὶ ἀναγκαῖα.

Quod nam mentis proprium obiectum ſit.

19 Mentis ſeu intellectus obiectum proprium eſt intelligibile & ſubſtantia: primo incorporea, dein corporea. Subſtantia autem incorporea nihil differt ab actu vel actione, cum tota ſit actus, ceu materiæ & formæ expers: itaq; primum mentis obiectum eſt actus per ſe ſubſiſtens: ſecundus cum alio vel in alio ſubſiſtens, vt forma cum materia. Nam quòd menti ſimilius eſt, id certè ei prius eſt: ſimilior autem ei ſubſtantia quàm accidens: ſimilior actus quàm potentia: ſimilior forma pura, quàm quæ cum materia coniungitur, nihil autem ei diſsimilius quàm materia & eius accidentia. Iam cum prima & puriſsima ſubſtantia Deus ſit, ad cuius ſimilitudinem ipſa quoq; mens facta eſt: is ipſe primum & ſummum & optimum intelligibile fuerit: intelligibilium omnium & ipſius etiam intellectus principium & finis. Pòſt Deum verò ipſe intellectus ſibi: deinde cæteri homines, ideſt, aliorum hominum mentes, vtpote inter ſe ſimiles, prçcipuè piorum. Deinde phantaſia iam per accidens, hæc enim materiæ accidit: & reliquorum, quæ eidem accidunt deinceps, veluti deſcendendo ab intelligibili primo ad vltimum & infimum naturæ gradum.

De mentis proprio obiecto iterum: & de eo quod καθ' ὅλου *dicitur intelligibile: Deum autem eſſe primum intelligibile &* τὸ πρῶτον καθ' ὅλου.

20 Vulgò dicunt Vniuerſale, τὸ καθ' ὅλου, propriè eſſe intelligibile: id autem ſi rectè diſtinguamus, ſic etiam Deus erit primum intelligibile, vt qui τὸ πρῶτον καθ' ὅλου ſit. Omne particulare continetur ab alio. Deus ſi contineretur ab alio, finitus eſſet, non eſt igitur particularis, ſed vniuerſalis. Et hoc ſolùm vniuerſale eſt per ſe ſubſiſtens: atq; in hoc à cæteris omnibus differt: nam quæ nos vniuerſalia dicimus, nec ſimpliciter talia ſunt, nec per ſe ſubſiſtunt. Eſt igitur Deus omnia in omnibus, omni loco & tempore ſuperior: omnium cauſa, principium & finis: efficiens & conſeruator omnium, & inferiora καθ' ὅλου omnia, ideſt, omnium rerum ideas in ſe continens. Reliqua καθ' ὅλου, ſi ad ipſum cõferas, particularia ſunt, ab ipſo enim & in ipſo continentur. Reliqua ad vnum aliquod genus ex decem illis ſummis rerum, quod ad contemplationẽ, principijs pertinent. Deus ad nullum aliorum: non ſolùm enim aliquid infra ſubſtantiam eſt, vt angelus, corpus, lapis, planta, animal, homo: ſed ne ſubſtantia quidem dici debet; quoniam latius eius natura patet. Itaq; αὐτούσιος, hoc eſt, non comprehenſus nec incluſus intra ſubſtantiam à Triſmegiſto dicitur: Eſt enim ipſe ὄν, ideſt, ens ſimpliciter & vere: τὸ ὄντως ὄν, ens entium, & ὑπερούσιος, omnia excedens. Nam principia

rerum à rebus ipſis differunt,vt vnitas à numero, ipſe verò principium eſt, non ſolùm omnis ſubſtantiæ, ſed omnium omnino rerum. Itaq; ſubſtantia eum non capit, ſed neq; quantitas, quæ vel numerus vel continuum aliquid eſt: ipſe cum vnitas ſit, numerus non eſt, & cum addi ei nihil poſsit, non eſt numerus. Idem omnia eſt tanquam finis numeri, numerus potentia infinitus eſt, ipſe actu. Sed neque quantitas continua eſt: hæc enim omnis aut corpus eſt, aut corpori accidit. Deus incorporeus & principium nulli accidens. Non loco, non tempore includitur. Itaq; maximum dicamus, & ὑπερμεγέθη, tanquam quantitate omni ſuperiorem. Sed neq; in qualitatis genere quicquam ei definitè conuenit. optimus enim omnino dicitur, non comparatione aliqua, vt bona finita, ſed abſolutè & ſimpliciter, vt ὑπεράγαθος: omnis potentiæ & virtutis fons, &c. Iam cum ad aliud nihil referatur, ſed ipſe ſibi ſufficiat, vt omnium tamen rerum reſpectus mutui eſſent, & vniuerſitatis quędam συμπάθεια, & ad omnia ad ipſum tanquā opera ad ipſum artificem ſimul & continentem omnium cauſam referantur. Et ſuapte quidē natura ad nihil extra ſe ipſe refertur: voluntate autem ad omnia, tanquam creator, opifex, pater, motor, cauſa, principium & finis omnium: hæc enim omnia ſunt πρός τι. Cum igitur genera omnia excedat, merito τὸ πρῶτον καθόλου dicitur: Καθόλου quidem ea qua dictum eſt excedendi omnia ratione: πρῶτον verò, quoniam reliqua καθόλου omnia, aut nihil ſunt, aut ὑστερογενῆ, ideſt, poſt ipſas res in mente ſolùm cogitationes & notiones quædam, per ſe autem non ſubſiſtunt, Deus autem non poſt alia, ſed ante omnia eſt, & καθόλου omnium ſolus per ſe ſubſiſtit, veriſsimè prima quædam ſubſtantia. Nam ſecundum Dialecticos quidem primæ ſubſtantiæ dicuntur, quæ ſenſui primum occurrunt: rationi autem ſeu naturæ priores ſunt materia & forma, quarum intra naturam, natura per ſe ſubſiſtit, ſed altera cum altera. Mentes verò diuinæ etſi per ſe ſubſiſtere videantur, non ſine Deo tamen ſubſiſterent, tanquam continente omnium rerum cauſa. Eſt enim cauſa cōtinens rei cuiq;, primum forma ſua: deinde aliquid extra ipſum, vt nobis aër, piſcibus aqua, &c. prima & ſimpliciter omnium cauſa continens DEVS. Qui cum omnia excedat, nec vllo genere definiri poſsit, vt primum mentis obiectum eſt & eſſe debet, nullo tamen intellectu penitus capi poteſt: & lateret nos eius natura etiam num, niſi ipſe ſe nobis per Filium ſuum manifeſtaſſet; cui ſit laus & honor in æuum.

De mente καθ' ὅλου

21 In vniuerſum, quæ noſtra mens capere poteſt, ea etiam ipſa facit, nempe ſpecies & genera rerum: itaq; facere omnia dicitur: & ſpecies ipſe vel nihil ſunt, vel ὑστερογενῆ, & in cogitatione tantùm ſubſiſtunt, non modò mente ipſa eas faciente poſteriores: ſed ipſis indiuiduis, quorum ſunt notiones. Deus verô reipſa & actu ſubſiſtit, tanquam vniuerſalis quædam ſubſtantia (vel aliquid quàm ſubſtantia prius aut melius) ipſe enim omnia eſt in omnibus, omni loco, omni tempore ſuperior, omnium in ſe rerum cauſas & ideas continens: quamobrem capere eum mens noſtra non poteſt, ita vt cætera vniuerſalia capit.

Et quia mens noſtra ad eius ſimilitudinem facta eſt: ipſa etiam οὐσία quædam καθόλου eſt: quamobrem omnia quæ noſcere vult, ſibi aſsimilare conatur, & ex indiuiduis ſpecies ac genera rerum colligere, & à materia (quæ cauſa eſt diuiſionis & multiplicitatis rerum, propter inſtabilem ſuam potentiā, impotentia verò ſtabilem) ſeparare.

22 Omnis cogitatio incipit à ſenſu, perficitur autem vi meliore. Et ſenſus ac phantaſia, ſunt quidem principium actionis intellectus, non autem ipſius ſubſtantiæ,

ſtantiæ. Vt ſenes ſine bacculis vix ambulant, ſiue conſpicilijs vix cernunt: ſic intellectus corpori coniunctus, & in phantaſiam veluti immerſus, nihil ſine ipſa & ſenſibus præuijs facit: non idcirco tamen à corpore ſolutus ceu carcere, eâdem infirmitate laborabit, ſed Dei voluntate firmior meliorq́ erit.

Ὅτι ὁ νοῦς οὐκ ἔχει, ὡς αἱ αἰσθήσεις ἐν ἄλλῳ τὸ εἶναι.

23 Senſus poſt maiora ſenſibilia, non poteſt minora ſentire: Mens poteſt; quoniam οὐσία eius nihil patitur, vt ſenſuum οὐσία, quæ eſt ſpiritus aliquis corporeus in organo ſingulorum.

Corporea vis nulla, *& nullus ſenſus*, ad ſeipſam conuertitur, aut ſe ipſam noſcit, quòd Mens facit.

Nulla vis corporis ſuo ſubiecto aduerſatur: Mens autem corpori & eius voluptatibus aduerſatur: imò ieiunijs macerat & perdit.

Mens aliquando ſeparatim agit, vt contemplans diuina.

24 Mens, νοῦς in nobis primùm eſt δύναμις tantùm πρὸς τὸν νοῦν: non neceſſaria πρὸς τὸ εἶναι, ſed πρὸς τὸ εὖ εἶναι. Itaq; adultioribus demũ accedit, & prius quidem ὁ πρακτικὸς καὶ δοξαστικὸς νοῦς, deinde ὁ θεωρητικός.

Quomodo mens dicatur aliquando decipi, & vt Ariſtoteles lib. 3. cap. 3. loquitur, διανοεῖσθαι ψευδῶς.

25 Νοῦς δὲ (*εἰ καὶ ἄλλως τοῦ νῷ τὰ μὲν ἴδια, vt τὰ νοητὰ καὶ ἄϋλα: τὰ δὲ κοινά, vt τὰ μετὰ ὕλης, &c. quæ vnà cum ſenſu*) ὅμως περὶ τὰ ἴδια μᾶλλον, ἢ περὶ τὰ κοινὰ *nam in his. ſenſus etiam ei aſtipulatur* ἐξαπατᾶται· λαμβάνει οὖν τὰ κοινὰ πρῶτον ὡς γνωριμώτερα, *ex Themiſtio puto*. Senſus magis decipitur circa κοινά, ideſt communia ſenſilia, minus circa ἴδια, ideſt, propria. Mens verò contrà facilius decipitur circa ἴδια, hoc eſt, particularia: minus circa κοινά, hoc eſt, vniuerſalia. Sed hæc diſtinctio propter homonymiam non videtur probanda. Imò potius Mens in his non differt à ſenſu, ſed ſicut ſenſus propria obiecta melius cognoſcit: ita etiam intellectus, ſua propria, quæ vniuerſalia ſunt. Hæc enim mens ſola intelligit: minus autem quæ ἴδια dicuntur, ideſt, Particularia, quoniam ea ad aliam facultatẽ pertinent, nempe ſenſum.

Διάνοια, ἡ διεξοδικὴ τοῦ λόγου ἐνέργεια, cum à cauſis procedit, non fallitur: ſecus, fallitur.

DE INTELLECTV POTENTIA, HABITV, ET *actu: & an intellectus poſsibilis prior ſit quàm intellectus agens meditatio.*

1 Scribunt aliqui, *Plutarchus ſi benè memini*, intellectum poſsibilem, priorem eſſe eo qui actu eſt, quod mihi partim verum, partim falſum eſſe videtur. Ariſtoteles ſanè intellectum actu, vel agentem diuinum eſſe ait, & forinſecus *cælitus nimirum & diuinitus*, accedere homini, (οὐ μνημονεύομεν δὲ ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθές. &cæt. Vide Themiſt. lib. 3. de anima cap. 26. Vel Ariſtot. in fine capitis ſexti lib. 3. de anima) ante corpus etiam fuiſſe, ſentiens cum Platone, *vnde & ἀΐδιον fortè ideſt, æternum eſſe ait*. Ego licet non ante corpus eam eſſe ſentiam, ſed à Deo creari, cum corpus in vtero iam perfectum eſt, aut cum in lucem æditum eſt: non tamen mentem poſſibilem ea priorem eſſe dixerim. Nam ſi ſubiecto vnum ſunt, pariter erunt, quòd ad ſubſtantiam. Item ſi ita ſe habent vt centrum & ſuperficies ad ſe inuicem, pariter erunt. Imò contra fortè dixerit aliquis probabiliter, mentem actu prius eſſe quod mens poſsibilis, niſi ab illa illuſtraretur & perficeretur, quæcunq; addiſcit ac intelligit, ab illa acciperet, ne mens quidem eſſet.

Cur igitur docent quidam priorem eſſe potentiam in mente, quàm actus ſit? & in omnibus rebus naturalibus, quæ actum habent, aut habere poſſunt, potentia tempore prior eſt aut fuit. Itaq; in pueris mentem potentia tantùm eſſe dicũt; in adultis verò ſcientibus habitu, quando ſciunt & non contemplantur: at ſi cõtemplentur, habitu ſimul & actu.

Reſponſum. Alia ratio eſt in rebus naturalibus, quæ cum ſunt, poſſunt nõ eſſe: & cum non ſunt, eſſe poſſunt: ita vt ſiue ſint, ſiue non ſint, potentiam ſibi adiunctam habeant. Mens verò, *præſertim agens* non eſt res naturalis, ſed diuina: neq; potentia in ea præcedit actum, ſed merus & purus actus eſt, & in eo quoq; imago Dei. Sic igitur habe, duplicem eſſe mentem actu: alteram, quæ, vt dixi, merè & ſimpliciter actu eſt, cuius notitias nunquam obliuiſci poſſumus, vt ſunt, animam eſſe, Deum eſſe, eumq; optimum & maximum: ſed etiam huc pertinent κοιναὶ ἔννοιαι. Cum autem omne quòd potentia, non per ſe, ſed ab alio iam actu exiſtente ad actum promoueatur, mens poſsibilis quoq; ad actum promouetur à mente illa agente: atq; ita multa ſemper diſcimus & diſcere poſſumus: Itaque in multis ex potentia ad actum promouetur, ſed alium & imperfectiorem actũ, obliuiſci enim illa poſſumus, &c. Mens igitur poſsibilis tantùm iſtas differentias admittit, vt in pueris potentia ſit, in adultis inſuper habitum & actum acquirat. Mens verò κατ' ἐξοχὴν agens dicta, ſemper eſt actu: & ea, quæ ſibi propria ſunt agere vel contemplari ſemper poteſt.

2 Intellectus poſsibilis nimirum & rerum naturalium, non eſt ſine phantaſia: at diuinarum, vel ſine hac eſt, vel eſſe poteſt: magiſq; impeditur à phantaſia quàm iuuetur. Sic claudus à bacculo iuuatur, ſanus impeditur ad motum. Axiomatum certè intellectus phantaſia non eget, vt ſubſtantiarum. Et cum ad ſeſe conuertitur, & quando Deum contemplatur, & vniuerſalia intelligit, videtur ſine phantaſia agere.

3 An poſsibilis quidem intellectus colligit ſibi genera & ſpecies ex particularibus? ergò per ſenſus & phantaſiam, ad artes & ſcientias? Agens verò qui ſubſtantias diuinas & ſcientiarum principia intelligit, non ex particularib. hæc colligit? Niſi dicam9 Deũ ex operib. ſuis cognoſci: ſunt aũt hæc quoq; particularia.

4 Δυνάμει νοῦς φυσικός ἐστι, naſcitur enim nobiſcum, & omnibus ineſt, ſimilis tabellæ non ſcriptę, non autẽ ſimpliciter tabellæ: hæc enim iam ex entium numerò eſt: νοῦς verò hic nihil quàm δύναμις & ἐπιτηδειότης, quã Aphrodiſ. videtur corporis noſtri partem facere & organum, aut ſaltem craſim. *folio 144. im preſ. Venetæ.* Fingatur anima ceu γραμματεῖον, & in ea τὸ ἄγραφον, mens potentia.

5 De mente κατ' ἕξιν. Ἕξις rerum quarundam natura accedit, vt ambulandi, aliarum exercitio tantùm, vt artium & ſcientiarum, καὶ τοῦ κατ' ἕξιν νοῦ. quanquam hic etiam aliquo modo omnibus ineſſe dici poteſt, ad vniuerſalium notionem, & eam quæ in quarundam rerum noſcendarum collectione conſiſtit. Vnde & κοινὸς νοῦς appellatur: augetur autem & excolitur diſciplina & vſu.

6 De mente ποιητικοῦ. Vbicunq; ὕλη καὶ δύναμις eſt, neceſſe eſt etiã ἐνέργειάν τε periri: ergò cũ datus ſit ὑλικὸς νοῦς: erit etiã ποιητικός τις, qui habitũ excitat in illo, & quoniam ipſę primo, propriè maximeq; νοητὸς eſt, ea quę δυνάμει ſunt νοητὰ, actu talia facit: quare ποιητικὸς ideſt, faciens vel efficiens nominatur. Hæc etiam ſeipſam contemplatur, ſed nonnihil aliter quàm νοῦς ἐν ἕξει.

7 Simon Portius de Mẽte humana capite tertio, & eiuſdẽ libri cap. 21. videtur intellectũ actu facere ipſam Dei præſentiam: non peculiarẽ aliquã in vnoquoq; homine ſubſtantiam. Itaq; hãc nihil pati corpore pereunte: Intellectum verò potentia omnino corruptibilem facit, quemadmodum ſcilicet lumen Solis nihil patitur oculo extincto. Inquit enim capite 3. Si cuilibet homini procreata eſſet

anima,

anima, infinitæ vtiq; eſſent; &c. atqui homines infiniti non ſunt; niſi vt numerus infinitus eſt additione, ſcilicet potentia: aut ne ſic quidem, niſi mundus incorruptibilis ſtatuatur.

8 Intellectus actu, ἄϋλος, φῶς, ἀκέρστης. Actu tantùm, nō potentia & actu ſimul, vt res naturales, quæ ita ſunt, vt etiam non eſſe poſſent.

9 Spiritus diuinus vnicuiq; rei vim illam ad quam primitus facta eſt; conſeruat & auget, vt ſentit Mercurius Triſmegiſtus: itaq; mentem quoq; facientem ſi auxerit & roborauerit, Deo ſimilior fit, ad cuius ſimilitudinem initio erat creata, ſin minus, &c.

10 Mens actu ſeipſam contemplans, non tùm primùm mentem fecit hanc ſuam contemplationem; iam prius enim erat mens; at ἄυλα νοήματα tùm primùm cùm intelliguntur νοῦς fiunt. Itaque τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον vniuntur in contemplatione ſui: at cùm ἔνυλον εἶδος contemplatur, non omnino idem fit cum ſpecie illa intelligibili. Habet enim illa ſuam hypoſtaſin in materia, mens verò ab ea ſeiunctam cogitat, & cum non cogitatur quidem, mens eſt: extra cogitationem verò non eſt mens.

11 Mens ſeipſam contemplans, inprimis & propriè ſe contemplatur non tanquam ſeipſam ſeu mentem, ſed tanquam εἶδος νοητὸν: per accidens verò etiam ſeipſam. Contemplatur autem omnia ſine materia. Senſus verò & ſi etiam ipſe ſpecies tantùm in ſe recipit; & ſeipſum non ſentit: nam cum res naturales omnes ex materia & forma conſtant, ſenſus ſimul vtrumq; percipit; ideſt, rem particularē ex his conſtantem. Mens verò formam ſeorſim; non τόδε τι, ſed τοιόνδε: non ſingulare, ſed vniuerſale. Ea verò in quibus τὸ τόδε, καὶ τὸ τῷδε εἶναι ideſt, ipſum totum & eius forma, non differunt, vt εἴδη ἄυλα, à ſola mente noſcentur, & hæc κυρίως καὶ φύσει νοητὰ ſunt καὶ κατ' ἐνέργειαν νοητὰ: δυνάμει γὰρ νοητά, ſcilicet à mente actu.

Mens, Ratio, & Phantaſia, quomodo dicantur & contemplari & agere.

12 Mens contemplatur diuina. Agit verò ἐνεργεῖ, *potius quàm* πράττει dictando aliquid τῇ διανοίᾳ addiſcenti: aut amando Deum ſperando fœlicitatem, vt ſuos etiam quaſi affectus habeat: item monendo rationem & Phantaſiam ad bona opera, ad dilectionem proximi, &c.

Ratio, contemplatur, vt in Phyſicis rebus, & Mathematicis quoquo modō diſcendis & perſcrutandis. Agit præterea, in familia, repub. & omnibus cōmercij generibus. Hæc multa addiſcit: quæ mens ignorat: quædam enim ignorare fœlicitatis & perfectionis eſt, vt viri docti, quædam ignorant, quæ Grammatici & pueri in Scholis ſciunt.

Phantaſia ſimiliter vt dictum eſt ἐνεργεῖ, καὶ πράττει.

13 Species intelligibiles, ſemel intellectui paſsibili impreſſas retinere, &c. *Velcurio lib. 4. cap. 25. ſect. 2.* an potius phantaſiæ? nam intellectus etiam ſine phantaſia fit. Et memoria ſenſibilium rerum eſt per ſe, quarum ſcilicet etiam phantaſmata per ſe ſunt, hoc eſt ipſis rebus ſimilia. Intelligibilium verò per accidēs (nam phantaſmata earum ficta & rebus ſimilia non ſunt) vt docet Ariſtoteles.

14 Intellectus officia.

- 1. Simplicia *appræhendere,*
- 2. Ea *coniungere vel diſiungere, ideſt, affirmare vel negare, idq; aliàs,*
  - Simpliciter: *& hoc forſan etiam ſine phantaſia.*
  - Cum *appetitu rationali, tanquam bona vel mala, non ſine phantaſia: vt ſenſualis etiam appetitus nihil ſine ſenſibili ſpecie interiori appetit.*
- 3. Ratiocinari.

1 | 4. Meminiſſe.
5. *Vitam & actiones gubernare. Hic priuatim practicus dicitur: vt qui contemplatur duntaxat, theoricus.*

Quæ facultas in nobis συλλογίζηι?

15 Primùm διάνοια bonis ſyllogiſmis: Deinde Δόξα, veriſimilibus. Tertiò Phātaſia rationalis cognominata, τοῖς φαινομένοις καὶ σοφιστικοῖς συλλογισμοῖς.

16 Ὁ λογισμὸς, ἤτοι πρακτικὸς νοῦς, eſt. (*alicuius gratia.*
In *homine, imperfectior,* βουλευτικὸς καὶ ἀμφίβολος καὶ χρείας ἕνεκα, *ideſt vſus*
In *cœleſtibus, nam his quoq; ineſſe fatetur in libro de cælo, perfectus & non propter vſum aliquem, &c.*

¶ Ὁ μὲν παθητικὸς νοῦς συμπλέκεται ταῖς λοιπαῖς ζωαῖς: ὁ δὲ πρακτικὸς, χρῆται. Simpl.

Υπολαμβάνειν & δοξάζειν, quid differant, & vtrum ad διάνοιαν pertineant.

17 Υπολαμβάνειν & δοξάζειν, putare, opinari, an vtraq; ad διάνοιαν pertinent: & iſtud putare ſignificat, nempe in quibuſuis rebus factis & actionibus particularibus & quotidianis, veriſimiliter aliquid iudicare: δοξάζειν verò in vniuerſalibus & circa artes. Sunt autem homini propria. Xenophon vtrumq; etiam ad canes tranſtulit.

Διάνοια quid differat ab opinione & ſcientia, ex Platonis 7. de repub.

18 Ἡ διαλεκτικὴ *prima philoſophia ſcilicet* τῷ ὄντι ἐν βορβόρῳ βαρβαρικῷ τινὶ τὸ τῆς ψυχῆς ὄμμα κατορωρυγμένον ἠρέμα ἕλκει καὶ ἀνάγει ἄνω, συνερίθοις καὶ συμπεριαγωγοῖς χρωμένη, αἷς διήλθομεν τέχναις, ἃς ἐπιστήμας μὲν πολλάκις προσείπομεν, διὰ τὸ ἔθος, δέονται δὲ ὀνόματος ἄλλου, ἐναργεστέρου μὲν ἢ δόξης, ἀμυδροτέρου δὲ ἢ ἐπιστήμης, διάνοιαν δὲ αὐτὴν ἔν γε τῷ πρόσθεν που ὡρισάμεθα. Ex hiſce verbis intelligitur δόξαν propriam eſſe artium, ἐπιστήμην, ideſt, ſcientiam ad mentem redigere videtur, διάνοιαν verò inter vtranq; collocare.

Intellectus nil ſine phantaſia intelligit aut contemplatur.

19 Νοῦς θεωρεῖ.
1. Τὰ μὲν ἄποσα, ἐν ποσῷ τινὶ, ἀλλ᾽ οὐχ ᾗ ποσά.
2. Τὰ δὲ ποσὰ, ὡς ποσὰ μὲν, ἁπλῶς δὲ, καὶ οὐχ ὡς ἐν ὡρισμένῳ ποσῷ: *quamuis in phantaſia certa aliqua qualitas & figura, quantam aut qualem ſcilicet ſenſus hauſit, contineatur. Nam ſiue contempletur.*
Τὰ ἄποσα, *vt albedinem, nigredinem caliditatem, &c. cum quantitate tamen aliqua, ſiue mole ea contemplatur, vt in ſuperficie, vel in aliquo corpore. Quantitas autem omnis & dimenſio ad ſenſum & phantaſiam pertinet.* Περὶ τούτων εἴρηται *lib. 3. de anima, vbi quæritur:* πῶς ὁ νοῦς νοεῖ τὰ νοητά.
Τὰ ποσὰ, *vt triangulū: certam eius magnitudinem phantaſia conceptam ſibi proponit:* tantùm enim ferè phātaſia imaginatur, quantùm vidit, *cum interim ad demonſtrationem certa magnitudo nulla requiratur,* ὁ γὰρ τοῦ τριγώνου λόγος, καὶ τὸ εἶδος ἀδιάστατον. *non enim refert quantū ſit, &* ἰσόπλευρον vel σκαληνὸν, *&c. & ſic omnia* τὰ καθόλου, ἀόριστα κατὰ μέγεθος.
Ἀλλὰ κἂν ποτε πρὸς τὸν ὁρῶντα καὶ πολυτίμητον ἐπιστρέψῃ νοῦν, εὐθὺς ὄγκους καὶ διαστάσεις τινὰς κἀκεῖ φαντάζεται.

20 Intellectus in eo quòd nihil ferè ſine Phantaſia ſentit, an contagione corporis id facit, immitando quodammodo ſenſum: qui nec ipſe ſine magnitudine aut figura aliqua ſenſibile ſuum percipit?

Intelle-

Intellectus noſter quomodo omnia ſiat.

21 Intellectus noſter quodammodo fit omnia, tùm intelligendo ea, & capiendo ideas (à quibus res omnis ſuum eſſe habet, magis quàm à forma) tùm magis etiam appetitu & amore: hic enim maximè vnit & ſummum vnionis vinculum eſt, & generationis cauſa. Itaque pius animus, qui ſummo deſiderio quantus quantus eſt exardeſcit amore Dei, Deum quodammodo concipit, & ſpiritu Dei repletur, ita vt in eo inhabitet iam ſubſtantialiter, vt ita dicam, nempe ſpirituali & meliori ſubſtantiæ modo; Eſt autem ſpiritus quoque ſubſtantia: qua plenus animus per fidem, facit vt fides etiam dicatur ſubſtantia: aſsimilatur enim quodammodo ſpiritui, quem tantoperè amat, appetit, ardet, tanquam ſummum bonum: eoque fruitur, alitur, viuit: ſicut corpus, quòd ſuauiſsimum ſibi contraxerit alimentum, concoquit, & ſibi aſsimilat, eoque augetur & viuit. Sic Deo deique ſpiritu, & per eundem vnigenito Dei filio, veſcitur; fruitur; eique vnitur anima fidelis, & per fidem veluti os & inſtrumentum mandendi totum eum capiens, & ſuauiſsimè fruens, eius veluti ſubſtantiam ſibi aſciſcit, eique aſsimulata per ipſum augetur & viuit: vt corpus pane. Et hoc quidem modo fideles ſemper ſuo Chriſto veſcuntur, in ſacramento verò etiam ſigno externo addito; vt ſenſus etiam noſtri, per id quaſi medium conuertantur ad Chriſtum; & vniantur intellectui moneanturque obliuiſci & negare ſeipſos, & non impedire melioris alimoniæ appetitum. Requirit enim imbecillitas noſtra plerumque etiam externam & ſenſibilem aliquam conſolationem: & corpus etiam ſuapte natura nimis infirmum hoc modo, quodammodo in ſpiritus noſtri Chriſtum ſpiritualiter edentis conſeruatur. Quod ſi phantaſiæ tanta vis eſt, vt quæ magno deſiderio ſibi proponit & imaginatur, ea quodammodo efficiat intus aut foris. Sic ea efficit optimos artifices, etiam ſine doctore aliquandò, & in pueris quoque ſuam vim oſtendit: & in ipſa generatione ac fœtu tùm formando, tùm variè mutãdo & afficiendo, mirificè ſuam vim oſtendit, & ſæpè, vt vulgò dici ſolet, imaginatio facit caſum: cur non mens etiam & intellectus amore & deuotione & vera viuaque fide flagrans, multò maiora efficeret? An ſcilicet fidem habentes, monti imperare queunt, vt tranſeat, & miracula efficere foris, nihil ſibi & intra ſe faciet? Chriſtum quem tota perpetuo tanto ardore cogitat, amat, non concipiet? conceptum non continebit intra ſe eoque fruatur & pro ſummo bono ſibi proponat, ſpirituali & eſſentiali & alma fruitione? id quòd certè ſolis fidelibus datum eſt: infideles & impij procul ab hac felicitate, abſunt.

De mente, iuxta Ariſtotelem lib.1. de Anima, cap. 4. Ὁ δὲ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι, οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι, &c.

22 Ariſtotelis ſententia hæc eſt, non quidem neceſſaria, ſed probabilis vt ſunt ferè argumenta dialectica, quæ à minori ad maius trahuntur. Si ſenſuum vis in ſenecta, *item morbo & ebrietate*, non deficit, ſed deficere videtur propter organa; *vt viſus propter nubeculam & ſuffuſionem*: multò magis Mentem, vtpote meliorem & nobiliorem vim, quæ ſemetipſam & res diuinas cognoſcat: & à magnis obiectis non afficiatur vt ſenſus, vt ad minora noſcenda, ineptior inde fiat, non dicemus deficere, ne in extrema quidẽ ſenecta, *nam in prima & cruda ſenecta magis etiã viget*: quamuis deficere videatur, propter affecta non quidem ſua, ſed phantaſiæ & memoriæ (eſt autem tùm phantaſia quædam rationalis, tùm memoria ſimiliter puto, vtraque homini propria, ſicut & αἰσθητικὴ) organa, ſine quibus Mens paſsibilis præſertim, *eadem ferè phantaſia rationali*, agere nihil poteſt: & fortè ne actu quidẽ, dum in hoc corpore eſt. Vt in clauſus in cubiculo non poteſt niſi per feneſtram

videre, & pro vt illæ tenuiores aut craſsiores ſunt; viſus etiam eius affici videtur. At ſenſus organa propria habent, à quibus ſeparari non poſſunt: Mens ab organo ſuo per accidens, ſpiritu nimirum cerebri, qui phantaſiæ organum propriū eſt, ſeparari poteſt: & tunc etiam liberius agere. Ergò tale eſt argumentum.

Si ſenſuum vis incolumis eſt quamuis deficere videatur, propter organa affecta: multò magis Mentis ſubſtantia, quamuis actiones eius deficere videantur, exiſtimanda eſt, incolumis eſſe. (Nam ipſius etiam ceu organa quædā ſunt, per accidens) itaq; ſeparari ab eis poteſt: cum ſi propria organa haberet, ſeparari ab eis non poſſet. Hoc argumentum, ita ductum à minori ad maius: non poteſt etiam animæ eſſe commune. Nam Themiſtius putat Ariſtotelis verba ita ſonare, vt non magis mentis quam animæ immortalitatem probent. Neq; dicere poſſumus inferendo.

Si mentis ſubſtantia incolumis eſt, quamuis actiones eius marceſcant, propter corporeum aliquem, *craſsim aut ſpiritum*, affectum: multò magis animæ ſubſtantia incolumis erit, etſi eius organis affectis ceſſent aut malè habeant actiones eius (nam & ignobilior res eſt anima, & organis alligata per ſe) Contrà autem rectè dici poteſt ita vt diximus. Philoponus hoc non vidit; nec aliorum fortè interpretum, *Scheccium non legi*, aliquis.

Iam in Ariſtotelis contextu τὸ ἐγγίνεσθαι ad differentiam accidentiam: τὸ δὲ φθείρεσθαι, ad differentiam formæ phyſicæ poſitum videtur.

Dicere poſſumus omnem animam per ſe impaſsibilem eſſe: ſed diuerſo ſenſu: nam irrationalis ideò eſt impaſsibilis per ſe, quoniam per ſe ne ſubſiſtit quidem, ſed omnino cum corpore. Mens verò & ſubſiſtit per ſe, hoc eſt ſuapte natura.

23 Mens quamuis recipiendo τὰ εἴδη, videatur pati quodammodo: quoniam tamen ipſa facit εἴδη illa, à faciendo potius denominari debet, quàm à patiendo, ſi hoc cum ſenſu commune habet. Sic & ignis ποιητικώτατος dicitur: etſi quatenus nutritur nonnihil patitur.

24 Senſus eſt paſsibilis, & ab alijs ſit. Mens verò ποιητικὴ eſt, & alia facit, ſcilicet εἴδη νοητὰ (non tamen ſeipſam facit, ſed potentiam ſuam in actum producit.)

25 Non ſi impaſsibilis intellectus, etiam æternus, vt argumentatur Simon Portius in lib. de Mente, cap. 18. nam etiam ſenſitiua vis in ſenectute impaſsibilis eſt, teſte Ariſtotele: cum inſtrumenta tantùm afficiantur. Eſt autem impaſsibilis intellectus (inquit Portius) vt facultas cognoſcendi, non vt pars & forma hominis. ſic enim perit, quemadmodum & cæteræ partes animæ, pereunte ſubiecto ſuo nempe corpore, in quo erant, per ſe verò & à contrario aliquo, vt corpus, nō perit. quare Ariſtoteles ἄφθαρτον dixit, quomodo etiam reliquæ facultates animæ ἄφθαρτοι dici poſſent, *hæc ferè Portius*. Atqui Ariſtoteles nullam reliquarum, ſed ſolùm intellectum μόνον ἀΐδιον καὶ ἄφθαρτον vocat. Neque oportuiſſet illum abſolutè ἄφθαρτον καὶ ἀΐδιον appellare, τὸ φθειρόμενον μὲν μὴ κατ' αὐτὸ μηδὲ ἀφθαρτόν: aut ſi ἄφθαρτον tamen non ἀΐδιον, alioqui vmbras corporum & accidētia quæuis ἀΐδια appellabimus.

26 Ἀλλ' οὐδὲ τὸ νόημα ὡς νόημα ἄφθαρτον διὰ τὸ νοούμενον τότε, *Alexander Aphrod. de anima, ſectione 33.* περὶ τοῦ ποιητικοῦ νοῦ. Quamuis νοῦς, ὁ ἕξει καὶ ἐνεργῶν cogitet τὸ ἄφθαρτον, non idcirco tamen ἄφθαρτος eſt aut ipſe, aut hæc in eo cogitatio: ſed tantùm ὁ ποιητικὸς νοῦς in nobis incorruptus eſt: non quia ἄφθαρτον cogitat, tùm enim ſolùm cum cogitat, talis eſſe poterat, prius & poſt non item. Sed ſolus ποιητικὸς νοῦς qui ſemper eſt actu, & ſeipſum intelligit.

An melius clarius & magis piè dicemus. Intellectum ſimpliciter immortalem eſſe: paſsibilem verò & poſsibilem, qui intelligit τὰ φθαρτά, τὰ ἐνδεχόμενα, τὰ ἔνυλα, mor-

λα, mortalem eſſe: per ſynecdochen, (quoniam intellectum pro iJs formis quæ intelliguntur & cogitationibus ipſis accipimus) pro ipſis rerum huiuſmodi cogitationibus; continens pro contento; nominantes.

Τὰ ἔνυλα εἴδη, ſi à materia ſepares, nihil ſunt; ſi tamen intelligantur, intellectus fiunt: extra verò intellectum pereunt. Itaque etiam intellectus ipſorum dicitur φθαρτός.

An νοῦς παθητικὸς καὶ φθαρτὸς eſt phantaſia rationalis, quæ perit?

27 Cum mens pura ſynceraque, iam Dei & veritatis lumen ſine aliqua vmbra ferre poteſt, vt oculus ſanus Solem. Præterea cum hæc ſit vtriuſque animæ, mortalis & immortalis vinculum, in earum ſeparatione ac diuulſione neceſſariò perit. Perit & memoria tum ſenſitiua tum rationalis; quarum vtraque inſtrumentum eſt mentis & rationis perficiendæ: opere autem iam perfecto, ſuperfluum eſt inſtrumentum. Videntur & Menti in ſua perfectione omnia bona futura, ſicuti & Deo cuius eſt imago, præſentia ſunt omnia, non autem vt memoriæ præterita. Et ſimiliter mentibus impiJs mala omnia præſentia, vt ſcelera ab eis perpetrata & ſcelerum pœnæ. Sed hæc omnia, ſanctorum & doctorum virorum iudiciJs, vt debeo, libenter ſubmitto.

DE INTELLECTV ET VARIIS EIVS FACVLTATIBVS, *earumque facultatum diſtinctione, meditatio.*

28 Intellectus pro facultatum diſcrimine, alia atque alia nomina & appellationes accepit. Alius enim Intellectus dicitur;

1. Agens.
2. Faciens.
3. Practicus.
4. Actu.
5. Contemplatiuus.
6. Poſsibilis.
7. Paſsibilis.

Quæ hoc modo inter ſe diſtingui & explicari poſſunt.

Intellectus

1. Agens, ὁ ἐνεργείᾳ νοῦς, ἐνεργητικός, ſic enim appellari poſſe videtur, vt differat ab intellectu actu. ἄυλος (*ceu linea recta, ſine materia intelligens*) *eſt qui vel contemplatur tantùm ipſe ſecum: vel docet aut mouet intellectum poſſibilem. Et hic actu primo ſemper agit, & ea intelligit; quæ actu tantùm ſunt, ſine materia. Hic illuſtratur à Deo; vt ipſe mentem poſſibilem illuſtrat. An hunc Ariſtoteles idcirco diſtinguit à poſſibili, vt animæ immortalitatem melius aſſereret?*
2. Faciens *idem cum agente*, ποιῶν, *ſed fortè tùm ſolùm faciens dicitur, cùm actu ſecundo agit, & imagines ceu præſentes ſiſtit, vel etiam cùm alios docet: diſcipuli enim veluti opus & factum præceptoris ſunt. An cùm ſpecies aliquas à Deo recipit, eas ipſe non facit, & tùm etiam ipſe* ὑλικὸς *ſit ad Deum, vt ad* διάνοιαν ἐνεργητικός *eſt.*
3. Practicus, *id eſt actiuus, qui agere, conſulere & mouere poteſt in iJs, quæ ad hominis vitam & mores attinent, quatenus animal eſt* κοινωνικόν, *& vitæ præſentis commoda ſpectat. Hic* ἔνυλος *videtur quodammodo, ſicut &* διάνοια, *& ὁ* δυνάμει νοῦς. *Huic opponitur* θεωρητικός.
4. Actu (*communius quàm agens* κατ' ἐξοχὴν *dictus*) *vt facienti tùm theoricus tùm practicus, cum è potentia in actum prodeunt: ſiue ex potentia remota in actum primum. Sic in pueris mens potentia, cum ætate mens actu fit: ſiue ex potentia proxima,*
1 *vt habitu vel actu primo in ſecundum. actus primus ὡς ἐπιςήμη: ſecundus ὡς θεωρεῖς.*

Intellectus

5. Contemplatiuus: *qui contemplatur, ſiue res*
- A *materia prorſus remotas agens ſolùm, vtpote primus & ſimpliciſſimus, primas & ſimpliciſſimas ſubſtantias conſyderans, ἄυλος: vt primus Philoſophus: ſecundum fidem, aut ſcientiam.*
- Cum *materia coniunctas*
  - Inſeparabiles, *vt Phyſicus, εἰκοτολογίας.*
  - Separabiles *cogitatione: Mathematici, ἀποδείξεσι.*
- ¶ Huic *opponitur Practicus, de quo diximus.*

6. Poſsibilis *opponitur illi qui actu eſt, ſiue contemplans, ſiue agens. Hic quia recipit, poſſibilis dicitur: quia verò proficit & perficitur, dicitur Paſſibilis, Nam Faciens, formas rerum excitat, colligit. Paſſibilis verò in ſeſe recipit, veluti locus quidam formarum: & ita ad illum ſe habet, vt diſcipulus ad præceptorem.*

7. Paſsibilis *verò alius intellectus alia ratione dici poteſt, qui ex agitatione corporis cum phantaſia coniungitur (vel ipſa phantaſia) & intelligit quidem & ratiocinatur, ſed non ſine paſſionibus animi ſiue affectibus: à quibus non animus tantùm quodammodo patitur, ſed etiam corpus. hic vt magis & minus recipit ſecundum ſuos affectus, & magis propriè patitur quàm præcedens: ita etiam omnino perire poteſt, φθαρτὸς ὤν. Talis ferè eſt Practicus: τὰ πάθη γὰρ περὶ τὰς πράξεις μάλιστα γίνονται. A morte huius actio vel paſſio potius perit. Agentis verò tùm eſſentia tùm actio, à morte etiam manent.* ¶ *Vt intellectus agens, poſſibili coniungitur, ita hic phantaſia.*

De ijſdem breuior alia meditatio.

An Agens, eſt quaſi angelus? Faciens, quaſi homo ſolitarius? Practicus, vt homo in familia aut republica? Poſsibilis, vt puer? Habitus, vt adultus? Actus, vt idem agens actu ſecundo? Vel

Agens, vt maximæ: Διάνοια vel Poſsibilis, vt ſyllogiſmus: ille vt præceptor, hic vt diſcipulus. Maximæ non ingrediuntur ſyllogiſmos, in ijs tamen ſunt potentia ſua; non ita quidem vt inſint, vel includantur, ſemper enim latius patent, & ſingularia omnia ab eis dependent in ſingulis ſcientijs. Sic Deus, omnium cauſa eſt, & in omnibus, non ita tamen vt inſit tanquam materia vel pars eius, ſed excedit omnia, & ab eo dependent omnia.

29 Διάνοια, Galeno pro ſenſu cõmuni accipitur: alijs pro vi ratiocinandi & intellectu poſsibili, qui agentis veluti diſcipulus quidam eſt, & cum materia intelligit. Agens enim non ratiocinatur, ſed principia & maximas rationum dictat, ad διάνοιαν ita ſe habens vt vnũ ad duo. Platoni 7. de repub. διάνοια δύναμίς τις ἐν μεταξὺ οὖσα μὲν δόξης, ἀμυδροτέραν ἢ ἐπιστήμης. Nos vero eam non ponimus mediam inter δόξαν & ἐπιστήμην, ſed cauſam & principium vtriuſque, ſicut in artibus quoque Dialecticam: quæ circa vera & neceſſaria ἐπιστήμη καὶ ἀποδεικτικὴ fit: circa probabilia verò λογικὴ μόνον καὶ πιθανολογία τις.

Διάνοια modò ſe menti applicans, ratiocinatur de intelligibilibus: modò autem Phantaſiæ, de ſenſibilibus.

Quicquid meliore quàm ſyllogiſmi aut demonſtrationis modo ſcimus, id κατὰ κοινὴν ἔννοιαν ſcimus. Quæ verò aliqua demonſtratione egent vt cognoſcantur: horum concluſiones ſeorſim perceptæ, Opinionis opus ſunt, *Suidas in κοιναὶ ἔννοιαι*. Adderem ego, ſi tamen concluſiones illæ ex veris primis & neceſſarijs eliciantur, Ἐπιστήμην non Δόξαν faciunt.

30 Anima rationalis in nobis vna eſt, eaque tota immortalis: ſed varia ſortitur nomina pro actionibus aut paſsionibus diuerſis. Proinde ridiculi ſunt qui intellectum agentem ſubſtantiam quandam per ſe faciunt: alij animam mundi, alij vltimum motorem cœleſtium, *vt Auerrhoës*; alij diffuſam aliquam & quaſi ſeipſam

aſpergen-

aſpergentem intelligentia: *fortè genium quempiam. his enim omnia eſſe plena*, alij Deum ipſum. Ab eo quòd in ſe ſpecies recipit, & earum ſubiectum eſt, materialis et poſſibilis dicitur: ab eo quòd ſpecies ipſas enudat, agens.

Quod dicimus, *Ingenium*, videtur eſſe in Intellectu poſsibili ad nouum aliquid arte inueniendum comparata facultas: non autem ipſe Intellectus agens, vt Melanchthoni videbatur. Inuentio enim vt machinæ alicuius rotæ, horologij, &c. paulatim perficitur. Hoc opus à ſe inuentum animus per reflexionem vbi perpendit atque recognoſcitur, *Iudicium* appellatur. Eſt enim quaſi ruminatio quędam & reflexio mentis ſuper priorem notionem.

De mentis ſeu intellectus facultatibus iterum.

31 Quomodo Alexand. Aphrodiſ. in lib. 2. de Anima; νοῦν τὸν ὑλικὸν dicit eſſe δύναμιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, *pag. 143. b.* νοῦν ποιητικὸν verò, negat eſſe μόριον καὶ δύναμιν τῆς ἡμετέρας ψυχῆς, (in titulo περὶ τοῦ ποιητικοῦ νοῦ:) cum tamen ſequenti facie, *pag. 144 b.* νοῦν δυνάμει cum augetur & perficitur mentem actu fieri dicat. *aliud eſt* νοῦς ἕξει *&* ἐνεργείᾳ: *aliud* ποιητικός; tanquam ſubſtantia vtriuſque eadem ſit. Sed mens potentia οὐσίαν aliam non habet, quàm ſimplicem δύναμιν & ἐπιτηδειότητα.

32 Quid Ariſtotelem mouit; vt tres illas mentes ſtatueret? analogia aliarum rerum omnium, præſertim ſenſuum. Vbique enim eſt actio quædam & paſsio, & tertium τὸ γιγνόμενον: αἰσθητήριον patitur, αἰσθητὸν agit, & ab vtroque fit αἴσθησις.

Νοῦς ὑλικὸς *in pueris nimirùm*, qui potentia eſt: *vt* ὕλη *accipiatur pro potentia: nam alioqnin* νοῦς *omnis* ἄϋλος *eſt*, qui cum nihil rerum omnium actu ſit, potentia ſit, *& intelligere poſſit*, omnia: & hæc eſt eius eſſentia.

Mens agens; ἄϋλος νοῦς, ἐνεργείᾳ νοῦς, nihil quàm νοῦς, φύσει νοῦς, καὶ θύραθεν, ὅτι καὶ ἔξωθεν τῆς νοήσεως καὶ περὶ τοῦ νοεῖσθαι, νοῦς ἐστι: τὰ δὲ ἔνυλα εἴδη περὶ ἢ ἐκτὸς τῆς νοήσεως, οὐκ ἔστι νοῦς. Hic νοῦς ceu lumen eſt, efficitque vt mens poſsibilis, habitum accipiat; & à materia ſeparans ἔνυλα εἴδη καὶ δυνάμει νοητὰ, facit ἐνεργείᾳ νοητά. Hic & ὁ θύραθεν νοῦς dicitur, φύσει καὶ καθ' αὑτὸν, νοούμενος μὲν ὡς νοητὸς, οὐ γινόμενος δὲ νοητὸς, ὡς τὰ ἄλλα: φύσει γὰρ τοιοῦτος. Hic nihil aliud eſt quàm τὸ ἐνεργείᾳ νοητὸν εἶδος: vt αἴσθησις τὸ ἐνεργείᾳ αἰσθητόν: & ἐπιστήμη τὸ κατ' ἐνέργειαν ἐπιστητὸν & contrà.

Ὁ ἐνεργείᾳ νοῦς, nihil aliud eſt quàm ipſa ſpecies quæ intelligitur, & cum prius opponerentur relatiuè τὸ νοοῦν καὶ τὸ νοούμενον, in hac mente vniuntur.

33 Κατ' ἐνέργειαν νοητὰ,

- Primo *& per ſe ſuapte natura*, τὰ ἄϋλα εἴδη, *id eſt, mens ipſa ſolum: vbicunque enim aliquid eſt potentia, etiam actu aliquid eſſe oportet, à quo illud perficiatur.*
- Secundariò τὰ ἔνυλα, ὑπὸ τοῦ ἐνεργείᾳ νοῦ χωρισθέντα τῆς ὕλης: τέχνη καὶ ποίημα τοῦ ἐνεργείᾳ νοῦ.

DE POTENTIA INTELLECTIVA;
Tabula generalis.

34 Rationalis vel Intellectiua potentia inorganica dicitur: quia etſi ſenſus interiores ei inſeruiunt, & obiecta offerunt; tamē ſuam quandam habet actionem, quæ vniuerſales rerum rationes ſpeculatur. Quanquam enim ſingularia quoque cognoſcat, non conſiſtit tamen in eis; vt ſenſus, ſed vniuerſalia inde colligit. Rationis vocabulum accipitur aliquando ſimul pro intellectu gubernante & voluntate obtemperante; Plato ἡγεμονικὸν vocat. Potentia hæc duplex eſt. Alia enim dicitur;

†

In facultate animæ Rationalis conſyderamus,

1. Subſtantiam intellectus,

Intellectus, *alia Voluntas, de qua inferius. In hac animæ facultate conſyderamus,*

SVBSTANTIAM. *Eſt autem Intellectus alius agens, alius poſsibilis*, paſsibilis verò alius eſt Ariſtoteli, nempe Phantaſia, vel qui cum affectionibus iungitur, vt metu, gaudio: hunc etiam φθαρτὸν & κοινὸν vocat Ariſtoteles, *appellatur, de quibus mox plura dicemus. Differre eos non ſubſtantia & ſubiecto ſed tempore & actionibus*, nam ex mente potentia, quæ prius eſt, fit mens actu poſterius, *Philoponus & Plutarchus, alijq́ docti exiſtimauerunt: qui mentem actu, omnino animæ & hominis vim quandam interpretantur*, nam & Ariſtoteles μόριον ψυχῆς eam vocat, licet impropriè vocabulo partis vſus, *quæ ſimplex non duplex ſit, neque ſemper ſed aliquando intelligat vel agat ſecundùm intellectum. Plotinus verò, licet ſubſtantiam mentis actu eandem faciat, in hoc tamen differt, quòd eam ſemper intelligentem facit, ſic enim τὸ ἀεικίνητον Platonis exponit: quaſi non prius potentia tantùm fuerit. Alij à poßibili intellectu agentem ſeparauerunt, extra hominem & alterius ſubſtantiæ eum aſſerentes, Vt*

1. Alexander, *qui exponit primum & vnum omnium principium, mentem externam: Quoniam Ariſtoteles dixerit quod omnia faciat, quod eſſentia eius ab actione non differat, quodq́ ſemper agat.*
2. Marinus, *non ſummum Deum exponit, cui cum Phantaſia agere et obliuiſci non conuenit, ſed dæmoniam aliquam aut angelicam mentem, id eſt, angelum aut dæmonem aliquem, inter Deum et mentem noſtram medium.*

¶ Sed *horum opiniones Philoponus refutat, & Ariſtotelem de hominis tantùm anima locutum docet, quodq́ eandem immortalem & ſeparabilem credit: ſiue à corpore ſeparabilem, & ab organis ſeparatam, ſiue à phantaſia et ſenſu ſeparabilem, vt Plutarcho placet: qui mentem à corpore ſeparabilem eſſe Ariſtotelem minimè dubitaſſe ait, cum phantaſiam etiam à corpore ſeparari dixerit.*

Νοῦν ἀμιγῆ *Alexander ab Ariſtotele vocari dicit; quoniam quæ miſcentur, prius actu ſunt, anima verò non erat priuſquam corpori iungeretur.* Νοῦν *item* ἀπαθῆ, *quia non mens à corpore patitur, ſed corpus à mente, ſecundum potentiam eius.* Χωριστὴν *præterea, propter diuerſitatem, qua omnino à corpore differt. Sed falſò hæc omnia: nam ſi ſic acciperet ea Ariſtoteles, de ſenſibus etiam eadem dici poſſent, à quibus tamen Ariſtoteles mentem diligenter diſtinguit. Nam veteres quidem confuderunt, vt in hoc dicto;* Νοῦς ὁρᾷ, νοῦς ἀκούει.

¶ Senſus & *Ratio*

Conueniunt: *Quia potentia ſunt ambæ (nam mens & potentia eſt, & nudæ tabellæ ſimilis) Species tantùm rerum accipiunt, non eſſentias.*

Si potentia ambæ, ergò per paßionem aliquam ad actū veniunt. Patiuntur autem πάθος τελειωτικὸν *non* φθαρτικόν, *cùm non ſecundum ſubſtantiam ſui ſed actum patiantur. Cognitio enim actus eſt, quæ ex potentia procedit. Multò magis autem mens quā ſenſus paſſione perficiente patitur. Nam ille exceſſu corrumpitur, mens verò magis exercitatur & confirmatur, proinde immortalis creditur.*

Differunt. *Senſus à nimio obiecto ita afficitur, vt parum deinde aut nihil poßit in minoribus: Mens verò in magnis exercitata, facilè minora deinde cernit, aut etiam acutius. Cauſa eſt, quoniam non eget corpore, neque cum eo afficitur, vt ſenſus: hinc etiam immortalis apparet.*

1 2 ¶ In *Theologia* ὁ θύραθεν κατ' ἐνέργειαν νοῦς *eſt Deus: de quo Ariſtoteles*

in libris

In facultate animæ Rationalis conſyderamus,

1 | 2

1. Subſtantiam intellectus,

in libris de anima non loquitur, ſed de mente quæ pars ſeu facultas eſt animæ, atque ex potentia in actum producitur, quod menti externæ non contingit. Et quamuis dicat Ariſtoteles omnia noſſe mentem de qua hic loquitur, non ideò de externa accipiendum eſt. Nam & interna poßibilis ita omnia noſcit, vt typos & delineationes omnium in ſe habeat, ſicut ſciographia ſpecierum & colorum inducendorum.

¶ Cum *mentem aliquam in nobis vel pueris potentia eſſe dicimus, hoc de actione eius, non de ſubſtantia intelligendum eſt, vt malè fecit Alexander. et mentem potentia materiam ſolùm eſſe dixit abſque forma. nam ſi formam in ſe certam haberet, non poſſet omnium recipere formarum cognitionem, vt ſpeculum colore aliquo infectum non omnes redderet. Atqui ipſe Ariſtoteles animam formam formarum eſſe dicit, tantùm abeſt vt informem.*

¶ Epicherema *quod mens incorporea ſit, id eſt; quod nec ipſa corporea ſit, nec organo corporeo indigeat.*

Anima *vel mens omnia intelligit. Quod ſi corpus eſſet, certam aliquam craſim haberet, & eam non cognoſceret, vt neque tactus ſimiliter æquè ſibi calida aut frigida percipit. Si forma corporis, tùm corpus eius organum eſſet, & ſic quoque ſuum ipſa organum non intelligeret,* itaq; non omnia, *aut alio ad eam rem opus haberet organo, idq; in infinitum. Non igitur aut corporea, aut corporis organum eſt.*

Aliud.

Organum *facultati ſuæ conducit, mens à corpore impeditur: non igitur hoc eius organum eſt.* An à quo aliquid impeditur malè temperato, ab eodem benè temperato iuuatur?

¶ Simplicisſima *intelligentia νοῦς, id eſt, mens Ariſtoteli & Platoni dicta, ſine materia intelligit omnia, διάνοια cum materia: licet eiuſdem ambæ ſint ſubſtantiæ. hanc inflexæ lineæ, illam rectæ comparat Ariſtoteles. Ratione enim differunt, non ſubiecto. Caro διανόια percipitur, quia non ſine materia, & à phyſico conſyderatur. Eſſe carnis, mente & ſimplici intelligentia, & ad primum philoſophũ pertinet: eſſe enim eius in mente eſt, non in materia. Itaq; Omnia noſcuntur vel*

Senſu, *vt accidentia omnia.*
Mente *& intelligentia, idq; vel* { Διανόια. / Mente *ſimplici.* }

Scheckius lib. 3. de Anima.

¶ Mens, *νοῦς, vel intelligit & non errat, vel prorſus non intelligit, ſed ignorat. Διάνοια verò multa malè intelligit & mentitur, quod in mentem non cadit. Fit autem mendacium, vel propter*

Prædicatum, *vt homo eſt alatus.*
Tempus, *vt χθὲς ἦν τὰ πρωϊζά: in hoc non fit mendacium circa res diuinas, ſed in prædicato tantùm. In alijs verò circa vtrunque.*

¶ Ἡ ἄλογος καὶ ἡ φυτικὴ ψυχὴ, ἀθάνατος μὲν, οὐκ ἀΐδιος δέ. Ἀθάνατος δὲ λέγεται καὶ φθαρτὴ δοξάζεται. Ἐπειδὴ οὐ καθὸ ψυχὴ φθείρεται, ἀλλὰ καθὸ ἐν σώματί ἐστι. Διὸ καὶ ὁ Πλάτων λέγει πᾶσαν ψυχὴν ἀθάνατον, τοῦτο λέγων καὶ ἐπὶ φυτικῆς καὶ ἀλόγου. ἡ δὲ ὕλη ἀΐδιος μὲν, οὐκ ἀθάνατος δέ. Philoponus nimium fortaſsis argutè.

DE NOTITIIS ET ACTIONIBVS MENTIS.

1 | 2

2. ACTIONEM. *In Intellectu tria ſunt, quæ vnò communi nomine notitiæ appellantur, nempe*

In facultate animæ Rationali conſyderamus

2. Actiones intellectus,

- 1. Notitiæ *naturales, προλήψεις, de quibus paulò poſt.*
- 2. Habitus. *Sunt autem illi virtutes quædam: quarum aliæ*
  - Intellectiuæ, *vt* (Quæ eſt)
    - Scientia. — Notitia *in qua demonſtratio cogit nos aſſentiri dicto.*
    - Ars. — Cognitionum *& comprehenſionum perpetuarum & ad finem vitæ vtilem ſpectantium copioſa perceptio.*
    - Prudentia — Principium *moralium virtutum, & recta ratio agibilium.*
    - Fides. — Notitia *qua aſſentimur alicui dicto ſine dubitatione, victi vel*
      - Authoritate
      - Teſtimonijs
      - Huic *aſſenſui reſpõdet involũtate Fiducia, qua acquieſcimus promiſſionibus diuinis.*
    - Opinio. — Notitia *qua nõ ſatis aſſentimur alicui dicto.*
  - Morales *vel Practicæ*
    - Iuſtitia.
    - Prudentia.
    - Fortitudo.
    - Temperantia.
- 3. Actiones *mentis, inſtrumenta ad artes: mente ſubito, id eſt, quouis tempore cum libuerit ratiocinante. Hæ ſunt*
  - Simplicium *cognitio, apprehenſio vel conceptio.*
  - Compoſitio, *mentis affirmatio.*
  - Diuiſio, *id eſt, negatio.*
  - Ratiocinatio, *mentis argumentatio, διάνοια, iudicium.*
    - (Vniuerſalium. / Particularium.)
  - Memoria *& recordatio.*
  - Speculatio *vel contemplatio, conſyderatio circa ea quæ aliter ſe habere non poſſunt.*
  - Conſultatio, *circa contingentia.*
  - Actus, *quorum alius eſt*
    - Rectus, *nempe notitiæ quædam inſitæ, ſeu principia ſcientiarum & artium:*
      - Communia, *vt ſunt Metaphyſica & Dialectica principia.*
      - Propria *ſingulis, vt*
        - Phyſica.
        - Ethica.
        - Geometrica.
        - Arithmetica.
          - Numeri.
          - Ordinis.
          - Proportionis.
      - Κοιναὶ ἔννοιαι
      - Quæſtio, *id eſt, An notitiæ principiorum nobiſcum naſcantur, vt Plato putabat: An extrinſecus & ab ipſis rebus nobis accedant?*
    - Reflexus: *quo ſuas actiones cernit & iudicat, & inſuper ſuam eſſentiam, quod aliarum facultatum nulli contigit.*

In facultate animæ Rationali conſyderamus, 2. *Actiones intellectus,*

¶ DE ACTIONIBVS INTELLECTVS AGENTIS Ariſtotelis aſſertiones, ex Philopono in tertium librum de Anima.

1. Mens *omnia facit, non reuera tamen, vt neque lux colores facit, ſed oſtendit tantum eos qui iam ſunt & quodammodò ex potentia in actum ducit. Vel rerum omnium typos in mente poßibili deſcribit, quare graphio, an γραφεῖ à Platone confertur. Si mens poßibilis omnia fit, ſequitur vt mens actu,* an agens potius? *omnia faciat. Hinc eſt quòd habitui & luci comparatur. Luci, prædictam ob cauſam. Habitui, non quòd qualitas ſit, ſed vt habitus ſe habet ad primam potentiam, perficiens ſcilicet eam: ſic intellectus actu ad ea quæ in poßibili ſunt.*

2. Eſſentia *ſua agit, nec aliud eſt eſſentia intellectus agentis quàm ipſa eius actio: Non ſimiliter tamen vt Deus, &c.* Vide plura in Philopono.

Sciens ex anima & ſcientia compoſitus eſt, anima materiæ rationem habet, ſcientia formæ: forma autem magis eſſentia eſt quàm materia. Itaque mens agens ſecundum ſcientiam, ſecundum eſſentiam agere dicitur, locutionem à præſtantiore vſurpando ſynecdochicè, vt τεῦκρε φίλη κεφαλή. Non abſolutè tamen & ſimpliciter vt in Deo eſſentia & actio in mente idem ſunt.

3. Semper *agit & nunquam agere deſinit. Vel quia ſemper agere poteſt,* & actu primo ſemper agit. *Vel quia non in vno indiuiduo, ſed in diuerſis id contingit. hoc enim non cogitante alius cogitat,* Philopon. Non placet poſterior hæc explicatio: nam de cæteris quoque facultatibus animæ idem dicere liceret. Non ſemper contemplamur: hoc indicium eſt potentiæ: Contemplari autem poſſumus quoties volumus, idq́ ſine vllo externo obiecto, hoc ſignum eſt actus præſentis, & non aliunde petendi.

4. Cur *obliuiſcitur mens? Nihil mirum, ſi corrupta vel malè habente phantaſia, obliuiſcitur ea quæ cum ipſa cogitauerat. Sed propria quædam ſunt menti, quæ abſque phantaſia cogitat, cur illa quoque obliuiſcitur? Si particularis morbus poteſt obliuionem inferre eorum quæ cum phantaſia cogitauimus: non mirum ſi totius vitæ mutatio aliarum quoque rerum obliuionem inferat,* Philop.

5. Semper *cum phantaſia operatur. Sunt tamen quædam quæ abſque phantaſia mens agit, qualis eſt conuerſio eius ad ſeipſam, & ad Deum: item rerum incorporearum & vniuerſalium, omnis denique ſine ſenſu conſyderatio. Sed videtur phantaſia diuinis etiam concurrere, & typum quendam τοῖς ἀτυπώτοις affingere.* Reliqua à Philopono enumerata alibi ſupra iam recenſuimus.

¶ Notitia, *ſecundum recentiores, eſt ipſa mentis actio, qua agnoſcit rem, & quaſi format imaginem rei quam cogitat. Ea duplex eſt,*

- Intuitiua, *cum cognitio ſimul per ſenſum & mentem fit, eaque*
  - Præſentium *ſingularium. Has dicunt ſimiles eſſe definitionum.*
  - Abſentium *ſiue ſingularium ſiue vniuerſalium.*

  Vniuerſalia quomodo præſentia vel abſentia?
- Abſtractiua. Hæc forſan vel phantaſia vel memoria rationalis appellari poteſt.

¶ Mens

- Potentia, *in pueris;* Aphrodiſienſ. & Philopon. Plutarchus etiam pueris habitum attribuit, qui habeant quidem ſcientias, diſcere tamen, id eſt, reminiſci eos oporteat: quæ Platonis ſententia eſt, ipſe falſò Ariſtoteli aſcribit.

1 In facultate animæ Rationali conſyderamus,

2. Actiones intellectus,

5 Habitu, in adultis ſcientibus non contemplantibus, Aphrod. & Philop. Plutarchus habitu ſimul & actu.

Habitu ſimul & actu, non extrinſeca, in iiſdem contemplantibus, Philop. Aphrodiſienſis tertiam mentem eſſe dicit, quæ ſolum actu ſit, non etiam potentia & habitu, vt ſimplex ſit: eamq́; foriſecus accedere: ſimiliter Plutarchus. Ego hunc intellectum ſimpliciter agentem dixerim: diuerſum à poßibili, qui in pueris, aut alijs etiam fortè ignorantibus aliquid tantùm potentia eſt, in adultis habitu, vel habitu ſimul & actu. Sed hic quidem actus abiunctus non eſt à potentia, poſſumus enim obliuiſci. Ea verò quæ mens ſimpliciter agens nouit, obliuiſci non poteſt: & hæc ſemper puto, eſt actu, &c. vt alibi copioſius ſcripſi.

¶ Intellectus alius eſt

Speculatiuus, θεωρητικὸς, cuius eſt contemplari vel ratiocinari: finis vel obiectum Veritas. Eſt autem is partim

Potentia, δυνάμει, qui & paßibilis & poßibilis: ex principijs aliquid addiſcit, ac veluti diſcipulus eſt agendis. Nec tantùm circa vniuerſalia, vt ille, ſed particularia etiam verſatur. At hunc etiam διάνοια pertinere videtur, de qua ſupra diximus. Melanchthon in illis qui ipſi nihil ingenioſè inueniunt, ſed ab alijs tantùm inuenta intelligunt & agnoſcunt, ſeu tanquam dictata accipiunt, paßibilem intellectum collocat: vt in ſolertibus & ingenioſis ad inueniendum, & noui aliquid faciendum, vnde facientem appellare mauult, ſolertem, quam eius opinionem ab Ariſtotelis & aliorum ſententia longè abeſſe video.

Actu, ἐνεργείᾳ: cui innata ſunt principia, quæ veluti magiſter poßibili tradit. Plura diximus ſupra.

Actiuus, πρακτικὸς: qui voluntati coniungitur, & non tàm è longinquo vt theoricus, ſed proximè mouet ad particularia facienda vel vitanda. Huius obiectum eſt, bonum. Huic adduntur Conſcientia & Syntereſis, Paulus συντήρησιν etiam conſcientiæ nomine comprehendit. A recentioribus Theologis ita diſtinguuntur.

Conſcientia eſt notitia, quæ nos accuſat vel approbat.

Syntereſis eſt notitia legis, reſpiciens vel

Deum & diuina, in pijs.

Naturam & naturales notitias & ciuile honeſtum, in gentilibus.

¶ Damaſcenus appellat συντήρησιν, voluntatem rationalem, alij intellectu potius quàm voluntate eam ſtatuunt. Syntereſin aiunt tradere maiorem in ſyllogiſmo practico, conſcientiam attexere minorem & concluſionem. Huic nimium quidam tribuerunt, quaſi naturaliter moueatur ad vitandam culpam & pœnam, & ad adipiſcendam vitam æternam.

3. OBIECTVM Intellectus

Perfecti, & vt ab initio conditus erat, Deus, et tota rerum vniuerſitas, vel ens quam latè patet.

In hac infirmitate & viti ata natura, omnis res ſenſibilis mouens intellectum, vnde tanquam à poſteriori κατ' ἀναγωγὴν à corporibus ad incorporea & Deum creatorem aſcendit.

1 2 4. MODVS, id eſt, quomodo intellectus fiat. Igitur Mens

Accipit

In facultate animæ Rationali conſyderamus, 1

† Accipit *ſingularia obiecta à ſenſibus per ſimplicem apprehenſionem.*
Eruit *vniuerſalia ex ſingularibus: Hæc Plato Ideas vocabat.*
Confert *& diſcernit res quaſcunque, vt accidentia inter ſe, et à ſubſtantijs. Parit hæc collatio ratiocinationes, quæ procul vagantur; conſyderantur effectus, quærunt cauſas.*

Rationalis *ſeu Intellectiua potentia duplex eſt, alia enim dicitur Intellectus, de qua iam dictum eſt. Alia dicitur*

Voluntatem, 2

VOLVNTAS. *Eſt autem potentia ſuprema ac libere agens, monſtrato obiecto ab intellectu.* Βούλησις *&* βούλεσθαι *hominis tantum eſt,* θέλειν *etiam brutorum. Voluntatis autem*

- Actiones *ſunt*
  - Velle
  - Nolle
  - Et *medium inter has ſuſpendere actionem.*

  Harum *aliæ ſunt*
  - Licitæ *et ſpontaneæ,* ἀνυπόχετοι.
  - Imperatæ, *quarum aliæ*
    - Non *ſimulatæ: cum (vt hydropici in ſiti abſtinent ſanitatis cauſa.) Voluntas ipſa ſibi imperat ſimul & alijs viribus, vt vir fortis in periculo motibus cordis.*
    - Simulatę, *cum Voluntas non ipſa ſibi ſed viribus inferioribus aut externo motui tantum imperat.*
- Actionum *cauſæ,*
  - Efficiens
    - Externarum
      - Ratio.
      - Voluntas.
    - Internarum
      - Verbum *Dei.*
      - Spiritus *ſanctus.*
      - Voluntas *ipſa.*

      mouens
      - Mentem.
      - Voluntatem.
      - Cęteras *facultates animæ et corporis membra per vim loco motiuam.*
  - Formalis, *actiones ipſæ.*
  - Materialis *vel inſtrumenta*
    - Oratio.
    - Opes.
    - Vires *corporis.*
  - Finalis, *vel obiectum. Hoc idem eſſet quod & Intellectionis, Deus ſcilicet & rerum vniuerſitas, ita vt nihil tam appeteretur & amaretur quam Deus, ſi hominis natura eſſet integra. Nunc ſunt & alia, videlicet Bonum*
    - Infinitum, *Deus. Bonum infinitum præ omnibus quidem amandum eſt: interim verò reliqua bona non ſunt abijcienda, ſed tanquam ab illo profecta diligenda & vſurpanda cum gratiarum actione, dummodo non abducant nos ab illo.*
    - Finitum,
      - Honeſtum *ciuile.*
      - Vtilia.
      - Vitæ *commoda et ipſa vita, Hæc duo poſſunt etiam ad inferiores appetitus referri propriè: quibus conſentit volũtas aliquando naturaliter, aliquando contrà affectus.*
      - Iucunda *ſenſui: aut rationi vt doctrina.*
      - Virtus.
      - Gloria.

In facultate animæ Rationali conſyderamus 1 | Voluntatem, 2

¶ Ad *voluntatem & arbitrium pertinet etiam concupiſcentia, quæ eſt ἀταξία & impetus in omnibus viribus hominis contra legem Dei: vt ſunt, ignoratio Dei, & dubitatio de Deo.* Errant Theologi, qui concupiſcentiam ad appetitiones ſenſuum ſolùm contrahunt. *Has tenebras alia ſequuntur mala, vt Voluntas ſine Dei*

- Metu.
- Dilectione.
- Fiducia.

De Arbitrio πιθανά.

¶ Cum *multi & eximij viri aliqua de re contendunt, videtur ab vtriſq; aliqua ex parte verum dici.* vtitur hoc argumento Galenus. *proinde & habere & non habere arbitrium videntur.*

Simpliciter conſyderando voluntatem & eius vim habemus: A reſpectu autem Dei potentiæ & prouidentiæ, ferè non habemus.

Licebit dicere habere nos aliquid arbitrij, vt ad humilitatem, non contrà: vt merito puniamur propter mala noſtra, eorumq; culpam nobis aſcribamus: non etiam vt merito laudemur propter virtutes & bona quæ fecerimus: quæ cum Deus per nos agat & adiuuet nos, ita tamen piorum præmia promittit, ac ſi merè noſtra eſſent, propter paternum in nos affectum.

Ἕλκων βουλόμενον ἕλκει. *Deus trahit volentes; ſcilicet mente & voluntate: item trahit nolentes, affectibus ſcilicet & concupiſcentijs inuitis, &c. Ex fouea euadit aliquis, vel per ſe, ſi ſit procerus & robuſtus & fouea non nimis ampla: vel alterius auxilio, manu apprehendentis, aut funem demittentis, eumq; vel trahentis, vel alligantis tantùm ſupra & permittentis alteri per eum aſcendere. Nam poſſet autem niſi vim aliquam in manibus haberet.*

Arbitrium tùm maximè liberum erit, cum Deo maximè ſeruiet, contrà maximè ſeruum.

Bernardus in ſermone Dedicationis.

Ad imaginem quippe Dei facta anima rationalis, cæteris omnibus occupari poteſt, repleri omnino non poteſt. Capacem enim Dei quicquid Deo minus eſt, non implebit.

MEDITATIONES SIVE CONTEMPLATIONES

exercitatoriæ de anima & mente, earumq; eſſentia, & an à corpore ſeparabilis ſit mens.

MENTIS eſſentia fortè vix intelligibilis eſt nobis, atque vel hoc ipſo argumento diuinitatis nonnihil habere cõuincitur, quod intellectum noſtrum opinione & phantaſia in hoc corporis ergaſtulo impeditum excedat: quem alioqui ſola ferè diuina excedunt & ſubterfugiunt.

Vt Solem, quo nihil inter corpora diuinius, intenſè ſpectantibus hebetantur oculi, & quo diutiùs fixiusq; inſpectatur, eò incertius & fallacius de ipſo iudicium fit, varijs & falſis ob oculos coloribus obuerſantibus. Sic mentem, eſſentiam verè diuinam, quo penitius cognoſcere laboramus, eò incertiores abimus. incertiſsimus verò, qui Deum ipſum eiusq; eſſentiam pernoſſe ſategerit.

Vt Sole & lumine vti nos conuenit, ad res alias ex ipſis intuendas, non vt ipſa eorum corpora inſpectemus, vnde nullus ſequeretur fructus, & viſus magis læderetur

deretur quàm proficeret. Sic mentem oportet alijs maximè rebus intelligendis veluti lucem adhibere, Deo præcipuè, id eſt verbo diuino; &c. non autem ipſam ad ſeſe contemplandam (nimiùm fixè & ſolicitè) conuertere.

Obiectio. Atqui hoc mentis videtur proprium, hoc ſolùm in ea diuinum, hoc vno à cæteris differre notitijs, ſi ſeſe contempletur & cognoſcat ipſa: ita vt à ſe ipſa & intrinſecis ſibi notitijs incipiens, ad aliarum rerum cognitionem progrediatur, & inde ad ſeipſam redeat, veluti in orbem & circulum reflexa. Qui veluti motus cum circularis ſit, diuinus ac immortalis videtur. Hoc cum Deo commune habet, quod ipſa ſeipſam intelligit: rurſus ab eo differt, quod etiam plurima extra ſe intelligat: cum Deus intra ſe intelligat omnia. Cum ſenſibus externis commune habet, quod externa cognoſcit: ſed neq; particularia ſolùm, neq; præſentia ſolùm vt illi, quod poſterius ei cum internis ſenſibus phantaſia & memoria conuenit: ab his enim differt quod vniuerſalia percipiat. Nam et phantaſia ac memoria quatenus vniuerſalia noſcunt, rationales ac homini propriæ dicuntur, nō ſenſuales illæ & cum brutis nobis communes eiuſdē nominis facultates. Hoc etiam tum ab externis tum internis pariter ſenſibus mens differt, quod non cęteras modo notitias omnes, ſed ipſa ſeipſam quoque ſpectat, noſcit & iudicat.

Mens, vt nunc eſt, noſcit ſeipſam ſimpliciter; & κατὰ τὸ ὅτι: non autem κατὰ τὸ διότι, nec ſuam ſubſtantiam penitus.

Obiectionis ſolutio. Eſt quidem eiuſmodi mens, vt dicis, vel potiùs eſſe debebat, & futura eſt olim cum ab hoc corpore ſoluetur: cui quandiu incluſa eſt, materiæ ceu vaſis vitium ſentit, & ſenſuum interiorū exteriorumq; contagione afficitur: neq; ſine phantaſia aliquid concipere poteſt, vt valde ęgroti non ſine baculo ambulare, & natationis imperiti, non ſine ſuſtentaculo aliquo natare poſſunt, cum illi abſq; baculo commodiùs multo celeriusq; ambulent, periti verò natandi expeditiùs ſine aliquo ſuſtentante natent: Itaq; phantaſia in animo id facit quod lippitudo in oculo: nempe vt animus ſeipſum cuius eſſentia lux ſpiritualis eſt, probè ac diu perſpicere non poſsit: vt oculus lippus externa præſertim lucida non poteſt: & ſi conetur, tū ipſe dolebit magis, tum falſò de rebus iudicabit. Aliquantiſper tamen, modicè et ſubobſcurè tum lippi ſuo funguntur officio, tum mens ſeipſam videt. Sed lippus omnis ſe lippire ſentit, niſi inſaniat. mentes verò nō niſi ſapientium & piorum hebetudinem ſuam intelligunt: ſiue quod ſtolidi veluti inſani ſunt: ſiue quod ab initio ſtatim ſenſus & phantaſia in homine (in corpore) ſunt ex ſemine, aut vi materię & veluti traduce: mēs verò poſtea ſuperuenit, & veluti in aliena poſſeſsione multū de ſua natura ſiue amittit, ſiue occultat potius: vt candela laternæ incluſa, nō amittit lucē ſed occultat. Intelligamus igitur nos animis noſtris cęcutire, lippire, hallucinari: & vel res alias tantū quæ nobis vtiles ſint ſuturę, vt iuſſa diuina, & Dei promiſsiones, adhibita mentis luce, videre ſimus contenti: aut ſi ipſam quoq; lucē noſtram conſpicere velimus, parcè, ſobriè, religioſè & è longinquo imbecillitatis noſtrę memores id faciamus: ſin minus, periculum erit, ne & nos ipſos deinceps, & cętera quoq; multò minùs iam cognoſcamus. Vt qui lucis vſu frui ad alia quę oportet videnda non contentus, ipſam quoq; multū curioſeq; de proximo inſpicere, ellychnia tractare & numerare, & omnē eius ſubſtantiam rimari, & circa ipſam experiri multa voluerit, aut extinguet prorſus aut multò deteriorem reddet. Quis non miretur fontem & perennē eius effluxū, qui tantus è tantillo emanet? At ſi non vſu illo contentus, quē quæ profluxerit aqua præſtat, ad reſtinguendam ſitim, ad quæuis purganda & abluenda, ad voluptatē ſpectandi: fontem etiam ipſum perſcrutari, effodere & intima quæq; ſuis ſubijcere oculis voluerit, vt quę ſit fontis & aquarum ſubſtantia, quę generatio, quę cauſa cur alij fontium perennes, alij non ſint perennes intelligat: is nō ſolum temere,

curioſè & irreligioſè faciet,ſed etiam ne fluuiũ ſimul cum fonte perdat; aut mul-
tò deteriorẽ reddat,periclitabitur:quod aliquoties contigiſſe hiſtorica fide com-
probari poteſt.Animum igitur qui inſtar lucis & fontis alicuius perennis eſt,cu-
ius beneficio omnia contemplamur,è quo vita rationalis tanquam flumen vber-
rimum per multas & admirandas actiones effluit, ſanctè religioſeq́; tractemus,
hoc eſt eminus & cum veneratione,&c.& ſi omnino libet de eius vel immortali-
tate vel ſubſtantia aliquid meditari,aliunde & à proximis cognatisq́; rebus ſuma
mus exempla:per quę ſi quid proficimus, bene eſt: ſin minus, authoritati tamen
& doctrinæ à maioribus noſtris & ſapientibus & optimis viris traditæ fidem ha-
beamus,potiùs quàm ipſi aliquid nouum tentare & probè collocatæ domus fun-
damenta quæ & qualia ſint experiri velimus.

¶ Animę ſubſtantiam philoſophi nondũ nominarunt peculiari aliquo nomi-
ne et generis,tantùm abeſt vt mentem: Vtrumq́; quidem vis quędam incorporea
videtur,ſed mens ſpiritus incorporeus:anima verò forma quædã ſeu vis aut qua
litas ſubſtantialis ex elementorum qualitatum temperie: (nam vt elementorũ for
mæ ſunt,ipſę eorum qualitates primæ,ita omnia ex eis compoſita,formam ab iiſ-
dem trahere videntur,compoſitã, ſi ſpectes principia ſingula,vt potentia inſunt:
ſimplicem verò,ſi compoſitionis τὸ ἄκρον ϗ ἀδιαίρετον, quæ magis minusq́; non re-
cipiat.) Deus animas & res omnes naturales è potentia materiæ eduxiſſe, aut fie-
ri iuſsiſſe videtur, vt nihil ſit abſurdi,formas dicere ex elementis,hoc eſt,materia
prodire. Mentem verò non tam fieri iuſsit ex alio, quàm fecit ipſe, non quidem
ex nihilo, neq́; ex vlla materia,ſed ſpiritus ſui inſpiratione, vt eſſet forma forma-
rum,ſicuti ipſe eſt.

Si lux & fons cognatæ quędam res ſunt animis noſtris,quomodo ab illis de a-
nimo aliquid ratiocinabimur?

Inter hæc quę dicis & animos noſtros,permulta afferri ſimilia poſſent ab homi
ne Philotheoro: ſed pauca addam illis quæ dicta iam ſunt. Lumen duplex eſt, a-
liud igneum,quod tandiu durat,quandiu materia et nutrimentũ ſuppeditatur:eo
deſtitutum extinguitur. Aliud cœleſte,vt in Sole pręcipuè, & Angeli & mentes
ita ſe habent ad Deum,vt ſtellæ (& mundus inferior totus) ad Solem,quod vt a-
limento non eget,ita & puriſsimum eſt,& ſemper ſibi ęquale,& extinguitur nun
quam.Fontium quoq́;,vt diximus,alij fluunt aliquandiu,deinde materię defectu
ſiccantur:qui ſcilicet ex paruis principijs aut antris,vt in locis planis ferè proflu-
unt.Alij ſunt perennes,qui ferè è montibus,vel non procul ijs ſcaturiunt,ſiue ſpe
cus in quibus aqua eorũ colligitur magni ſunt: ſiue parui quidem ſed multi,qui
omnes ad vnum confluant.ſunt enim montes meatibus pleni,per quos aqua pau
latim deſtillat & colligitur,& à calore eis incluſo ab inferioribus locis ſemper ex-
citantur vapores,qui ad alta & frigida loca in eis, niue, ſaxis & aëre iam frigido
(non penetrãtibus illuc radijs Solaribus à terra reflexis) refrigerata ſolidaq́;, tum
continentur tum in aquã conuertuntur, quę deorſum relapſa (vt fit in vaſis chy-
miſtarũ deſtillatorijs) per diuerſos cuniculos,ac tandẽ corriuata veluti ſudor qui
dam montis,fontem efficit.cœleſtis etiã aqua accedit,in montibus copioſior,vn-
de & vaporibus & aquis augmentũ ſuppeditatur.Sic anima duplex eſt:irrationa
lis alia,vt in plantis vegetatiua,in animalibus ſenſitiua inſuper & motiua:quæ fa
cultates homini etiã omnes inſunt. hæc quandiu alimentũ ſuppeditatur, & ignis
ſiue calor natiuus non deficit,durare poteſt:vlterius verò nõ poteſt,ex paruo ſci
licet ac naturali principio exorta. Alia rationalis eſt quam mentẽ dicimus: abſq́;
materia:cuius eſſentiæ initium maximum imò infinitũ eſt,nempe diuinitus.qua-
re nunquam extinguitur,& veluti fons quidam perennis eſt, ſiue ſubſtantia ſua,
ſiue voluntate Dei;quanq́; à priore etiã hic poſterior modus ſeparandus non eſt;

Simili-

Similitudinibus rerum nõ facile eſt adhibenda fides: neq; tam ſimile quicquam alteri, quin & diſsimile in eodem reperiatur aliquid.

Fateor equidem in ijs quæ attuli ſimilibus, ſiue inter ſe lucem & fontem, ſiue cum animo conferas, diſsimilia quædam deprehendi. Aliud.n.eſt ſubiectũ lucis à corpore igneo & elemẽtari, aliud à cœleſti & quinta eſſentia emicãtis. Fontis verò ſiue perennis ſiue deficientis ſubiectum natura & ſpecie vnum idemq; eſt.

An animæ etiam rationalis & irrationalis ſubiectum vnum eſſe putas, ita vt actiones tantùm diuerſæ ſint?

Hoc ſi putarem, irrationali anima (vt ſenſu motuq;) pereunte, rationalem pariter perire aſſerendum mihi eſſet: quod contra omnem rationem eſt.

Quomodo?

Nempe corpus cum ſua vita ſuaq; anima, quę ipſum nutritione, ſenſu motuq; animabat, interit. intereũt.n. organa quibus hę facultates perficiebantur: & ſine quib. effici nihil huiuſmodi poterat. Ratio verò ſeu mens cum nullo includatur vel exerceatur organo, aut parte corporis, ſed lux quædã ſit quę extrinſecus aduenit, ſupereſſe ſine ipſo poteſt vt candela, etiam corrupta laterna.

Atqui rationem multi in certã corporis parte collocãt; vt corde aut cerebro:

Voluerũt illi principalem animam in ſede etiam corporis principali locare: ſicuti Deum in cœlis eſſe dicimus, loco finito ſubſtantiã infinitã: qui non in terrã ſolum inſuper, & vbiuis locorum eſt, vt rectè Aratus cecinit, (cuius carmen etiã Paulus apoſtolus approbauit) ſed cœlos omnes longè excedit. In cœlis tamẽ eſſe dicitur vt ſenſus noſtri capere poſsint: vel quoniam maxima & pulcherrima illic eius opera ſunt, eaq; perpetua & ſimpliciter diuina, hoc eſt ſupra naturam, cũ nullas naſcendi & pereundi ſortes viceſq; experiantur. Sic animã in corde aut cerebro ineſſe primariò dicimus; quòd vitæ animæq; actiones his in locis potiſsimæ cieantur. Et cum animam ſenſitiuam ſequatur phantaſia; ſine qua mentes noſtræ in his corporibus nihil efficiunt; mentem etiam ibidem collocamus.

Si non his in locis mens primariò & propriè ineſt; eorumq; temperiem & naturam ſequitur, cur his malè affectis; in multis ratio vel perit omnino, vel manifeſtè læditur?

Eandem ob cauſam, quæ iam relata eſt: quoniam nihil ſinẽ phantaſia poteſt; cui tanquam vehiculo alligatur: itaq; & damna eius & profectus ſentire & ſequi videtur. Eſt autem phantaſia animæ ſenſiuę facultas, quę pro corporis temperie variat: ſicut & memoria, & concupiſcibilis vel animoſa pars animæ. His quæ attribui debebant, multi temere ad rationem & mentem referũt. quod non minus ineptum eſt, quàm ſi quis laternæ vitia, candelæ incluſæ, aut tarditatem celeritatemue vehiculi, homini ad ipſum alligato: aut baculi aptam ineptamue figuram, homini innitenti adſcribat: aut oculis & viſui, conſpiciliorũ culpã, vt craſsitiem non conuenientẽ, vel fraudẽ, vt multitudinẽ angulorũ, qui rem vnã viſui multiplicẽ repręſentant. Occultari aut obſcurari ratio poteſt, perire non poteſt. Et animæ vocabulum æquiuocum eſt, nec eadem ratione de mente & anima vitali aut ſenſiua prædicatur.

An tu verò cenſes mentem ſine vita aliquid eſſe aut nouiſſe?

Non cenſeo: neceſſe enim eſt vt viuat, ſi quid cognitura eſt.

Sed vita in ſenſu motuq;, & organis corporis conſiſtit. ab his ergò ſeiuncta, nihil erit.

Tu rurſus vitæ vocabulũ quod æquiuocum eſt, tanquã vnius ſignificationis accipis.

Quomodo?

An non viuere putas Deum & angelos?

Puto ſanè.

An & herbas & ſtirpes?

Eas quoque.

Qua ratione?

Quoniam animæ vitæq́ ipſarum actiones video non obſcuras. nam & alimentum attrahunt, & inde proficiunt: & ſtirpes generant ſibi ſimiles alias.

At hæc ratio vitæ non conuenit Deo.

Non. Sed tamen opera illius maxima & innumera ſunt, & talia, quæ niſi à vi vitaq́ & ratione ſumma proficiſci non poſſent.

Ergo, vt tute inſinuas, aliter viuunt plantæ, aliter Deus viuit: nec aliter proculdubio ſpiritus cœleſtes & mentes humanæ quàm Deus ipſe, viuunt: præſertim cum homini vitam & animam ipſe inſpiraſſe dicatur, & ad ſui ſimilitudinem ſolam hanc ex creaturis feciſſe.

Atqui ego tuum hoc argumentum mihi vſurpare poſſum, vt vnum animæ tũ rationalis tum irrationalis ſubiectum eſſe dicam, & ſubſtãtiam vnam. neq́ enim dici poteſt vna eademq́ inſpiratione Deum animas duas diuerſas & ſubſtantia differentes inſpiraſſe.

Quin tu potius ſimpliciter puta Moſen de rationalis tantùm animæ & mentis origine hóc tradere voluiſſe. nam & cætera omnia breuiter tradit: & irrationalis animæ non aliam in nobis originem quàm in animalibus cæteris extitiſſe credendum eſt, eamq́ ex natura materiæ (quam tamen à Deo & diuina prouidentia neceſſariò pendere intelligo) pariter eodemq́ tempore quo rationalis inſpirata eſt, eſſe exortam. Et ſanè conuenit rationalem eſſentiam primariò ſtatim & immediatè à Deo, ideſt ſumma ratione profectam eſſe: irrationalem verò mediante natura, vt in cæteris animalibus. Quòd ſi ſubſtantiam aliquam illam eſſe dicimus, quæ vi naturæ in nobis alijſq́ viuentibus corporum excitata eſt anima, quomodo illam quæ à Deo inflata eſt, ſubſtantiam eſſe negabimus? quomodo opus Dei primarium, naturæ faciemus accidens, hoc eſt poſterius? Sunto igitur animæ duæ, quanquam vno vocabulo appellantur, ſubſtantia vitaq́ diuerſæ id quod commodius aliquis Græcè doceret quàm Latinè. Nam quod Græci diuerſa ſignificatione ζωὴν & βίον nominãt, Latini vna dictione vitã appellant.

Ego hæc non ſatis diſtinguo.

Ζωὴ vocabulum eſt communius, ſiue vt genus, ſiue vt ἐπιπλέον: quare ζῆν & ζῶντα dicunt, primum plantas & animalia bruta, deinde homines, angelos, Deũ. Βίος verò & βιοῦν de humana & rationali vita propriè dicitur, vt pulchrè Ammonius in libro de vocabulorum differentijs annotauit: vbi & Ariſtotelis definitionem affert ὅτι βίος ἐστὶ λογικὴ ζωή.

Videtur etiam Democritus mentem exiſtimaſſe, temperiem quandã eſſe qualitatum primarum, cum dixit, animam ſiccam eſſe ſapientiſsimã. (Αὔη ψυχὴ σοφωτάτη) & alij quidam veterum, & ex recentioribus Galenus, in hanc ſententiam inclinare.

Itidem nunc vt prius reſpondere poſſum phantaſiam illos à mente non rectè diſtinxiſſe. In brutis quidem multis phantaſia tam propè ad rationem accedit, vt multi illa quoq́ ratione præditа eſſe aſſeruerint, vt Porphyrius & Plutarchus copioſè ſcribunt. Et in homine, vt diximus, ratio nihil prorſus, ne Deum quidem ipſum, ſine imaginatione (proſopopœia & anthropopathia aliqua) concipit, & inſuper phantaſia quædam rationalis eſt, qua rerum ſpecies & ideas vniuerſales fingimus & imaginamur. Et nimirum hæc ipſa eſt mens illa paſsibilis, cuius peripatetici meminerunt. Hæc phantaſia ſanè nõnihil ob diuerſa corporis organa, diuerſamq́ temperiem patitur atq́ afficitur: vnde mens ipſa, & qui actu intellectus dicitur, ſimiliter laborare imperitis videtur. Sed hoc ſiue ita ſe habet, ſiue ali-

aliter, non eſt quod tu ex coniecturis noſtris de mente aliquid ſtatuas. Sæpe optimis rebus mali contingũt patroni. Nec ideo de optima animi & immortali natura tu dubitabis, ſi ego incertis infirmiſq; rationibus eam aſtruam. Nam & iridem non eſſe dubitas, etiamſi vel nullæ vel infirmæ, de colorum in ea cauſis rationes afferantur: ſenſui enim potius quàm rationibus credis.

Sed mentis natura, nullo ſenſu nec vlla notitia quæ fidem mercatur, deprehendi poteſt.

Tanto tu magis illi credes, quòd à nulla alia tanquam ſuperiore, ſed ipſa à ſeſe (vt prius quoq; diximus) agnoſcatur, tum ſimpliciter, in homine ſapiente & exercitato, ſe ipſum contemplante: tum cognitione veluti luce quadam ſeu radio ad ſe reflexa. ex eo enim quòd omne gẽus entium, quòd omnem naturam, & diuina quoq; cognoſcit, atq; eadem appetit: ſummam in ſe & optimam eſſe cognitionem, & ſubſtantia ijs quæ intelligit meditatur, deſiderat, ſimilem cognatãq; animaduertit. Sic igitur menti, piæ præſertim & ſanctæ (hæc enim propriè mens eſt; vt homo rationalis tantùm, verè & propriè homo) de ſe ipſa affirmanti credemus, quemadmodum eidem axiomata & primas firmiſsimaſq; ſententias in quauis arte aut ſcientia proferenti credimus. Neq; enim ea ſibi demõſtrari quiſquam deſiderat, cum fidem ipſa ſecum adferant, vtpote proximè & rectâ à mente profecta: vt neq; lucem in meridie quiſquam requirit, niſi inſanus aut tenebris incluſus. Similiter ipſam mentis ſubſtantiam ἀναπόδεικτον, id eſt indemonſtrabilem eſſe dixerim. quomodo.n. illa demonſtretur quæ omnis eſt demonſtrationis principiũ? Hanc qui ſibi demonſtrari poſtulet, quod vel ſit, vel diuina & immortalis ſit, mente quodammodo captum eſſe & in maximis ignorantię tenebris, aut etiam impietate verſari dixerim. Aut enim ipſe per ſeſe intelligere debebat, ſe quoniam homo eſt, non alia parte hominem eſſe, quàm qua ſapit & intelligit: & nihil hac parte in nobis eſſe diuinius. aut ſi per ſe non intelligit, bonis & ſapientibus viris hoc aſſerentib. credere. Nam vt in cæteris rebus qui nec ipſe ſapit, neq; alijs prudentibus credit, ὁ δ᾽ αὖτ᾽ ἀχρήιος ἀνήρ, vt Heſiodus ait; ita hîc maximè, non intelligere per ſe, ſtupor & imperitia magna eſt: non credere alijs ſanctis & ſapientibus, impietas.

Qui nam ſunt illi ſancti & ſapientes?

Sapientes intelligo non ſolum qui intra religionẽ noſtram continentur, quanquam illos maximè, quicunq; ab initio mundi ad noſtra vſq; tempora, Deum vnum & vnigenitum eius filium per ſpiritum ſanctum agnouerunt & inuocarũt, patriarchas, duces, prophetas, apoſtolos, martyres & alios, quos omnes ſapiẽtes pariter & ſanctos appello: ſed etiam quicunq; externi aliquam Dei notitiam & animorum immortalitatis conſequuti ſunt, vt poëtæ primum, deinde philoſophi Pythagorici, Academici, Peripatetici, & Stoici ferè, & alij pleriq; omnes prę ter Democritum & Epicureos ac ſimiles porcos, (qui animã pro ſale tantùm homini datã putarunt, & finẽ bonorũ in voluptate vitæ præſentis poſuerunt,) quos equidẽ nõ ſanctos, ſed ſapiẽtes tm̃ nomino: & Sibyllas quę apud diuerſas gentes fuêre, eis adnumero: quib. ſicuti prophetis, cũ multas & admirãdas res lõgo prius tẽpore futuras verè p̃dixerint, animorũ ẽt im̃ortalitatẽ aſſerẽtib. habẽda eſt fides.

Quod ſi non rationibus neceſſarijs & primis (iam enim ex te intelligo, mentem eſſe principium rationum, & principia vt ſententiarum, ita eſſentiarum quoq;, vt Deum imprimis, deinde proximam ab eo ſubſtantiam mentem, indemonſtrabilia eſſe vtpote ſumma: quemadmodum & infima illa ſeu particularia ſenſuum obiecta, demõſtrari rationibus nõ poſſunt) tu ſaltẽ veriſimilibus & coniecturis, & argumentis ſigniſue quæ à poſteriori & actionibus ducuntur, animũ eſſe diuinum ac immortalem. ac diuerſæ ab anima vegetatiua alijſq; irrationalis animę facultatib. eſſentiæ, mihi oſtende.

Atqui videor mihi in præcedentibus hoc præſtitiſſe, etſi breuiter, quantũ ego quidem pręſtare poteram neq; enim ego ſum philoſophus: neq; vel humanæ vel diuinæ (quod magis oportebat) ſapientiæ, eam nauaui, quæ ad hoc perficiendũ requireretur operam.

Repetam igitur animo & excutiam diligentius ea, quæ te differentem audiui.

Probè facies. Ne fruſtra tamen à me petieris, remitto te ad doctiſsimũ elegantiſsimumq; Aonij Palearij poëma de immortalitate animorum, tribus ab eo conditum libris: in quorum ſecundo hæc præcipuè capita tractat.

1. *Animam* rationalem (cuius pars ſiue facultas nobiliſsima mens eſt, ſubiecto autem ab ea non differt) quam & animum iam appellare conſueuerunt, neque corpus eſſe concretum, neq; aliquod quatuor principiorum, ex quibus omnia nata eſſe dicũtur: cum cogitare, prouidere, tam multa inuenire in nullo horũ quatuor generum inſint.

Homo propriè qui animo & corpore cõiunctus eſt: ſed aliquando ſynecdochicè pro altera tantùm eius parte ponitur, ſiue animo tantùm: vt cũ dico Abrahamum in cœlis: ſiue corpore tantùm, vt cum dico Abrahamum eſſe mortuũ. Sic & de D. Chriſto quędam locutiones, ad diuinitatem tantùm eius pertinent, aliæ ad humanitatem tantùm, aliæ ad vtramq; naturam.

2. Animam conſilij participem corpus non eſſe, neq; corpore à natura conſtare, quòd ea quæ corpora non ſint, ſua natura comprehendat.

3. Animam rationis compotem, corpus nõ eſſe, quòd ea vi qua corpus effertur exultatq;, ipſa deprimatur & minimè vigeat.

4. Animi hominum æterni ſunt, quòd εἰς κύκλον moueantur, quod eſt in eodem reuolui, & in ſeipſos reflecti.

5. Animum in corpore τὸ ἡγεμονικὸν, quod eſt principatum obtinere.

6. Animam λογικὴν tum maximè vigere, cum plurimum abſit à corpore.

7. Quòd ἁπλῶς ἐστι cum ad nihilum non poſsit recidere. Anima hominis τῶν ἀπλουστάτων cum ſit, neq; mixtum quicquam, neq; vllum ex quatuor primis corporibus, ſed quædam natura quinta ſeiuncta ab his vſitatis notiſq; naturis, interire non poteſt.

8. Animam rationis participem, non eſſe τὸ εἶδος ἀπὸ τῆς ὕλης, id eſt materialem formam.

9. Animus humanus immortalis eſt, quòd τὰ μάλιστα καθόλου καὶ πορρωτάτω τῶν αἰσθήσεων: quod eſt, quòd maximè vniuerſalia, quæ longiſsimè à ſenſibus abſint, comprehendat.

10. Animos non poſſe interire, quòd nulla ijs ſint contraria, quæ ἐναντία vocant. Ea verò nos animo ſimul comprehendere poſſe, quòd animo neq; contraria ſint, neq; pugnantia.

11. Animos noſtros æterno tempore duraturos, quòd ipſi æternitatẽ, quam nulla temporum circumſcriptio metiatur, cogitatione complectantur: quòd in immenſam interminatamq; magnitudinem regionum: quòd in infinita numerorum incrementa ſeſe intendant.

¶ Homo vita priuatur pœnę cauſa, & poſtea habebit melius immortalis ſcilicet, & cum Deo futurus? quæ hæc eſt pœna? Eſt nihilominus pœna corporis dum patitur & moritur, & poſtea dum non eſt. An non eſſe primùm & ſimpliciter malum eſt, vt eſſe primùm & ſimpliciter bonum.

12. Humanus animus diuinum quiddam eſt, cum rerum omniũ formas poſſit induere, & quiduis cogitatione conſequi.

13. Aeternitatis & immortalitatis deſiderio ardere homines.

14. Animantia omnia ſummo ſtudio ea deſyderare, quæ aſſequi poſsint, idq; eſſe

eſſe in primis à natura tributum animantibus.

15. Immortalitatem omnino nullam, cuius miro deſiderio tenentur, homines cõſequi poſſe: ſed triſte tm̃ ipſis deſiderium relinqui, ſi eorũ animi intereant.

¶ Si natura nihil fruſtra facit, multò minus Deũ fruſtra aliquid feciſſe dicemus, ſed inſeuit ille animis noſtris & ſenſum & deſideriũ immortalitatis: q̃ ſi non cõſequemur, feliciores ea nunquã cognita & nunquã deſiderata eramus futuri.

16. Animi diuinitas ex celeritate motus per percipitur, quòd nihil eo ſit velocius aut celerius.

17. Ridicula ſanè eſſe quę à Democrito dicuntur, ex atomis quibuſdã concurrentibus, dũ inter ſeſe cohęreant, fieri animas. nã quod ſemp̱ certo tẽpore fit, nõ eſt fortuitũ. neq; animaduertiſſe quid ipſe dixerit: nempe ſi illud ita ſeſe haberet, ſine corporibus animæ eſſe poſſent, quod ipſe imprimis negat. itaq; pugnãtia (eſſe locutum Democritum.

18. Animam non eſſe ignem.

19. Animam non eſſe harmoniam aut numerum.

¶ Animus in hoc corpore incluſus, & alligatus phantaſiæ, medius quodãmodo inter εἴδη ἄϋλα & ἔνυλα eſſe videtur: & hac ratione cum numerorũ natura ei conuenit: nã formas diuinas abſq; omni materia intelligit, & licet figuras fortè aliquas, aut aliud huiuſmodi de ijs imaginetur, id ipſum tamẽ nõ rectè fieri intelligit, & imbecillitati ſuę adſcribit culpã. Naturales verò formas abſq; materia cõcipere prorſus non poteſt, vt viſum abſq; oculo, vitã naturalẽ abſq; corpore. Sũt autem & mediæ quædam formæ, quæ licet non reipſa, cogitatione tamen à corporibus ſeparantur, vt Mathematicę & præcipuè numeri. Sic anima rationalis, reſpectu mentis, eſt εἶδος ἄϋλον. Phantaſiæ verò & memoriæ, ἔνυλον.

20. Quàm liberaliter Natura (imò diuina prouidẽtia) nobiſcũ egerit. & quòd hominem effingendo felicem fortunatumq; animantem voluerit conſtituere.

21. Homines rebus omnibus frui, rerumq; omnium in illis eſſe dominatum.

22. Calamitoſum, maximeq; infelicem, & vnũ omniũ miſerrimũ animãtem eſſe hominẽ à natura conſtitutũ, ſi cum corpore animus quoq; intereat.

23. Grauiſsimo & firmiſsimo argumento eſt animos hominum diuinos & immortales eſſe: quòd concitatione quadã ſoluta, & libera à corpore longè abſtracti, futura præſentiant. hoc mortale quidem non eſt.

Hæc ferè ſunt quæ in Aonij Palearij libro, explicantur, quib. & aliæ rationes adijci poſſent, ſed hoc ſufficit: Vnum addam: Contrarios eſſe ſenſitiuæ animæ & mẽtis appetitus, voluptates cõtrarias: atq; idcirco nõ poſſe vnã eſſe vtriuſq; ſubſtantiam. Noſti illud, Video meliora proboq;, deteriora ſequor. Et ſacra illa teſtimonia, aliũ eſſe hominẽ ψυχικὸν, aliũ πνευματικὸν: (quanquã ſæpe etiã in ſacris literis anima pro mẽte & ſpiritu ponitur, ſecundũ vulgi cõſuetudinẽ) & carnẽ, id eſt vitã & ſenſum in carne & organis corporis, pugnare aduerſus ſpiritum. Ergò quę tantopere pugnãt, vt magis nõ poſsint, quę ad fines quã maximè contrarios feruntur, eiuſdẽ naturæ & eſſentię fuerint? Nõ magis profectò quã ignis & aqua, quã cœlũ & terra. Quę etſi omnia quis dicãt elemẽta eſſe, atq; idcirco vnius eſſentię: & ſimiliter fieri poſſe in anima, vt vnius ſubiecti partes ſint diuerſę, quib. tamẽ natura vna competere poſsit, etſi accidẽtib. differãt. Reſpõd. etiamſi ſubiectũ eſſet vnũ, id eſt vna mãria, omnib. animę facultatib. nõ ſequi tamẽ ideò mentẽ eſſe mortalẽ, qm̃ alię ẽt partes mortales ſint. Si.n. Dei volũtate immortalis eſt mẽs, quid hoc ad nãturã Dei miniſtrã? Si ars efficere põt multa quę natura citò pereũt, vt quã diutiſsimè cõſeruentur, Dei aũt & ſapiẽtia & potẽtia, ad nos incomparabilis eſt, & infinities excedit, nõ poterit illa in infinitũ conſeruare. Si volo illũ permanere vſq; ad finẽ, quid ad te? Sed non cõueniunt ſubiecto, cũ illa ſubiectum neceſſariò habeat, hæc verò nullum prorſus vtpote ſimpliciſsima & diuina eſſentia.

Sufficient opinor & præſtat pauciora ruminare accuratius, quàm multa cumulatim proponere: ne quis multitudine potius argumentorum quàm certitudine videatur obrui.

Atqui hæc argumenta fortaſſe multis non videtur, quòd non vt demonſtrationes ſolent ex primis, per ſe, & neceſſarijs principijs deducantur. Sed rurſus dico, cùm mens ipſa ſit principiũ, ex quo principia & axiomata omnia emanant, naturam eius indemonſtrabilem eſſe, & fide authoritateq́; percipiendam. Rationes verò tanquam ex ſuperabundanti & corollarij inſtar addimus quales poſſumus: quę quidem illi qui à fide inceperit, certæ firmæq́; videbuntur: ſin minus infirmæ, vt res diuinæ propemodum omnes, quid quod in artibus etiam & ſcientijs inferioribus, cunctis priñcipia quædã & hypotheſes conſtituuntnr abſque demonſtratione.

Anima rationalis quomodo ſit ſeparabilis & inſeparabilis à corpore ex Philopono.

Δύναται γὰρ καὶ κατά τινα τρόπον ὥσπερ ἤδη εἶπον λέγεσθαι, καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ ἀχώριστος εἶναι τοῦ σώματος καθό ἐστιν ἐντελέχεια. τὰς γὰρ ἐνεργείας καθ' ἃς τελειοῖ τὸ ζῶον κινοῦσα αὐτὸ τοιῶς ἢ τοιῶς, ἀχωρίστους ἔχει τοῦ σώματος, ἐξελθοῦσα γὰρ αὐτοῦ, οὐκ ἔτι ταύτας ἐνεργήσει. ἴσχει γὰρ αὐτὰς ἐκ τῆς σχέσεως τῆς πρὸς τὸ σῶμα· ὥστε ταύτῃ καθὸ ἐντελέχειά ἐστι λέγω δὴ κατὰ τὰς δὲ τὰς ἐνεργείας, ἀχώριστος ἂν εἴη τοῦ σώματος, ὥσπερ καὶ τοῦ κυβερνήτου, ἕως κυβερνᾷ ἐνέργειαι τοῦ πλοίου εἰσὶ ἀχώριστοι· καὶ χωρίζεται μὲν ὡς αἰθέριος. ὡς μέντοι κυβερνήτης αὖ ἐνέργεια ἅμα τε κεχώρισται τῆς νεώς, καὶ ἐφθαρμένας ἔχει τὰς τοιαύτας ἐνεργείας. οὕτως οὖν καὶ ἡ λογικὴ ψυχὴ ὡς μὲν χωριστὴν ἔχουσα οὐσίαν, οὐκ ἔστιν ἐντελέχεια σώματος, ὡς μέντοι ταύτῃ δὲ σχέσιν ἀναλαμβάνουσα πρὸς τὸ σῶμα, καθὸ καὶ τὸ ψυχὴ λέγεσθαι ἔχει. ἡ γὰρ ψυχὴ πρὸς τὸ σῶμα λέγεται· ἐντελέχειά τ' ἐστὶ τοῦ σώματος καὶ ἀχώριστος αὐτοῦ. χωρισθεῖσα γὰρ αὐτοῦ ἀπολύει ταύτας τὰς ἐνεργείας ἃς ἐκ τῆς πρὸς αὐτὸ σχέσεως ἀνειλήφει, οἷον τὸ ζωοποιεῖν; τὸ κοινωνεῖν αὐτῷ πάσας τὰς φυσικὰς κινήσεις, καὶ εἴ τι τοιοῦτον ἄλλο τι γὰρ φυσικῶς κινήσει; ἢ ζωοποιήσει παντὸς οὖσα ἔξω σώματος. τὸ δὲ εἰ μεριστὴ πέφυκεν, οὐ σωματικῶς ἀκουστέον μεριστήν; οὐδὲ κατὰ τόπον, ἀλλὰ κατ' οὐσίαν τουτέστιν εἰ διῄρηται ἡ οὐσία καὶ ἄλλη τῆς ψυχῆς δύναμις ἄλλης ἐστὶν οὐσίας, καὶ μὴ ὁμοούσια πάντα τῆς ψυχῆς μόρια. ἐνίων γὰρ ἡ ἐντελέχεια τῶν μερῶν αὐτῶν διὰ τοῦτον δοκεῖ κατὰ μόρια τοῦ σώματος διαιρεῖν τὴν ψυχήν. ἐνίων γάρ φησι μερῶν τοῦ σώματος ἐντελέχειά ἐστι τὰ μόρια τῆς ψυχῆς ὥστε ἀχώριστα αὐτῶν εἶναι, οἷον ὀφθαλμῶν μὲν ὄψις ὀσφρήσεως δὲ ὄσφρησις· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων, ἀλλ' ἥτις ἡ δὲ λέξις. ἐνίων γὰρ τῆς ψυχῆς μορίων ἡ ἐντελέχεια τουτέστιν ἔνια τῆς ψυχῆς μέρη ὧν ἕκαστον ἐντελέχειαν εἶναι ὡρισάμεθα αὐτῶν τῶν μερῶν τοῦ σώματός εἰσιν ἐντελέχειαι, τουτέστιν εἴδη τελειωτικά ἐστι τῶν τοῦ σώματος μερῶν ὡς ἀχώριστα αὐτῶν δηλονότι διὰ τοῦτο εἶναι τι οὖν ἐνεκάλει τῷ Τιμαίῳ κατὰ μόρια διαιρεσιν τι εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἔμπροσθεν. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐνταῦθα φανερῶς τοῦ Ἀριστοτέλους εἰπόντος ὅτι ἔνιά γε οὐδὲν κωλύει χωριστὰ εἶναι, διὰ τὸ μηδενὸς εἶναι σώματος ἐντελέχεια· τὸ μὲν πρῶτόν φησιν, ὅτι ὁ Ἀριστοτέλης δοκεῖ ἐνδοιάζειν, εἰ ἀχώριστος πᾶσα ἡ ψυχὴ καί τοι ἀποφηνάμενος αὐτὸ τοῦτο διὰ τὸ μηδέπω ἀποδεδειχέναι ὅτι ἀχώριστός ἐστι.

Etiamſi omnis anima eſſet ἐντελέχεια corporis, tamen rationalis ſeparari poſſet; non iam vt ἐντελέχεια alterius, ſed vt ſubſtantia per ſe; ſicut gubernator à naui, vt homo, non vt gubernator.

De Animæ ſeparatione à corpore, quæ Mentis opus primarium, poſt Dei contemplationem.

2 Quoniam philoſophia eſt animi perfectio, vt medicina corpori, eademq́; ſeparatio animæ à corpore definitur à grauiſsimis quibuſdam viris: & quæ animi in nobis optima ac ſanctiſsima facultas eſt, χωριστή, ideſt, à corpore ſeparabilis, tũ

genti-

gentilium philoſophis optimis plurimiſq́ue, tum in ſanctiſsima religione noſtra exiſtimatur, de animæ ſeparatione aliquid dicamus.

1. Animæ ſeparatio propria eſt mentis agentis, & reliquis facultatibus omnibus imperantis: ea enim diuina conſiderat: animus autem ſeparatus, Deo iam fit ſimilior.

2. Mens ſeparat imperanda, opus enim vi aliqua, qua coërceantur effrenes & rebelles in nobis cupiditates.

3. Si mens non fuerit pia, & gratia opeq́ue diuina deſtituatur, imperare & ſeparare non poterit: tantúmq́ue abeſt, vt inferiores facultates ad ſe conuertat, vt ipſa potius conuertatur ad illas: Sic & in magiſtratibus fieri videmus.

4. Vt equis laſciuioribus ſubtrahitur pabulum, ne currũ cum auriga tranſuerſum rapiant: ſic ſenſibus noſtris & corporeis facultatibus, ieiunium & abſtinentiam imperare oportet, ne ſuo luxu & laſciuia corpus ceu currum; & mentem ceu aurigam perdant.

5. His duobus iunctis, animi ſcilicet pietate, & ſenſuum moderatione, cauſa efficiens ſimul & materialis bene habebunt, & ſeparatio, Deo dante, ſuccedet: Iuxta illud Chriſti noſtri. Multos eſſe dæmones, qui niſi oratione & ieiunio non expellantur: hoc enim ſenſus corporeos moderatur: illa mentem roborant, vnde facilius imperat.

6. Separatio quidem plena & reipſa, non niſi à morte naturali contingit pijs: quam tamen vitam hanc mortalem viuentes perpetuò meditari, & ſe præparare debent.

7. Separatio corporis ab anima, natura aut violentia contingit omnibus, cum ſuo fatò funguntur: animam verò à corpore ſeparant viuentes adhuc ſoli pij & fideles.

8. Contraria neceſſe eſt vel omnino ſeparare, ne ſe inuicem corrumpant, vel in vnum veluti corpus redigere, vel miſcere aliqua ſymphonia.

9. Animus à viuo corpore ſeparari phyſicè non poteſt; mathematicè poteſt; hoc eſt, cogitatione.

10. Quod ſi ſenſiles facultates, & cogitationes interiores omnes, vt phantaſia & ratio, menti ſe ſubijciant, ſymphonia erit διὰ τριῶν, ſenſus, rationis & mentis, tanquam νήτης, μέσης, & ὑπάτης, omnium ad vnam harmoniam, & corporis animæq́ue conſeruationem concinnentium. Et hæc coniunctio tam concors, ſeparationis inſtar fuerit.

11. Diſtinctio etiam, quæ ſuum cuiq́ue tribuit, ac intra ſuos limites coërcet, & in alienam ditionem irrumpere prohibet, ſeparatio quædem eſt: vt ſi ſenſus & phantaſia, de ſuo tantùm bono ſtatuant, hoc eſt, corporeo & naturali, non tanquam ſimpliciter & hominis bono: ratio autem de bono hominis inter homines hac in vita viuentis, hoc eſt, œconomico, politico, mens deniq́ue de ſummo & abſoluto bono: & ſibi inuicem iuxta temporum & locorum circumſtantias cedant.

12. Sed ſeparatio melior eſt, vbi ſola mens merum obtinet imperium, ratio autem & ſenſus omnino ſemper ſubijciuntur: Ita fit, vt rebus & bonis ciuilibus ac ſenſilibus vtantur fruanturq́ue obiter, tanquam non vtentes, quantum naturæ neceſsitas poſtulat.

13. Senſus vt ne impediant mentem, abſtrahant ſe à videndis, audiendis, olfaciendis, guſtandis, tangendis, quæcunque voluptatem aliquam excitant non neceſſariam naturæ.

14. Scala ad ſeparationem. Tactus libidinem fugiat tanquam peſtem: contrahi tamen matrimonium debet propter neceſsitatem, &c.

Τ᾽ ἕνεκα ἐνθέσμως ἄλοχον λάβει, καὶ τινα κόσμῳ,
Δὺς βροτὸν αὐτὶ σέθεν. φεῦγε δὲ μαχλοσύνην.

Fugiat item alia quoq; ad delicias & mollitiem, in veſtibus, lectis, balneis, & alijs rebus facta omnia.

15. Guſtatus abſtineat poculentis & eſculentis omnibus ad voluptatem comparatis: frugali & ſimplici victu contentus, ſine luxu & conditione, præter ſalem, illius exemplo & doctrina, qui fugienda monebat omnia, quæ non eſurientes ad edendum, & non ſitientes ad bibendum. Præſtat autem modicè eſurientes & ſitientes adhuc deſinere potius, quàm vltra famem & ſitim procedere, tùm animo tùm corpori: Exemplum de victu Danielis in aula, &c. Μονοσιτία donec conſuetudo frugalitatis accedat.

16. Olfactus pretioſis & luxurioſis odoribus abſtineat.

17. Auditus ſonos oblectantes ne captet: vocis præſertim humanæ & ad libidinem illicientis: cantus profanos auerſetur: proq; his hymnos & pſalmos deligat. Sermones ſacros audiat, & legat. Vanos & inutiles aut vitioſos ſermones omnes ne audiat.

18. Viſus à pulchris & formoſis ſe auertat, iuxta illud Ethnici cuiuſdam: Oportere viri boni non ſolùm manus: ſed oculos etiã eſſe caſtos. In primis quidem ab illis, quæ libidinem ciere poſſunt. ἐκ τοῦ ὁρᾶν γὰρ γίνεται ἀνθρώποις τὸ ἐρᾶν: ſed & alijs, quæ ipſum remorari nimis poſſunt, & animum quoque ad ſui contemplationem auertere à Deo diutius.

19. Senſilibus, id eſt, quæ ſub ſenſum cadere poſſunt rebus omnibus, vti ac frui licet aliquantiſper, vt inde ad aliquam illius qui hæc omnia in noſtrum vſum fecit cognitionem veniat, qui addiſcit. Et ſimiliter qui iam didicit & cognouit, vt ab eis ceu admoneatur admirari & laudare horum omnium opificem. Modicè tamen, rarius & per magna interualla. Maiora enim & meliora ſunt alia quæ nobis & propter nos fecit, ſpiritualia bona, in quibus aſsiduè verſari debemus.

20. Senſibus ita exercitatis, phantaſia quoque & imaginatio interior, minus minúſque obſtrepere menti aſſueſcet, tùm vigilantium, tùm dormientium.

21. Non in appetitu tantum ſeparatio conſiſtit, ſed etiam in cogitatione & cognitione. Hæc enim appetitum excitant; itaque ne videnda quidem ſunt valde pulchra, &c. nedum appetenda.

Animæ priorum abſtractiuè intelligunt Deum, *Velcurio lib. 4. cap. 21. ſect. 3.*) non placet. Abſtractio enim propriè dicitur cum animus rerum materialium rationem à materia abſtractam conſyderat.

GESNERVS DE SEIPSO ANNO 1563.

Animam à corpore diſce ſeparare, vt cum fatalis neceßitas corporis ab anima ſeparationem exegerit, præmeditato tibi exercitatoq; non nimium difficilis & moleſta ſit.

De animarum ſtatu à corporis emigratione.

3 MORTALIS. Anima etiã humana, mortalis eſt Epicuro & Dicearcho: & ſimiliter Plinio lib. 7. cap. 55. impijſsimè mortalis aſſeritur, non aliter quàm aliorum animalium, & ſtatum hominis planè non alium futurum, quàm ante natalem fuit. Immortalitatis credulitatem (ſic enim loquitur) puerilia deliramenta vocat. Nil mirum autem ſi animum fecit mortalem, qui Deum etiam vix putat eſſe alium quàm ſolem & mundum: & ſi quis eſt, humanarum rerum curam ab eo agi negat, & ne Deum quidem poſſe omnia, lib. 1. cap. 7. ait, nec mortales æternitate donari.

Cæterum ex ĳs qui animam mortalem faciũt, alĳ ſimpliciter eam morte ſubĳciunt, ita vt corporis vitæ nihil eius ſuperſit: alĳ relictis corporibus animas adhuc aliquandiu errare exiſtimant. Lege Plinium pag. 123.21. Alĳ diſtinguunt, & quicquid naturale eſt in nobis, cum corpore ſtatim perire putant, vt vitam corpoream: animam verò adhuc vagari ad aliquod tempus, donec diſſoluatur ſpiritus eius, qui corporeus ſit: mentem ſolam immortalem eſſe. Siue animam autem ſimpliciter, vt Theologi Chriſtiani ferè, ſiue mentem duntaxat, immortalem facientes aliqui, à corpore ſolutam, piorum quidem in cœlum aſſumi aiunt (ad Deum, & aſtris inſeri, ἐγκαταλέγεσθαι. Plato apud G. vt gentiles in campos Elyſios, aut in corpus Lunæ: impiorum verò, locis ad pœnas deſtinatis ceu carceribus coërceri: idq; vel perpetuò, inferos vocant Chriſtiani: vel ad tempus aliquod, purgatorium appellant Chriſtianorum pars; quanquam & Platonici ita ſenſiſſe videntur: ſunt qui in diuerſa corpora tranſmigrationem, metempſychoſin vocant, pœnæ & purgationis loco eſſe putarint, in homines diuerſos, ac animalia quoq; bruta & plantas, vna eademq; anima tranſeunte. Alĳ animas errare extra vlla corpora ſenſiſſe videntur; de qua opinione videtur Vergilius loquutus, Centum errant annos volitantq; hæc litora circum: &c. Auerroës cum animas ſingulas faciat particulas animæ vniuerſi, ad quam corporibus ſolutæ redeant; mortales quidem facit homines non minus quàm reliqua animalia, & elementorum partes, quæ in generatione, à ſuo toto ſeparantur, poſt corruptionem redeunt: ſolam verò vniuerſi animam immortalem.

IMMORTALIS. Primus animas immortales poſuit, Thales, Laërtius, Plato, ſecundum Alcinoum vnam animæ partem immortalem cenſet, duas verò mortales. Anaxagoræ anima eſt immunis paſsionum, & nihil prorſus commune cum vllo aliorum habet. Ariſtoteli mens (non anima) ideſt νοῦς χωριστὸς, ἀπαθὴς ἀμιγὴς, ἀΐδιος, ἄφθαρτος, καὶ μόνος θεῖος. Et Platoni quidem anima (per ſynecdochen pro mente, quamuis aliqui, an totam animam immortalem fecerit, dubitant) ſimpliciter immortalis eſt, nunquam interitura: ſicut & Alcmeoni (apud Ariſtotelem libro primo de anima) διὰ τὸ ἐοικέναι ἀθανάτοις σώμασι τοῖς οὐρανίοις καὶ ἀεικινήτοις. Stoicis non ſimpliciter, ſed ad aliquem finem, nempe cuiuſq; mundi durationem, mundos enim deinceps plures ponunt, ſingulos interituros. Et aliter fortè Pythagorici, qui vnam eandemq; animam per diuerſa corpora traducunt (quaſi à principio certus animarum numerus factus ſit à Deo, & non nouę creentur in generatione ſingulorrm deinceps.) De metempſychoſi lege Alcinoum pag. 43. Metempſychoſis quidem, teſte Laërtio, Platoni etiam placebat. Sed ex Stoicorum quoq; ſententia apud G. (locus tamen non eſt integer) malæ animæ in terra oberrant per diuerſa corpora, donec etiam ipſę reſipiſcant. Ariſtoteles metempſychoſin hanc negat, quòd non omne corpus omni animæ recipiendæ aptum ſit, cum organa & temperamenta multum varient.

Si anima paſcitur & proficit verbo Dei, & contemplatione rerum diuinarũ: paſcitur autem vnumquodq; ſuo ſimili, diuina ſit oportet.

Ab origine mundi factas in cœlo animas, eccleſiaſtici quidam ſenſerunt, vt Origines: alĳ ex traduce propagari: alĳ Deum quotidie animas creare, quod & Chriſtianum dogma confirmat. Vide D. Hieronymi verba elegantiſsima, & huc apprimè facientia in Polyanth. fol. 24, b.

Mens beatorum à ſuis corporibus ſeparata, eſt actu: dammatorum verò non verè immortalis eſt, & quomodo.

4 Dum mens corpori iungitur, in mentem actu & mentem poſsibilem diui-

ditur: ab eo verò ſeparata, tota iam actu mens fit, & poſsibilitatem imperfectionemq; amittit, præſertim beatorum; quæ etiam verè immortalis eſt: nam damnatorum mentem non verè immortalem dixerim, quæ licet nunquam moritur, ſemper tamen moritur. Et cum mors in ea nunquam abſoluatur, ſemper tamen eſt ἐν τὸ γίνεσθαι: vt ſemper morientes animas illas dicere liceat, dum à Chriſto, qui ſolus vera eſt vita, ſunt ſeiunctæ: nunquam verò neq; eaſdem verè mortuas dixeris, quòd infœlicitatem ſuam ſentiant, & non in vita, ſed in ipſa morte viuant: quo infœlicius nihil excogitari poteſt.

Philoſophiam eſſe animæ à corpore ſeparationem.

§ Sæparatur animus à corpore multis modis. Aut enim ſeparatur.

1. *Senſibus*, & ſenſibili appetitu, cum ea quæ ex corporum illecebris iucunda ſunt vitamus, per continentiam aut temperantiam, ita vt parciſsimè obiectis huiuſmodi, nec ad voluptatem, ſed ad neceſsitatē ſolùm vtamur, ità vtentes, quaſi non vtamur, &c *vide dictum Pauli.*

2. *Phantaſia*, cum corporeas voluptates non ſenſibus tantùm externis auerſamur, ſed ab interiore etiam anima & cogitatione & memoria repellimus: & ne imaginamur quidem, niſi quantum naturæ vis & neceſsitas poſtulat: & in Mathematicis ingenium præexercendo corpore & materia animum abſtrahere aſſueſcimus. Deniq; cùm τὸ θυμοειδὲς, & appetitum phantaſticum circa varios affectus occupatum moderamur & coërcemus, &c.

3. *Ratione*, cum in artibus & ſcientijs, quæ ad mortalem hanc vitam ſpectāt, nihil aut parciſsimè occupamur, ſed rationem vniuerſam altiùs eleuamus, & menti conformem facimus, & ſacrarum literarum ſtudio nos exercemus.

4. *Voluntate*, id eſt, rationali appetitu: cum non bonum, iucundum aut vtile, priuatum œconomicum aut politicum, ſed honeſtum & diuinum primò & per ſe expetimus: illa non niſi per accidens.

5. *Mente*, cum iam profecti nonnihil, contemplatione aſsidua Deum & res diuinas (fœlicitatem & vitam æternam) à corpore & materia remotiſsimas meditamur: iuxta illud, *Beatus qui in lege domini meditatur dies & noctes.*

6. *Fide*, quæ motus quidam & appetitus mentis eſt, Deumq; & diuina non contemplatur ſolùm, ſed etiam appetit tanto deſiderio, amore & feruore, vt eis, quàm maximè aſsimiletur & coniugatur.

Ita fit vt homo tandem ſeipſum neget, & omnes animæ eius facultates, concordi inuicem vinculo nexæ, menti ſe totas ſubijciat, & velùti nil niſi materiam optimo magiſtro efformandam præbeant: mens autem Deo: à cuius ſapientia, totum hoc negotium, vt alia etiam cuncta & vniuerſa dependent, tanquam vnico, eodemq; optimo, maximoq; principio. Vnde in hæc verba ſæpius excurrit,

O Herre Gott nim mich mir/
Vnd gib mich gantz eygen dir.

DE ANIMAE IMMORTALI-
TATE MEDITATIONES.

1 Anima *immortalis*	Chaldæis Indorum *Magis* Platoni.		Pauſanias *in Meſſenicis*.

2 Deus nihil fruſtra facit in rebus: ſed omnia ad finem, quem conſequi poſſint. Quòd ſi in rebus naturalibus nihil fruſtra facit, multò minus in melioribus & diuinis. Res naturales impediri poſſunt, meliores non item. Materiæ inſitus eſt appetitus formæ, quàm conſequi poteſt: & rerum omnium appetitiones nō vltra quàm fieri poteſt, ſe extendunt. Mens autem appetit immortalitatem, non eo modo quo cæteræ res naturales, quæ quia materiæ vitio, immortales ipſæ eſſe non poſſunt, per ſpeciei ſaltem conſeruationem, perpetuitatem quo ad eius fieri poteſt, conſequuntur. Mens inquam non hoc modo, materiæ enim omnis expers eſt, nec generat nec generatur: ſed ſuæ eſſentiæ immortalitatem expetit.

Bonorum gradus tres ſunt: primus, vt ſit aliquid, quòd principium & ſubiectum boni eſt, potius quàm ipſum bonum: ſecundus, vt benè ſit: tertius & ſummus, vt quàm diutiſsimè & perpetuo ita ſit. Mens verò cùm iam priores duos gradus Dei beneficio habeat: tertium tantùm concupiſcit: idque per omnē ferè vitam homines boni & pij faciunt, & nihil tam cupiunt, quàm vita immortali cum Deo frui & à corpore ſeparari. Sic vt ceruus inquit Pſaltes, deſyderat fontes aquarum, ita te Deus anima mea. Qui appetitus, ſiue eis ingenitus eſt: ſiue potius ſpiritu ſancto inditus, fruſtra nequaquam eſt. Fruſtra autem eſſe dicitur, quòd finem ſuum non conſequitur; idque hoc ipſo nomine infelix & ἀτυχὲς eſt, διὰ τὸ μὴ τυγχάνειν. Quod ſi Mens intelligendi tantùm & optandi ſummum bonum vi polleret, conſequi autem non poſſet: vt fruſtra appeteret, ita hoc ipſo appetitu infœliciſsima foret: ſicuti infelicior famelicus, qui cibum appoſitum cernit, conſequi verò nequit. Præſtaret enim non videre & ignorare bona, quæ conſequi nequeas: iuxta illud, Ἐν τῷ φρονεῖν γὰρ μηδὲν ἥδιστος βίος. Illa verò bona, quibus potiri liceat, ignorare, certè infelicitas eſt: minor tamen, quàm videre illa quibus potiri nequeas, quauis nulla culpa propria. hæc enim ſi accedat, tertiam & ſummam infœlicitatem parit. Mens quidem non quæcunque intelligit, etiam appetit, vt in Mathematicis: quas res non ipſas, ſed earum naturæ cogitationem & veritatem appetit. Deum verò & cum eo coniunctionem, tùm veritatis cauſa, tùm ſummi boni fruendi, & rem ipſam, vitam ſcilicet immortalem, acquirendi gratia, appetit. Hæc ipſa fortè ſumma apud inferos impiorum infœlicitas erit, quòd intellectam fœlicitatem ſummam (quam Diabolus quoque intelligit) conſequi nunquam poſsint: quamobrem in æterni boni deſperatione ita perpetuò ſunt affecti, vt qui in hac vita deſperati mortem ſibi inferunt, & non eſſe minus malum exiſtimant, quàm malè eſſe. Ipſum enim eſſe malis, principium mali eſt. Quòd ſi apud inferos etiam, mortem aliquam inuenire poſſent, & ad non eſſe confugere, perpetuæ deſperationi illam anteferrent. Spes eſt quæ animos bonorum alit in hac vita, & eadem transfert in æternam: deſperatio verò impiorum, vt hîc incipit, ita illos ad inferos transfert & in æternum comitatur. Spes autem vitæ melioris, appetitus rationalis eſt: quo fruſtrari tanto maius malum eſt, quanto præclarius bonum eiuſdem intelligentia eſt. Quòd ſi intellectus (ita vt ſenſus etiam) dum intelligit, illi quod intelligit quodammodo aſsimilatur, atque id ipſum fit, multò magis ſi cum deſiderio

eoq́; feruenti, & confidentia viua intelligat, cum illo quod intelligit cõiungetur: at confidentia vera & ſpes ſolida, niſi erga Deum eſſe non poteſt. Simile amat & appetit ſuum ſimile, vt cum ipſo vniatur, eiuſq́; acceſsione augeatur & roboretur. Mente verò quid ſimilius Deo? quem ſi omnibus viribus ſuis amauerit, cum ipſo vnietur & amore ſuo potietur: neq; vnà cum corpore cui aduerſabatur, cuius inhoneſtas cupiditates deſtabatur, interibit.

Animam mentem, immortalem eſſe.

2 An, Animus cum non ſolùm à corporibus formas quaſdam abſtrahat, & ἐξ ἀφαιρέσεως conſyderet, vt in Mathematicis: ſed ipſas etiam ſuapte natura ſeparatas & ἀΰλους eſſentias contempletur, eo ipſo in ſe quoq; eiuſmodi naturam videtur habere, & eam præcipuè quæ abſtracta & diuina eſt?

An, in anima, Senſus & motus, omnino Phyſica & ἀχώριστα ſunt. Phantaſia verò præſertim rationalis, abſtractum aliquid à corporibus, cogitatione ſcilicet, non reipſa, vt in Mathematicis, quare materiam omittit. nam & abſentia imaginatur, & magnitudines, figuraſq́; ſine materia. Mens verò, diuina & prorſus ſeparata quædam eſſentia eſt. Διάνοια inter mentem & phantaſiam ambigit.

An ſine phantaſia mens aliquid cogitare poteſt? Videtur. Nam ſi phantaſia formas à materia abſtrahere poteſt, magnitudines & figuras per ſe conſyderando: cur non mens etiam magnitudines & figuras relinquere, & res ſine illis cogitare poſsit? nempe vt materiam primam (etſi νόθῳ λογισμῷ) ita Deum Opti. Max. κρείττονι λογισμῷ. Quando enim hunc principium ſimul & finem eſſe cogitat, indiuiſibilem cogitat, quando immenſum & infinitum, abſq; omni figura: figura enim terminus eſt corporum & magnitudinum.

Mens agens propriè qua comprehendit maximas propoſitiones, quæ cum & naſcantur nobiſcum, & ſemper nobiſcum vigeant, nec in obliuionem venire vnquam poſsint: non potentia nobis inſunt, ſed actu. In hiſq́; nulla phantaſia opus habemus.

Hæc licet nulla Mathematica neceſsitate demõnſtrantur: ita tamen habere ſe credenda ſunt, in primis propter authoritatem ſacrarum literarum, & externorum etiam virorum ſapientum: & quòd his ita poſitis, abſurdi nihil ſequatur, cum ſecus multa valdè abſurda ſecutura eſſent. Vide alia eius generis, vt ſupra monui in Polyanthea 24.3.b. ex Lactantio. & 25.b. ex Cicerone.

Mens immortalis, & quibus in vita conſeruetur, aut perire dicatur.

3 Sicut corpus mixtum ferè omne, ſi excludatur ab aëre, corrumpitur, ita anima omnis, ſi à ſpiritu diuino non conſeruetur, & ipſa corrumpitur. Et ſimmiliter mens humana, ſi non à verbo Dei contineatur. Sunt enim tres illæ continentes cauſæ ſalutis & incolumitatis rerum: prima quidem corporea & merè naturalis ad corpora tantùm conſeruanda: ſecunda cœleſtis, vt conſeruatio animorum & formarum actuumq́; omnium: tertia diuina, ad illuſtrandas & conſeruandas mentes. Sunt quidem diuinæ omnes & à principio, DEO, dependent, à quo totum cœlum, ἐξ οὗ ἤρτηται πᾶς οὐρανὸς καὶ πᾶσα φύσις. Sed vltima per excellentiam, & ad hominum tantùm relatione præ cæteris diuina dicitur. Continentes autem

autem cauſa ſublata corrumpuntur quæ diximus omnia, ſuo vnumquodq; modo. Corpora ſcilicet per reſolutionē in elementa. Elementa verò reſoluta in materiam & formam; ita vt materia abſtrahatur ab ipſorum forma, & aſſumat aliam. Animæ verò ita vt à ſua materia id eſt, à ſuo corpore abſtrahantur, atque idcirco in nihilum euaneſcant, ſiue ſtatim, ſiue, vt quidam volunt, aliquanto poſt. Sicut liquor in vaſe contentus, ab eo ſeparatus euaneſcit: quoniam ipſe ſeipſum continere & terminare non poteſt: itaque vel in aliud vas, tranſuaſetur oportet (quomodo aliqui μετεμψύχωσιν ponunt) vel diffluat & diſsipetur. Mentes verò pereunt, non omnino vt illæ ad non eſſe redactæ, ſed ad eſſe deterius, quod maius malum eſt, quàm non eſſe. Vt primum enim Deum, id eſt, ſummum bonum reliquerint; aut relictæ fuerint à dæmone, id eſt, ſummo malo poſſidentur & cruciantur, & cum æternæ non eſſe non poſsint, mortem æternam experiuntur. Et ſicut cum in corporibus adhuc eſſent; propter finita animæ peccata, finitis eiuſdem corporis morbis fluctuabantur, ſic propter peccatum infinitum, hoc eſt, contra ipſum Deum, qui ſolus infinitus eſt, pœnam æternam & infinitam à corpore ſolutæ ſuſtinent.

4 Mens in ſenecta cur obtundatur & hebeteſcat, nec tamen mortalis aut corruptibilis ſit; vide multa pulchra apud Suidam in Λῆρος. Cauſam reijcit in organa.

In Plinium, qui lib. 2. capitib. 6. animæ immortalitatem negare videtur.

5 Deum, inquit, mortales non poſſe immortalitate donare: & cap. 12. Quis enim hæc cernens, inquit, non ſuæ neceſsitati, mortalis genitus ignoſcat? In quibus locis, mortalem etiam animam eſſe certò inſinuat: ſicuti & hoc ipſo, quòd Naturam ſummum Deum facit. Rurſus lib. 7. cap. 55. de homine, vt diſertiſsimè animam mortalem facit (οὔτιω ψυχὴν μόνον, ſed quicquid eſt hominis.) Omnibus, inquit, à ſupremo die, eadem quæ ante primum, nec magis à morte ſenſus vllus aut corpori aut animæ, quàm ante natalem. Sed eadem vanitas in futurum etiam ſe propagat, & in mortis quoque tempora ipſa ſibi vitam mentitur, aliâs immortalitatem animæ; aliâs transfigurationem, aliâs ſenſum inferis dando. Ceu verò vllo modo ſpirandi ratio homini à cæteris animalibus diſtet. Puerilium iſta deliramentorum auidæq; nunquam deſinere mortalitatem commenta ſunt. Quæ (malè) iſta dementia eſt, iterare vitam morte? &c.

Argumenta quòd anima ſit mortalis cum Plinio.

1. Anima ſine ſenſibus interioribus, vt Phantaſia, memoria, intelligit nihil. Et ſenſus interiores omnes ſine exterioribus. Exteriores verò ſenſus, vbi organa non ſunt, nulli ſunt. Itaq; anima ſine corpore nihil intelligit.

2. Vel ſic. Mens intelligit vniuerſalia. Vniuerſalia colliguntur ex particularibus per ſenſus: ergo mens non eſt ſine ſenſu, nec futura præuidet. Vel.

3. Sine quo aliquid non eſt, illius eſſentiam ſequatur neceſſe eſt. Mens non eſt ſine ſenſu. Senſus autem corrumpitur. Ergò & mens corrumpitur. Vel.

4. Omne factum aliquando diſſoluetur. Anima eſt facta. Ergò aliquando diſſoluetur. Vel.

5. Mens eſt facultas animæ. Animæ facultates omnes ſunt mortales. Ergò etiam mens eſt mortalis.

6. Mens ſecundum corporis affectionem afficitur; & creſcente ætate profi- cit, decreſcente deficit. Ergo mens corporis naturam ſequitur, ideoq́ mortalis eſt. Huic reſpondetur. Subſtantiam ſaluam eſſe, etiamſi actiones varient aut tol- lantur, vt in pterygio oculi, &c.

7. Mentem eſſe immortalem demonſtrari non poteſt: & perpetuò dubita- tum eſt, Ergò veriſimile eſt mortalem eſſe.

8. Maximi Philoſophi, Saducei, Plinius, alij; mentem fecerunt mortalem; Ergò non eſt immortalis.

Contra quòd immortalis.

1. Mens ſi eſt pars naturæ, natura autem Deus, ſecundum Plinium. Deus autem eſt immortalis, ergò & mens fuerit immortalis. Reſpondetur ad hanc fallaciam. Plinium dicere mentem, quatenus hominis pars eſt, mortalem eſſe: quoniam etiam deſinit & diſſoluitur, ex definitione. Corruptio eſt diſſolutio in partes, ex quibus aliquid conſtitutum erat: non quòd corrumpantur partes, ſed totum. Vt cum domus diruitur, lapides manent & materia, forma perit: ſed ar- tificiales & phyſicæ formæ tantùm pereunt. Mens eſt diuina & melior forma. Homo conſtat ex anima, imò mente & corpore, quatenus homo eſt. Et

2. Quod redit ad principium ſuum ſimplex non perit. Mens quæ eſt particu- la ſpiritus vel naturæ cœleſtis, ad illam redit à morte hominis. Ergo mens non perit, licet homo pereat. Sic etiam elementa ex quibus componuntur omnia nō pereunt: ſed redeunt rebus diſſolutis, ad ſua vniuerſalia ſeu tota.

3. Si anima non immortalis eſt, nulla eſſet iuſtitia: Quis enim erit iuſtitiæ lo- cus à morte?

4. Appetitus immortalitatis fruſtra in nobis eſſet.

5. Mentis organum aliquod in corpore oſtendi poſſe.

6. Mens naturæ functionibus & appetitibus non eſſet contraria. Sic Pau- lus appetit diſſolui, &c.

DE ANIMAE IMMORTALITATE
Ariſtoteli credita.

De generatione animalium libro 4. ſic ſcribit.

7 Ὥστε καὶ θύραθεν εἰσιέναι (de anima ſenſibili loquitur & omnem huiuſmodi animam interire dicit, quia coniuncta ſit cum elementis, à quibus etiam oriatur, & ab eis ſeparari non poſsit) ἀδύνατον, οὔτε γὰρ αὐτὰς καθ' ἑαυτὰς εἰσιέναι οἷόν τε ἀχωρίστους οὔσας, οὔτ' ἐν σώματι εἰσιέναι. τὸ γὰρ σπέρμα περίττωμα μεταλαβούσης γαστρὸς ἐστι. Λείπεται δὲ τὸν νοῦν μόνον θύραθεν (ideſt, à Deo, non ex traduce natura, inſpirari, non naſci) ἐπεισιέναι, καὶ θεῖον εἶναι μόνον. οὐδὲν γὰρ αὐτοῦ τῇ ἐνεργείᾳ κοινωνεῖ σωματικὴ ἐνέργεια. Quod ſi principium eius tale eſt (diuinum, non naturale) quo cum cor- pore coniungitur: cur non etiam ſeparatio talis? Eadem ferè copioſius lib. 2. de Generatione ſcribit, & ſolam mentem exterius ingredi, diuinamq́ eſſe aſſerit, vt recitat Auguſtinus Eugubinus de perenni philoſophia 9. 8. circa finem capitis.

Ethicorum libro 10.

Αἱ δὲ συνθέτου ἀρεταὶ, ἀνθρωπικαί. καὶ ὁ βίος δὲ ὁ κατ' αὐτὰς, καὶ ἡ εὐδαιμονία. αἱ δὲ τοῦ νοῦ, κεχωρισμέναι.

Michael

Michaël Epheſius in Ariſtotelis Ethicorum librum decimum.

Βέλτιον μόριον καὶ ἄνθρωπον λέγει τὸν νοῦν ἡμῶν. Τὸν γὰρ ὄντως, καὶ μάλιστα ἄνθρωπον ἐν λογικῇ ζωῇ τίθεται, καὶ διττὸν αὐτὸν διὰ τούτων ἀποφαίνεται. ἕνα μὲν τὸν ἐκ ψυχῆς καὶ σώματος, (ᾧ καὶ τὸ εὖ ζῆν, καὶ τὸ εὐδαιμονεῖν, ἐν τὸ κατὰ τὰς ἀρετὰς εἶπε ζῆν εἶναι ἐν τοῖς μεγάλοις ἠθικοῖς, καὶ ἐν τῷ πρώτῳ τῶν δὲ βιβλίων.) Ἄλλον δὲ τὸν πρώτως καὶ ὄντως ἄνθρωπον τὸν ἐν ἡμῖν νοῦν, ὑπὲρ οὗ προϊὼν ἐρεῖ, (& in libris de Anima) χωρισθεὶς δὲ τοῦ σώματος ἐστὶν αὐτὸ τοῦτο ὅπερ ἐστί. Καὶ δῆλον καὶ ἐκ τούτων, ὡς οἱ λέγοντες τὸν Ἀριστοτέλη θνητὴν δοξάζειν τὴν ψυχὴν, οὐδὲν τι λέγουσιν ἀληθές.

Aliqui Alexandrum Aphrodienſem Ariſtotelis interpretem, animam putant mortalem exiſtimaſſe: quod quidem de corporea & ſenſibili verum eſt: quòd verò mentem immortalem crediderit, vt & Platonici & Paripatetici omnes, Eugubinus de perenni philoſophia 9.21. & 22. recitatis eius verbis, oſtendit. Philoponus tamen in Procemio libri de anima, ait illum animam omnem mortalem facere, καὶ τὸν Ἀριστοτέλη πειρᾶσθαι εἰς τὴν ἑαυτοῦ δόξαν συγκατασπᾶν.

In libris de Anima. Et primum lib. tertio.

Καὶ οὗτος ὁ νοῦς χωριστὸς καὶ ἀμιγὴς, καὶ ἀπαθὴς, τῇ οὐσίᾳ ὢν ἐνέργεια.

Et paulo poſt.

Χωρισθεὶς δὲ ἐστι μόνον τοῦτο ὅπερ ἐστὶ, καὶ τοῦτο μόνον ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον.

Et libro primo de Anima.

Περὶ δὲ τοῦ νοῦ καὶ τῆς θεωρητικῆς δυνάμεως οὐδέπω φανερόν. Ἀλλ᾽ ἔοικε ψυχῆς γένος ἕτερον εἶναι. καὶ τοῦτο μόνον ἐνδέχεται χωρίζεσθαι, καθάπερ τὸ ἀΐδιον τοῦ φθαρτοῦ. τὰ δὲ λοιπὰ μόρια τῆς ψυχῆς φανερὸν ἐκ τούτων ὅτι οὐκ ἐστὶ χωριστά. Hic Simplicius. Ἐπιστῆσαι ἄξιον τῷ παντὶ λόγῳ, θαῤῥῶν τὸν οὐσιώδη τῆς ψυχῆς νοῦν, ἀθάνατον καὶ ἀΐδιον ἀποφαίνεται: ἵνα καὶ ταύτῃ τὴν πρὸς Πλάτωνα αὐτοῦ συμφωνίαν ἅμα θαυμάσωμεν.

In eodem opere ſcribit ſe non dicturum, περὶ πάσης ψυχῆς: Vbi interpres Grecus: ἢ οὐ περὶ πάσης, ἀλλ᾽ ὅση μὴ ἄνευ τῆς ὕλης. ὥστε οἴεται ψυχὴν χωριστὴν τῆς ὕλης, Philop. in procemio.

Rurſus in libro de Anima.

Οὐ μνημονεύομεν δὲ, ὅτι τοῦτο μὲν ἀπαθὲς: ὁ δὲ παθητικὸς νοῦς, φθαρτὸς, καὶ ἄνευ τούτου οὐδὲν νοεῖ. Hic Simplicius, Non recordamur (inquit) eorum quę ante natiuitatem, vel antequam nati eſſemus. quia deſcendens animus in corpus, erat ſine phantaſia. Nihil intelligit autem, non ſimpliciter: nam animus ſubſtantia & ἐνέργεια eſt, ſed in corpore ſine phantaſia.

Vndecimo primæ Philoſophiæ.

Τοῦτο ἡμεῖς ποτὲ κατὰ δύναμιν δηλονότι ἡμετέραν. Χωριστὸς δὲ θεὸς ἀεὶ, καὶ ἡμεῖς οὖν, εἰ καὶ ποτε. Hoc ſumus nos aliquando, videlicet pro viribus noſtris. Segregatus autem eſt Deus ſemper, etiam nos igitur, tametſi aliquando, (hoc eſt anima à corpore diſiuncta, vt Simplicius interpretatur.)

Ariſtoteles libro primo de Anima.

Ὁ δὲ νοῦς ἔοικεν ἐγγίνεσθαι οὐσία τις οὖσα, καὶ οὐ φθείρεσθαι. Μάλιστα γὰρ ἂν ἐφθείρετο ὑπὸ τῆς ἐν τῷ γήρᾳ ἀμαυρώσεως.

Libro tertio de Anima: Διακρίνων τὴν αἴσθησιν ἀπὸ τοῦ νοῦ, φησὶν, ὅτι ἡ μὲν αἴσθησις τῶν μειζόνων αἰσθητῶν ἀντιλαβομένη, οὐ δύναται τῶν ἀμυδροτέρων ἀντιλάβεσθαι. Ὁ δὲ νοῦς ὅσῳ

ἂν τῶν μειζόνων νοητῶν ἀντιλαμβάνηται, τοσούτῳ μᾶλλον ῥᾳδίως τῶν ἐλαττόνων ἀντιλαμβάνεται. Τούτου δὲ αἴτιον (φησὶν) ὅτι τὸ μὲν αἰσθητικὸν οὐκ ἄνευ σώματος. ὁ δὲ χωριστός.

Plutarchus opiniones Philoſophorum de animi immortalitate enumerans, Ariſtoteles quid ſenſerit non exprimit.

Galenus in libro de Philoſophorum placitis (qui tamen nothus creditur) de animi immortalitate prorſus nihil agit.

Laertius in Ariſtotelis vita nihil præter definitionem eius de anima recenſet.

In Prooemio libri de Mundo Ariſtotel. καὶ θείῳ ψυχῆς, (ψυχὴ περὶ ἑαυτῆς) ὅμματι τὰ θεῖα καταλαβοῦσα.

Bernardinus Donatus Veronenſis, in opere de Platonicæ & Ariſtetolicæ philoſophiæ differentia; quod ex Ge. Gemiſto ferè tranſtulit, per dialogum. Ariſtoteles (inquit) in libris de generatione animalium, animum hominis hoc corpore antiquiorē concedit. An tu fortaſſe, quoſdam illius non bonos (Auerrhoem puto, & recentiores quoſdam notat) interpretes imitatus, hanc calumniæ maculam homini vis inurere, vt ab illo dicas animos hominum exiſtimatos eſſe mortales? Et cui tandem bonæ aut ſeriæ rei iudex ſiue cognitor meritò præficiatur, qui tam manifeſti mendacij, tàm pernicioſæ fallacię ſuffragatorem ſe non pudeat profiteri? Certè oportebat homines qui ſe Peripateticos dici cuperent, aliqua affici verecundia, quum authori ac duci ſuo infamiam hanc, hoc ignominiæ decus adſcriberent; vt animos hominum ille vſquam mortales putaret. Vides ergo interdum Ariſtoteli plus honoris à Platonicis noſtris attribui quàm à ſuis, ſiquidem noſtri facilè oſtendunt, nunquam illum huic ſententię planè repugnaſſe. (Cur verò quaſi oblitus animum corpore ſe antiquiorem poſuiſſe, ἀναμνήσεις à Platone aſſertas, impugnet, mirantur, &c.) *Hæc ille. Eſt autem caput nonum apud Bernardinum; decimum & multò breuius apud Gemiſtum.*

Themiſtius in librum tertium Ariſtotelis de Anima.

Ariſtoteles ſenſit intellectum (ſcilicet agentem, qui tamen cum illo quem potentiæ intellectum nominat inſeparabiliter coniungitur) vt qui citra corporeum inſtrumentum functiones ſuas abſoluat, omnino impatibilem abiunctumq́ue (χωριστὸν ſcilicet à corpore) eſſe. Plura apud Themiſtium reperies ibidem cap. 35. 36. & 37. Quomodo patibilis intellectus differat ab intellectu potentiæ & mortalis ſit. Quid differat intellectus agens, ab intellectu potentię. Et quod intellectus potentiæ prior ſit agente & quomodo. Platonē quoq; poſuiſſe in homine intellectū alium mortalem, alium immortalē. (Rationem, inquit, in affectibus conſtitutam; vel cum affectibus, vt amore, ira coniunctam, Ariſtoteles intellectum patibilem appellat, nec à corpore ſeparatum facit: ideoq́ue κοινὸν, id eſt, communem nuncupat.) Philoponus mentem paſsibilem phantaſiam interpretatur: & mentem vocari ait, ὅτι παρ' ἑαυτῇ ἔχει τὸ γνωστόν: paſsibilem verò ὅτι μετὰ τύπων. Quod ſi intellectus potentia tempore præcedit agentem, vt inſinuat Themiſtius, quomodò Ariſtoteles agentem corpore priorem facit, vt ſupra diximus?

Theophraſtus, vt citat Themiſtius lib. 3. de anima: Senſus inquit, non eſt ſine corpore, intellectus habetur abiunctus. (In cæteris etiam videtur de intellectu & eius differentijs, idem quod Ariſtoteles ſenſiſſe, ex verbis quæ illic citat Themiſtius.)

Vide Philoponum in Ariſtotelem de Anima fol. 9. & 10. de intellectu agente, quomodo omnia faciat, poſsibilis verò omnia fiat, &c.

Conſtat igitur quod Ariſtoteles animæ rationalis immortalitatem, non ſolùm agnouerit, ſed etiam rationibus aſtruxerit, non quidem neceſſarijs aut demonſtratiuis,

monſtratiuis, ſed probabilibus & veriſimilibus: quapropter verbis iſtis; ἔοικε, φαίνεται, εὔλογον, & οὐδέπω φανερόν, vtitur, non tanquam dubitans, ſed vt rationes ſuas probabiles, non demonſtratiuas eſſe oſtendat. Quamobrem rurſus tertio libro de anima ſic ſcribit. Ὁ ἄρα καλούμενος τῆς ψυχῆς νοῦς (λέγω δὲ νοῦν ᾧ διανοεῖται καὶ ὑπολαμβάνει ἡ ψυχή) οὐθέν ἐστιν ἐνεργείᾳ τῶν ὄντων πρὶν νοεῖν. διὸ οὐδὲ μεμίχθαι εὔλογον αὐτὸν τῷ σώματι. Atqui multa vel ſcimus vel credimus indubitanter, quæ demonſtratione nulla probari poſſunt; tum in ſenſibilium genere; tum in ijs quæ hominis rationem ſuperant.

¶ Præter Iuſtinum, etiam Baſilius & Gregorius Naz. (vt audio) Ariſtotelem dixerunt animam mortalem putauiſſe: ſiue ipſi Ariſtotelis ſcripta non legerunt aut perpenderunt, ſiue quod temere peripateticis quibuſdam ſui ſæculi fide habuerunt, qui in ſuam de animæ immortalitate opinionem, Ariſtotelis etiam verba torquere conabantur; (ſed aliud eſt Ariſtotelem aliquid ſenſiſſe, aliud Ariſtoteles) ſiue quod Platonicæ philoſophiæ nimium addicti eſſent; cui τὴν ψυχὴν ἀεικίνητον aſſerenti, Ariſtoteles repugnat: quaſi verò perpetuum eius motum tollendo etiam immortalitatem ſuſtulerit: cum animus licet immortalis ex Ariſtotelis ſententia immobilis prorſus ſit; (nō etiam immutabilis: Deus quidem et immobilis & immutabilis eſt.) Errauit enim Cicero, Melanchthon, qui entelechiam ex Ariſtotele de animæ ſubſtantia dictam, agitationem perpetuam interpretantur.

Hęc cum ita ſe habeant; miramur Iuſtinum philoſophum & martyrem, qui in Admonitorio gentium, ſic ſcripſit; Io. Franciſco Pico Mirandulę dn̄o interprete:

Plato animam arbitratur tripartitam; cuius altera portio rationalis habeatur; iraſcibilis altera; tertia concupiſcibilis: Ariſtoteles verò minus communem animam conſtituit, in qua ſcilicet corruptibiles particulæ comprehendantur: Sed id ſolùm quod rationis capax eſt animam eſſe dicit; (Hæc aut malè tranſlata ſunt; aut Ariſtoteli iniuria fit.) Atqui Plato animam omnē immortalem (contrarium de Platone Themiſtius & Philoponus ſcribunt) clara voce teſtatur. Ariſtoteles autem entelechiam illam nuncuparis (non omnem animā, ſed naturalem & corporeis organis neceſſariò vtentem, vt ipſe diſertè teſtatur) non immortalem, ſed mortalem eſſe voluit, Hæc Iuſtinus. Sed Philoponus in proœmio de anima, illud in Phœdro Platonis, Πᾶσα ψυχὴ ἀθάνατος, de humana tantùm anima prolatum ab eo ait. Numenius verò non rectè intelligens; omnem animam, tum rationalem; tum irrationalem, tum vegetatiuam, immortalē & ſeparabilem facit. Vt alij contra animam omnem inſeparabilem et mortalem. Alij verò, vt Plato & Ariſtoteles rationalem tantùm animam ſeparabilem faciunt: irrationalem verò & vegetatiuam inſeparabilem. Diſtinguunt tamen; nam vegetatiuam à craſſo iſto corpore ſeparari poſſe negant: irrationalem verò, ſeparabilem quidem eſſe à craſſo iſto corpore, inſeparabilem verò à corpore tenui & flabili, (pneumatico) itaque eam à morte quoque aliquandiu ſupereſſe.

Iuſtinus Numenij de Platonis ſententia peruerſam interpretationem imitatus videtur; & de Ariſtotele forſan Aphrodiſienſis.

De animæ immortalitate Ioh. Montani ſententia ex literis cuiuſdam ad Geſnerum.

8 Quæ Montanus de animæ immortalitate ſenſerit, teſtantur eius prælectiones in primam Fen Auicennę. Vbi cum multa pro Ariſtotelis ſententia diſſeruiſſet, hæc ſubiungit. Hæc optimi auditores profero, vt Ariſtoteles & Galenus nobis declarant. Ago interim Deo Opt. Max. gratias quas poſſum, quod nullius Philoſophorum potuerit animæ eſſentiam intelligere, myſterium magnum hoc eſt,

quod ſolus Chriſtus nos docuit,qui eſt verus intellectus, verbum & agens, illuminans mentes noſtras. Nec moror quicquid doceant Philoſophi, hi enim per ſenſum & vanitatem docent. Itaq; nollem me vobis ſcandalo eſſe: neque vos credere, me ita ſentire vt ſenſit Ariſtoteles; *atqui is animam immortalem ſenſit, Geſnerus.* Neq; Ariſtoteles neq; Galenus tantum apud me valent, vt poſsint mihi perſuadere animam mortalem eſſe: oportet alium hominem reſpicere, qui eſt *Ieſus Chriſtus*, vera lux & ſalus noſtra, is nos huius rei veritatem docuit, & poſt hanc vitam videbimus veritatem ex alijs principijs quàm Ariſtoteles & Galenus. Patauij anno 1547.

Animam immortalem eſſe.

9 Quicquid poſsibile eſt remanere poſt mortem, poſsibile eſt immortale eſſe. Quicquid immortale eſſe poteſt, immortale eſt aut erit. nam rerum ſecundum naturam potentia impediri poteſt à contrarijs: rerum verò malorum potentia impediri non poteſt.

Anima igitur immortalis eſt.

Mentem ſeu intellectum agentem, immortalem eſſe & à corpore ſeparabilem.

10 Ariſtoteles id inquireret propoſito axiomate, ſeu propoſitione ſyllogiſmi hypothetici, quam hoc modo Carpentarius lib. 4. cap. 11. ſuæ vniuerſitatis deſcriptionis expreſsit. Si intelligere, aut actio eſt eius partis animi in qua viſa imprimuntur; (id eſt, phantaſiæ) aut ſine ea non eſt: certè ſine corpore conſtare nullo modo poteſt: at ſi quod eſt munus & ſi quæ affectio animi propria, is ſeparari poteſt, &c. Nos hoc modo ſyllogiſticè concludimus.

Si intellectus eſt phantaſia aut non ſine phantaſia; conſtare ſine corpore non poteſt.

Sed intellectus nec phantaſia eſt, nec ei neceſſariò coniuncta.

Ergo ſine corpore eſſe poteſt. Sed poteſt etiam contrarium aſſumi & concludi contrarium.

Τὰ ἔνυλα εἴδη, ſi à materia ſepares, nihil ſunt: ſi tamen intelligantur, intellectus fiunt: extra vero intellectum pereunt; itaque etiam intellectus ipſorum dicitur φθαρτὸς. ſic Alexander ἐκεῖνος μὲν γὰρ σὺν τῇ ψυχῇ ἧς ἐστι δύναμις φθειρομένῃ φθείρεται, &c. Ergo (vt videtur) Alexandro immortalis non tantùm ποιητικὸς νοῦς, ipſe Deus & prima cauſa, ſed etiam mens illa, quæ mentis efficientis notione, ei vnitur: νοῦς verò ὅ,τε δυνάμει καὶ ἕξει, mortalis, quod mox negare videtur; & noſtra quæ potentia ſeu habitu mens eſt, etiam cum actu cogitat τὸ ἄφθαρτον. An melius clarius & magis piè dicemus: Intellectum ſimpliciter immortalem eſſe: paſsibilem verò & poſsibilem, qui intelligit τὰ φθαρτὰ, τὰ ἐνδεχόμενα, τὰ ἔνυλα, mortalem eſſe, per ſynecdochen (quoniam intellectum pro formis quæ intelliguntur & cogitationibus ipſis accipimus) pro ipſis rerum huiuſmodi cogitationibus, continens pro contento nominantes. Quamuis νοῦς ὁ ἕξει καὶ ἐνεργῶν, cogitet τὸ ἄφθαρτον, non idcirco verò ἄφθαρτος eſt aut ipſe, aut hæc in eo cogitatio: ſed tantum ὁ ποιητικὸς νοῦς in nobis incorruptus eſt, non quia ἄφθαρτον cogitat: tum enim ſolùm cum cogitat talis eſſe poterat, prius & poſt non item. Sed ſolus ποιητικὸς νοῦς, qui ſemper eſt actu, ſeipſam intelligit.

11 An etiam poſsibilis intellectus immortalis eſt: actio autem eius poſsibilia & contingentia conſyderans, & potentia eius prima, ceſſant: non tanquam corruptione, ſed perfectione. Subiecto enim idem eſt cum agente, ni fallor.

12 Si mens poſsibilis in nobis mortalis eſſet: mens agens verè ſolùm immortalis

talis, eaq́ externa, & in improbis nulla: benè ageretur cum impijs quod impunè perirent, & poſt mortem nihil eorum reliquum eſſet. Eſto igitur mens tota immortalis, & tum poſsibilis tum agens in nobis aliqua (vt concedamus alium agẽtem extra nos eſſe) ſubiecto vna: actionibus & lumine differens; hoc enim pijs adeſt, impijs abeſt.

13 An dicendum cũ Iuſtino; quod anima ſuapte natura & phyſicis rationibus mortalis ſit: per Dei verò voluntatem immortalis, ſicut & Plato de Mundo dixit. Hoc ſi Simon Portius poſtremò addidiſſet, tollerari poſſet.

14 Cupimus eſſe immortales, & cum immortalitatem expetimus, impoſsibile deſyderamus; Simon Portius cap. vltimo, ex primo magnorum moralium. Cupimus immortales eſſe, ſcilicet animo & corpore, ſed impoſsibile eſt; vt corpore etiam immortales ſimus. quanquam non ſimpliciter, ſi credimus reſurrectionem; quam ſanè Deus Opt. Max. nobis promiſit, conceſsitq́ futuram, ne quid impoſſibile appeteremus. Sed ſi Portius, qui animi immortalitatem non credit, multò minus corporis reſurrectionem credat nihil mirum. Et ſanè iſtis, qui hæc nõ credunt, reſurrectio & immortalitas, perpetua mors & mortalitas erit.

AD HVNC *locum pertinebant, duæ adhuc ingenioſæ et piæ meditationes non prætermittendæ: at quia ſerius in manus inciderunt noſtras, eas Libri Quinti extremis paginis adiecimus. Eſt autem prioris titulus,*

ΣΥΜΦΩΝΙΑ ΑΝΙΜΙ ΔΙΑΤΕΣΣΑΡΩΝ. POSTERIOris: De Trinitate animæ noſtræ & diuina, meditatio: qua quærimus quomodo homo ſit conditus ad ſimilitudinem DEI, Anno 1565. Aprilis 4.

MEDITATIONVM PHYSICARVM FINIS.

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI CLARISSIMI PHYSICARVM MEditationum Liber V.

QVI CONTINET

SCHOLIA ET ANNOTATIONES TVM PROPRIAS TVM EX GRAEcorum commentarijs breuiter & ingenioſè collectas; in Ariſtotelis libros:

- I. De Meteoris 4.
- II. De Anima 3.
- III. De Memoria & Reminiſcentia
- IIII. De Somno & Vigilia 1.
- V. De Inſomnijs 1.
- VI. De Diuinatione per ſomnum 1.
- VII. De Communi animalium motu 1.
- VIII. De Longitudine & Breuitate vitæ 1.
- IX. De Iuuentute & Senectute 1.
- X. De Reſpiratione 1.

OMNIA NVNC PRIMVM STVDIOSE COLlecta & diligenter ad Græcum Ariſtotelis exemplar accommodata; & in lucem edita per CASPARVM VVOLPHIVM Tigurinum Medicum.

TIGVRI

IN OFFICINA FROSCHOVIANA,

ANNO M. D. LXXXVI.

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS METEORORVM LIBROS QVATVOR ſcholia & annotationes.

IN ARISTOTELIS DE METEORIS LIBRVM PRIMVM ſCHOlia & annotationes.

IOHANNIS Grammatici expoſitio extat tantùm in primi libri, prima duodecim capita.

Meteora imperfecta, vel quia non ex omnibus elementis mixta: vel quia ſtatim ſoluuntur, & dum fiunt pereunt.

Dicuntur μετέωρα, διὰ τὸ γίνεσθαι ἐν μεθορίῳ τῶν ἐσχάτων.

Nomen libri hi acceperunt ab ijs, de quibus primo loco diſſeritur: alioquin etiam de aquis, terra & metallis in his libris agitur.

Argumentum.

De regionibus aëris, flammis ſublimibus, cometis, & lacteo circulo, de pluuia, nube, caligine, niue, pruina, rore ac grandine. De ventis, de quibus tamen copioſius in lib. 2. & per digreſsionem de fluminibus, fontibus & cataclyſmo.

CAPVT PRIMVM.

Continet dictorum & dicendorum expoſitionem.

Περὶ τῶν κατὰ τὴν ἄνω.) Itemq; de ſyderibus, quę ſuos in ſublimi motus omnino ordinatos edunt, vt & in libris de cœlo.

Διακεκοσμημένων, diſpoſitis, ſed certo & rato ordine.

Περὶ τῶν στοιχείων τῶν σωμάτων.) Ad differentiam materiæ & formæ, quę his priora, ſimpliciter elementa & incorporea ſunt.

Μεταβολῆς, viciſsitudine. Λοιπὸν δ᾽ τι.) aliâs ἐστὶ.

Γειτνιῶντα μάλιστα τόπον.) Meteora ſumma magis inordinata ſunt inferioribus; fortè quia orbium motui viciniora.

Ἀτακτότεραν, comparatiuus pro poſitiuo.

Φασμάτων, imagines, vt ſtellæ volitantes.

Ὅσα τεθείημεν αὖ ἀέρος.) Alcyonius, Ὅσα τε θείημεν αὖ. nouum genus Meteororum facit, vt ſunt Impreſsiones & Tranſparentiæ, quarum vtraq; aëri & aquæ communis eſt, vt iris, virga, halos, parelij.

Πάθη τῶν μερῶν: exhalationes, ventos, flumina.

Περὶ τε πνευμάτων.) Τῶν τε πνευμάτων.

Τὰ μὲν ἀποροῦμεν.) Vt quomodo fiat iris, cur aqua maris ſalſa.

Ἐφαπτόμεθα.) Modeſtè loquitur: alia mediocriter aſſequimur, vt nubium conſtitutionem, & mutationem earum in aquam.

Ἐγκυκλίων.) ἐγκύκλια, quæ periodicè quotannis eueniunt.

Τῶν σωμάτων τούτων, Meteororum ſcilicet.

Κατὰ τὸν ὑφηγημένον τρόπον.) Hoc mox ipſe interpretatur, qui primùm vniuer-

ſaliter, vel in vniuerſum agat, deinde ſigillatim: Olympiodorus non probans Alexandrum interpretantem τὸν ὑπομνηματικὸν τρόπον: vel non hiſtoricum ſolùm, ſed etiam per cauſas: ſecundùm receptum & prius vſitatum modum, quôd tamen Alexander hoc in loco non facit.

Χωρὶς, nominatim. Σχεδὸν, propter libros de anima.

CAPVT SECVNDVM.

Ὡ δὲ οὖν ἀρξάμενοι, λέγωμεν, &c. Cælum eſſe cauſam efficientem. Aquam & terram materiam præbere. Et quòd terra perexigua ſit comparatione ambientium.

Ἐπεὶ γὰρ διώρισται: pro καὶ γὰρ διώρισται.

Μία μὲν ἀρχὴ, quod ſit vna materia cœli: τῶν σωμάτων, aliorum corporum: ἐξ ὧν, nempe cœlum, octo ſphæræ, & ſtellæ, quibus cœlum conſtat.

Διὰ τὰς τέτταρας ἀρχὰς.) ποιότητας πρώτας intelligit.

Τρισάμενον, ſcilicet πᾶσι.

Ἐγγύτατα τῶν ἄλλων.) proximus, non ſolùm loco, ſed & grauitate & leuitate.

Περὶ οὗ.) aliâs περὶ ὄν.

Συνεχὴς ἐξ ἀνάγκης.) vel ἁπτόμενος. Sed προσεχὴς potius eſt, vt capite tertio inferius. Τὸ προσεχὲς ἀεὶ τοῦ κάτω κόσμου. vel συναφὴς, ne detur vacuum: & vt ab eo moueri poſsit.

Ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ, id eſt, ipſe totus.

Ὅθεν γὰρ ἡ τῆς κινήσεως ἀρχή.) Cœlum principium eſt motus, cùm & velociſsimè moueatur, & alia ſecum moueat, non modo τῇ φορᾷ, ſed alijs etiam motibus. Cœlum gubernare omnia, probat duabus rationibus: quoniam principium eſt motus, & quoniam ſemper mouetur. Τὰ δ' ἐπ' εὐθείας κινούμενα, quoniam certis locis diſtant, cum ad terminum veniunt, quieſcunt.

Ἐκείνην αἰτίαν: efficientem, eſſentiæ & perpetuitatis vel durationis.

Ἀΐδιος, ſcilicet τοῦ οὐρανοῦ κίνησις.

Οὐκ ἔχουσα, οὐκ ἴσχει.

Ἐν τέλει, in ſua perfectione.

Διέστηκε, nempe ἡ πρώτη αἰτία. Itaq; perueniunt ad ſuos terminos vbi quieſcunt.

Περὶ αὐτῶν, περὶ αὐτοῖς: ſupra, περὶ οὗ: vel περὶ αὐτὸν, τὸν σύμπαντα κόσμον, vt Alex.

Τὰ συγγενῆ, aërem & aquam.

Τὸν τρόπον, ὕλης ὀνόματι.

Κινουμένων αἰτιατέον, cœleſtium corporum conſtituere oportet, vt & naturam.

Τὴν δύναμιν.) τὴν ἐκ τούτων κινήσεως ἐγγινομένην, ἣν καὶ φύσιν λέγομεν.

Ὑπάρχειν τούτων δύναμιν.) proxima potentia, vel actu primo.

CAPVT TERTIVM.

Πρῶτον μὲν οὖν ἀπορήσειεν ἄν τις, &c. Quomodo, id eſt, quo ſitu ordinentur ignis & aër ad cœlum. Cur qui ab aſtris ad vicina terræ loca fit calor, vehementior ſit quàm in aëris regione media & ſupra. Et cur in media vel ſumma aëris regione nubes non fiant.

ἘΝ τῷ περιέχοντι κόσμῳ τὴν γῆν.) Inter elementa quæ terram propius ambiunt.

Περιέχοντα μεγέθη.) orbes cœleſtes, & ſtellas.

Ὕδατος δὲ φύσιν συνεστηκυῖαν, compactam καὶ ἀφωρισμένην à terra diſcretam.) Cognito autem terram eſſe minimam, & centri rationem obtinere ad alia: aquæ

etiam

etiam paruitas nota, cum in terra contineatur eodē globo, neq; vſquam ſola extet. Terræ autem magnitudo certior. Aquæ incertior.

Οὔτ᾽ ἐνδέχεται.) ſcilicet ὁρᾶν.

Τῶν τε φανερῶν.) ſcilicet τὴν φύσιν: vel pendet à κεχωρισμένην, vel appoſitio eſt ad ἱδρυμένου σώματος.

Βάθος.) Gurges, vt in fontibus.

Μεταξὺ τῆς γῆς, hoc probatum iam & explicatum eſt.

Εσχάτων ἄστρων, Lunam intelligit Alexand.

Κἀκεῖνος τὴν ἐκεῖ δύναμιν.) vel πλήρη πυρὸς εἶναι ἐκεῖνον, καὶ τὴν ἐκεῖ δύναμιν, &c. Κἀκεῖνο ſubintellige πῦρ: Probat Anaxagoram, quòd cœlum vocat ætherem: ſed quod ignem eſſe putat & dictum παρὰ τὸ αἴθειν, improbat.

Τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα θέον.) τὴν δ᾽ ἐτυμολογίαν οὐκ ὀρθῶς, Alexander. Deinde, τὸ γὰρ ἀεὶ σῶμα, &c. Hoc non ad Anaxagoram refertur, ſed ad οἱ πρότερον ἄνθρωποι.

Διώρισαν ὀνομάζειν.) diſertè & diſtinctè nominarunt.

Οὐ γὰρ δὴ φήσομεν ἅπαξ.) Nunquā igitur, &c. Quòd ſi etiam alij ante nos aliam cœli eſſentiā eſſe dixerunt, non eſt quod glorietur aliquis de ſuis inuentis. ἀπείρου γὰρ ὄντος τοῦ κόσμου, συμβαίνει πολλοὺς (τὸ) αὐτὸ εἰρηκέναι. Καὶ ὥσπερ ἐστὶ καρπῶν εὐφορία, οὕτω καὶ ψυχῶν, Olympiodorus. Melius Iohan. Grammaticus. Tanquam & olim aliqui ita ſenſerint vt Ariſtoteles.

Ανακυκλεῖν γενομένας: denuo fieri. Nihil dictum eſt, quod non dictum ſit prius: Opiniones quæ aliquandiu interciderunt, alijs ſeculis redeunt. Alexander non attingit hæc verba.

Καὶ μὴ μόνον.) Non quod fateatur aſtra ignem eſſe, ſed quoniam ipſi ita dicunt.

Οσοι δὲ πῦρ καθαρὸν.) Refutat veteres quod ad ſitum aëris & ignis.

Τὰ φερόμενα σώματα.) Et non ſolùm quæ in eo agitantur ſydera, ſed id etiam quod medium inter ſydera & terram interpoſitū eſt, aërem, &c. Alcyonius. Ego ſic accipio: qui verò ambiens, id eſt cœlum ſimul & ſtellas, nihil quàm ignem faciunt: totum autem reliquum locum, inter cœlum & terram aëri aſsignant, &c. Aliqui ſolas ſtellas dicunt eſſe ignem: interſtitia verò ſtellarum plena eſſe aëre, vt reliquum omne ad terram vſq;. Alij & ſtellas & interſtitia, nihil quàm ignem eſſe dicunt, reliquum autem omne inter cœlum & terram aëre plenum: per Σώματα, ſydera intelligit.

Ικανῶς.) referri poteſt vel ad θεωρήσαντες, vel ad δεικνύμενα, quæ præcedunt.

Πολὺ γὰρ ὑπερβάλλοι, ſcilicet ὁ ἀήρ.) εἶναι ſcilicet εὔλογον τὸν μετὰ γῆν τε καὶ ὕδωρ τόπον, σὺν τὸ μεταξὺ τῶν ἄστρων.

Κἂν εἰ δύο στοιχείων.) Siue vno elemento ſiue duobus, &c. At neq; ex duobus, Alexand. Etiamſi locus inter terram & extimum cœli globum medius, elementorum ſit plenus, Alcyonius. lego, Elementorum duobus tantùm.

Οὐδὲν γὰρ ὡς εἰπεῖν.) Sic etiam, πολὺ ἂν ὑπερβάλλοι, &c. vt iam dixerat, idem ſcilicet abſurdum ſequetur.

Διακριθέντος, attenuata.

Πρὸς τὰ πάντα.) τὸν πάντα, ſcilicet ἀέρα, ſic & Alexander.

Διαφέρει δ᾽ οὐδὲν.) Occurrit obiectioni: ne videatur petere principium.

Μὴ γίγνεσθαι ταῦτα, vt Empedocles, qui immutabilia elementa faciebat.

Κατὰ τοῦτον γὰρ.) κατὰ τὸν αὐτὸν γὰρ τρόπον.

Ουτε πῦρ συμπεπλήρωκε.) interponit, οὔτε τὰ δύο, &c.

Λοιπὸν δὲ.) Proponit dicenda, διαπορήσαντας, cum dubijs & quæſtionibus.

Απὸ τῶν ἄνωθεν.) cum ignea non ſint.

Εἰ δὴ γίνεται ὕδωρ.) Hic caput nouum debebat ſignari, & continet obiectiones: Cur nubes non conſiſtant in medio aëre, qui frigidus eſt, & maximè poſſet eas

denſare (nimirum quòd licet frigidus ſit ad efficiendum, humorem tamen, id eſt, materiam non habet) neq; in imo propè terram : nimirum, quòd licet illic materia ſit, cauſa tamen efficiens non eſt. Sed hoc non dicit Ariſtoteles ſic.

Γίνονται γὰρ καὶ.) Olympiodorus legit pro καὶ, αἱ.

Ἀθροίσεις οὐ λήγουσι.) conglobationes ἀσθενοῦσι. Siquidem nubium conglobationes, eo in loco efficiuntur, vbi radij iam deſinunt, quoniã in vaſtum diſsipantur.

Ἀχανὲς, vt abyſſus in aquam.

Ἢ οὖν οὐκ ἐξ ἅπαντος.) vt ipſi dicunt, & ſanè non fit ex ſummo, qui potentia ignis eſt.

Ἀλλὰ μὴν ἡ τοσοῦτος ὢν ὁ ἀήρ.) Reſpondet obijcienti, omnem aërem vaporẽ eſſe.

Καὶ πυρὸς μὲν ἀδύνατον.) μόνου addit Olympiodorus.

Καθαρώτερον, vt Solem: εἰλικρινὲς, vt Lunam.

Καὶ ποιεῖ τὴν θερμότητα.) τὸ ὑπέκκαυμα.

Ἄνω περιφορὰν σῶμα.) Id eſt, quodlibet elementum, ſed maximè aër, ſub cœlo, ſi cœlo comparetur, materię rationem ad ipſum habet. Πᾶσα μὲν οὖν ἡ τῶν τεττάρων στοιχείων ὕλη, γίγνεται μὲν τοιαύτη ὑπὸ τῆς αἰθερίας κινήσεως: ἔστι δὲ τοιαύτη, ὑπ' ἀκινησίας : vt ego accipio & Olympiodorus.

Γίγνεται τοιαύτη, καὶ ἔστιν.) Alcyonius: talis profectò redditur: atq; partim à motu, partim ab immobilitate proficiſcitur. (Dictum eſt in libris de cœlo, Quod cœlum agat tantùm motu diſgregatiuo, & efficiat qualitates primas ſimul & ſecundas, pro ratione, potentia, & aptitudine ſubiecti. Agit autem cœlum & efficit hæc vel motu ſuo, (per ſe) cum rem potentia exiſtentem in actum reducit, & à diſsimilibus & contrarijs diſgregat, vt quàm fieri poteſt maximè ſimplex & maximè vna fiat: vel immobilitate ſua (per accidens) cum rem iam actu exiſtentem non mouet quidem (non enim opus eſt) ſed in ſtatu ſuo conſeruat. Sic cœlum calefacit & ſiccat ignem, ſed aquam humectat & refrigerat. Valla in Dialectica reprehendit Ariſtotelem, quaſi motu ſimpliciter ignem calefieri dixerit Aſtoteles, qui non hoc ait, neq; quemlibet motum calefacere: ſed cœli motum, vt reliqua omnia, ita ignem ex materię ſuæ potentia ad formæ ſuæ perfectionem traducere.

Ἧς τὴν αἰτίαν, ſcilicet, cuius motus. Τὴν ἀρχὴν, originem. Εἰρήκαμεν, videlicet ipſum cœlum.

Καὶ τὰ ἐχόμενα τούτων.) καὶ ἐχόμενος τούτων ἀὴρ ὅτι, &c. Alexander.

Οὐθὲν δὲ κωλύει, imò neceſſe eſt.

Ῥεῖν γὰρ ἀναγκαῖον.) Siquidem neceſſe eſt totum aërem, qui non comprehenditur intra complexum, vel ambitũ potius conſummantem & replentem, ita in orbem fluere atq; agitari, vt terra vniuerſa rotunda pateat & globoſa, Alcyonius. Melius ſic vertas ex Alexandri ſententia. Neceſſe eſt totum aërem in orbem fluere, excepto illo qui intra montes , & inæquales terræ cauitates continetur, quo quidem efficitur, vt ſpacijs iſtis repletis, terræ & aquæ maſſa vna cum aëre illo interfuſo, vnus ex omnibus globus, & terra vndiq; rotunda appareat. Et his ceu alterius generis, vel impedientibus montibus non mouetur in gyrum.

Ὑψηλοτάτων, ſcilicet τὰς κορυφάς. In Olympo literæ cineri inſcriptæ etiam poſt annum apparuerunt. Item in Cyllene Arcadię.

Τὸ δὲ πυρὶ.) τῷ δὲ πυρί.

Ὅ,τι ἂν βαρύνηται μόριον.) Non tantùm colligitur, vt poſsit nubes fieri: ſed ſi vel parum aliquid graue conſtiterit, delabitur. Cur in ſupremo aëre non fiant nubes, quæſtionem diſſoluit. Cur autem in medio non fiant, quòd ſupra indiſcuſſum videtur, cum is quoq; non minus quàm ſupremus in gyrum moueatur.

Ἄλλο δ' ἐν μέρει, ne vacuum detur.

Διατε-

Διατελεῖ πλῆρος.) illud πλῆρος Alexander non habet.

Καὶ τὰ φερόμενα τηκόμενα.) contra Vallam. Non dicit motum ſimpliciter calefacere, ſed ex potentia ad actum ducere; aër igitur motus, cum potentia calidus eſſet, caleſcit, & ſimul contiguum, quod intra ſe fertur calefacit. Aut, id quòd in aëre fertur, cum potentia calidum eſſet, vt plumbea pila, ad actum ducitur. τὰ φερόμενα, τὰς μολιβδίδας τῶν τοξευμάτων.

Ταχεῖαν τε.) illa enim velox & propinqua eſt.

Η μὲν γὰρ τῶν ἄστρων ſcilicet φορά.

Η δὲ τῆς σελήνης κάτω μὲν) ἐγγυτέρω. Obijciat aliquis Mercurium & Venerem, qui cum viciniores ſole ſint, nec tardius eo moueantur, cur non ex ęquo terram calefaciunt? An quia minore mole ſunt; ideoq́ minus vehementer aërem mouent. Aut quia per parum à ſole diſcedunt, ideoq́ quid ſeorſim præſtare poſſint, non apparet; vel potius quoniam lux ſoli tantùm propria eſt, reliqua vt lucē inde mutuantur, ita lucis radios, eorumq́ refractiones minus efficaces habent.

Λαμβανόντας, accuſatiuus abſolutus.

Διαραίνεσθαι, diſpergitur. διακρίνεται, aliâs.

Πολλάκις.) Alcyonius, crebro ſyderum motu ſecernitur, & vi deorſum deturbatur, als wenn der wind in das liecht wayt.

Σημεῖον δ' ἱκανὸν, Si cœlum non calidū eſt, ſed locus aëris ſuperior et imus, cur non omnes exhalationes ibi accenduntur ſicut ſtellæ traijcientes? quia non omnes, inquit, ea velocitate per aërem mouentur. Vel ſic, ἐκεῖ μὲν γὰρ οὐ γίνονται, κάτω δὲ ἐν τοῖς ὑστέροις τοῦ ἀέρος μέρεσι, ὅπερ ἡ κίνησις σφοδροτέρα, ἢ τῶν κατωτέρω αὐτοῦ μερῶν. Si cœlitus ſtellę caderent, numerus ſtellarum imminutus tandem fuiſſet.

Ο ἄνω τόπος, hoc eſt cœlum. Κάτω δὲ, infra cœlum.

Καὶ τοι τὰ.) ἔτοι, pro γάρ. Alexander omittit. καὶ τοι, atqui, vetus habet, quamuis. In contextu Ariſtotelis additur, hîc, non ſuo loco, vt videtur, καὶ τοι τὰ μᾶλλον κινούμενα, καὶ θᾶττον καὶ μᾶλλον ἐκπυροῦται: referendum potius ad præcedentia. Nam ſi motus ſimpliciter calefacit; quòd magis mouetur ac celerius, magis calefiet. Talis autem eſt ſummus aër, vel τὸ ὑπέκκαυμα. Olympiodorus hunc præterit locum. Iohan. Grammat. ſic. Cœlum non eſt igneum, nam ſtellarum traiectiones in eo non fiunt, nec alia meteora ignita: quæ tamen in ipſo, ſi facultate igneum eſſet, magis accidere debebant, tanquam quòd celerrimè moueatur.

Φαίνεται λευκὸς.) Leue argumentum. Mars rubet nec igneus eſt, Sol in ortu & occaſu quandoq́ apparet igneus, propter exhalationes craſſas.

CAPVT QVARTVM.

Τούτων δὲ διωρισμένων, &c. Flammæ variæ cur in ſummo aëre appareant, trabes, æges, &c.

Διαθέοντες) διάττοντες, in libro de Mundo.

Ταῦτα μὲν πάντα, &c. Materia & efficiente cauſa idem ſunt.

Μᾶλλον καὶ ἧττον.) & figura & motibus.

Αρχὴ ἐστὶ, nimirum τοῦ στοιχείου τούτου, ἢ τῆς καπνώδους ἀναθυμιάσεως.

Ατμιδωδεστέραν, humidiorem. Πνευματωδεστέραν, ſubtiliorem.

Κεκόσμηται τὸ περὶ.) diſpoſitum eſt quod terram ambit.

Ανώνυμον γὰρ.) οὐκ ἔχομεν γὰρ ἄλλο κοινὸν ὄνομα: αὐτὸς δὲ ὑπέκκαυμα καλεῖ: Communi nomine vocamus ignē tùm elementū, tùm omnē fumoſam exhalationē; hoc impropriè, illud propriè, Sueſſan. ἀνώνυμον γὰρ θάτερον εἶδος, καὶ κοινὸν τὸ ὄνομα πυρὸς, etc.

Τῆς περὶ τὴν γῆν σφαίρας ἔσχατον, totius mundi corruptibilis.

Εὐκαίρως ἔχει.) ἐπιτηδειότητα, vel εὐκράτως, vt capite ſeptimo.

Αν ᾖ μῆκος μόνον.) ſine latitudine. μῆκος μὲν, μήκεται ᾖ πλάτος ἴσον. Πλῆθος, ſecundum longitudinem & latitudinem, vel alterutrum.

Παρεκπυροῦσθαι.) κατὰ τὰ πλάγια, quòd igneſcens modum excedat, id quidem paulatim, ſed repetito principio.

Ανὰ τοῦτο τοῦ πάθους, ſcilicet τοῦ ἀποσπινθηρίζειν.

Μικρά τε καὶ πολλαχῇ, paulatim ac frequenter.

Καὶ ὁμοίως, ſcilicet ἔχει. Καὶ μέγεθος, μῆκος, profunditatem.

Γεννᾷ αὐτὰ, nimirum ſtellas tranſeuntes.

Συνισταμένου ἀέρος, vis vnita fortior, &c.

Ρίψει, iaculationi, traiectioni.

Απορήσειε γὰρ ἄν τις.) Dubitabit aliquis, vtrum veluti ſub lucerna cum poſita ſit exhalatio, id eſt, fumus, ita vt ſuperior lucerna ſit accenſa, & inferior extincta, & fumus extinctæ pertingat ad ſuperiorem accenſam, flamma à ſuperiori deſcendens accendat inferiorẽ. Sic, ſupple, appareat nobis impreſsio ignita nobis procul videntibus, moueri motu continuo. Reddit cauſam cur viſus non diſcernat inter ignem & ignem qui ſucceſsiuè fiunt, & cur vnus videatur. Nam velocitas, inquit, generationis talium ignium in diuerſis partibus exhalationis mirabilis eſt, & traiectioni ſimilis: ſed quaſi non vt in alio & alio facto igne traiectio ſit. Propter velocem enim generationem, non videntur ignes diuerſi, ſed vnus, quaſi motu continuo latus. An potius vnius & eiuſdem corporis igniti ſunt tales diſcurſus?

Θαυμαστὴ γὰρ ἡ ταχύτης, quare infra Lunam fiunt, alioquin non viderentur tam citò moueri.

Αλλ' οὐχ ὡς ἄλλου, ſed tamen iaculatio non perinde agitur, vt alius & alius efficiatur ignis.

Η τοῦ αὐτοῦ σώματος, an potius eiuſdem corporis.

Ως ἡ ἀπὸ τοῦ λύχνου, &c. ſucceſsiuè nimirum.

Διὰ τὸ ἐκθλίβεσθαι, &c. id eſt, ſubito.

Εκ τῶν δακτύλων πυρῆνες.) ἐκπυρηνίζειν vocant.

Καὶ αἰθρίας οὔσης.) αἰθρίας οὔσης καὶ νυκτὸς καὶ ἡμέρας: καὶ abundat hoc loco.

Τὸ θερμὸν ἄνω πέφυκε, &c. Quoniã calidum ſuaptè natura ſurſum fertur, cum reperit frigidum, repellitur ab eo deorſum. Bifariam igitur quæuis impreſsio ignita moueri videtur motu continuo: aut quia ſucceſsiuè fit, & ideò continuo motu videtur moueri: aut quia ſubito facta, reuera continuo mouetur.

Οπως ἂν τύχοι κειμένη.) ὡς δ' ἂν ἔχοι θέσεως ἡ ψυχομένη ἀναθυμίασις καὶ πυκνουμένη, καὶ ἐφ' ἃ τετραμμένη ᾖ, ἐπὶ ταῦτα καὶ φέρεται. Alexand.

Διάμετρον.) id eſt, obliquè: ſunt enim in quadratis ſpacijs diametri obliquæ, diagonij.

Πάντων δὴ τούτων.) An non omnium ignitorum, ſed ſtellarum traijcientium duntaxat.

Η ἄνω φορὰ, cœli motus, ἡ ἔγκαυσις.

CAPVT QVINTVM.

Φαίνεται ᾗ ποτε, &c. Imaginum multarum, veluti hiatuum, fouearum, colorum cruentorum nocte apparentium, cauſæ.

Πολλὰ φάσματα, prædicta non φάσματα ſunt, ſed reuera aliquid exiſtunt.

Αἱματώδη, hoc eſt, φοινικᾶ.

Τὸ αὐτὸ

Τὸ αὐτὸ καὶ τοῦτο αἴτιον.) νεφῶν τε συστάσεις, καὶ ἀέρος ἐκπυρώσεις, Ioha. Gram.

Διαφαινόμενον.) nam quia lux per denſiorem aërem minus tralucida eſt: Diſtinguit poſt διαφαινόμενον.

Ελαττον φῶς.) ἢ δι' ἔλαττον πυκνοῦ, πλέον, (& contra.)

Μιγνυμένων.) τῷ μέλανι, addit Alexander.

Μάλιστα δὲ φοινικοῦν, &c. Colores rubentes fiunt, διὰ τοῦ μέλανος ὁρωμένου τοῦ λευκοῦ ἀφεστῶτος ἀπ' αὐτοῦ: οἱ δὲ βόθυνοι ἐν τῷ λευκῷ τοῦ μέλανος ὁρωμένου, in eadem quidẽ ſuperficie, albo tamen propinquiore apparente; quia magis mouet viſum, nigro autem contrà. Βόθυνος & χάσμα vel idem ſunt: vel βόθυνος μὲν, ὅταν ἐν βάθει μᾶλλον βαίνηται, διὰ τὸ μέλαν εἶναι πλέον τοῦ λευκοῦ: χάσμα δὲ, ὅταν ἠνεωγμένον, διὰ τὸ πλέον εἶναι τὸ φῶς.

Επιπροσθέσεις.) per appoſitionem. ἀλλ' οὐχ ὡς μιγνυμένων φαρμάκων: ſic cryſtallo ſupponitur alius color ruber, & vnus apparet. Eſt autem διάκλασις.

Διὰ καπνοῦ.) per aërem denſum, & non æquè diaphanum; mixta aëris nigredine aſtrorum albedini, ac ſi per fumum apparerent.

Φοινικᾶ φαίνεται, cum per ſe alba ſint.

Ποιήσει, ſcilicet ὁ ἀὴρ πολλὰ χρώματα.

Η τοιοῦτον, ita paruum Olympiodorus.

Αλλὰ τὸ χρῶμα δ' ἔχεσθαι, vt iris, & halos etiam fiunt.

Ταχεῖα οὖσα.) velox mutabiliſq; harũ rerũ conſtitutio. quod cauſa ſtatim euaneſcat, aër ſcilicet, qui aliâs denſatur et denigratur: aliâs rareſcit, & diaphanus fit.

Αναῤῥηγνυμένου.) ἀνακοπτομένου. σκεδαννυμένου, Olympiod.

Καὶ μέλανος.) Nigrum quia minus mouet viſum, remotius & profundius videtur, album contrà. Olympiod. legit pro καὶ, ἢ μέλανος.

Δαλοὶ ἐκπίπτουσι.) Aër vel exhalatio denigrata & denſata, (quo magis denſatur, eò nigrior fit) ſi mediocriter id fiat, hiatum ſolùm facit: ſin craſsius, torres quoque eiaculatur: propter conſtrictionem enim calor incluſus augetur, & violenter vi conſtrictionis excutitur.

Συνιὸν δὲ.) Cum nigreſcens cœlum, vehementius concreuerit, ſpeciem tamen cuiuſdam hiatus præbet (vt quippiam ex illo elapſum coierit) Alcyonius. Οταν συγκριθῇ μᾶλλον, δαλοὶ ἐκπίπτουσι. ὅταν δὲ ἧττον, δαλοὶ μὲν οὐ γίνονται, συνιὸν δέ τι χάσμα δοκεῖ.

Ηλιος κωλύει.) Luce ſua prohibet videri: aut etiam fieri prohibet ſuo calore.

Ομόχροιαν.) quòd ſimilitudinem cum tenebris habeant.

Τοιούτων φασμάτων.) φάσματα hîc non propriè dicere videtur per foueis & hiatibus, ſed in genere pro alijs etiam quæ citò abeunt, vt φλόγες, æges, Alexand.

CAPVT SEXTVM.

De cometis priſcorum opiniones, ac ſolutiones ipſarum. Vel, Quod cometa, non ſit σύμφασις *vel* σύναψις, *id eſt, coniuncta apparitio quinq; planetarum, neque planeta per ſe à cæteris diuerſus: nam & extra viam planetarum cometæ apparent: & diſſolutis eis vel coma eorum, vt plurimum nullum ſydus reliquum eſt. Et quòd non habeant comam refracto viſu noſtro ab exhalatione denſa aliqua ad ſolem: docebit enim poſtea cometam verè accenſum meteoron corpus eſſe, non ſolùm phaſma ex radiorum refractione, vt irides & areæ ſolùm phaſmata ſunt. Et quod non ſolùm Boream verſus & iuxta tropicum cancri, idq; ſole ibidem exiſtente cometæ appareant, ſed in alijs etiam cæli plagis vbiuis exiſtente ſole. Et quòd non planetæ modò, ſed etiam fixæ ſtellæ comatæ appareant. Videntur etiam comatæ apparere, quæ nulli ſtellarum ſubijciuntur.*

Σύμφασιν.) inferius σύναψιν quinq; planetarum.

Πλανητῶν ἀστρῶν.) ἄλλον παρὰ τοὺς προειρημένους πέντε.

Φαντασίαν αὐτοῦ.) ſed imaginem eius diuturnam eſſe: ſolemq; fulgorem eius parum ſuperare, Alcyonius.

Πολλὰς ἐκλείπει φάσεις, &c. πολλάκις οὐχ ὁρᾶται. Multas enim relinquere facies, quòd parum aſcendat, Alcyonius.

Ἱπποκράτην τὸν χῖον, intelligit τὸν μαθηματικόν.

Παραπλησίως δὲ τούτοις.) Nam & ipſi cometam, vnum ex planetis eſſe putant.

Κόμην οὐκ ἐξ αὐτοῦ.) per ſe, vt coma pars ſit ipſius cometæ.

Ανακλωμένης πρὸς τὸν ἥλιον, dum reflectitur ad ſolem.

Ελκομένης ὑγρότητος, ὥσπερ κατόπτρου.

Υπολείπεσθαι.) ὑπολείπεσθαι οἱ πλανῆται λέγονται, ἣν αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς κινοῦνται κίνησιν, ἀνάπαλιν οὖσαν ἢ ὑπὸ τῆς ἀπλανοῦς περιφέρονται. ὅτι ταύτην τὴν κίνησιν ὑστερίζοντες φαίνονται.

Βραδύτατα.) τῶν ἄλλων πλανητῶν.

Οταν ἐκ ταὐτοῦ ſcilicet σημείου, eodem in loco.

Αλλὰ διὰ τὸ μικρὸν εἶναι τοῦ κύκλου.) τῶν κύκλων τούτων, tropici hyemalis & antarctici. Ἐπεὶ τοῦ τροπικοῦ τοῦ πρὸς τῷ νότῳ, τὸ ἔλαττον ἡμικυκλίου ὑπὲρ γῆν ἐστι, δῆλον ὡς τὸ κέντρον αὐτοῦ ἐστὶν ὑπὸ γῆν: Ἐξ ἀνάγκης οὖν ἡ συνισταμένη ἀναθυμίασις ἐν αὐτῷ ὑπὲρ τὸ κέντρον αὐτοῦ συνίσταται, ὥστε οὐ γίνεται ἀνάκλασις ὑπὸ γῆν ἐν τούτῳ οὔσης τῆς ἀναθυμιάσεως, οὐδ' ἄρα πρὸς τὸν ἥλιον ὑπὸ γῆν ὄντα, οὔτ' αὖ πλησίον ἢ τοῦ νοτίου μέρους, οὔτ' αὖ πόῤῥω πρὸς ταῖς θεριναῖς τροπαῖς. Καὶ γὰρ τότε ἐστὶν ὑπὸ γῆν, ὑφ' ἣν ἡ ἀνάκλασις οὐχ οἷα τε γίνεσθαι τῆς ὄψεως, διά τε τὴν προειρημένην αἰτίαν, καὶ τὴν τοσαύτην ἀπόστασιν. Ex Olympi. praxi ſexta: Cometa non fit (ſecundum illos) neq; ſole ad tropicum (cancri,) exiſtente, neq; ad tropicum auſtralem, ſi ſtella quæ comam recipit in oppoſito ſit. Sed neq; cum ſol intra tropicos eſt: licet ei ſtella illa tùm coniungatur, ſed tantùm quando coniungitur ei in parte boreali.

Τροπικῷ, ſcilicet Βορείῳ. Πλησιάζοντος, ſcilicet ἡλίου.

Επὶ θεριναῖς, hoc eſt, vel vbiuis inter tropicos.

Υπολειφθεὶς τύχῃ, cum autem ad Boream conſpicuum ſe præbuerit.

Περιφέρειαν.) tropici cancri. Τοῦ κύκλου μικρὸν.) tropici cancri.

Συμπίπτει λέγειν ἀδύνατα, συμβαίνει λέγειν ἀδύνατον.


Εν τῷ κύκλῳ ὑπολείπονται τῷ τῶν ζωδίων.) Sol ſub terra exiſtens æſtate, poteſt adhuc loca ſuper horizontem præſertim altiora, vt ſummos montes, diu & poſt occaſum, & ante ortum illuſtrare. Ergò radiorum eius refractio, etiam ad comam ſtellæ illuſtrandam tum temporis pertingere poteſt: hyeme verò non item. Cometam ſentiunt nō vbiq; habere comam, ſed tantùm ad Boream, cum illic ſol eſt: alibi etiam ſi appareat, planetam eſſe, non cometam.

A *Septentrio.*

1 *Dies æſtiuus.*

2 *Nox.*

B *Meridies.*



Οὐ πανταχοῦ ἴσχει, nimirum ſecundum illos.

Τοῦ κύματος ἔφοδον, vnde etiam vrbes quædam perierunt.

Τὴν σύναψιν, coitum planetarum.

Κομήτην τινες.) κόμην, Olympiodorus.

Εφεωράκαμεν.) poteſt & ἑωράκαμεν legi, vt paulò poſt.

Γὰρ ἐν τῷ ἰσχίῳ.) lego, καὶ γὰρ ἐν, in coxa.

Ανευ δύσεως.) πρὸ τοῦ δῦναι, ὑπὲρ γῆν ὄντες ἔτι, καὶ ὑπὲρ τὸν ὁρίζοντα.

Απομαρανθέντες, euanidi, defecti. Μέγας ἀστὴρ, paulò ante, μέγας κομήτης.

Τῇ μὲν πρώτῃ, poſtridie. Τῇ ὑστεραίᾳ, tertio die.

Οσον ἐνδέχεται, πρὸς ἐλάχιστον.

Αλμα.) διὰ δὲ τὸ τάχος τοῦ ὑπ' αὐτοῦ γενομένου φωτὸς, ἅλματι ἔδοξεν ἐοικέναι ἡ κίνησις αὐτοῦ καὶ

τοῦ· καὶ διὰ τοῦτο ἐκλήθη ὁδὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ γενόμενον φῶς, ὡς ταχὺ διοδεῦσαν καὶ παυσάμενον.

Επανῆλθε.) ἐπελείφθη.

Δημόκριτος, ſupra à principio cap. 6. σύμφασιν facit.

Αἰγύπτιοί φασι καὶ τῶν πλανητῶν, &c. Καὶ, abundat.

Οἱ γὰρ ἀστέρες κἂν, &c. συγκρινόμενοι ἀλλήλοις.

Εἶναι δοκοῦσιν.) διὸ οὐδὲ ὑπελθὼν ἄλλος ἄλλῳ ἀστὴρ ποτὲ, μέρος μὲν αὐτοῦ ἀφανὲς ποιεῖ, μέρος δὲ οὔ, ἀλλὰ πάντα ἀφανῆ ποιεῖ, præter Solem & Lunam.

CAPVT SEPTIMVM.

Επεὶ δὲ περὶ τῶν ἀφανῶν, &c. De Cometis, eorum cauſis ac differentia.

Αὐτή τε καὶ τοῦ.) αὐτό τε, vel αὕτη δὲ magis quadraret ſyntaxi. Alexander legit, ἥτις αὐτή τε, &c.

Εὔκρατος.) ἣ ἂν οὖν μάλιστα εὐκαίρως ἔχοι, ſupra capite quarto.

Σποράδων ἀστέρων; διαττόντων.

Πύκνωσιν.) ἤτοι ἐπιτηδειότητα πρὸς ἔξαψιν.

Τῶν ἄνωθεν κίνησιν, cœli. Ωστε ταχὺ, ταχέως.

Εκκαίειν.) ἐξάψαι τὴν πυκνότητα ταύτην, vt per magnum ſpacium. Sic enim φλὸξ foret.

Αλλὰ πλείων.) ἀλλ' ἰσχυροτέρα τῆς τοιαύτης, καὶ ἐπιπλέον διαμένειν δυναμένη. Συντελεῖ δὲ ἡ κάτωθεν ἀναφερομένη ἀναθυμίασις εὔκρατος πρὸς ἔξαψιν, εἴς τε διαμονὴν τοῖς κομήταις παρέχουσα, καὶ εἰς τὴν τῆς κόμης φαντασίαν.

Καὶ ἐπὶ πολὺ.) multo tempore ſcilicet durans.

Η τοιαύτη φορὰ, id eſt, exhalationis accenſæ.

Παραπλήσιον γὰρ τὸ γιγνόμενον, ſcilicet in traiectione ſtellarum. Traijciens & Cometa loco quidē & materia & efficiente non differunt, ſed figura, ſitu, & materiæ ſubſtantia, cuius huius craſsior & tenacior ſit quàm illius.

Πυρὸς ἀρχὴν ἐμβάλλοι.) fomitem, ſcintillam. Αεὶ γὰρ τοῦ πρώτου σβεννυμένου, τὸ μετ' αὐτὸ καιόμενον, ἕως ἂν ἡ χορηγία τῆς καλάμης ᾖ, φαντασίαν παρέχει ῥύσεως πυρός· οὕτως καὶ οἱ διάττοντες: Cum verò vapor is accenſus; denſus, & non palearum inſtar facilis conſumptu fuerit, ſed ignem retinet, hoc ipſum ſtellæ traiectum finit & prohibet traijci; incipit autem & conſtituit cometæ φορὰν; quæ cœlo mouente in circulum fit.

Επύκνωσε, denſum fuerit receptaculum, τὸ ὑπέκκαυμα.

Γένοιτ' ἂν ἀρχὴ τῆς φορᾶς, cometæ extremitas ſeu finis traijcientis ſtellæ.

Διαδρομὴ ἀστέρος ἔχων ἐν αὐτῷ.) Stella traijciens fit per fomenta diſperſa & ſeparata, quorum aliquid primum, aliud vltimum, alia media ſunt: quòd ſi fomenta hæc omnia colligantur, vt primum & vltimum ſimul ſint, iam non traijciens amplius, ſed comata ſtella naſcitur.

Υπὸ τῆς κινήσεως, attractatione. Οὐ γὰρ πρὸς αὐτοῖς, non tamen.

Τὸ χρῶμα φαινόμενον, ἐστὶν. Εστὶν, hoc eſt, reuera eſt.

Υπολειπόμενοι φαίνονται tardiores videntur.

Τοιαύτη γὰρ ἡ φορὰ τοῦ κόσμου.) δηλονότι οὐκ ἰσοδρομοῦσα τοῖς οὐρανίοις, οὐδ' ὁμαλῶς αὐτοῖς ἑπομένη, οὐδὲ ἀκριβῶς σφαιρικὴ.

Τοῦτο γὰρ μάλιστα. Quòd etiam ſine ſtella exiſtat, & non ſit refractio radiorum ſtellæ alicuius.

Ως ἅλω, an accuſatiuus eſt? Καὶ μὴ εἶναι, veluti halon quendam.

Πρὸς τὸν ἥλιον, quia etiam ad ſtellam fit.

Υστερον ἐροῦμεν.) Meteororum lib. tertio, cap. tertio.

Περὶ δὲ τοῦ πυρώδη, &c. non anaclaſin ſolùm. Καὶ διακρίνεσθαι, & diſsipari.

Λέγειν ἢ καιρὸς.) Meteororum lib. ſecundo, cap. quarto.

Ὁμοίως μὲν οὐ γίνεται.) ὁμοίως μὲν οὐ γίνονται οἱ ἐνιαυτοὶ ξηροὶ τε καὶ πνευματώδεις.

Ὁ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς, loco Thraciæ, Olympiodorus.

Ἀρθεὶς ἐξέπεσε.) ſcilicet ὑπὸ πνεύματος βιαίου ἀλλαχόθεν ἀρθεὶς, è monte raptus, & loco humiliore depoſitus, Olympiod. E nubibus interdiu, Geſ.

Ἰσημερινὸν κύκλον.) ὅπου σπανιώτεραι αἱ τοιαῦται συστάσεις.

Ἐφ' ᾧ, futurum tempus eſt; ἐφ' οὗ, præſens.

Καὶ ἡ τῶν ἄστρων κίνησις: τῶν πλανητῶν.

Ἐκκρίνουσα τὸ θερμὸν.) excernens, id eſt, ſeparans à terra exhalationem calidam, & attrahens. Διακρίνουσα, diſcutiens.

CAPVT OCTAVVM.

Ὅπως δὲ καὶ διὰ, &c. De circulo lacteo priſcorum opiniones primùm: deinde ſuam refert. Et obiter de cometis inſerta quædam.

TA περὶ τῶν ἄλλων.) τὰ παρὰ τῶν ἄλλων, pro περὶ, παρὰ lego.

Ὑπὸ τῆς φορᾶς αὐτοῦ.) αὐτοῦ. Poteſt verò etiam αὐτῶν legi; ſcilicet ἀστέρος τινὸς ἢ ἡλίου.

Οὐχ ὁρᾶν, non aſpicere.

Τούτων μὲν οὐ φαίνεσθαι τὸ φῶς.) Interdiu quidem hoc verum eſt, noctu non item.

Φαίνεται γὰρ μέγιστος.) μέγιστος καὶ ὑπὲρ τὴν ἀναλογίαν τοῦ κώνου τῆς σκιᾶς τῆς γῆς.

Μέγιστος εἶναι κύκλος.) ὢν, non εἶναι Olympiod. aliàs μέσον ὢν ὁ κύκλος: quid ſi, μένων ἀεὶ ὁ κύκλος?

Τῶν ἄστρων.) τῶν ἀπλανῶν.

Οὐκ ἂν πόρρω που ἀπὸ τῆς γῆς, &c. non vltra Lunam ſaltem.

Τὰ ἄστρα περιορᾶν.) Stellæ omnes, præter Lunam à ſole ſemper illuſtrantur: Luna verò aliquando deliquium patitur, ob vmbram terræ.

Τρίτη τις ὑπόληψις.) Videtur eſſe quarta: ſed primam & ſecundam in vnam redegit: aut fortè primam vt fabuloſam, ne numero quidem, vt neque refutatione dignatus eſt.

Λέγουσι γὰρ τινες, &c. Via lactea, via regionis vulgò, quòd tanquam regia via in cœlo ſit, qua Ouidius fabulatur iter eſſe dijs ad magni tecta tonantis. Huius defluuio (inquit Plin. lib. 18. cap. 29.) velut ex vbere aliquo ſata cuncta lacteſcunt, duorum ſyderum obſeruatione, Aquilæ in Septentrionali parte, & in auſtrina caniculæ. Ipſe circulus fertur per Sagittarium & Geminos: ſolis centrum infra æquinoctialem circulum ſecans, commiſſuras eorum obtinente hinc aquila, illinc canicula. Ideò effectus vtriuſque ad omnes frugiferas pertinent terras. Quoniam in his tantùm locis, ſolis terræque centra congruunt, ſi purus & mitis aër genitalem illum lacteumque ſuccum tranſmiſerit terris, læta adoleſcunt ſata. Secus, admixta amaritudo, vt in lacte, puerperium necat. Pontanus docet effici Galaxiam ex vaporibus depulſis à ſole & alijs Planetis ex Zodiaco, & collectis in vnum, atque ex ſtellarum quæ ibi multæ ſunt paruæ confertæque, impedito & retuſo lumine; vel confuſo, quæ multæ illic propter paruitatem & magnam diſtantiam ſeorſim cerni non poſsint. Per exhalationes igitur illas perpetuo ſtellis iſtis multis ſubiectas, tranſeunte viſu, talis ſtellarum illarum color per diaclaſin videatur. Sunt autem plures exhalationes ſub lacteo circulo, cum à planetis diſpulſæ illuc ſe colligunt, & non conſumuntur.

Ἀνάκλασιν ὄψεως πρὸς τὸν ἥλιον.) ab exhalatione aliqua ad ſolem, vel contrà à ſole ad exhalationem. Sic & Velcurio anaclaſin etiam.

Τὸν κομή-

Τὸν κομήτην.) vt Hippocrates de Cometa ſentiebat.

Απαν, ἐν τῷ) ἕκαστον τῶν εἰρημένων.

Εν τῷ αὐτῷ σημείῳ.) ἐν τῷ αὐτῷ μέρει τοῦ ἐνόπτρου ὄν, id eſt, in eodem loco, qui ſcilicet ſpeculo recta opponitur, non ad latus. Paulò ante per ἔνοπτρον, ſolem intelligit Geſnerus.

Μέρος τῆς ἐμφάσεως, ſplendoris.

Μηδ' ἐν τῷ αὐτῷ.) τῇ αὐτῇ χώρᾳ.

Ο δελφὶς.) qui circa lacteum circulum eſt.

Αλλὰ μὴ ἐν αὐτοῖς τι ἦν τοῦτο τὸ πάθος τοῖς τόποις.) Splendor à ſpeculo chalybeo in parietem repercuſſus, ſi ſpeculum maneat, etiam ipſe manebit eodem in loco: ſecus, mouebitur. Item manentibus qui ſpectant eodem in loco, multò magis manere ſplendor videbitur: cum alioquin longior receſſus aut propior aliam atque aliam diſtantiam apparere faciant.

Ετι δὲ νύκτωρ ἐν ὕδατι.) Atqui iris etiam licet ex refractione nata, aliam iridem efficere poteſt. Luna verò, quæ & ipſa ſplendorem â ſole mutuatur, etiam in aqua apparere poteſt: iridem verò ex repercuſsione de ſe gignere non poteſt. In alijs igitur, repercuſsionis repercuſsio fieri poteſt, in alijs non poteſt. Sed non hoc videtur hic Ariſtoteles dicere, ſed tantùm quòd refractio non poſsit noctu ab oculis noſtris, vel exhalatione aliqua ad ſolem fieri, cum Sol ſub terra eſt.

Τὸ δὲ τὴν ὄψιν, &c. Geſnerus poſt ὄψιν inter ponit τότε.

Τῶν μὴ ὁρωμένων, nimirum à ſole.

Διακρινομένου τοῦ ἀέρος, &c. attenuato aëre. Olympiodorus 4. epicheremata affert Ammonij, quòd lacteus circulus non ſit paſsio aëris contrà Ariſtotelem.

Υπό τινος τῶν ἀστρων.) ſub aliqua ſtella. ὑπὸ ſub, cum genitiuo, rarum. Ενδεδεμένων, fixarum, ſtellarum.

Τὴν τοιαύτην σύγκρισιν.) pro ἡ τοιαύτη σύγκρισις, ſcilicet ἀκολουθεῖ.

Ανάπτει.) ἀνάπτει.

Εκριπίζειν,) ἐξάπτειν καὶ ἐφέλκεσθαι. Propriè ſignificat ignē ventilando accendere.

Οτι μέγιστος ὤν.) pro ὁ μέγιστός τε ὤν.

Εν θατέρῳ, in meridionali.

Τὸ δίπλωμα ἔχοντι.) Duplicatio quædam & veluti appendix lactei circuli, vt pingitur, procedit ferè per 25. gradus à cygno vel lyra verſus ophiuchum, ſed in hæmicyclio Septentrionali. Olympiodorus δίπλωμα exponit locum, vbi plures & coniunctiores ſtellæ hæ ſunt.

Εν τε τῷ κύκλῳ τούτῳ γίνεται, nempe τὸ γάλα.

Εν ᾧ πλεῖστα κεῖται τῶν.) Id quod abundans, abundare aliquid ſecum facit, eiuſdem ſimpliciter cauſa videtur, vt humor graminis & herbarum.

Και αὐτοῦ τοῦ κύκλου.) καὶ αὐτοῦ τούτου πάλιν πλεῖον, γίνεται ἐν ᾧ (μέρει) πλειστοί τε καὶ μείζους ἀστέρες, &c. Alexander. Vel ſic: Quo præſente aliquid efficitur, abſente non efficitur, id effecti ſeu rei ſequentis potiſsima cauſa videtur.

Καταπεπυκνῶσθαι, id eſt, ὁ κύκλος.

Τοὺς δὲ σποράδας.) ſparſas, quæ non referuntur ad aliquod ſydus. Πολλὴ γὰρ σποράδων χύσις ἑλκεται ὑδροχόοιο, Aratus.

Δια τέλους ἔχειν φανερὰν, τελείως φανερὰν.

Περὶ τε τὸν τόπον τοῦτον, in fine huius capitis.) Περὶ γε τὸν.

CAPVT NONVM.

Περὶ δὲ τοῦ, &c. De cauſis pluuiæ nubiúmque nebulæ ac caliginis differentia.

KAὶ τῶν συμφαινόντων.) καὶ περὶ τῶν, &c. interpoſita præpoſitione.

Περὶ τὴν ἄνω γένεσιν.) ἄνω τῆς γῆς. nam ſi ſubtus terrã includatur aër, terræmotum facit: vapor autem vel aqua fontes & fluuios producit.

Ἄνω γένεσιν αὐτοῦ.) αὐτῶν, Olympiodorus.

Ἐν ᾧ φανερῶς.) Sol veluti cor cœli & mundi, ſemper in medio Zodiaci mouetur: planetæ alij non ſemper.

Διακρίνουσα καὶ.) διαλύουσα, λεπτύνουσα. Διακρίνουσα cum ſupra terram eſt, per ſe, ſuo calore. συγκρίνουσα cum infra terram. Sic gubernator nauis & ſeruandæ & perdendæ cauſa eſt: illud præſens per ſe, hoc abſens, per accidens.

Αἰτία τῆς γενέσεως, καὶ τῆς, &c. Huiuſmodi meteororum alia anni temporibus alijs fiunt, anni autem temporum & partium cauſa ſol eſt acceſſu receſſuque ſuo: quare & meteororum, vt aliâs fiant, aliâs non fiant.

Τῆς δὲ θερμότητος ἀπολιπούσης.) exhalatione calida & fumoſa.

Διὰ τὸ μετεωρίζεσθαι.) propter frigus illius loci: vt hæc ſit cauſa τοῦ ἀποσβέννυσθαι: vel eius quod ſequitur τοῦ συνίστασθαι ἐκεῖ τὴν ἀτμίδα.

Εἰς τὸν ὑπὲρ τῆς γῆς ἀέρα, in medium aërem.

Εἰς ὕδωρ.) μεταβολὴ ἡ σύγκρισις.

Νεφέλης περίττωμα.) τὸ ὑπολειπόμενον. An potius legendum, περὶ τῆς εἰς ὕδωρ συγκρίσεως. Ariſtoteles enim in lib. de mundo, ὁ μίχλη γίνεται ἤτοι ἐξ ἀραιώσεως ἀρχῆς νέφους, ἢ ἐξ ὑπολείμματος.

Ὁ κύκλος οὗτος, hæc viciſſitudo. Ἐκεῖνος, Sol. Οὗτος, ſcilicet κύκλος.

Ἄνω καὶ κάτω, aër in aſcendendo, aqua in deſcendendo.

Πλησίον ὄντος τοῦ ἡλίου, id eſt, æſtate. Ἀφισταμένου, hoc eſt, hyeme.

Κατὰ γε τὴν τάξιν.) οὐ γὰρ οὕτω ἐνδελεχές, ὡς καὶ μὴ διαλείπειν.

Τὸν ὠκεανὸν: ſimpliciter enim terram circumit. Ὠκεανὸς: παρὰ τὸ ὠκέως νάειν ἢ ῥεῖν, quod in mari non deprehenditur. Dicitur autem Oceanus pater rerum, nam ex huiuſmodi propè terram meteoris, pluuia, rore, omnia gignuntur.

CAPVT DECIMVM.

Ἐκ δὲ τοῦ κατ', &c. *Roris ac pruinæ cauſæ.*

ΔΙ' ὀλιγότητα.) διὰ τὸ ἔλαττον εἶναι τὸ ἀνάγον θερμόν, ἢ τὸ ἀναγόμενον ὕδωρ ἤτοι ἀτμίδα.

Πρὸς τὸ ἀναγόμενον ὕδωρ. Ad locum vnde primùm exibat vapor.

Πάχνη, ἡ ἀτμὶς παγῇ.) ætymon: vnde & πάγος & πηγή.

Ξηρανθῆναι τὸ ἀναχθέν.) proinde temperata potiſſimum anni parte ros fit, vt vere.

Ἐν εὐδίᾳ.) εὐδίαν opponit χειμῶνι, in cœli temperie & locis clementioribus.

Ὡς ἡ ἀτμίς.) ὅτι ἡ πάχνη ὑπὸ μείζονος ψύχους γίνεται, ἐνθεῦθεν φανερόν. τὸ θερμότητα πλείονα ἔχον, πλείονος πρὸς τὸ παγῆναι ψύχους δεῖται. ἡ δὲ ἀτμὶς τοῦ ὕδατος θερμοτέρα, &c. quaſi pruina tantùm ex vapore fiat, non item ros. Sed ros ſtatim ex vapore in aquam mutatur, quòd vel à paruo frigore fieri poteſt: pruina verò primo ſtatim vaporem ſuum in pruinam vertit, ad quòd maiori frigore opus eſt. Quanquam & hoc impugnari poteſt: calidius enim citius gelaſcit quàm frigidius, vt infra dicetur.

Αὐτὴν πῆξαι ſcilicet δεῖν.

Αἰτία δὲ μία: Cur in montibus non fiat.

Ὅτι ἀνάγεται ſcilicet ἀτμίς, ibi enim abundat.

Ὅτι διαρρεῖ μάλιστα.) ῥεῖ καὶ κινεῖται συνεχῶς συνεφελκόμενος καὶ αὐτὸς τῇ τοῦ παντὸς περιφορᾷ: τῇ κινήσει δὲ διακρίνει τὰς ἐν τούτοις τοῖς τόποις γινομένας ἀναθυμιάσεις. ὁ γὰρ κοῖλος ἀήρ, καὶ ὁ μεταξὺ τῶν ὀρῶν, ἐστιν ὁ μὴ συνεπισπώμενος ὑπὸ τῆς τοῦ παντὸς περιφορᾶς.

Σβέννυσι τὴν θερμότητα.) quæ alioqui exigua eſt in rore.

Τὸ θερμὸν ἀθροίζει, id eſt intra terrã colligit. Ατμίζειν μᾶλλον, ſcilicet τὴν γῆν.

Αλλὰ τὰ μὲν βόρεια.) ſed in alijs quidem locis Boreas refrigerans ſtatim vaporum efferentium ſe calorem ceu vehiculum, efferri & colligi prohibet. Auſter non item. Sed cur in Ponto etiam Boreas id non prohibet, qua multò frigidior quàm alibi? nimirum quòd auctus illic propter antiperiſtaſin calor minus impediri poteſt, quàm alibi, quin aliquouſque efferatur. Impeditur tamen & illic, rarò enim in Ponto ros eſt.

Αυτὸ δὲ τὸ ὕδωρ, nempe roris.

CAPVT VNDECIMVM.

Επειδὴν γὰρ ξία, &c. Quod ros & pluuia, pruina & nix; diuerſis in locis nata, eaſdem ob cauſas fiant, magnitudine tantùm differentes. Grandini verò superius natæ; nihil inferius natum reſpondet.

ΚΑὶ χάλαζα, ſed inferius quàm illa in ipſo nubis delapſu.

Τούτου δ' αἴτιον ὅ, τε τόπος πολὺς.) ὅ γε γὰρ τόπος ἐξ οὗ, τε ἀναφέρεται, καὶ εἰς ὃν ἀθροίζεται, πολὺς, καὶ ὁ χρόνος πολὺς, ἐν ᾧ, τε ἀναφέρεται, καὶ ἐν ᾧ ψύχεται.

Εφήμερος γὰρ ἡ σύστασις.) dies quæque veluti annus paruus eſt.

Σημεῖον ἐστι.) ſignum rei præſentis. Αντιποδίδωσι, reſpondet.

CAPVT DVODECIMVM.

Δεῖ δὲ λαβεῖν, &c. Grando vbi generetur, & quo tempore magis.

NVbes aliquando denſatur (& exprimitur) à frigore externo, & facit pluuiam: aliàs interno excluſo, & per antiperiſtaſin aucto, & fit grando, maius enim tale frigus eſt. Fortaſsis etiam ab vtroque denſatur, nam pluuia ſimul & grando fit, niſi inde ſimul pluuia cum grandine fiat, quòd grandines quędam parum compactæ ſint, eoque antequam penitus in terram lapſæ ſint, reſoluantur: aliæ duriores.

Εἶναι παράλογα, vbi εἶ interpretatur, ad ea ſequi.

Εστι ἡ χάλαζα κρύσταλλος.) Hoc cum verum & confeſſum ſit, ſequuntur tamen abſurda quędam, vt cur non potius hyeme fiat, & quomodo poſsit aqua ſuperius manere, vt congeletur. Illi reſpondetur, quod fiat per antiperiſtaſin aucto frigore aquæ, ob calorem aëris ambientis in nube inferius delabente. Hinc, quod non manens geletur, ſed in ipſo motu propter vim frigoris, vt aliquando etiam fluuij rapidi.

Καὶ ὅταν ἧττον ᾖ ψῦχος.) καὶ τότε, vel ἀλλὰ τότε, ὅταν ἧττον, &c.

Οὔτε γὰρ παγῆναι.) Atqui ſupra paulò poſt initium decimi capitis, dixit pruinam fieri congelato vapore antequam in aquam tranſierit: ſic etiam nix congelatur ſed alia ratio hic eſt. Pruinam enim non factam eſſe ex aqua, figura aquæ guttis diſsimilis indicat. Grandinem verô ex aqua fieri oportere, figura guttarum ſimilis indicat.

Πρὶν γενέσθαι ὕδωρ, id eſt, vt grando fiat.

Οὐδ' ὥσπερ αἱ ψεκάδες.) οὐδὲ ſcilicet τοῦτο δίοντι λέγειν. Ψεκάδες, atoma quædam & minima corpuſcula.

Τοῦ ἀέρος τὸ ὕδωρ, id eſt, αἱ λεπταὶ ψεκάδες.

Καταφέρονται ψεκάδες, καταφέρεσθαι ψεκάδας.

Τοῦτο δὲ, τοῦτο γὰρ. Επὶ τῆς χαλάζης.) ἔτι γὰρ οὕτως ἡ χάλαζα λεπτή.

Δῆλον, ſecundum ipſos. Τοσοῦτον ὕδωρ, in tantis guttis.

Οὐ γὰρ ἂν ἐπάγη τοσοῦτον.) ſcilicet μὴ μόνον ἄνω τὸ ὕδωρ. Μένειν δὲ ἀδύνατον διὰ τὸ βάρος: in magnis ſcilicet guttis, ſed neque in paruulis, gelarentur enim & delaberentur etiamſi paruæ eſſent.

Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ, hoc eſt, Anaxagoræ.

Διὰ τὸ λήγειν ποιεῖ.) pro λέγειν, λήγειν.

Διὸ καὶ θέρους μᾶλλον.) ἢ χειμῶνος: nam alioqui non admodum fit æſtate, niſi ea humidior fuerit quàm vt vapores exiccentur.

Συμβαίνει δ', &c. Ab initio & fine cap. 11. grandinem, pluuiam & niuem eodem in loco, ἐν τῷ περὶ τὰ νέφη τόπῳ fieri ſcribit, vt inferius rorem & pruinam: deinde hoc 12. cap. negat eodem in loco niuem & grandinem fieri. Niuem enim in altos montes cadere, grandinem non. An fortè nix & ſupra altos montes & paulo infra gigni poteſt: nam & nubes aliquando propè terram fieri paulò poſt dicit, grando verò infra tantùm: fit autem ex pluuia, quæ ſuperius inceperat. Aut dixerim niuem & pluuiam ſuperius fieri, rorem & pruinam inferius, grandinem inter vtraque. Καὶ τοῦτο μὲν οὕτως ἠπορείσθω. Velcurio ſic habet. In media aëris regione, primùm oritur grandinoſa nubes, *ita bis gelari oporteret*, quæ liquefacta in guttas demum congelatur in infima. Item, ſi grando fit ex nube, ergo in nubium loco.

Μάλιστ' αἰτίου τῆς πήξεως.) Quod ſi medius aër magis eſſet in cauſa, maiores inde grandines fierent: ſed hoc non fit, anguloſi enim, & inferiores grandines maiores ſunt.

Καὶ ἐν τῷ ἄνω γίνεσθαι τόπῳ.) in nubibus. ἐν τῷ τοῦ ἄνω τόπου σώματι, ἢ ἐν ταῖς νέφεσι.

Εἴσω τὸ ψυχρόν.) εἰς τὸ βάθος τῶν νεφῶν, vt calor in fulguribus & fulminibus.

Ἀντιπεριστάμενον, ἀποθούμενον. Ὥραις, ἡμέραις.

Λαβρότερα, impetuoſiores, ſchlegrägen: ῥαγδαῖα ὕδατα. Λάβρον, à λα, & βαρὺ, vel βορὰ, vel αὔρα, de vento. λάβρον ad impetum vel ictum: ἄβρον opponitur τῷ καθ' ὀλίγον.

Εἰς τὸν ψυχρὸν ἀέρα, ſurſum ad frigidum aërem.

Ὅταν δ' ἔτι μᾶλλον, magis quàm cum pluuia fit.

Ἀντιπερισταθῇ (ſcilicet τῷ θερμῷ) ἐντὸς τὸ ψυχρόν.) antiperiſtaſin patitur. Συνελαυνόμενον ὑπὸ τῆς περιεχούσης θερμότητος, ὡς πλεῖον ἐν τῷ βάθει γενέσθαι: καὶ εὐθὺς τῷ γενέσθαι τὸ ὕδωρ ἔπηξεν ὡς γενέσθαι χάλαζαν.

Ἔπηξε.) mox eandem aquam congelat.

Ὅταν θᾶττον ᾖ ἡ πῆξις. propter exceſſum frigiditatis.

Ἐν ἐλάττονι ἔπηξεν. in minimo tempore, aut etiam ſubito. Refrigeratio præcedens in tempore fit: congelatio, ſubito. vtrunque ſynecdochicè hic πῆξιν vocat.

Ἐγγύτερον, propius terram.

Καὶ οὐ πυκναὶ αἱ ψεκάδες.) Cum propè terram talis in nube antiperiſtaſis fit grandinoſa, ſo fallend groß tropffen/aber nit vil/oder dick in ein anderen/ quoniam inferiores prius deciderunt, vtpote ex proximo, quàm gignantur aliæ: vel quòd non ſic diuidantur in multas paruas, vt quæ ex ſublimi cadunt.

Πυκναὶ, rariores, non denſæ, vel non multæ.

Καὶ μετόπωρον, τοῦτ' ὀπώρα.

Ἐν δὲ τῷ ἔαρι ἔτι ὑγρὸν, ab hyeme ſcilicet.

Μετοπώρῳ ἤδη ὑγραίνεται) iam incipit humeſcere: eſt enim autumni pars vltima μετόπωρον.

Τὸ προθερμαίνεσθαι, nimirum ἐν τῇ ὀπώρᾳ.

Προθερμαίνεσθαι τὸ ὕδωρ, ἢ τοι τὸ νέφος ἐξ οὗ τὸ ὕδωρ.

Θᾶττον γὰρ ψύχεται.) Huc vſque extant Scholia Ioh. Gram. in primũ meteororum.

Εἰς τὸν

Εἰς τὸν ἥλιον τιθέασιν.) Sic qui aquam in vaſis circumpoſita niue refrigerare volunt, eam quàm maximè calidam vaſis indunt. Duo etiam vaſa ſimilia æqualem aquam continentia, ſi puteo immittas, quod calidiorem habebat, prior refrigerabitur.

Θερμὸν προκεχυσι.) προχέουσι.

Θερμὸν ᾗ γίνεται ταχύ.) Calidior aqua citius gelaſcit. Nubium aqua locis et temporibus calidis fit calidior: Ergò aqua in huiuſmodi locis citius gelaſcit, id eſt, in grandinem vertitur: Quamobrem locis frigidis & hyeme, nullæ paucęue ſunt grandines. Hanc ſyllogiſmi minorem non rectè Alcyonius vertit, hoc modo. Cum aqua gelu coacta temporibus locisque tepidis celeriter caleſcat.

Συνιστάμενον ὕδωρ.) ἀθροιζόμενον.

Τὴν Αἰθιοπίαν.) Cum illic ſiccißimæ æſtates ſint, quomodo vapores ibi conſiſtunt? an ab Eteſijs illuc transferuntur? ſic ait Olympiodorus.

Ραγδαῖα, impetuoſæ: ſupra, λαβροτέρα.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Περὶ δ' ἀνέμων, &c. De ventis, fluuijs, ac fontibus.

Ἐισὶ δέ τινες, οἵ φασι.) Vt Hippocrates in lib. de flatibus.

Ὕδατος καὶ πνεύματος.) ὕδατος, νέφους.

Τοὺς ποταμούς.) Ποταμὸς, ὅ ἐστιν ὁ πότιμον ὕδωρ ἔχων, τὸ τῆς θαλάσσης γὰρ ἁλμυρὸν καὶ πικρόν. Amnis à manando fortè (vt foris à fundendo) per metathefin: vel ab am, id eſt, circum, & nare, fluere: ſunt enim flexuoſi amnes.

Εἰ δ' ὁμοίως ἐνταῦθα καλεῖ.) Si verò vtraque hæc ex diuerſis principijs profluunt, Alexand. Ομοίως, hoc eſt, & venti & fluuij.

Κόμψευμα.) Ironicè. ſcitè dictum (hæc ſolertię eorum & ingenij oſtentatio. Κόμψευμα, ſcitamentū Gellio, ſcitè & argutè excogitatū orationis ornamentum.

Ἐπεὶ τοῦτό γε: ἐπεὶ pro ὥστε.

Τί τ' ἐστὶν ὁ ἄνεμος, fluxus exhalationis ſiccæ.

Γίνεται πῶς.) fit exhalatione ſicca diſsipata, & non inflammata, quòd fit cum altius euecta denſatur.

Καὶ τί τὸ κινοῦν.) ſcilicet ὁ κύκλῳ κινούμενος ἀήρ: non autem pugna partium terrenarum & ignearum in eo, vt Empedocles putabat.

Η ἀρχὴ αὐτῶν πόθεν.) ſupernè & non infernè, vel ex ſeipſis, non ex aliqua ſpelunca.

Κεραθῇ.) in margine aſcribitur, nullo ſenſu.

Ἐξ ἀσκῶν.) vt apud Homerum, Ἀσκὸν μὲν λῦσαν, ἄνεμοι δ' ἐκ πάντες ὄρουσαν.

Ἐξ αὐτῆς τὴν ἀρχὴν.) ἐξ αὐτῆς vel ἑαυτῆς.

Ομοίως δέ.) Digreditur longiſsimè ad fluuios & mare: & libro ſecundo demum cap. 4. ad ventos redit.

Τὸ πλῆθος, vim, copiam. Ποιήσας δῖον.) φαντάζομενος.

Τῷ καθ' ἡμέραν (ἑκάστην) Malim genitiuos. νοῆσαι τὸ πλῆθος τοῦ καθ' ἡμέραν ῥέοντος ὕδατος, &c. Ρέοντι, in mare ſcilicet.

Ὑπερβάλλοι ἄν.) ὅτι ὑπερβάλλοι.

Τὸ δεχόμενον.) ſcilicet ἀγγεῖον: enallage generis: vel τὸ δεχόμενον abſolutè, pro ἀγγεῖον.

Αλλὰ δῆλον, &c. Sunt quidem paſsim tales ciuitates: ſed torrentes tantùm faciunt.

Οὐ μὴν ἀλλ', Veruntamen. Axioma, Idem effectus ab eadem cauſa procedit.

Καὶ γίγνεσθαι, εἶ). Ἀλλὰ καὶ γίγνεσθαι, γεννᾶσθαι.

Ἔτι δὲ τοῦ μή.) ἀπὸ τοῦ μή. Vel μὴ δεῖ νομίζειν, ἀπὸ τοῦ, &c.

Ὑπάρχον ὄν, ὑπάρχον. Μὴ τοιαύτην.) μὴ, abundat.

Λίμνας τινάς.) appoſitio ad ἀρχήν.

Ἐκ μικρῶν.) ſcilicet ῥαιδίων χρὴ, ſcilicet oportet corriuari, confluere, vt in deſtillatione.

Πηδώσης.) ἀναπηδώσης, ἰδιούσης, ſcaturigines ſuas veluti ſudores colligente terra: ſudorem ſuum ex varijs locis in vnum tranſmittente. Aliâs legitur ἰδιούσης, id eſt, ἱδρώσης: aliâs πηδώσης, id eſt, πίδακας ὀργυώδεις ἐκβαλλει, Olymp. Riuo ſaliente ſitim reſtinguere, Vergil. Saliens abſolutè, ein Röꝛen / & ſynechdochicè ein Röꝛenbꝛunn / κρουνός.

Ὑδραγωγίας) aquilegos, hydrophantæ.

Κοίλην καὶ ὑπτίαν.) In terram recipi aqua poteſt bifariam: vel vt ſupina iacens terra & plana, ceu in ſpecum aliquem fluentem aquam recipiat: vel vt alta & accliuis, ſpecum quidem non habeat, ſed in multas paſsim cauernas ceu ſpongioſum corpus recipiat. Nil autem refert an vna magna ſit cauitas, aut multæ paruę.

Ὑπονόμοις, cuniculis. Διώρυξι, ſuffoſsionibus corriuant.

Πολλαχῆ δὲ διαπηδῶσι, aquis vel fontibus ſaliunt, & corriuant aquam.

Ἢ ὀρθὴν, accliuem.

Κυρτὴν, conuexam. Delenda verò parentheſis concluſio, quæ huic vocabulo poſtponitur, & poſt σώματος, ponenda.

Παρνασοῦ.) aliâs Paropamiſo. Parnaſſus mons Delphorum ſeu Phocidis in Græcia. Paropamiſſus, mons Aſiæ (Stephano Indiæ,) inter Ariam & Indiam. Eſt pars Tauri, vt & Caucaſus, quem tamen à Caucaſo aliqui ſeparant. Vide Onomaſticon, & Euſtathium.

Ἡ ἔξω θάλασσα.) rubrum, Olympiodorus.

Ἧς τὸ πέρας οὐ δῆλον.) Refertur vel ad montis ſitum, vel ad magnitudinem eius, vt qui tantum mare & immenſum viſui noſtro præripiat, vt illud niſi montem tranſierit, non appareat.

Ἐντεῦθεν.) ἐνταῦθα, Olympiodorus.

Ἄλλοι τε ποταμοὶ, minores nimirum.

Καὶ ὁ Φᾶσις, maximus fluuius. Βαθέων, vide circa finem capitis.

Εἰς τὴν λίμνην, Mæotin, ſcilicet, & ſubauditur δῆλον ὡς πόρρω οὖσαν.

Μέχρι τοῦ τρίτου.) Mane ſol ſtatim accedit, & veſperi tardè abit, vt intermedium ſpatium quo mons obſcuratur, quatuor tantùm horarum ſit, ſi in duodecim horas diuidas noctem. Quid ſi tertiam partem montis dicas illuſtrari ſole vtroque crepuſculo?

Ἕδρας.) loca humida & plana, habitationi apta.

Τοῦ δὲ πλήθους, πλάτους καὶ πλήθους. Κατοικεῖ.) κατοικεῖν potius.

Καλούμεναι ῥῖπαι. Iuxta Hyperboreos. Ripæi montes, partes ſunt Caucaſi, Euſtathius.

Ἐντεῦθεν, E Ripæis.

Αἰγὼν καὶ ὁ Νύσης) De αἰγὼν nihil reperio: neque Euſtathius quoque meminit. Νύσης, Olympiodorus Νύασης.

Νείλου ῥεῦμα τὸ πρῶτον. Fluit Nilus aliquandiu, deinde ſub terra latens, iterum emergit.

Ἐκ τοῦ Ἀργυροῦ.) è monte Lunæ, vt recentiores. Nilus fortè quod argenti ramenta deferat, ex montibus Argyreis oriri dicitur: & fortè hi prius Argyrei dicti ſunt à metallo, quod Lunæ ſacrum eſt: (vel à colore, vt alpes etiam ab albedine) Olympiodorus.

Ἐκ Πινδ...

Ἐκ Πίνδου, Peloponeſi monte, Olymp.

Νέςος, Stephano vrbs & flumen eſt Illyriæ: (aliàs Neſus, Νέσσος, Thraciæ fl.) vel Thraciæ fl. iuxta Abderam vrbem fluens; à Strymone. Vadianus de Neſto quædam habet.

Ἕβρος, Hebrus Thraciæ fl. in Rhodope iuxta Adrianopolin naſcitur, hodie Maritza.

Σκόμβρου.) de hoc nihil reperio. Strymon ex Aemo monte profluit, & Thraciam à Macedonia ſeparat. An Comber, qui mons eſt Thraciæ ſecundum Herodotum, Olympiod. In Herodoti indice nihil inuenio. Eſt autem mons.

Ὑψηλὰς ἐκ προσαγωγῆς, molliter accliues.

Ὅτι μὲν οὖν.) Concluſio.

Ἀλλὰ μὴ τὸ μὲν) καὶ μὴ τὸ μὲν ἀπῄει, flueret, plueret, fieret, &c.

Ἐξεμερίζετο.) expono, διεδίδοτο, diſtribueretur.

Μαρτύρει δ᾽ιότι, δηλοῖ, ὅτι

Καὶ γίγνονται οὕτως, &c. Εἰ γὰρ ἀπὸ κοιλιῶν ἐῤῥέον, οὐδ᾽ἐν ἧττον αὖ καὶ ἀπὸ πεδίων ἐγίνετο αὐτοῖς ἡ τῆς φύσεως ἀρχή.

Πλὴν ὅτι, Illud τι abundat πλὴν οὐ.

Ὥστε τοῦτο συμβαίνειν: Vt tota aqua inde effluat.

Ἤ εἴτις οἴοιτο, &c. E ſolis fontibus qui cernuntur implere fluuios

Τὸ ἐκείνας, nempe λίμνας: Τὸ ταύτας, nempe πηγάς.

Τὸ σῶμα τὸ τοῦ ὕδατος.) ſcilicet ῥέοντος: τὸ σῶμα copiam.

Ὅτι δ᾽ εἰσὶ τοιαῦται. addo καὶ; καὶ τοιαῦται.

Φάραγγες καὶ διαστάσεις: hiatus, & κοιλότητας.

Πλεῖστα τοιαῦτα, ſcilicet ῥεύματα. Εὑρίσκονται, vi viam ſibi faciunt.

Ὑπὸ τὸν Καύκασον λίμνη.) Mæotis, Olympiod. ſed eam nominauit præcedente folio verſu 45. Alexand. nihil. Quid ſi Caſpium?

Κόραξι: Coraxi in tabulis procul à Mæotide ponuntur ſupra Caſpium, ubi oſtium eſt Rha fluuij in Caſpium. Item Corax eſt mons & fluuius è Caucaſo in Pontum Euxinum. Corax fluuius è monte eiuſdem nominis parte Caucaſi fluit per Cholchidem in Pontum Euxinum: iuxta hunc fortè Coraxi populi fuerint, de quibus hic ſentit Ariſtoteles. Caucaſus videtur ferè medius inter Caſpium & Euxinum vel Mæotin.

Καταπίνεται τις ποταμός.) Padus (Plin. lib. 3. cap. 16.) è gremio Veſuli montis, finibus Ligurum, Gabienorum viſendo fonte profluens, condenſque ſeſe cuniculo &c. Nilus etiam καταπίνεται.

Πόῤῥω τῆς γῆς χέρσον.) Ὁ μὲν φιλόσοφος εἶπεν ἀπὸ τῆς μαιώτιδος λίμνης ἀριθμεῖσθαι εἶναι τὰ στάδια· ἐμοὶ δὲ δοκεῖ ἀπὸ τῆς παρακειμένης γῆς τῷ Πόντῳ ἀριθμῆσαι. Ἀπὸ γὰρ τῆς μαιώτιδος λίμνης εἰς τὸν πόντον πάνυ πολὺ ἐστὶ διάστημα, Olympiod.

Ἀναδίδωσιν, manat.

CAPVT XIIII.

Οὐκ ἀεὶ δ᾽ οἱ αὐτοὶ, &c. Cur loca ita mutentur, vt vbi prius terra fuerint nunc flumina ſint & contra: Et de cataclyſmis in vniuerſum.

Θάλαττα μὲν ὅπου χέρσος.) ὅπου ἦν χέρσος.

Περίοδον.) Vt cum æſtas magna fit, ideſt, omnes Planetæ in vno ſigno æſtiuo conueniunt, vehementes exiccationes eueniunt: contrà cum hyems magna, Olympiod. Περίοδον, ἀλλ᾽ οὐκ ἀτάκτως.

Ψύξιν καὶ θερμότητα. Aliàs aut aliæ telluris partes refrigerantur, aut caleſcunt.

Ταῦτα, nimirum ζῶα & φυτά.


Φθίνει διὰ τὸν ἥλιον.) id eſt, διὰ τὴν τοῦ ἡλίου περιφοράν: acceſſu enim ſuo auget ſeruatq́, diſceſſu cõtrà, vt conſtat in annuis. Diuturniora verò per plurium annorũ acceſſus creſcunt, & totidem decreſcunt, Aphrodiſ.

Διαμένειν, καὶ ἀκμάζειν.

Βιώσκονται.) vegetantur, εὐθηνοῦσιν infra.

Ὅπου μὲν γὰρ ἐξωθουμένη.) Συμβαίνει δὲ μέρη τινὰ τῆς θαλάττης ξηραίνεσθαι, ἀπολειπόντων τε τῶν ποταμῶν, καὶ ἐπιρρεόντων, Aphrodiſienſ. Ego ex Olympiodori ſententia ſic verterim. Nam vbi mare ex fluminum impulſu in alium locum (oppoſitum) redundabat, inde ſi recedat (cum ſcilicet fluuius ex aduerſo non amplius influxerit) ſiccum relinqui locum neceſſe eſt: Et vbi prius amnis capioſo influxu limo aggeſto facta erat arida, eam denuo ſtagnare, & mare fieri (cum tantundem in ſuum redeat locum, quantum aliunde diſceſſerat.) Ὅπου γὰρ ἐξωθουμένη ὑπὸ τῶν ποταμῶν vt in B ἐκπλεόναζεν, in alio ſcilicet loco oppoſito, vt in C ἀπιοῦσα, id eſt, cũ rurſus à C recedit, quod fit, non amplius influẽte fluuio in B nec amplius mari per ipſum impulſo, ξηρὰν ποιεῖν, nempe locum in C ἀνάγκη.

Ὅπου δὲ τοῖς ῥεύμασι πλήθουσα ἐξηραίνετο προσχωθεῖσα, id eſt, & locum illum qui prius fluuio influente & abundante, propter limum aggeſtum repletus & ſiccatus erat, πάλιν λιμνάζειν, hoc eſt, denuo mare fieri. A B fluuius, ab hoc influente, mare repellitur, tùm ab eius impetu tùm limo aggeſto, itaq; redundabit in alio loco oppoſito, in C & hoc magis magiſq́, cum limus ſemper accreſcat in fluente fluuio. At ſi non amplius influat fluuius, decreſcente limo, mare rurſus ad B redibit, & C relinquet aridum. A Fontis fluuij index eſt. Hęc Olympiodori expoſitio videtur, & magis mihi placet quàm Alexãdri, qui λιμνάζειν hîc exponit κατ᾽ ὀλίγον ξηραίνεσθαι.



Ἀπιοῦσα.) rectus abſolutus, Atticè.

Ὅπου δὲ τοῖς ῥεύμασι.) ὑποχωρούσης τῆς θαλάττης, τῷ μηκέτ᾽ ἐπιρρέειν τοὺς ποταμούς.

Προσχωθεῖσα.) limo inuecto oppleta, tota regio exaggerata ex limo Nili. χοῦς & χῶμα. videtur autem à verbo χόω: quod tamen ſimplex inuſitatum puto in hac ſignificatione.

Si Nilus adeò terram & limum conuehit, qui fit vt tam multis oſtijs in mare fluat, nec illa quoq; limo ſuo obſtruat? χειροποίητα ſunt. Vt in Italia canales ex Eridano & alijs fluuijs ducti. Vel vt Alexander, χειροποίητα φαίνεται ὡς ὕστερον γενόμενα, διὰ τὸ λιμνάζειν τὸν ποταμὸν τῆς θαλάττης τινὰ καὶ προσχώσεις. Vide paulò poſt πρόσχωσις. Fluuij augent terram & minuunt mare vel influentes aduecto limo: vel non fluentes illi, imminuto limo.

Λιμνάζειν.) κατ᾽ ὀλίγον ξηραίνεσθαι. Alexand.

Ἄλλαι δὲ νόσοις, λοιμώδεσι.

Καὶ ταύταις αἱ μέν.) καὶ ταύτων, & harum.

Ἐπιλελῆσθαι.) ὡς μηδένα τῶν ὕστερον ἀπαιρόντων μεμνῆσθαι ὅτι καὶ πρῶτοι τινὲς ἀπῆραν.

Ἀφῄρηται.) ſcilicet τοὺς ἀνθρώπους τὴν τῆς ἀρχῆς μνήμην.

Κανωβικοῦ.) τοῦ τῶν καταρακτῶν.

Θῆβαι καλούμεναι.) tanquam à præcipua vrbe: nimirum quod Memphis quæ poſtea præcipua fuit, vel nondum eſſet, & poſtea facta, vtpote mari vicinior: vel certè non tanta.

Πρόσφατος ὤν, tam propinquus temporibus noſtris,

Τηλικαύτης, tanta & tam populoſa.

Μεταβάλλει δὲ τοῦτο.) Τοῦτο id eſt, τὰ πρότερον ἀοίκητα καὶ ἑλώδη. Vel τοῦτο, hæc loci conditio.

Εὐκρατεῖς) εὔκράτως ἔχειν δοκοῦντες, Aphrod.

Ἡ μὲν Ἀργεία, &c. Opponit ſibi ἀργὸν & χρήσιμον.

Ἐντιμοτέρα ἦν, & regia ſedes Agamemnonis.

Ἡ μὲν γὰρ, nempe Mycenæa, & inutilis: τῆς δὲ, Argiæ.

Βλέποντες ἐπὶ μικρόν.) καὶ ἀπὸ μικρῶν περὶ τῶν ὅλων πειρώμενοι λέγειν.

Μεταβολήν.) μεταβολήν τε καὶ φθοράν.

Γιγνομένου τοῦ οὐρανοῦ: γεννωμένου: Οὐρανοῦ, mundus totus. Synecdoche.

Θάλατταν, vniuerſum mare. Πλείους τόποι, multi.

Ἐπιληλυθέναι, inundaſſe terram.

Οὐ τὴν τοῦ κόσμου γένεσιν.) Heraclitus & Stoici putabant incendium mundi aliquoties contingere: & hac opinione vſi etiam alia quędam de mundo ceu generabili & corruptibili dicebant (nimirum nunc humectari eum vel partes, cum gignerentur: contrà ſiccari, cum corrumperentur:

Κινεῖν τὸ πᾶν.) γεννητόν τε καὶ φθαρτὸν ποιεῖν.

Εἱμαρμένων.) ἀφωρισμένων.

Μεταβέβληκεν.) διὰ τὰς προσχώσεις, ἃς ποιεῖται. Σελλοί.) Homerus,

Ἀμφὶ δὲ Σελλοὶ Ναίουσ' ὑποφῆται ἀνιπτόποδες χαμαιεῦναι.

Selli aliâs, Elli, ijdem qui Dodonæi, Stephan. & alibi. Ellopiam regionem iuxta Dodonam eos incolere meminit, licet & alię ſint Ellopiæ. Inuenio etiam ſic. Sellæ oppidum Epiri, incolæ Sellani. Lucanus lib. 3.

Quercusq; ſilentes Chaonio veteres liquêrunt vertice Sellæ.

Τὸ μέγεθος τῶν &c. altitudinem. Vbi nota Ariſtotelem tria hoc in loco referre, & vnicuiq; ſuam proprietatem peculiárem ſubiungere, vt cum μέγεθος dicit, ei reſpondet poſt πλεῖστοι, &c. πυκνότητα, cui reſpondet, στέγουσι: & ψυχρότητα cũ dicit, ſubijcit ei reſpondens ψύχουσι.

Συστάσεις, moles.

Ἡ σομφαὶ καὶ λιθώδεις.) σομφὴ, ἤγουν ἀραιὰ γῆ, ἀπογαιοῖ τὸ ὕδωρ. Λιθώδης δὲ, ἤγουν ὀστρακώδης, οὐ δέχεται. ἡ δὲ ἀργιλώδης, ἐκπίνει, Olympiod. Montes quidam commodius generant aquam, ὅτι ἀραιοί εἰσι. hoc verò ſunt, quod ad meatus & ſpecus in eis: non autem ſubſtantia ſua, quemadmodum terra σομφώδης, ſuppl. ſicut...

Προαπολείπειν ſcilicet φαμέν.

Οἴεσθαι δεῖν τότε.) malim οἴεσθαι δεῖ τόπους, quanquam etiam ſequitur τόπων.

Τῷ χρόνῳ δὲ ταῦτα.) χρόνου δὲ προϊόντος, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐπομβρίας ἐξυγρανθέντα, ξηραίνεται μᾶλλον: τὰ δὲ ἔνυδρα φύσει, ἧττον. Quæ ſolis aquis pluuijs maduerunt loca.

Ἔφυδρα) τὰ ἔνυδρα φύσει.

Ἡ καταβολή.) propriè tempus eſt certum & præfinitum ſoluendi vel pendendi pecuniam aut vectigal (καταβάλλειν, τὸ ἐκτίνειν) inde & pro alio tēpore certo; vel temporis periodo capitur, vt cum medici καταβολὰς febrium nominant.

Καὶ διαξήρους.) ἢ διαξήρους.

Δῆλον ἐστι.) κοίλη γὰρ φαίνεται. Ταύτην: τὴν χώραν.

Ἐπειράθη διορύττειν.) vt ex Nilo in rubrum mare nauigari poſſet. Meminit & Herodotus lib. 2. Nō placet quod Olympiodorus ſcribit, vt perfoderetur locus inter mare rubrum & Aegyptium: nam eo etiam perfoſſo, fluuius non fuiſſet corruptus à mari.

Ὅπως μὴ διαφθαρῇ: ne inundaret etiam Aegyptus.

Τὰ περὶ τὴν Λιβύην, pro τῆς Λιβύης.

Ἀμμωνιὰν χώραν: Ammonia, mediterranea pars Libyæ: & tota Libya ab Ammone.

Κοιλότερα.) ἔτι τὸ τῆς θαλάττης ἔτι σώζοντα εἶδος.

Τῆς καθ' ἡμᾶς χώρας, an verſus mare mediterraneum?

Ἐγχώσεως.) à fluuio in mare effluente. Ἔγχωσις καὶ πρόσχωσις fortè differunt, vt illa fiat in ipſo mari, vnde aliqua palus intercipitur, & includitur. Πρόσχωσις verò ſimpliciter ad littora & ripas.

Λίμναι καὶ χέρσος: λίμναι primum, καὶ deinde χέρσος.

Χέρσου δέ: δὲ pro γάρ.

Τὸ ἐναπολειφθὲν, intercluſa, intercepta, incluſa.

Πλοῖα ναῦς.) tanquam aqua non amplius ita profunda ſit, vt magna nauigia capiat.

Ἀεὶ μὲν ῥεῖ, &c. ἤτοι ἐστένωται. Τὰ γὰρ στενὰ τῶν πελαγῶν, ὅταν ἑκατέρωθεν ἔχῃ πλατείας θαλάσσας, μεταρροίας λαμβάνει.

Τὸ ὄπισθεν, retro & intra τὴν ἠϊόνα.

Ὥσπερ ποταμὸν.) fluuium propter anguſtias aluei: ſed non propriè, cum ſit aqua ſalſa. Fretum, πορθμόν.

Οὔτε ὁ Τάναϊς, nec vllus alius vt cunque maximus fluuius.

Τὸ γὰρ ἔργον.) καὶ τὸ εἶναι. Διότι μὲν οὖν: Concluſio.

Αένναοι.) ad noſtram ſcilicet memoriam. ſimpliciter enim ἀεννάους eſſe negat.

Βόσπορος.) Thracium videtur intelligere, vtpote viciniorem & anguſtiorem, latitudo eius paſſus 500. Cimmerij vero latitudo 2500. paſſus.

ARISTOTELIS METEORORVM

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Argumentum.

De maris origine prima, opinio veterum theologorum, qui vt terræ radices quaſdam, ita maris fontes eſſe dicebant. Item Phyſicorum tres aliæ opiniones: prima mare ſedimentum eſſe primi humoris: altera ſudorem eſſe de ſuperficie terræ: tertia ſuccum terræ percolatum.

Περὶ δὲ θαλάττης. Cohæret cum fine præcedentis libri.

Καὶ τίς ἡ φύσις, an ſimplex vel compoſita.

Ἁλμυρὸν, cur ſalſum mare, & an ab initio ſtatim tale fuerit.

Ἀρχαῖοι.) vt Heſiodus, Διατρίβοντες, ſtudioſi.

Ποιοῦσι πηγὰς, nempe ἁλμυρὰς

Καὶ ῥίζας, &c. Montes Lunares, quos ferè ſpheram Lunę attingere dicunt, faciunt Fontes terræ, Olymp.

Τραγικώτερον.) magnificentius. Sic & Euripides Solem ait factum eſſe propter terram, & cœlum quoque.

Τὸ λεγόμενον.) mare ſcilicet fontes habere, non generari.

Περὶ τοῦτον συστῆναι τὸν τόπον.) Melius, περὶ τούτων συστῆναι τὸν τούτου χάριν· ὥστε οἴονται τιμιώτατον, &c. inde Homerus, Ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν καὶ μητέρα τηθύν. i. terram.

Τούτου χάριν οἴονται, mare ſcilicet fontes habere, non generari: quare Oceanũ faciunt γενετῆρα θεῶν, &c.

Σοφώτεροι.) notat theologos tanquam arrogantiores.

Τὸ πρῶτον ὑγρὸν.) Sed potius aër eſt τὸ πρῶτον ὑγρόν: aqua verò τὸ πρῶτον ψυχρόν. Vide libellum Plutarchi.

Οἱ δὲ τῆς ἁλμυρότητος.) nam & ſal & nitrum, & ſucci acidi in terra ſunt.

Οἷον ὑδρῶτα.) Cum calore.

Ἡθούμενον ὕδωρ.) etiam ſine calore.

Μιχθεί-

Μιχθείσης ἀυτῆς.) ἀυτῇ.

Ὑπαρχόντων, προειρημένων.

Τὰ μὲν ῥυτὰ: ἀπόῤῥυτα. fluidæ. Στάσιμα, ſtagnans. Ὑδάτων τὰ μὲν ῥυτὰ καὶ πηγαῖα πάντα: τὰ δὲ στάσιμα, ὧν πάλιν τὰ μὲν συλλογιμαῖα καὶ ὑποστάσης pluuiarum, fluminum. Τὰ δὲ πηγαῖα, vt putei.

Ταμιευομένον τὴν ἀρχὴν: genitiuus abſolutus. ταμιευομένου ſcilicet τὸ ὕδωρ.

Πλήθει, ideſt λίμναι: ὀλιγότητι, τέλματα.

Πάντων γὰρ ἀνωτέρω.) Melius, τῶν ῥυτῶν γὰρ ἀνωτέρω, &c. Nam in fluentibus fons loco altiore eſt, puteis verò humiliore. Πάντων γὰρ, ſcilicet τῶν ῥεόντων.

Αυτόματα ῥεῖται.) ῥεῖ τὰ, &c.

Εργασομένης.) contrà enim hæc, non ſecundum naturam vt fluuij deorſum, ſed arte & vi ſurſum fluunt. Ἐργασομένης, effodiente.

Αυτόματον δέ.) Antipophora ad eos, qui dicerent fortè ὅτι γίνεταί τινα στάσιμα πηγαῖα ἀυτόματα, καὶ οὐ χειροποίητα ὕδατα. Sed ſi quæ ſunt tales aquæ, exiguæ ſunt: mare verò copioſiſsimum.

Ἔτι δ' ἐπεὶ, &c. alia ratio. Συμμιγνύουσαι, coniunctæ.

Ῥέουσα δ' ἡ θάλαττα, &c. Mare vbi & cur fluat.

Ταλαντεύεσθαι, libretur. Κἀκεῖ.) pro κἀκεῖσε.

Πελάγει μικρὸν.) καὶ ἄδηλον. Ἅπασα κατὰ τὴν.) διὰ τὴν.

Πολλαπλασίαν χώραν ἀυτῆς.) τῆς θαλάττης, reliqui nimirum mediterranei maris poſt Aegæum. χώραν interpretatur, oras.

Διὰ τὸν πηλὸν.) ὡς δῆλόν ἐστι ἐκ τοῦ πηλοῦ, Aphrodiſ.

Ἄπνοα δ' ἐστὶν.) non fluida tamen eorum aqua videtur, Alexander. Olympiodori æditio habet, ἀπλᾶ δὲ οὐκ ἐστιν: non placet & in explicatione ſimiliter, οὐχ ἁπλοῦς ἐστι διὰ τὰ βράχη.

Ὥστε τὰ μὲν.) Mæotis & Pontus: τὰ δ' ἔξω.) ἔξω τῶν Ἀρκτώων μερῶν.

CAPVT II.

Περὶ δὲ γενέσεως, &c. De loco maris & ſalſedinis cauſa: & quare à fluminibus ipſum ingredientium non reddatur maius: & quod Sol non alatur ab humore: neq; aër & cælum inde generentur vel augeantur.

Μεριζόμενον.) ſcilicet ἕκαστον. Μεταβάλλει, moueantur.

Τὸν μετὰ τοῦ πυρὸς.) lego τὸ μετὰ τὸν τοῦ πυρὸς τόπον.

Κεῖται φανερῶς.) vel κινεῖται.

Ὕδωρ. τοῦτο πότιμον.) vt aqua ſimplex & ſyncera eſſe debebat.

Τὸ δ' αἴτιον, &c. Cauſa verò ſalſedinis maris explicata, &c.

Καὶ περὶ θαλάττης: interponit, καὶ ἅμα περὶ, &c.

Τὴν πρώτην λαβεῖν.) fortè pro ſimpliciorem & cõmuniorem: accuratius enim poſtea dicet.

Οἱ πλεῖστοι λέγουσι.) ſiue omnino, vt multi dicunt, qui æthérem ſcilicet ignẽ faciunt: ſiue vt nos, corporum quæ recto feruntur ſecundum naturam motu.

Εἴρηται πρότερον.) in ſermone de pluuia.

Ἀεὶ βούλεται, perpetuò appetit.

Διὸ καὶ γελοῖοι, &c. Digreſsio quod ſol non alatur humore: nam humor omnis relabitur.

Ἥλιον τρέφεται, neq; enim conſumitur is humor, ſed relabitur.

Τὸ δ' ὑγρὸν τῷ, &c. contraria enim contrarijs aluntur.

Τὴν ἄνοδον, &c. vel πρόσκρισιν τοῦ ὑγροῦ.

Διὰ συνεχοῦς.) ex continua humidi in ſiccum mutatione.

Εφ' ἡμέρῃ, καθ' ἡμέραν.

Ε'πι δ' ἡ ὑπὸ &c. Solem non nutriri vaporibus à ſe attractis.

Τὸ ὑποκείμενον.) τὸ ὑποκαῖον καὶ θερμαῖνον τὸ ὕδωρ, Alexand. ὑποκαιόμενον, æditio filiorum Aldi.

Τὸ δ' αὐτὸ συμβαίνει, &c. Contra eos qui putabant ex calefacto circa terrã humore, gigni aërem, & augeri cœlum: ſimiliter quia humor omnis relabitur.

Τὰς τροπὰς αὐτοῦ, aëris vel cœli.

Αποδιδῷ, reddatur. Αποδίδωσι, redditur, relabitur.

Πᾶν τὸ ληφθὲν.) λειφθὲν videtur Alexander legiſſe: nam ὑστερῆσαν tranfert.

Μετὰ τὴν γένεσιν.) poſtquam ex humore genitus eſt primum, vt primus aër.

Τοῦ δὲ γιγνομένου.) Τοῦ δὲ ὕστερον ἐπιγινομένου, τρεπομένου πάλιν, καὶ μεταβάλλον ὡς εἰς ὕδωρ. Διαλυομένου, ſcilicet ὑγροῦ τοῦ ἀναφερομένου.

Τὸ μὲν οὖν πότιμον, &c. Redit ad propoſitum, cur mare ſalſum.


Ὡς ἕκαστον πέφυκεν, pro ſingulorum natura: ὡς πέφυκεν, Alexand.

Α'τοπον, abundat. Τὸ μὲν, dulce: Τὸ δ' terreſtre.

Τὸ δὲ ζητεῖν τὴν &c. Cur mare non augeatur, tot tantiſq; aquis influentibus.

Αποβλέψαντι.) aliâs ἐπιβλέψαντι.

Τὸ δ' ἐν φαίδωνι.) Plato in Phædone originem aquarum omnium, volebat eſſe in tartaro quodam, in voragine ſubterraneo, pluuijs aquis repleto. Hoc refutat Ariſtoteles. 1. quia nulla tanta cauerna tot pluuias caperet. 2. quia nuſquam in terra apparent huiuſmodi cauernæ plenæ aquæ: apparent quidẽ alicubi particulares & paruæ, vt torrentium, vniuerſalis verò nulla. Argumentum verò ſeu demonſtratio Ariſtot. quòd nõ omnes aquæ ſub terra oriantur ab vno principio ſeu fonte, qui Tartarus appelletur, contra Platonem, eſt talis. Si à centro ſeu tartaro fluẽs aqua, ab eadem parte redeat, vt in figura A, primũ aſcẽdere dicetur, cum à centro fluit: deinde rurſus deſcendere cum ad centrum redit: quod



abſurdum eſt, vt idem fluuius aſcendat (contra hoc, ἄνω ποταμῶν, &c.) & deſcendat. Quod ſi etiam ab aduerſa parte redeat, idem abſurdũ conſequetur, vt in figura cui B præpoſitũ eſt, primum ſcilicet à centro mouebitur, & rurſus poſtea verſus centrum. Vel ſimpliciter dicendum vtcunq; oriantur, ſi oriuntur à cẽtro, ſurſum fluunt aquæ, quod abſurdum eſt. A vtrobiq; intra circulum poſitum pro ortu fluuij, & B ubi redit.


Ὡς ἄλληλα μὲν &c. Alexander interponit, ὡς εἰς ἄλληλα, ſcilicet τὰ ὕδατα.

Πλῆθος, appoſitio.

Ε'πιρρυσιν, Alexander ἐπίῤῥυσιν καὶ ἀπόῤῥυσιν.

Τὴν κάθεσιν.) τὴν ἄνωθεν εἰς τὸ κάθω ῥύσιν, Alexand.

Συμβαίνει δὴ.) Refutatio. Si aquæ & fluuij oriuntur à tartari fluctuantis motu, is autem aliâs in aliam partem fluctuat: fluuios quoq; oporteret aliâs ab alijs,



tartari ſeu medij locis profluere, quod abſurdum eſt, & aliquando etiam ſurſum fluere, quod abſurdiſsimũ, vel prouerbio teſte. Α'νω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί. Eſto A centrum mundi, & tartari ambientis medium, & effluat fluuius iuxta B vertaturq; verſus D è regione centri, hactenus ſcilicet deſcendet, cum verſus cẽtrum moueatur: & rurſus à C ad D aſcendet, à centro ſcilicet, & rurſus à D ad A deſcendet, ſed hæc ſunt abſurda. D Superius hemiſphærium. B inferius, vt etiam in vtraq; figura, prius poſita: A & B.

Ρεῦσοῦνται κάτωθεν.) ab inferiore loco, nobis ſcilicet inferiore, non vniuerſi reſpectu.

Ἄνω ποταμῶν,&c. Vide in prouerbijs Eraſ. Surſum fluuiorum vertuntur fontes: non opus eſt addere, ſacrorum, tanquam epitheton poëticum, vt extat apud Euripid. in Medea: de ijs quæ præpoſterè fiunt, vel quæ modum & ordinem legitimum aut naturalem non ſeruant, vt ſi ſeruus, diſcipulus, filius imperet, domino, magiſtro, parentibus, &c.

Τὸ γιγνόμενον, τὸ γιγνόμενόν τε καὶ ὑόμενον ὕδωρ.

Ἀφανισθῇ.) enallage numeri. Διὰ κοίλης.) per loca humiliora.

Ἑκάστου τῶν ποταμῶν.) malim ἑκατέρου, id eſt, tùm Nili tùm Danubij.

Καὶ διὰ τίν' αἰτίαν.) τὸ μὲν πότιμον ὕδωρ οὐκ ἄλλο, πλὴν ῥέον: τὸ δὲ (ſcilicet ἁλμυρὸν) ὑπομένει. Vbi pro ἄδηλον πλὴν ῥέον, potius legendum, οὐκ ἄλλο, πλὴν ῥέον. Aqua fluens (& lacus à fluente aqua effecti) ſola dulcis, nec immeritò, cùm ſemper noua ac recens accedat, eaqꝫ ex fontibus orta, qui ex dulci aqua & à pluuijs maximè aucta (terræ montanæ cauernas ingreſsis, & ad fontem corriuatis, poſtquam percolatæ & partim in vapores verſæ fuerunt) Marina verò ſalſa eſt, tanquam remanens ſemper in ſuo loco, &c. nam licet à fluuijs accedat ſemper dulcis, tamen ea videtur leuitate ſua ſupernatare, & diſpergi, diffundiqꝫ, ac ita mox exhalare & rapi à ſole & calore.

CAPVT TERTIVM.

Περὶ δὲ τῆς ἁλμυρότητος, &c. *Mare perpetuum fore, nec vnquam totum exiccatum iri. De maris ſalſedine opiniones veterum; quomodo ea gignatur. Vnde fontes ac flumina diuerſos ſapores habeant ac colores.*

Τῶν Αἰσώπου μύθων.) adderem conſtructionis cauſa ἄτοπον, vel tale quid: & mox, καὶ τῶν Αἰσώπου μύθων οὐθὲν διαφέρον λέγειν ἔοικεν, &c. Sic & Alexand.

Ὑπολείποιτο.) ſi à mari ſemper aliquid attraheretur à ſole, & nihil rurſus decideret, fortè aliquãdo defecturũ eſſet. Ergò ἀναγκαῖον, vt ſemper aliquid relabatur.

Καὶ πάλιν ἀναχθῆναι, &c. Oportebit quandiu ſol & mundus erunt, ſicut ab initio humor dulcis eleuatus eſt, & quod craſsius erat relictum, & quod eleuatum erat rurſus decidit, ac rurſus aſcendit, &c. neqꝫ enim quoties hoc fiat dici poteſt, ita etiam deinceps fieri.

Ἐκεῖνο πρότερον.) τὸ καὶ πρῶτον ἀνενεχθέν.

Παύσει τῆς φορᾶς.) παύσει τις τῆς, &c.

Καὶ προανελθόν.) melius τὸ προανελθόν.

Γινομένων ὕδατος.) quod cum loca aliqua aquis inundauerint, ijs rurſus cum tempore abſumptis ſicca relinquuntur.

Ἔσται τοὐναντίον, ſiccitas erit: καὶ ὅταν γένηται. ſcilicet τοὐναντίον, &c.

Καὶ τοῦθ' οὕτως, καὶ: vbi καὶ poſterius abundat, aut ὡς vel κατὰ legendum.

Περὶ δὲ τῆς ἁλμυρότητος, &c. Mare non potuiſſe factum eſſe, & ab initio ſtatim ſalſum.

Reliqua capita ſecundi huius Meteororum libri, itemqꝫ tertij totius, nullis aut raris ſcholijs à Geſnero ſunt illuſtrata, quæcunqꝫ tamen fuerint, ne quid deficiat, appoſuimus.

Ἀλλ' ἢ τοῦ ἁλμυρὰν εἶναι, &c. An legendum? ἀλλ' ἢ τῷ μὴ, &c. ſic & Olympiodori textus.

Ἠ ἐν ἀγγείοις, matulis vrinarijs.

CAPVT QVARTVM.

Περὶ δὲ πνευμάτων λέγωμεν, &c. *Redit tandem ad ventos, de quibus docetere cœperat ſupra lib. 1. cap. 13. & docet eorum cauſas & generationem.*

CAPUT QVINTVM.

Ο῾ δ᾽ ἥλιος, καὶ παύει, &c. *Cur ceſſent venti quandoq́, moueantur quandoque. Vnde, & quo tempore quiſq́ flare ſoleat.*

CAPVT SEXTVM.

Περὶ δὲ θέσεως αὐτῶν, &c. *De ventorum ſitu: qui ſint inter ſe contrarij: de ipſorum natura & complexionibus.*

CAPVT SEPTIMVM.

Περὶ δὲ σεισμοῦ καὶ κινήσεως, &c *De terræmotu opiniones tres.*

CAPVT OCTAVVM.

Α᾽λλ᾽ ἐπειδὴ φανερὸν, &c. *Terræmotus cauſa & generatio. Et quod ab exhalatione procedat ſigna decem.*

Καὶ τὸν φέψαλον καὶ τὴν τέφραν, an potius, τόν τε ψόλον.

CAPVT NONVM.

Περὶ δὲ ἀστραπῆς καὶ βροντῆς, &cæt. *De tonitru & fulguratione veterũ opiniones.*

ARISTOTELIS METEORORVM

LIBER TERTIVS.

GESNERVS neq́ in hunc tertium multa obſeruata aut annotata reliquit, proinde præter eius in capita diſtinctionem, & argumenta in eadem, nihil aut pauca dare poſſumus. In quartum verò, qui difficillimus eſt omnium, plurimum operæ poſuit, vt videbitur poſt.

CAPVT PRIMVM.

Ecnephiæ & Typhonis cauſæ. Eorum generatio & differentia, & fluminum ſpecies.

Alcyonius in fine quarti libri Meteororũ: cauſã reddit cur in hoc tertio libro pauca diagrammata ſiue deſignationes addiderit: cum alij multa apponant, quæ in Ariſtotele & eius interpretibus nulla ſunt, barbarè & rẽ & verba tractantes.

Η῾ττον δ᾽ ἐκκριθῇ λεπτὸν: ἧττον δὲ λεπτὸν, ideſt παχύτερον.

Καλεῖται δ᾽ αὖ ἀχρωμάτιστον, ἀνεκπύρωτον.

Εκνεφίας ἀπεπτος: pro ἀδιάκριτος ſcilicet τοῦ νέφους, ideſt non ſeparatus à nube, quam ſecum trahit: nam ecnephias ab ea ſeparatur.

CAPVT SECVNDVM.

Περὶ δὲ ἅλω καὶ ἴριδος, &c. *Halonis cauſa, generatio & accidentia.*

CAPVT TERTIVM.

Πρῶτον δὲ περὶ τῆς ἅλω, &c. *Halonem eſſe circulum, & quid denunciet.*

CAPVT QVARTVM.

Η῾ δ᾽ ἶρις ὅτι μὲν, &c. *De iridis accidentibus, tùm cæteris, tùm coloribus: & de eius ad Halonem differentijs.*

CAPVT QVINTVM.

Ο῞τι δ᾽ οὔτε κύκλον, &c. *Iridis proprietates aliquot.*

CAPVT SEXTVM.

Τὰς δ᾽ αὐτὰς αἰτίας, &c. *Virgarum & pareliorum cauſa & generatio.*

Ο᾽ρυκτὰ

Ορυκτὰ.) Ο'ρυκτὰ, videtur generalius accipiendum, ſic. Foſsilium alia fundi, aut malleo duci poſſunt, & dicuntur metalla. Alia non poſſunt & ſeruant nomẽ generis. Agricola videtur ὀρυκτὰ, genus facere ad μεταλλευτά.

In terra naſcentia alia ſunt

- *Ορυκτὰ, ab exhalatione ſicca, vt lapides, ſandaracha, ochra, &c.*
- *Μεταλλευτὰ, ab exhalatione vaporoſa, τὰ χυτὰ, ἢ ἐλατὰ, quanquam aliqui lapides fundi dixerint & ſalem.*

Χυτὰ.) an χυτὰ ab igne tantùm: τηκτὰ verò etiam ab aqua? vt ſal ab vtroq;.
Ο'ταν ἀποκριθῇ.) cũ à calida aut ſicca aſpiratione euehẽte diuelluntur, Alcyon.
Μόνος οὐ πυροῦται.) Non candeſcit, fortè propter colorem id non percipitur: alioquin etiam cauteria cum auro fiunt: & vt intelligatur, quando ſatis ignitum ſit, ferrum ſimul igni imponitur. &c.

ARISTOTELIS METEORORVM
LIBER QVARTVS.

QVARTVS hic Meteororum liber debet collocari poſt Meteora, vt ſit primus de mixtis perfectis, ante tractationem de metallis, plantis, & animalibus. Horum enim omnium hic mentio fit, tanquam in generaliore libro, Niphus. Aphrodiſeus verò vult, poſt hunc ſtatim ſequi librum de partibus animalium, quod in eius operis ſecundo libro, de partibus ſimplicibus & compoſitis agat. Ego Niphi ſententiam magis probo: idq; hac potiſsimum ratione. Dicit Ariſtoteles hoc quarto libro, capite ſeptimo, τῆς ἀναθυμιάσεως τῆς ἑκατέρου ἐγκατακλειομένης, ὥσπερ εἴρηται. *Dixerat autem hoc in fine libri tertij Meteororum. Quare hic liber rectè poſt tertium meteororũ collocatur. (Geſnerus in Bibliotheca ſua vbi de Ariſtotele ſcribit & eius libris, aliter ſentit quàm vel hic vel in tertio Meditationum de Meteoris: mutauit igitur poſtea ſuam ſententiam, vt videre hic eſt) Titulus tamen non rectè habet, quod ſit quartus Meteororum. Ego inſcribendum ita cenſuerim. De calidi & frigidi actionibus: deq; humido & ſicco, & quæ ſecundum ea fiunt paſsionibus, & paſsiuis qualitatibus ſecundis, & partium ſimilarium differentijs ac definitionibus.*

Vel breuius:

De qualitatum primarum actionibus & paſsionibus: & partium ſimilarium differentijs & definitionibus. Vide præcedenti lib.3. quoque de loco & ordine huius quarti libri poſt meteora ſtatim ante lib.4. tabulam.

CAPVT PRIMVM.

Ο'τι τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ποιητικά: τὸ δὲ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν παθητικά: καὶ ὅτι ἡ ἁπλῆ καὶ φυσικὴ γένεσις τούτων ἐστὶν ἔργον. Καὶ ὅτι τῇ ἁπλῇ γενέσει ἐναντίον μάλιστα κοινὸν σῆψις ἡ σαπρότης. Τοῦτο γὰρ τέλος ἁπάντων, εἰ μή τι βίᾳ φθαρῇ, Καὶ περὶ σήψεως ἐφεξῆς πλείω.

Ἐπεὶ δὲ τέτταρα) Ἀνανταπόδοτον, vel, δὲ, proximè ſequens abundat: vel vt ſit hyperbaton, referaturq; huc, quod ſequitur verſu 35. διωρισμένων δὲ τούτων, &c. Potius reponendum cenſuerim. Ἤδη δὲ τέτταρα.

Αἴτια τῶν.) calidum, frigidum, humidum, ſiccum.

Στοιχείων.) καθ' ἃ εἰδοποιεῖται, licet non propriè εἴδη.

Ο'ρίζουσαι denſare, καὶ συμφύουσαι, ἑνοῦσαι.

Κοινὰ δὲ ἀμφοῖν.) vt lutum, cera. Συγκριτικὸν, condenſans.

Τὰ εἴδη, πάθη καὶ αὐτῶν κατ' εἴδη διαφορὰν, ſecundum ſubſtantiam.

Τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν παθητικὸν: Galenus cùm alibi, tum lib.1. de naturalibus facultatibus, quaſi contra Ariſtotelem contendit, non ſolum cal. & frigidum, ſed etiam humidum & ſiccum qualitates eſſe efficientes: quod tamen Ariſtoteles nõ

negat ſimpliciter, ſed comparatione harum qualitatum inter ſe facta, has efficientes, illas patibiles dicit.

Καὶ ἡ φυσικὴ μεταβολή.) & quæuis naturalis mutatio, vt incrementa plantarũ, & mutationes & coctiones, &c. item animalium.

Φθορὰ κατὰ φύσιν.) per ſenectutem & refrigerationem, & imbecillitatem.

Αὗται μὲν οὖν.) An ἡ φθορὰ καὶ ἡ γένεσις: compoſitis enim corporibus hæ magis conueniunt quàm ſimplicibus: cum hæc non ſimpliciter, ſed ſecundum partes tantùm generentur & corrumpantur. Vel αὗται αἱ δυνάμεις πρῶται, calidũ, frigidum, humidum, ſiccũ. Sunt enim omnes quatuor in compoſitis corporibus: in elementis verò binæ.

Ὅταν ἔχωσι λόγον ἐκ τῆς.) μετὰ τῆς. Cum certa cõmoderatione ſe habent ad rei generandæ materiã, ſiue humiditatẽ & ſiccitatẽ cuiuſuis rei. Oportet enim quod patitur diſpoſitum eſſe & idoneum agenti, vt tale vel tale opus ex eo fiat.

Αὗται δ᾽ εἰσὶν, materia pro αὕτη.

Τῇ δὲ ἁπλῇ γενέσει) ideſt totius corporis (ἐναντίον μάλιστα σῆψις.) Cur non φθορά: quia φθορὰ etiã ad accidentia pertinet, vt & γένεσις: ſed dicendũ eſſet ἡ ἁπλῆ φθορά. ſed σῆψις cõmodius vno verbo dicitur. Videtur enim omnis ſecundũ naturã corruptio, aut σῆψις, aut via ad eam. φθορὰ verò etiã de violento interitu (vt cõbuſtione, cõtritione) dicitur. Priuatim dicitur σῆψις de partib. pereuntibus, ὅταν χωρισθῇ τῆς φύσεως, id eſt, τῆς ἐν αὐτοῖς κινητικῆς ἀρχῆς. Θοιοῦτον δὲ τὸ ἐν ἑκάστῳ θερμόν. Sed cum σῆψις fiat cum materia, & quæ in ea ſunt qualitates, caloris vim ſuperant, quod in igne accidere non poteſt, relinquitur ignem eſſe ἄσηπτον. Item σῆψις eſt ἡ τοῦ ἐν τῷ θερμῷ ὑγροῦ φθορά, οὐδὲν δὲ ὑγρότητος ἐν τῷ πυρί.

Τῶν ἄλλων ἁπάντων.) compoſitorum & naturalium corporum.

Τῷ ὑγρῷ τὸ ξηρόν: humidum diffluit, niſi ſicco admixto terminetur.

Τοῦ ὁρίζοντος, τοῦ ξηροῦ. Τὸ ὁριζόμενον: ὑγρόν.

Διὰ τὸ περιέχον.) ideo quod maior caliditas ambientis, eam quæ in eo quod perit eſt minor, conſumat, Aphrod.

Σήπεται πάντα τὰ ἄλλα.) ſcilicet μέρη χωρισθέντα.

Ἢ τοῦ περιέχοντος, vt æſtate. Κατ᾽ ἔνδειαν πάσχει, nempe τὰ σηπόμενα.

Ἢ δ᾽ ἐνδεὲς: ἡ, vel ᾗ, quatenus.

Ὥστε οὐδὲν ἰσχύει.) id enim demum vincit quod mouet, ſed imbecillius mouere non poteſt.

Οὔτε τὸ πεπηγός.) ſcilicet σήπεται. quod conglatiauit. πεπηγὸς abſolutè poſuit, pro congelato à frigore, paulò ante dicens, ea minus putreſcere, &c.

Ἢ ὁ ἀὴρ θερμόν.) quoniã in rebus glacie aſtrictis maior eſt frigiditas quàm externa caliditas ſit: itaque vinci ab ea & moueri non poteſt.

Ἀσθενεστέρα γὰρ γίνεται.) τῆς γὰρ ἐν τοῖς ῥέουσί τε καὶ κινουμένοις ἐνυπαρχούσης θερμότητος ὑπὸ τῆς κινήσεως ζωπυρουμένης, ἀσθενεστέρα γίνεται ἡ ἐν τῷ ἀέρι τῷ περιέχοντι θερμότης, Aphrod. mihi hæc ratio nõ placet. An quod aër ambiens motu aquę vẽtilatus temperatur minuſque calidus eſt. Vel quod maior κίνησις ſit in aqua, & fortior (grauiora enim & denſiora omnia, fortius mouentur quàm rariora vel leuiora.)

Ἐν τῷ πράγματι (in aqua fluente) προϋπαρχούσης.) an θερμότητος vel κινήσεως. Κινήσεως quidem Alcyonius.

Πῦρ οἰκεῖον, καὶ (vel) ψυχρόν.) Ἐν γὰρ τῷ πλείονι φησὶ πλεῖον καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν ἐνυπάρχειν διὸ μήτε ὑπὸ τῆς θερμότητος τῆς ἐν τῷ περιέχοντι κρατούμενον σήπεσθαι ῥαδίως μήτε ὑπὸ τῆς ψυχρότητος πάσχειν ταῦτα πάλιν, ὅσα διὰ τὴν τῆς ψυχρότητος ἐπικράτειαν πάσχει τὰ πάσχοντα, Aphrod. Mihi parum placet, quin potius dixerim vt ſupra, περὶ τοῦ πεπηγότος, quod maior eius frigiditas ſit, quàm ab externo ambiẽte vincatur.

Καὶ ζῷα ἐγγίνεται.) vermes, culices, tipulæ. Τὴν ἀποκρινομένην ἐξ αὐτῶν θερμότητα φυσι-

φυσικὴν, συνιστάναι τὰ συναποκεκινόμενα αὐτῇ σώματα αὖ ἔχῃ ὑγρότητ@. Aphrod.

CAPVT SECVNDVM.

Περὶ πέψεως καὶ ἀπεψίας, καὶ εἰδῶν ἑκατέρας.

TA' ἐχόμενα εἴδη) effectus & paſsiones.
Δυνάμεις: calidum, frigidum, humidum, ſiccum.
Ἐξ ὑποκειμένων.) in corporibus quæ iam ſubſiſtunt, vt plantarũ & animantiũ.
Ἐστὶ δὲ θερμοῦ μὲν, ſubintellige ἔργον, frixio aut vſtio.
Πέψεως: ſcilicet εἴδη.
Ἀπεψία, cruditas, ὠμότης, immaturitas, leuis coctio.
Πέψεως δὲ, πέπανσις.) Πέψις & eius ſpecies, ſunt quaſi γένεσις: ἀπεψία verò φθορὰ quædam. Sunt autem iſti communes quidam affectus (πέψις & ἀπεψία) in ſtirpium & animalium corporibus, & cæteris etiam fortè (argentum aiunt aurum eſſe ἄπεπτον) Speciebus verò illarum proportione quadam reſpondent, vt ſanguis elixationi, bilis aſſationi, phlegma cruditati.
Ἀλλὰ τοιαῦτα δεῖ.) ὅμοια ἐν διαφόροις ὑποκειμένοις.
Ἀντικειμένων παθητικῶν.) vt in animalibus, id eſt, ex ipſis alimentis contrarijs, quæ dum patiuntur & concoquuntur, in contrariam priſtinæ naturam à calore natiuo vertuntur.
Ἡ οἰκεία ἑκάστῳ ὕλη: conueniens cuiq; alimentum.
Ὅταν γὰρ πεφθῇ: alimenta tum facta perfectaq́; ἐνεργείᾳ: non amplius δυνάμει.
Στάτευσις.) Σταθεῦσαι Attici, σατεῦσαι ἕλληνες. δηλοῖ δὲ τὸ ἱστάμενον (non κινούμενον in veru) φλέγεσθαι, ἢ τὸ τῷ πυρὶ ἡσυχῇ χλιᾶναι κρέας καὶ, τὸ ὀπτῆσαι: ἢ μᾶλλον, τὸ μὴ λίαν ὀπτῆσαι: ideſt, paulatim vel lento igne aſſare vel vrere, quaſi στατόν τι ἢ ἱστάμενον εὕειν ἤτοι καίειν (non omnino aſſare, vt quæ in veru vertuntur, ſed immotum aliquid, vt in craticula, vel etiam in olla, wie die ſchluchbraaten / modicè aſſare. ἔστι δὲ ποιητικὸν. Hinc & nomen σταθευτὸς (ἀπὸ τοῦ στατὸς καὶ τοῦ εὕω τὸ καίω) ὁ πεφλογισμένος ἠρέμα, ὃ μὴ λίαν ὀπτῆσαι. Σταθευτὰ dixerim toſta, vt quæ ſupra craticulam torrentur vel modicè aſſantur, ſiue elixa prius ſiue cruda, vt iecuſcula omento inuoluta. Σταθεύει, θάλπει, Camert. (Non inuenio in indice Homeri.
Τετελείωταί τε καὶ γέγονε.) ideſt, vt ego interpretor, cum facta & perfecta eſt illa forma, quæ fieri debuit, ſiue alimentum vltimum, ſiue pus, ſiue alia quæcunque forma. Et hoc eſt nutritio in animalium concoctione.
Τοῖς μὲν ἡ φύσις ἐστί.) animalibus & plantis τὸ εἶδ@ φυσικὸν ἐστί.
Διὰ λουτρῶν.) frictio, exercitium. Καὶ ἄλλων τοιούτων.) veſtes, anni tempora, &c. Hæc συνεργὰ ſunt, promouendo & accelerando, ſed non ſimpliciter faciunt concoctionem.
Ἡ ἐν αὐτῷ: τῷ πέσσοντι καὶ τρεφομένῳ.
Τοῖς μὲν ἡ φύσις ἐστί: animalibus & plantis. Τὸ εἶδ@ φυσικὸν.
Τοῖς δὲ εἰς, &c. vt muſto & tuberculis.
Μορφὴν τὸ τέλ@.) generalius quàm εἶδ@.
Τοῖον δὲ γένηται.) denſum, dulce, album, &c.
Τοσὸν δὴ, vt defrutum ad tertias coctum.
Ἢ σηπόμενον, vt in vlceribus.
Τὸ γλεῦκ@, vt muſtum cum vinum fit, coctum eſt.
Τὸ δάκρυον, ῥεῦμα in oculos.
Λήμη, gramia, fordes oculorum, cùm lachrymæ & pituita concreſcunt.
Τοῦτο πάσχειν: τὸ πέσσεσθαι.
Ἐνῇ ὁ λόγ@: analogia ad humidum.

Τὰ περιττώματα, ſudor, ſputum, pus.

Φύσις τοῦτ᾽ ἐστὶ ſcilicet τῶν ὑγρῶν.

Εὐογκότερον, corpulentius, καὶ παχύτερον, ideſt denſius.

CAPVT TERTIVM.

Ὅτι τρία εἴδη πέψεως: πέπανσις, ἕψησις, καὶ ὄπτησις: καὶ τρία τἀναντία τούτοις.

ΠΕπανσις δ᾽ ἐστὶ.) Summa maturitas: putredo quidem non eſt, ſed vicina putredini. Teig.

Τροφῆς πέψις.) καὶ σῆψις Aphrod. addit.

Ἐστὶ δὲ ἡ φυμάτων.) φῦμα, tuberculum, panus, omnis tumor præter naturam, qui citra externam cauſam oritur (ein gwächs) à ſimilitudine eorum, quæ ex terra enaſcuntur.

Φλέγματος.) pituitæ in catarrhis. Φλέγμα etiam φλόγωσιν ſignificat Hippocrati, item πύρωσιν Homero & Oppiano pro φλεγμονῇ dicere videntur.

Ἀδιωάτον γὰρ ὁρίζειν: πεπαίνειν.

Καὶ τὰ μὲν εἰς αὐτὴν ἡ φύσις.) εἰς φυσικὸν εἶδος μεταβάλλει καθόσον πεπαίνεται, vt fructus: Τὰ δὲ ἐκβάλλεται καὶ ἐκκρίνεται ἐκ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος, vt quæuis excremēta.

Τὰ δὲ ἐκβάλλει: excernit, vt pus, ſaniem.

Συμβαίνει δὲ τοῦτο.) ἔλαιον δὲ καὶ οἶνος (an muſtum potius) θερμαινόμενα παχύνεται, ὅτι ἔχει ἐν τῇ αὐτοῦ οὐσίᾳ καὶ ξηρόν τι καὶ γεῶδες, Aphrod. Atqui Ariſtoteles infra, περὶ ἑψήσεως loquens, oleū denſari negat, nec ἑψητὸν eſſe. Τοῦτο, refertur ad ἀπέλαψαι.

Ὡς μὲν λέγονται, vt in ſenibus præcipuè.

Περιϊόντων, ad res inanimatas.

Γάλα ὠμὸν, recens emulſum.

Ὠμὸν δὲ οὐ, quia neque πέπον.

Ὅτι οὐ παχύνεται.) Atqui etiam ἑψόμενα videntur debere παχύνεσθαι, vt in ſequenti pagina videbimus: aut grauiora fieri imminuta mole, aut ſegregari in tenuiorem & craſsiorem partē: & hoc poſtremum fortè accidit aquæ noſtræ, ideſt, nō puræ nec elementari, fæces enim & cruſtas relinquit, ideò ſæpe dum coquitur, perturbatur, vt aquæ balneorum quæ calefiunt pleræq;.

Ἕψησις δ᾽ ἐστὶ. Τὸ μὲν ὅλον, πέψις ὑπὸ θερμότητος, &c. Ariſtoteles lib. 4. Meteororum, cap. 3.) Aſſa ſicciora ſunt foris, ſed exigua ſui parte: maiore intus humida. Elixa verò, foris quidem humida: interius autem & maiori parte, ſicciora.

An caro aſſa ingeſta, ſiccat edentes magis quàm elixa: non ſolùm quod elixa alienum humorē imbibit, aut potius eo macerata eſt, ſed quia emollita eſt, & ſic à ventriculo magis etiam vinci, emolliri & in ſuccum conuerti poteſt.

Τοῦτο δ᾽ ἂν εἴη, πνευματῶδες, &c. ibid.) hoc eſt, τοῦτο τὸ ὑγρὸν, vel ἀόριστον. An verò etiam aqua habet πνευματῶδες ὑγρὸν, quod coctione tollitur: videtur ſanè.

Τοῦ ἐν τῷ ὑγρῷ πυρός.) Τῆς ἐν τῷ ὑγρῷ πυρώσεως, infra.

Ἐπὶ τῶν τηγάνων ſcilicet πεττόμενα, quæ friguntur.

Διὸ ξηρότερα τὰ ἑφθά.) Medici videntur aliter ſentire, &c.

Κρατεῖ γὰρ: τὰ ὀπτὰ ὑγρότερα τῶν ἑφθῶν ὃ δῆλον ὅταν ἀποτεθῇ.

Καὶ χρυσὸς ἕψεσθαι: Quædam ex Græcis iſtis non aptè transferuntur in Latinū ſermonem: nam aurum coctum latinè dixeris, non autem elixum. Græcè vero vtrunq; & ἕψεσθαι & ἑφθὸν, vel quod idem ἄπεφθον.

Κρατηθῆναι.) καὶ ἐκκριθῆναι à calore circundante.

Λέγεται καὶ χρυσὸς ἕψεσθαι.) ἕψεσθαι dicuntur, nō quod in humido eorū ἕψησις fiat, ſed quoniā ab ipſis quoq;, vt in propriè ἑψομένοις humiditas aliqua eis inſita excernitur.

nitur. Ξυλὰ ἑφθὰ τὰ ἄκαπνα. Ἄπεπτος χρυσὸς, aurũ purum & elaboratũ, Luciano: Æſchines ἄπεφθον χρυσίον dixit aurũ rude & non ſignatũ, Lexicon. Ἕψημα, ſyreũ, defrutum. Καὶ τὰ ὑγρὰ ἕψεσθαι λέγομεν.) ὕδωρ ἑφθὸν dicitur. Vide num quia humorẽ aliquem flatulentum continet (qui fortè inter elixandum ſiue expirat, ſiue in aquam vertitur. Et an ſi flatũ actu non continet (neq; enim vllus aër in aqua contineri poteſt, niſi per vim) potentia tamen continet. Certum eſt enim bibentis aquam frigidam plerunq; inflari. An inflatio illa aliam ob cauſam contingit: aqua verò cocta dicitur, non vt cætera coctilia quod vel craſsior decoctione fiat; vel paucior ſimul & grauior, vel in partes diuerſas (vt lac) ſeparatur, ſed ratione finis. Finis enim τῆς ἑψήσεως eſt alijs cibus, alijs potus, alijs medicina. Eſt enim aqua cocta ad potum magis idonea & ſalubris.

Ὅταν ἐν τῷ ὑγρῷ ὁ χυμὸς: licet humor horum proprius ſit, non alienus.

Φάρμακα: emplaſtra, vnguenta. Sed & ὕδωρ ἑφθὸν dicimus, cui tamen nihil horum accidit.

Ἢ τὰ μὲν αὐτῶν τοιαῦτα, vel partim craſsiora. Τὰ δ' ἐναντία, tenuiora.

Πάντα ἑψητά ἐστι. ſiue propriè, ſiue impropriè.

Οὐκ πεπλασμένοις.) ἐκ παρ' ἀλλήλως, ἢ γενικώτερον, quoniam ne in ijs quidem, quæ alio aliquo modo coquuntur, vnus finis eſt omnibus.

Πρὸς ῥόφησιν.) vt lac, aqua, ptiſana.

Τὸ δ' ἔλαιον οὐχ ἕψεται.) Vide Scheckiũ in ſuis annotationibus: vide etiam quæ paulò ante eodem capite, ex Aphrodiſienſi, ad hæc verba ſunt annotata, Συμβαίνει δὲ τοῦτο, &c. Vide præterea quæ ſequentur circa initium ſeptimi capitis.

Αὐτὸ καθ' αὑτὸ: ſed cum alijs.

Ἢ φυσικοῖς.) quanquam enim in his innatus ſit calor, tamen is quoq; alimento externus eſt.

Διὰ τὴν αὐτὴν γὰρ αἰτίαν.) per calórem ambientem.

Μόλυνσις δ'.) media etiam contraria ſunt extremis.

Εἴη δ' ἐναντία ἡ τῇ πρώτῃ λεχθείσα ἀπεψία τῆς ἐν σώματι ἀορίστω, &c.) Legerim ego: Εἴη δ' ἐναντία τῇ πρώτῃ ἑψήσει ἀπεψία, &c. nam λεχθείσα non conuenit, ſi ponatur ἑψήσει: & ſi non ponatur ἑψήσει, tamen ſupplendum eſt, vt Aphrodiſienſis facit, in cuius commentarijs tamen λεχθείσῃ legitur. Πρώτην καλεῖ ἕψησιν τὴν κυρίως λεγομένην, Aphrodiſ. Clarius dixiſſet Ariſtoteles & breuius. ἐναντία δ' ἑψήσει τῇ πρώτῃ λεχθείσῃ τῆς ἐν σώματι, &c.

Ἡ τῇ πρώτῃ λεχθείσα ἀπεψία.) quod & ſic verti poteſt, quòd μωλύσει non tantùm ἕψησις contraria ſit: verum etiam altera extremitas, nempe ἡ πρώτη καὶ γενικὴ ἀπεψία. Eſt ſanè μόλυνσις inter ἕψησιν & ἀπεψίαν media. Sunt autem media quoque extremis contraria. Vel ſic, Εἴη δ' ἐναντία ἀπεψία, &c. vt paulò ante ad hęc verba annotata ſunt.

Εἴρηται, ſupra vbi περὶ σήψεως. Διὰ κίνησιν ἄλλων.) id eſt, frigiditatis.

Ἡ πέπλευσα, ſcilicet θέρμη.

Ἢ διὰ τὸ ἐν τῷ ἑψομένῳ πλῆθος, ſcilicet τῆς ὑγρότητος, & inferius in στατῶσι.

Ἢ ὥστε μὴ κινῆσαι, pro μηδόλως. Ὁμαλῦναι, mollire.

Σκληρότερα, partes ipſæ ſolidæ ſcilicet.

Καὶ ἕψων: elixans, quod fit in pauco humore, wie ſchlüchbraaten.

Προκεκαύσθαι, vtpote ab igne: λέγεται hæc eadem ſcilicet,

Ἐπιτελεσθὲν ſcilicet τὸ πεφθέν.

Ἔργον ἐπὶ τῶν, &c. difficile in ijs quæ arte fiunt.

Καὶ ἀπεψίαι, ἀπεψία, δυσπεψία, βραδυπεψία, in animalibus.

Ἐν τῇ ὑποχωρίῳ. ventre inferiore: σηπομένην, γενομένην.

Πέπτεται ſcilicet τροφή. Σήπεται, ſcilicet fimum.

y 4

Τὰ δ' ὑγρὰ διωρισμένα.) humores verè eorum, qui & ipſi, vt lac, coqui dicuntur, naturæ diſcrepantis, id eſt, partim tenuis partim craſſæ. Scheckius humores minus ſunt crudi. Aliter Aphrodiſ. nempe in humorem tenuem & craſſum diſcreta, vt lac διορίζεται. quaſi dicat: humores verò eorum, qui & ipſi vt lac coqui dicuntur, naturæ diſcrepantis, id eſt, partim tenuis, partim craſſæ, &c.

Ἡ μὲν οὖν μόλυνσις.) vide infra cap. vndecimo.

Ζῷον οὐκ ἐγγίνεται ἐν τῇ πέψει. Ariſtot. ibid.) Niphus & Medici quidam, vt Amatus Luſit. aiunt in ventriculo bene diſpoſito non gigni vermes: aliquando verò illo malè affecto gigni. Hippocrates lib. 4. de morb. ait lumbricum latum in aluo infantis adhuc in vtero naſci ex lacte & ſanguine computreſcente. Poſtquam enim ſemel ex vtero egreſſus eſt, non tanto tempore ſtercus in aluo manet, vt ex eius diuturnitate ac putrefactione tantæ magnitudinis animal generari poſsit.

Τὸ τε γὰρ πλείω, &c. ἐλάττω ᾖ.) πλείων, ἐλάττων, vt & Aphrod.

CAPVT QVARTVM.

Περὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, καὶ ἀκολουθούντων αὐτοῖς ἐν τοῖς μικτοῖς παθῶν, σκληροῦ καὶ μαλακοῦ.

ΛΕκτέον τὰ εἴδη) effectus & paſsiones, vt ſupra initio cap. 2.

Μᾶλλον τὴν φύσιν ἐστίν.) vt lapides, terræ, vinum, mel, aquæ.

Ὑγρὸν δὲ ἀόριστον.) alieno ſcilicet non proprio termino. ἀεὶ ὁριζόμενον καὶ σχηματιζόμενον τῷ περιέχοντι.

Τοῖς ἡδύσμασι, vt ſale & aliis.

Τὸ ὡρισμένον σῶμα: corpus omne compoſitum.

Σώματα ἐνταῦθα.) Τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ.

Ἄνευ γῆς καὶ ὕδατος: at hæc duo per ſe ἀόριστα ſunt.

Φαίνεται, λέγεται. Ἐν ἀέρι δὲ καὶ πυρί: aues etiam terræ ſunt.

Ὅτι τῶν σωμάτων, &c.. ὅτι δεῖ τοῖς ζῴοις ὕλην ὑποκεῖσθαι.

Ὑπεῖκον εἰς αὑτό.) ſuperficie ſua. Κατὰ τὸ ἐπίπεδον: ſuperficie continua manente.

Τὸ ὑπεῖκον.) Τὸ εἶκον τῇ ἁφῇ τῷ συστέλλεσθαι, ἀλλὰ μὴ τῷ διαιρούμενον ἀντιπεριίστασθαι. Vide infra cap. nono. καὶ μὴ μεθισταμένου, &c.

Ἀντιπεριίστασθαι.) hoc infra περὶ πήξεως loquens cap. nono, ἀντιμεθιστάναι vocat. Verto, ita vt ambitu ſuo penetrans corpus non circundet.

Τὸ γὰρ ὕδωρ οὐ μαλακόν: & aër ſimiliter.

Τῇ θλίψει, ea parte quę premitur.

Πρὸς μὲν οὖν ἄλληλα. per comparationem mutuam.

Τὰ αἰσθητὰ, quæuis ſuo ſenſorio.

Μεσότητι χρώμενοι τῇ ἁφῇ.) Ἁφὴ eſt μεσότης τῶν ἁπτῶν ἐναντίων reipſa, ex duro & molli aliiſque tactilibus omnino modicè & mediocriter permixtis temperata. Viſus autem non ſic colores percipit tanquam ex contrariis ipſis mixtus: μεσότης tamen dicitur, vt & alii ſenſus ſuorum ſenſibilium, καθόσον ἀμφοτέρων τῶν ἐναντίων ἀλλήλοις εἰδῶν εἰσὶ δεκτικοί. Item quoniam ὑπὸ τῶν ἐνδειῶν καὶ τῶν ὑπερβολῶν φθείρονται. Ὑπὸ δὲ τοῦ συμμέτρου καὶ μέσου σώζονται.

CAPVT QVINTVM.

Ὅτι ἀνάγκη σκληρὸν καὶ μαλακὸν εἶναι πᾶν ὡρισμένον σῶμα, ἔτι πεπηγὸς εἶναι. Περὶ πήξεως, καὶ αἰτίων αὐτῶν.

TΟ ὡρισμένον σῶμα, omne ſcilicet corpus.

Οἰκείῳ ὅρῳ.) nam & aqua poteſt dici terminata, ſed alieno termino, & ea mollis non eſt.

Ἠ γὰρ ὑπείκειν, ſcilicet τῇ ἁφῇ. Ἔτι πεπηγὸς, concretum.

Τὴν ὕλην δύο. quæ tertia per ſe cauſa eſt. Τὸ, τε ποιοῦν.) ὡς ὅθεν ἡ κίνησις.

Τὸ πάθος.) forma, quę in materia efficitur: huic aũt τέλος quoq; adnumeratur.

Τοῦ ὑγραίνεσθαι, ſcilicet eędem cauſæ erunt.

Ἠ παρουσία.) παρουσία θερμοῦ ἢ ψυχροῦ, Alexand.

Τὸ πήγνυσθαι.) nam vt ſicca ſuo finiuntur termino; ita quoq; concreta. Videtur autem ξηραίνεσθαι generalius eſſe quàm πηγνύναι.

Τιθέμεθα δὲ ὑγροῦ σῶμα.) Aqua principaliter humida eſt, non ſimpliciter, ſed humiditate apta commiſceri cum terreſtri ſicco; quoniam ſecundo de generatione aër eſt primò humidus, Niphus.

Ταῦτα γὰρ τῶν ὑγρῶν.) Nam & ignis ſiccus eſt, & aër humidus, non tamen παθητικὰ dicuntur hæc elementa, quoniam nõ habent humidum vel ſiccum tanquam εἶδος ſui perfectum.

Ἐν τούτοις γὰρ: in terra & aqua.

Καίειν λέγεται.) penetrabile frigus adurit.

Συνάγειν.) vt in fulguribus & tonitribus & coctione.

Περιϊστάναι.) vt in ſubterraneis locis hyeme.

Ξηραίνεται δὲ, ὅσα ἐστὶν ὕδωρ καὶ ὕδατος εἴδη, &c.

Reſiccantur;
- Aqua & aquæ ſpecies vt
  - Vinum.
  - Serum.
  - Vrina.
- Quæ humore madent
  - Externo, *vt lanæ.*
  - Interno, *& proprio.*

Ὥσπερ ἐλαίῳ.) Hæc etſi habeant in ſe multum quod ſubſidere poſſet; impediuntur tamen propter tenacitatem confuſis & cohærentibus partibus, & hęc ſunt aëris non aquæ ſpecies.

Ἠ ψυχόμενα.) Sic infra mox quædã tùm à calido tum à frigido coagulari dicit.

Ἐὰν ᾖ κεχωρισμένον.) Quædam enim τὸ ὑγρὸν non habent κεχωρισμένον, ſed σύμφυτον, vt lac, & hæc non ita ſiccari dicuntur, ſed externa caliditate tantùm.

Ἠ τοῦ ἐντός.) vt Aphrodiſeus legit, ἢ τοῦ ἐκτὸς, ἢ τοῦ ἐντὸς. de interiore enim propriè, de exteriore dicitur συνεξατμίζειν, de ſimpliciter ἐξατμίζειν.

Ὅταν ἀφαιρεθέντος ſcilicet πυρὸς.) ὡς ὅταν τῶν ἐψομένων ἀφαιρεθέντος τοῦ ἐκτὸς πυρὸς τὸ ὑγρὸν τὸ ἐν αὐτοῖς ἀναλωθῇ ὑπὸ τῆς ἐν αὐτοῖς θερμότητος ἀποπνεούσης καὶ συνεξαγούσης καὶ τὸ ὑγρὸν, Aphrodiſ.

Τούτων δὲ: prius. Περὶ δὲ τήξεως: quod ad poſterius.

CAPVT SEXTVM.

Ὅσα πήγνυται ἢ ὕδατος ἐστὶ, ἢ γῆς καὶ ὕδατος. Καὶ περὶ διαφόρων τρόπων τοῦ πῆξαι καὶ λύειν.

Ἡ γῆς καὶ ὕδατος, vt lutum, cera.

Ἡ θερμῷ ξηρῷ.) non à ſolo calido: nam aqua vtcunq; calida, propter humiditatem tamen πηγνύναι non poteſt: humidum quippe ceu materia πήγνυσθαι debet, non πηγνύναι.

Ὅσα λύεται: ὅσα λυτά ἐστι.

Πήξει opponuntur
- Λύσις
- Διάχυσις
- Τῆξις

an
- in genere.
- ab aqua.
- ab igne: ſed & ſal τήκεσθαι dicitur.

Οὐχ ὑπὸ τοῦ ὕδατος.) οὐχ ὑπὸ τοῦ ὕδατος καθὸ ὑγρὸν, ἀλλὰ καθὸ ψυχρὸν, Aphrod. nam & alias à frigore coit.

Κατὰ ταυτό: κατὰ τὴν αὐτὴν δύναμιν.

Ἀπιέναι τὸ θερμόν: τὸ ἐν αὐτοῖς θερμόν: an vt aqua?

Οὐ παχύνεται τὰ τοιαῦτα, aquoſa. Ὕδωρ δὲ τῶν, &c. καὶ τὰ ὕδατος εἴδη.

Παχύνεται δ' ὑπ' ἀμφοῖν.) τούτων γὰρ ἡ πῆξις διὰ τοῦ παχύνεσθαι, ἀλλ' οὐ πάντων ὡς ἐρεῖ, Aphrodiſeus.

Συνεξατμίζοντος.) poteſt & συνεξατμίζον legi, vel συνεξατμιζόμενον, vt Aprodiſ. Sin minus, hîc quidem actiuè accipitur, præcedente autem verſu neutraliter. Sic & ſupra eadem tùm à calido, tùm à frigido ſiccari dixit.

Ὅσα μὲν ἐν μαλακά.) mixtorum ſcilicet ex aqua & terra, vt lutum: μαλακὰ, vel μαλακτά, vt lutum: ſic & reſina puto & cera.

Οὐ παχύνεται, ἀλλὰ πήγνυται ſcilicet ἁπλῶς) Aqua & aquę ſpecies πήγνυται ἀλλ' οὐ παχύνονται. Atqui in primo Meteororum aſſerit Ariſtoteles, vapores ingroſſari à frigore mediæ regionis & conuerti in pluuias. Et infra cap. 7. aërem, inquit, à frigido παχύνεσθαι, & verti in aquam. (Vide an aqua non ſit παχύτερα aëre, ſed firmior & ſolidior.) Dicendum igitur (inquit Niphus) quod ingroſſari vno modo accipitur pro inſpiſſari, ac condenſari, & ſic aquea & vapores poſſunt dici ingroſſari. Alio modo pro digeri digeſtione quę eſt elixatio, & hoc pacto Ariſtoteles loquitur hîc. Vult enim quod quæ coagulantur à frigido, non poſſunt elixatione ingroſſari, inquit ille. Mihi hæc expoſitio non placet. Sed dixerim Ariſtotelem, vbi vaporem condenſatum in pluuiam verti ſcribit, impropriè & in ſpecie tantùm, vt ſenſui videtur, vſum παχύνσεως vocabulo (ſi modo Græcè ſic dixit) Hîc verò propriè loquens, aquam & aquea παχύνεσθαι negat, quoniam partes terreſtres & ſiccas non habent, quibus relictis, poſtquam humidum exhalauit, vel ſeparatum eſt, παχύνεσθαι aliquid (vt lac) propriè dicitur. Atqui lateres non dicuntur παχύνεσθαι, licet humidum eorum ignis vi ſeparetur: totum enim ſeparatur. Itaq; relictum terreſtre durum potius & aridum, quàm παχὺ fit. Frigore verò non ſeparatur, ſed occultatur tantùm humiditas lateris.

Πήγνυσθαι eſt ad maiorem ſoliditatem & duritiem: παχύνεσθαι ad minorem.

Πήγνυται ἢ { ὕδωρ, καὶ ὕδατος εἴδη. / γῆς πλέον ἔχοντα ἢ ὕδατος } Παχύνεται quæ contrà.

Μαλακώτερος γίνεται.) ſic & reſina puto & cera.

Διαστρέφεται ἐν ταῖς καμίνοις.) Mollius enim facilius patitur. Peruertitur lapis, videlicet cum coagulatus à frigido in illis decoquitur: per quæ voluit docere figulos, qui ex terra ſiue creta vel luto lateres & fictilia faciunt, vt ſemper fictilia formata, antequã coquantur certo tempore ad Solem vel ad ignem lentum ponantur, vt humidum permiſtum, & coagulatum à frigido loci, paulatim reſoluatur: hinc patet cur fictilia hyeme facta turpiora ſint, his quæ æſtate fiunt, quoniã magis exiccata ponuntur in caminis, Niphus.

Incraſſare & coagulare aliquid commune habent, quod vtraq; è liquidioribus ſolidiora fiunt & terminantur, & quodammodo & ſicciora, aut fiunt, aut fieri videntur. Sed differunt (vt Niphus ſcripſit) quoniam quòd coagulatur, eo coagulatur, quia calidũ agendo in ipſum, reſoluit ſimpliciter de humido, ipſum exiccando, & cum ſicco miſcendo. Quod vero incraſſatur, eo incraſſatur, quia calidum agendo in ipſum reſoluit de humido ſuperfluo (non ſimpliciter de humido, vt in coagulatione) & miſcet id quod remanens eſt cum ſicco.

Ego ſentio, πήγνυσθαι & παχύνεσθαι non ſe habere inuicem vt genus & ſpecies. Nam τῶν πηγνυμένων quædam παχύνεται, vt lac, muſtum, quædam non, vt aqua & aquea. Item τῶν παχυνομένων, quædam πήγνυται, vt rurſus lac, muſtum, mel: quædam

dam non πήγνυται, vt oleum, & mixta ex aqua & terra, in quibus aquæ plus eſt. Sunt igitur duo genera diuerſa.

Frigore indurantur, quædam etiam per homines (non ſolùm per naturam vt metalla, cryſtallus) wie die ſtockfiſch / qui tamen non ſoluuntur calido ſimpliciter, ſed humido ſiue calido, ſiue non calido: vt ſiccitas etiam per ſe videatur, non coagulare quidem, ſed indurare.

Gelu in patina πήγνυται frigore, & aſtringentibus inditis vt ichthyocolla aut ſimilibus glutinoſis. (Sic & aqua cui ibiſcus fuerit iniecta, quorum Ariſtoteles non meminit) An dicendum gelu in patina & huiuſmodi παχυνόμενα potius quàm πήγνυται, quod plus aquæ habeant quàm terræ.

Differentiæ quatuor ſecundum πῆξιν & πάχυνσιν.

Quædam πήγνυται καὶ παχύνεται, vt lac, mel, ſed πάχυνσις præcedit.

Quædam πήγνυται καὶ οὐ παχύνεται, vt aqua & aquea: & quæ plus terræ quàm aquæ habent, vt fictilia, lateres.

Quædam παχύνεται καὶ οὐ πήγνυται, vt quæ plus aquæ quàm terræ habent: an vt muſtum?

Quædam neutrum, ſcilicet poſtquam ſemel à natura concreta ſunt, non amplius ſolubilia cum ſint, neque inſpiſſari neque coagulari dici poſſunt.

Ὅσα δὲ ὑγρὰ τῶν μικτῶν.) Aphrodiſienſis hæc inquit, τὸ πρῶτον παχύνεσθαι, vt ſubaudiamus, ὕστερον δὲ πήγνυσθαι. Atqui poſtea initio capitis ſeptimi, ſic ſcribit, τῶν δὲ μικτῶν ἐκ ὕδατός τε καὶ γῆς, ὅσα μὲν ὕδατος πλέον ἢ γῆς ἔχει, ταῦτα μόνον παχύνεται ὑπὸ πυρὸς, οὐκέτι δὲ καὶ πήγνυται ὡς τὸ γάλα (nota quod non diſtinguitur poſt πήγνυται.) Atqui lac coagulari vulgo dicimus, à qua facultate etiam coagula dicta. & lac πήγνυσθαι memini ſæpe legere, cum aliâs tum inter venena. & πυρὸς & γάλα πῆσαι apud Conſtantinum de re ruſt. 18. 19. Dicit tamen Ariſtoteles initio cap. 7. παχύνεται μὲν ὑπὸ τοῦ πυρὸς μόνον ὅσα ὕδατος πλεῖον ἔχει ἢ γῆς.) Vbi μόνον Aphrod. ad παχύνεται retulit: ego ad πυρὸς malim, vt ſenſus ſit ab igne tantū, non etiam à frigore lac ſpiſſari & caſeari. Nam à frigore πήγνυται μὲν ἀλλ' οὐ παχύνεται. Videtur autē lac παχύνεσθαι duobus modis, primò cum finditur ſeu ſcinditur tantū, & melca & coloſtra fiunt, vino acetóue aut oxymelite infuſo: validius autē, quod iam πήγνυσθαι dici poteſt, coagulo, qui partem caſeoſam valde tenacē facit & quaſi ferruminat. Atqui rurſus ipſe Alexan. inferius in cap. 7. ſic ſcribit. Τὸ γεῶδες ἐνυπάρχον τοῦ γάλακτος συνίσταταί τε καὶ παχύνεται καὶ πήγνυται. οὕτω γὰρ οἱ τυροὶ ἐκ τοῦ γάλακτος πήγνυνται.

Cum hæc olim ſcriberem, non intellexi. Eſt autem hic ſenſus: quæ mixta ſunt ex terra & aqua, ſi aquæ plus ſit, denſantur tantùm à calore. Si verò terræ plus, coagulantur etiam vt lac, id enim vt & ſanguis plus terræ habet quàm aquæ, vt plurimum, vt infra ſcribit Ariſtoteles. Sed fortè nihil eſt quod denſetur tantum à calore & non ab eodem coagulari quoque præter oleum.

Ὅσα δὲ ὑγρὰ τῶν μικτῶν.) ad exceptionem aquæ.

Τὰ μὲν τοῦ τὸ θερμὸν ἐξεληλυθέναι.) Quæ à frigore concreta ſunt, & quorum calor expirauit, ita ſcilicet, vt non eduxerit ſecum humiditatem inſitam (quod fit in ijs, quæ paucum calorem habent) hæc inquam à calore redeunte liquantur & molliuntur, reſoluta quæ actu eis inerat humiditate. In metallis vero, quæ & ipſa frigore concreta ſunt, non quæ actu inerat humiditas reuocatur, ſed quę potentia inerat. (Generantur enim ab exhalatione, quæ potentia humiditas (aqua) eſt ad actum ducitur, ad quod maiori calore prius, &c. Aphrod.

Ταῦτα δὲ ἄλυτα μη.) Ταῦτα γε ἄλυτα εἰ μὴ ὑπερβάλλεσῃ.

Ἔχων ἀποκάθαρσιν.) an quod minus purgatum fuerit, vtpote flexibilius: vel, præſtat id ferrum, quod minus excrementi habet & ſcoriæ, vt Nipho placet, καὶ ὁ

μάλιστα ἀποκεκαθαρμένος ἀέρος. Georg. Agric. 79.

Πυρίμαχος.) aliqui Alabaſtrum eſſe dicunt, quod non credo. Alij lapidem è quo ignis ferro excutitur, Niphus. Dictus videtur, quod igni aliquandiu repugnet, donec tandem ab eo validiſsimo vincatur, nominatur & Theophraſto περὶ λίθων, πυρίμαχος, multo igne, Aphrod. Τὸ δὲ πηγνύμενον, &c. ſic lego: Τὸ δὲ ὅταν ῥυῇ, πηγνύμενον πάλιν.

Τὸ δὲ ῥέον πηγνύμενον, ῥέον à Pyrimacho, Aphrod.

Τιτάνῳ, ἀσφέςῳ. Ὁ πηλὸς, ὕελος potius.

Καὶ ἡ γῆ: quę ſcilicet humiditatem in ſe habet, vt ea ex qua nitrum fit, Aphrod.

Καὶ ἅλες, magno calore etiam.

CAPVT SEPTIMVM.

Πάλιν ὅτι τὰ μὲν ὑπὸ πυρὸς, τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ παχύνεται, καθόσον ἢ ὕδατος ἢ γῆς πλέον ἔχει. Καὶ ἰδίως περὶ ἐλαίου, διὰ τί παχύνεται μὲν ὑπ' ἀμφοῖν, πήγνυται δὲ ὑπ' οὐδετέρου.

ΠΑχύνεται μὲν οὖν.) οὐκ ἔτι δὲ πήγνυται ὡς τὸ γάλα, Aphrod.

Ὅσα ὕδατος πλεῖον: an vt ſanguis aliquis?

Πήγνυται ſcilicet μόνον, non etiam inſpiſſatur, vt later, lac.

Παχύνεται δὲ πάλιν ὑπ' ἀμφοῖν.) Atqui præcedenti pagina verſu vndecimo, ἔλαιον παχύνεσθαι negauit: & cap. 3. dixit, ὅτι ὕδωρ οὐ παχύνεται μόνον τῶν ὑγρῶν, non ergo etiam oleum. An παχύνεται quidem, non tamen notabiliter, vt reliqua. Ὑπ' ἀμφοῖν, ſcilicet frigido & calido. An capite tertio ſentit, vbi oleum ἑψητὸν eſſe negauit, quum nec incraſſetur, nec aliud patiatur, quæ ἑψητὰ ſolent, oleum non incraſſari eo ſcilicet modo, quo ἑψητὰ incraſſantur, ſcilicet vſque ad ſolidiuſculam denſitatem, & etiam donec ἀμόλυντα fiant: oleum verò nunquam eiuſmodi fit decoquendo. Simpliciter tamen ſpiſsius fieri tùm calore tùm frigore non eſt negandum. Videtur, παχύνεσθαι & πήγνυσθαι pro eodem capere alibi, hîc diſcernit. ſed πήγνυσθαι eſt generalius: nam aqua πήγνυται μὲν οὐ παχύνεται δέ.

	λύσις			in genere.
Πήξει opponuntur	διάχυσις		an	ab aqua.
	τῆξις.			ab igne, ſed & ſal τήκεσθαι dicitur.

Hanc controuerſiā interpretes (Aphrod. Niphus & Scheckius) non attigerunt.

Frigiditas ſiccat humida, vel congelando, vt aquam ἔστι γὰρ καὶ ἡ πῆξις ξήρασίς τις. Vel per accidens, expellendo calorem, qui humiditatem pariter ſecum educit, vt veſtem madidam.

Ἐπιπολάζει, pondere etiam leuius eſt.

Ἐνόντος πνεύματος: non quidē toto, ſed parte eius, alioqui non amplius oleum eſſet. εἴγε τὸ ἐλαίῳ τὸ εἶναι ἐν τῷ πλῆρες ἀέρος εἶναι, Aphrod.

Λευκαίνεται μέν.) Oleum albeſcit & ab igne, quod aqua euaporet: & tempore, nimirum à cœleſti calido, quod cuiuslibet humidi reſolutiuum eſt, Niphus. Et rurſus, Albeſcit igitur oleum propter deperditionem aquoſi in parte: & propter generationem etiam aquoſi ex alia parte ingroſſatur. Nec videtur abſurdum aquam corrumpi à calido, & generari per expirationem (calidi.) Corrumpitur enim per euaporationem, generatur autem per expirationem calidi: item corrumpitur in centro, & generatur in ſuperficie: item corrumpitur in parte & generatur in maiori parte, Niphus. Vel λευκαίνεται ἔλαιον, quia, quòd in oleo ſeroſum eſt, magis ruffum eſt, teſte Galeno. Vide Scheckij comment. Albeſcit ſimul & craſſeſcit igne ſeu calore, tempore verô craſſeſcit tantū, non albeſcit, Aphrod. et illud

μαραινομένου

μαραινομένου τοῦ θερμοῦ, ad ætatem tantùm refert. Sed medici dicunt oleum ſemper ætate calidius fieri: quod & Ariſtoteli hîc aduerſatur. Aphrodienſis verba ſunt. λευκαίνεται μὲν ὑπὸ τοῦ θερμοῦ ἐξατμίζοντος εἴ τι ἐνῆν ὕδωρ ἐν αὐτῷ, ὃ ἡ μίξις μελαντέρον αὐτοῦ τὸ χρῶμα ποιεῖ. (fortè vt in nubibus & capillis; &c. ſemper enim albiora, quæ ſicciora) καὶ ἐξατμιζομένου ἅμα καὶ παχύνεται τὸ ἔλαιον, Hæc ille. Sed videtur contrarium quod prædictum eſt, nempe quod oleum fiat παχύτερον ὕδατος μιγνυμένου: hic verò ὕδατος ἐξατμιζομένου παχύνεσθαι ait Aphrodiſeus. Ariſtoteles verò id non dicit. An duplex aqua eſt in oleo, alia quidem actu, qua exhalante oleum fit candidius: alia verò potentia, aër ſcilicet vel ſpiritus, qui à frigiditate in aquam verti poteſt. An ab oleo, poſtquam calefactum eſt, cum iam refrigeratur, calor non amplius alienus, ſed etiam inſitus ei, expirat (ſic tertianam febrim paſsi perquàm calidam, frigidiores poſtea fiunt) frigiditas autem aërem & aërea condenſat.

Μαραινομένου τοῦ θερμοῦ: atque ætate calidius fit oleum.

Διὰ τὸ αὐτὸ: propter aquam.

Ξηραίνεται τὸ ὕδωρ: quæ eſt in oleo.

Καὶ ἑψεῖται, id eſt, παχύνεται.

Ἁπάντων τῶν τοιούτων: mixtis ita vt plus terræ habeant quàm aquæ.

Ἐάν τις βάλληται: vt in operculis lebetum.

Λείπεται τι: de aqua enim nihil fit reliqui.

Ἀμφότεροις μὲν οὖν τὸ αὐτὸ γίνεται πάθος, Ariſtoteles eodem in loco.) tùm à calore tum à tempore; vel ὑπὸ τοῦ ἐξατμίζεσθαι τὸ ὕδωρ, καὶ ὑπὸ τοῦ μεταβάλλειν, τὸν ἐν αὐτῷ ἀέρα εἰς ὕδωρ.

Ἔνια δὲ τούτων.) τούτων hîc videtur abundare, ne quis intelligat τῶν κοινῶν ὕδατος καὶ γῆς, cum exempla quę ſequuntur, vt de aëre & aqua, eum nō de cōmunibus terrę & aquæ, ſed in genere loqui declarent. Τούτων ſcilicet τῶν παχυνομένων vel ξηραινομένων: nam ὑπὸ ψυχροῦ πήγνυται, παχυνόμενά τε καὶ ξηραινόμενα, Aphrod.

Ξηραίνει μὲν τὸ ὕδωρ: πήγνυσι καὶ ξηραίνει, Aphrod.

Τὸν ἀέρα παχύνει, vt oleum.

Καὶ ὀξὺς: Atqui hoc frigore denſari (congelari) negant. Vide Cælium Rhod. & Galenum.

Καὶ λίθοι, vt tophi.

Ἐκ τινῶν τοιούτων συνίστανται: ſcilicet ὑγρῶν.

Ὀρρὸς, ἐκκαίεται) videtur poſitum pro ἐξατμίζεται, vel ἐξέψεται, id eſt, decoctione conſumitur. Fortè enim propriè ἐκκαίεσθαι dicuntur quæ aduruntur, quæ ſoliſiuſcula ſint oportet, aquea verò conſumuntur non aduruntur.

Τὸ δὲ γεῶδες: vt ſunt waſſerſtein/tugſtein.

Ὀπίζοντες addentes coagulum.

Εἰ δὲ τι μὴ ἔχει πυρὸς: Pro πυρὸς, lego τυρόν.

Καὶ τὸ αἷμα: ſcilicet γῆς πλέον ἔχει.

Τῷ ξηραίνεσθαι, cum calor ei innatus pellitur, et ſecum educit humiditatē, Aphr.

Τὸ τῆς ἐλάφου: cerui, capreæ, damæ, lepores.

Διὸ καὶ οὐκ ἔχει ἶνας: ſcilicet in genere ſanguinis.

Ἐξαιρεθεισῶν οὐ πήγνυται.) congelari puto etiam aquoſam & ſine fibris ſanguinem: ſed non ſimpliciter παχύνεσθαι, vt perfectus & fibroſus ſanguis, qualis taurorum maximè, qui grumeſcit, χονδροῦται, mox à leui frigiditate: etiam in corpore ſanguis vbi extra venas effuſus fuerit, vbi quaſi venenum eſt.

Οἷον νίτρον: & ſal. Οἷον κέραμος, & lapides plerique.

Καὶ τούτων ſcilicet ἀλύτων.

Τὰ δ' ἀμφάλλακτα: τῶν πεπηγότων. Αἴτιον, τούτου αἴτιον.

Ὡς εἰ πήγνυται δυοῖν.) Hic videtur ξηρῷ dicere pro eodem quod ſupra θερμῷ. Nam caliditas quidem non aliter quàm reſiccando, coagulat. ideò ξηραίνεσθαι pro πήγνυσθαι aliquando ponit, vel coniungit vtrunque Ariſtoteles. Et alibi πηγνύεται pro σκληρύνεται.

Ὅσα πυρὶ μόνῳ, vt ſal. Ψυχρῷ μόνῳ, vt aqua.

Ἐξικμάσῃ ἐξιὸν: humorem per vaporem eduxerit, Alcyonius.

Ὥστε μηδ' ὑγρῷ: addo: ὑγρῷ τινι.

Διὸ ἄλυτον.) διὸ ἄλυτος ὁ σίδηρος, ἂν μὴ ὑπὸ ὑπερβάλλοντος θερμοῦ, ὡς ἤδη προεῖπεν. ἢ λέγει τὸν σίδηρον μὴ ὑπὸ θερμοῦ πεπηγέναι. ὑγρότερος γὰρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς γίνεται τηκόμενος. πήγνυται δὲ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ μόνον, ὥστε εἰκότως ὑπὸ τοῦ θερμοῦ λύεται, Aphrod.

Ἔβενος: Guaiacum, preſilium, buxus.

CAPVT OCTAVVM.

Περὶ τῶν ἐν τοῖς τελείοις μικτοῖς παθῶν (εἰσὶ δὲ ἐννεακαίδεκα τῆς ἕξεως καὶ ἄλλα τοσαῦτα τῆς στερήσεως) καὶ ἀπαρίθμησις αὐτῶν, καὶ πάλιν περὶ πηκτοῦ καὶ ἀπήκτου, καὶ τηκτοῦ καὶ ἀτήκτου.

Συνίσταται τὰ σώματα.) τὴν σύστασιν τῶν σωμάτων.

Ταῦτα δὲ παχυνόντα: Alexander interponit: ταῦτα δὲ ξηραίνοντα καὶ παχύνοντα.

Πήγνυντα, vt prædictum eſt. Ἐκλείπει: ſcilicet τὸ θερμόν.

Τὰ κοινὰ πάντων.) σύνθετα καὶ ὡρισμένα.

Ὁμοιομερῆ σώματα.) non quòd ex ſola aqua & terra conſtent ſimilaria, ſed quòd maiori ex parte.

Καὶ ὅσα ἄλλα τοιαῦτα: vt æs, ferrum, ſtannum, plumbum.

Μεταλλευόμενα, vide ſcholia in tertium Meteororum propè finem, hoc eſt, tabulam.

Ταῦτα δὲ διαφέρει: Τὰ ὁμοιομερῆ.

Αἰσθήσεις ἰδίοις, vt colore, ſapore, odore, ſono.

Καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν: ad tactum etiam.

Οἰκειοτέραις: καὶ γὰρ ταῦτα μᾶλλον εἰδοποιεῖται, Aphrod.

Ἔστι δὲ τάδε, &c. Id eſt tactiles qualitates, & earum nomina.

1 *Πηκτὸν, concretile, cuius contrarium, inconcretile.*
2 *Τηκτὸν, liquabile.*
3 *Μαλακτὸν, emollibile.*
4 *Τεγκτὸν, tinctile, Alcyonius. Tingibile: τέγγειν, an madefacere propriè, & imbuere humore, vt ſpongia imbuitur, ita vt imbibat humorem.*
5 *Καμπτὸν, vel εὐθυντὸν, flexibile: ἄκαμπτον, rigidum.*
6 *Καυακτὸν, ruptile & non ruptile.*
7 *Θραυστὸν, frangibile, comminuibile, quòd diſsilit.*
8 *Θλαστὸν, impreſſile, vt cera, metalla.*
9 *Πλαστὸν, formabile.*
10 *Πιεστὸν, compreſſile tota ſuperficie.*
11 *Ἑλκτὸν, tractile.*
12 *Ἐλατὸν, ductile.*
13 *Σχιστὸν, fiſſile.*
14 *Τμητὸν, diuiduum, lapis, aqua.*
15 *Γλίσχρον, lentum.*
16 *Ψαθυρὸν, friabile, vide paulò poſt.*
17 *Πιλητὸν, ſubactile, cõmaſſabile,* daß ſich laßt filtzen/haarwerck/ wullen.
18 *Καυστὸν, vſtile.*
19 *Θυμιατὸν, ſuffitu aptum.*

Πιεστὸν, tota ſuperficie, vt ſpongia, lanæ.

Ὥστε τὰ μὲν: priora. Ὅσα μὲν ὕδατος, ſcilicet πλέον ἔχει.

Διατήκεται, vt ſal. Γῆ ἐκ πηλοῦ: lego, γῆ ἢ ἐκ πηλοῦ.

Ψαθυρὸν, Scheckius in commentarijs ſcribit, quod in ſolidis eſt κραῦρον, id in humidis

humidis eſt ψαθυρὸν. Videtur autem ψαθυρὸν in ſolidis etiam tantùm dici: nam ψαθαρὸν lego, ψαθυρὸν.) Varinus interpretatur εὔθλαστον, σαθρὸν, ξηρὸν, & ψαδυρὸν, ἀσθενὲς, ψαθυρὸν, & ψαθία, ψωμία, id eſt micæ: & ψαθάλλειν, κνήθειν & ψαφαρὸν, ψαθυρὸν apud Hippocratem: & ψαφαρὸν, & ψαφία, ψωμία, quæ omnia conueniunt ſolidis & aridis. Laudat in piſcibus carnem friabilem Galenus; & ψαθυρὸν, puto, dicere. Fortè dilutum, tenue, & aquoſum in humidis, lento, viſcoſo, glutinoſo, tenaci opponitur. Expono itaq; ψαθυρὸν friabile.

CAPVT NONVM.

Περὶ τῶν λοιπῶν παθῶν τῶν ἤδη ἀπηριθμημένων, ἤτοι μαλακτοῦ, τεγκτοῦ, καμπτοῦ, κατακτοῦ, θραυστοῦ, θλαστοῦ, πλαστοῦ, πιεστοῦ, ἑλκτοῦ, ἐλατοῦ, σχιστοῦ, τμητοῦ, γλίσχρου, ψαθυροῦ, πιλητοῦ, καυστοῦ, θυμιατοῦ, καὶ τῶν ἐναντίων.

MAλακτὰ δ᾽ ἐστι.) Later, κέραμος, μαλακτός eſt, quia habet poros irregulares & improportionales aqueo ſubingredienti: quòd Ariſtoteles ἀνωμάλως ἔχειν dixit. Vel quia valde parum humidi habet, & vix ad continuationẽ partium eius ſufficiens.

Sunt autem μαλακτὰ, quæcunque corpora communia terræ & aquę, habent multum humidi, faciens ſiccum ſequi motum ſuum imperfectè: & hæc ſunt coagulata, aut à calido reſoluente humidum aqueum: aut à frigido comprimente & ingroſſante humidum aëreum (nimirum vt in pice, cera; & fortè in cornu quoque humidum aëreum eſt) proportionaliter, Niphus. Humidum aëreum non eſt reſiccabile: quare in quibus illud ineſt copioſius, ea videntur apta molliri. Itaq; oleum ab omnibus metallis trahitur à chymiſtis.

Μαλακτὰ omnia ſunt, quæ (frigore) concreta ſunt, vel denſata; quæ ſcilicet non aquea ſunt, ſed plus terræ habent.

An quædam μαλακτὰ ſint etiam aqua, vt gluten, igne concretum. niſi dicat aliquis ea potius λυτὰ eſſe: ſed huiuſmodi μάλαξις non eſt λύσις, ſed via ad λύσιν; vt & contrà πάχυνσις in lacte via eſt ad πῆξιν. Sic & ἑλκτὰ, vt neruus, lorum, emolliuntur aqua, non ſoluuntur. An pix tùm frigore, tùm calore concreſcit: Quæ fit ex tædis in fornacibus frigore concreſcit.

An metalla cætera quæ ὕδατος ſunt potentia & facilius liquantur, non ſolent molliri igne: ſed fundi tantùm, cuduntur enim malleis frigida, vt & plumbum: Ferrum verò tantùm vt cudatur, mollitur igne.

Μαλακτὰ δ᾽ ἐστι τῶν πεπηγότων, &c. Hic conijcio in margine aſcriptum fuiſſe, tanquam diuerſam lectionem, & magis vſitatam Ariſtoteli, μὴ ὅτι ὕδατος, quæ poſtea ab imperito aliquo librario, ineptè in textum adiecta eſt, poſt ἢ ἐλατά. Itaque factum, vt is locus neq; à Græcis neq; à Latinis interpretibus intelligatur. Sic igitur lego. Ἀλλὰ εἰσιν ἑλκτὰ, μὴ ὅτι διαντά: ἢ ἐλατά, ἢ μαλακτὰ πυρί. Et mox, vt ad tres iſtas differentias, tria etiam exempla accommodentur, οἷον σίδηρος καὶ κέρας καὶ κηρός. Eſt enim σίδηρος ἐλατὸν. Cornu verò ἐλατὸν nec ἑλκτὸν, ſed tamẽ μαλακτὸν πυρί. Κηρὸς verò, (vt et pix, & alia pinguia vel reſinoſa ſolidiuſcula) ἑλκτὸν μὴ διαντὸν. (Nam nerui, chordę, ἑλκτὰ & διαντὰ ſunt, & molliuntur aqua, non igne, quod hic omiſſum eſt.

Ἐλατὰ quædam διαντὰ ſunt, vt lutum, quod aqua mollitur: Quædam ἀδίαντα, vt cera, metalla, quæ molliuntur igne. Simpliciter igitur quæcunque διαντὰ non ſunt, ſiue ἑλκτὰ, ſiue ἐλατὰ, ſiue neutrum vt cornu, molliuntur igne. Διαντὰ verò ſiue τεγκτὰ, aqua.

Μαλακτῶν alia ſunt
- Διαντὰ, *vel τεγκτὰ, vt neruus, lorum.*
- Ἀδίαντα, *eaq́; rurſus aut*
  - Ἐλκτὰ, *vt pix.*
  - Ἐλατὰ, *vt cera, metalla.*
  - Neutrum, *vt cornu, ligna quædam, ſi quæ ἐλατὰ ſunt,*

  Vtraque *μὴ διαντὰ & à frigore concreta.*

vt in textu Ariſtotelis legitur, vbi ſimpliciter ξύλον legitur: Aphrodiſienſis verò non omne, ſed quædam tantùm ligna igne emolliri ſcribit, vt commodius flecti poßint: alſo machend villicht die ſpießmacher/ vnnd die küffer/ brennend die nüwen faß / das ſy die tugen richten könnind. Item die tiſchmacher zů den himletzen/ überfarends an einem ort mit einem lumpen in warmen nit ſüttigẽ / *ne gluten remittat,* vñ voꝛnen zů einem fhür. *Vel potius ſic μαλακτὰ diuidere licebit.*

Μαλακτῶν alia concreta ſunt
- * Calore *ſicco, & humore molliuntur, vt gluten, defruta, caſeus, ſiue calido ſiue frigido humore. Sed nimis reſiccata & ἐξικμασθέντα, vt later, τὰ ὀρυκτὰ, ἀμάλακτα ſunt.*
- Frigore *concreta, & calore molliuntur, & hæc ſunt vel*
  - Ἑλκτὰ, *& ea vel* ——
    - Διαντὰ, *vt lorum, neruus.*
    - Ἀδίαντα, *vt pix.*
  - Ἐλατὰ ——
    - Ὕδατος, *vt metalla, præter ferrum.*
    - Μὴ ὕδατος * *vt cera, ferrum.*
    - * Κοινὰ *aquæ & terræ, vt lutum, maſſa farinæ, ebur, cornu, ligna quædam.*

  Ἀδίαντα *omnia.*

Ὅσα μὴ ἐξ ὕδατος, & ſic metalla ὕδατος ſunt, ſed potentia.

Μή τε ἔχει ἀνωμάλως.) Laterem fortè dicit, habere aliquid humoris, ſed inæqualiter (forſitan intus aliquid adhuc, non autem in ſuperficie) vel poros inæqualiter ſitos habere, καὶ μὴ ἐπ' εὐθείας. Alcyonius hunc locum aſteriſco notauit. Infra vbi de fragilibus & ruptilibus loquitur, κατακτὰ eſſe dicit, quæ poros maiores habeant, (& ſecundum rectum) Θραυστὰ verò quæ παραλλάξ. Κέραμον verò vtrunq; pati, nimirum quia poros inæqualiter, & vtroq; modo habeat.

Ἀλλὰ εἰσὶν ἑλκτά.) ὅσα γῆς πλέον ἔχοντα μὴ πάντως ἐξικμάσθαι: ἀλλ' ἐστὶν ἑλκτὰ, ὡς ἑλκόμενα ἐπίδοσιν ἔχειν ἄνευ τοῦ βραχῆναι, vt neruus, lorum, Aphrod.

An ἑλκτῶν alia
- Liquida, *quæ & γλίσχρα: vt pix. (Non puto Ariſtotelem ſic accepiſſe. Facit enim πάθη iſta 18. omnino generalia, vt quanquam vnum aliquando poßit dici ſpecies alterius, vt κατακτῶν τὰ μὲν θραυστὰ (vt later) tamen per ſe etiam genus eſſe poteſt, & ab altero ſeparari, itaq; non erit propriè ſpecies. Sed vide an γλίσχρον impropriè, pro, vt vimina lenta, dicatur. Reſpondeo lentum hic καμπτὸν ſignificare: vt propriè γλίσχρον quod non abrumpitur extenſione in longitudinem, ſic impropriè, quod inflexione non abrumpitur.) γλίσχρα verò liquidiora ſunt, vt phlegma, mucus, caſeus coctus, viſcum, mel: itaq; ſuperficies eorum non permanet, & permiſceri cum alia materia poſſunt ſubigiq́;.*
- Solida. *An ἑλκτὰ propriè habent ſuperficiem permanentem, vt lorum, nerui, membranæ, & hæc ſunt ſimpliciter ἑλκτὰ.*

Ἐλατὰ μὴ ὄντα ὕδατος.) Quaſi verò vllum corpus ὕδατος ὂν ἐλατὸν ſit, quod ne Alexander quidem ſoluere poteſt, & laborat in his explicandis Scheckius.

Καὶ μαλακτὰ πυρί.) pro ταῦτα δὲ μαλακτὰ πυρί.

Καὶ ξύλα.) ξύλα τινὰ θερμαινόμενα πέφυκε κάμπτεσθαί τε καὶ μαλάσσεσθαι, Aprodiſ.

Τὰ μὲν

Τὰ μὲν πεγκτά.) πεγκτὸν, aqua vel humore emollibile, quod aquam intra ſe admittit. Τέγγειν an madefacere proprie, & imbuere humore, vt ſpongia imbuitur, ita vt imbibat humorem, συμπίνειν Græcè. Hinc iocus apud Athenæum, διὰ τι οἱ σπόγγοι συμπίνουσι μὲν, μεθύουσι δ' οὔ: vel ſimilis; Humore grauidum dicimus aliquid, vt nubem.

Πόρους μείτους, patentiores.

Ὄγκων, ὄντων σκληροτέρων: Aphrod. ὄντας σκληροτέρους ὄγκους: guttas vertit Geſn. vel particulis.

Ὅσα διόλου.) quæ per totum aquam recipiunt, meatibus poſt receptam aquam ruptis ac peruerſis, Alcyonius. Ὅσα διόλου ſcilicet δέχεται τὸ ὕδωρ.

Διόλου οἱ πόροι, per totum ſic patentes.

Διαιρεῖται εὐθύς.) Terra illa cuius pori duriores ſunt aqua, τέγγεται μὲν οὐ τήκεται δέ: cuius verò molliores. liqueſcit etiam, Aphrodiſ. In terra (inquit Niphus) pori ſunt alternatim diuerſi, aliqui magni, & admittentes aquam: aliqui contrà: ideo lutum ſubeunte humore madeſcit, & cum is obtinuerit tandem ſoluitur.

Ἐν δὲ τῇ γῇ καὶ παραλλάξ.) μὴ συντετρημένων εἰς ἀλλήλους. In terra permutatim ſunt pori, & non per totum, ſed alternatim diuerſi, aliqui magni, aquam admittentes, aliqui verò anguſti, & non ſuſcipientes aquam. ideò lutum intingitur cum ſubit humidum: ſed cum humor obtinuerit, tandem ſoluitur; Niphus. Sed Aphrodiſ. παραλλάξ exponit, τοὺς μὴ συντετρημένους εἰς ἀλλήλους. Ita vt pori διόλου ſint, ſicut in ſpongia ferè οἱ συντετρημένοι εἰς ἀλλήλους: παραλλάξ verò, vbi pori & partes ſolidæ denſæq; alternatim diſponuntur, ita vt inter poros interualla denſa ſint, quæ ſcilicet aquam non admittunt.

Ὥστε ὁποτέρως.) ſcilicet τὸ σῶμα τὸ δεχόμενον τὸ ὕδωρ: δεχόμενον γὰρ τοῖς διόλου πόροις τήκεται, vt ſal: τοῖς δὲ παραλλὰξ τέγγεται (An τήκεσθαι contingit cum minimos etiam poros aqua ſubierit: τέγγεσθαι verò ab initio cum adhuc maiores tantùm poros ſubijt?

Τὰ μὲν καμπτὰ) καμπτὰ plus humoris habent: vimina & alia ligna in aqua remolliuntur.

Κάμψις ἡ εἰς περιφέρειαν κίνησις τοῦ μήκους σωζομένου. An hoc dicit, quoniam flectuntur quædam, vel conuelluntur, vel contorquentur, vbi longitudo eadem non conſeruatur; vt quæ ad ignem vel ſolem exiccata contrahuntur? Nihil de hoc Aphrodiſ. Ταῦτα δὲ συσπᾶται μᾶλλον ἢ κάμπτεται καὶ κατὰ πάθος μᾶλλον ἢ δύναμίν τινα φυσικὴν γίνεται. Καὶ οὐ δύναται ἀνακάμπτεσθαι, ſed rigida manent in quam conuulſa ſunt partem. (Tale quid & ſpaſmus eſt in corporibus: cuius & τέτανος, id eſt, rigor ſpecies, & τεταvὸν adiectiue, rigidum. Folia quædam τεταvὰ lego apud Theophraſt. prolixa vertit Gaza: fortè rigida vertendum. Vide an Plicatilia etiam & συσπαστά, vt marſupium, καμπτὰ ſint fortè.

Μήκους σωζομένου.) Nam longitudine non ſeruata (id eſt, incolumi & continua manente) erit fractio, & non flexio. Proinde Geſnerus adſcripſit: cur hoc?

Ἐκ περιφερείας: hoc vocabulum, complexus, vertit Alcyon.

Συνίστασθαι, redigi.

Κυρτότητα, conuexitatem, ſimum.

Καὶ τὸ κατακαμπτόμενον.) Pars virgæ quæ κυρτὴ eſt cum ſurſum flectitur: eadem κοίλη fit cum deorſum. Deflexum: ἀνακαμπτὸ: reflexum.

Ἀλλ' ἔστι κάμψις καὶ εὐθύνσις ἄλλο.) Quanquam κάμψις καὶ εὐθύνσις non idem ſunt: tamen ipſa corpora ſubiecta, eadem ſunt.

Εἰς μεγάλα μέρη: plerunq; duas.

Εἰς τὰ τύχοντα, in quotcunque.

De frangibili & comminuibili, vt Niphus vocat.

Παραλλάττοντας πόρους.) Comminuibilium pori ſunt παραλλάττοντες (quidam meatus viciſsim patentes: alij foramina non directè poſita interpretantur.) Ego, inquit Niphus, intelligo poros propè ſe inuicem ſitos (quaſi παραλλήλους videtur interpretari) ſeq́ inuicem interſecantes, inter quos paruæ partes (ſolidæ ſcilicet) collocatæ fuerint, in quas partes diuiſio ſiue comminutio fit, hoc eſt, quod dicit; μέχρι γὰρ τούτου (malim τούτων) διίσταται, hoc eſt, diuiſio corporum pertingit vſq; ad illos partes, quas infractas relinquit cum pori diuiduntur. Porro corpora concreta quæcunque poros magnos, & multum inter ſe diſtantes habent, inter quos magnæ partes interiacent, fragilia ſunt. Hæc Niphus. παραλλάττοντας, ſine ordine, non rectâ.

Μέχρι γὰρ τούτου διίσταται.) an melius, μέχρι γὰρ τούτων, ſcilicet τῶν πόρων διίσταται καὶ θραύεται. Alcyonius vertit μέχρι, &c. Hactenus enim diuerſa ſunt.

Ὅσα δ' εἰς πλὺ: an longius extenſos.


Ὅσα δ' ἄμφω.) quæ vtroſq;, vtrunq;, vt later. An eadem ratio pororum eſt cur ab aqua quædam τέγγεται tantùm, quæ ſcilicet poros παραλλάξ habent, & maiores, vt lana: quædam τήκεται, quæ poros paruos: ſed διόλου, & in ſe inuicem pertuſos ſeu perforatos habent, vt ſal, nitrum: quædam vtrunque, quæ poros vtroque modo.

¶ Comminutionis ſimul & fractionis cauſa communis eſt ſiccitas. Magis autem propria cauſa eſt, quoniam omne quod frangitur & comminuitur, ſecundum partes paſsibiliores hoc patitur, quas Ariſtoteles poros vocat, Niphus. Sic & τεγκτῶν καὶ λυτῶν ὕδατι, communis cauſa eſt ὕδωρ vel ὕγρανσις: proximior verò pororum differentia.

Ratio pororum. Σχιστὰ poros habent ſecundum longum. Τμητὰ ſecundum latum. Quædam σχιστὰ ſimul ſunt, & τμητὰ, vt lignum. In his tribus modis eſt ordo quidam & æqualitas: quædam præterea videntur ſine ordine habere poros.

Sunt itaque Pori alij

- Recti, *& hi vel ſecundum*
  - Longum
  - Latum
- Επαλλὰξ *vel* ἐπαλλάττοντες. *Sic accipit verbum* ἐπαλλάττειν *etiam* περὶ γλίσχρων *loquens.*
- Sine *ordine*



Καὶ τὰ μὲν θλαστά.) Θλαστὰ dicuntur cum relinquitur cauitas, vt in carne tumida digiti impreſsi. hinc thlaſpi herba ſuum habet nomen, θλάσμα, ein dülen/tülen.

- Θλαστῶν *alia*
  - Εὔθλαστα χειρὶ *&* πλαστά.
  - Ἄθλαστα χειρὶ, ὥσπερ δὲ καὶ πληγῇ θλαστά, *&* ἐκτυπώματα *dicuntur; vt metalla omnia.*
    - (*Vtraque retinent impreſsiones.*)
  - Εὔθλαστα μὲν τὴν θλάσιν δ' οὐ κατέχοντα, *& hæc compreſsilia dicuntur.*
- Θλαστῶν, *alia* ὧν ἡ θλάσις
  - Μένει, *facta vel*
    - Manu πλαστά.
    - Inſtrumento, ἐντυπωτά, *vt æs.*
  - Οὐ μένει, *vt lana, ſpongia, & hæc* πιεστὰ *dicuntur.*

Ariſtoteles etiam κηρὸν inter πιεστὰ nominat: cum tamen illa πλαστὴ ſit, & poris, ni fallor, careat: πιεστὰ verò omnia poros habere debent, vel inanes, id eſt, aëre plenos, vel cum aqua, vt ſpongia madida.

Κατὰ

Κατὰ μέρος μεθίσαται. ſcilicet εἰς βάθος locum mutat.

Καὶ ἄθλαστα.) Ἀλλ' καὶ τῶν ἀθλάστων, τὰ μὲν σκληρὰ, τὰ δ' ὑγρά.

Ἀλλ' οὐ κατὰ μέρος.) Ἀλλὰ διαιρεῖται καὶ ἀντιμεθίσαται, Aphrod. Quoniam cedit; ſed non per partes, imò contra diſtrahitur & tranſilit, Alcyonius. Ἀντιπεριίσαται quæ altiora fiunt cum eis aliquid inſertum eſt. Dicit Ariſtoteles aquam cedere quidem, ἀλλ' οὐ κατὰ μέρος, intellige reliqua ſuperficie manente: nam quantum pars aliqua deorſum impellitur, tantùm reliqua ſuperficies attollitur (ſchwelt ſich) Vel, ἀλλ' οὐ κατὰ μέρος μόνον, vt propriè θλαστὰ; ſimul enim ἀντιμεθίσαται, eodem ſenſu.

Cera οὐ ἀντιπεριίσαται, ſed fortè ἀντιμεθίσαται, quia ſurſum attollitur. Si vas impleas cera, & vndique exactè ad planam ſuperficiem comprimas, tum inſeras digitum vel aliquod corpus, ſuperficies circumſita eleuabitur quidem, vt etiam aquæ, ſed non circumfluet, nec rurſus implebit foramen; vt aqua & liquida faciunt. Vt ἀντιπεριίσαται Ariſtoteli, non tantùm ſignificet circumſitam ſuperficiem attolli, ſed etiam corpus inſertum ab humore circumfluente ambiri, & vbi quod inſertum eſt exemeris, mox complanari & impleri foramen. Itáque ceram nihil prohibet, θλαστὴν eſſe. An verò πιεστὴ ſit, adhuc dubito. Πιεστὸν depreſſum, non debet in latitudinem extendi, alioqui ἐλατὸν eſſet: ſed cera depreſſa in latitudinem ſimul extenditur, itaque potius ἐλατὴ erit; nam in vaſe in farcto, deprimi non poteſt, θλᾶσαι tantùm poteſt. Cera compreſsionem ſuam ſeruat, & tamen non eſt πιλητά: quanquam πιλητὰ nõ aliter definiuntur, quàm vt ſint ea, quæ compreſsionem ſeruant: quare rurſus dubium eſt.

Τὰ δ' μὴ εὔθλαστα.) χειρὶ ſcilicet.

Ὥσπερ ἔριον) ἔριον & θλαστὸν & πιεστὸν eſt.

Πιεστὸν, impreſsilium quædam ductilia ſunt, veluti cera & lutum: quædam non, vt lana: quædam neutrum, vt aqua οἷον ὕδωρ, ὅτι ἀντιμεθίσαται: quare pro ὕδωρ legerim σπόγγος.

Μὴ μεθισαμένου ἄλλου ἄλλῳ) nec alia parte per aliam tranſpoſita. vt ſupra de molli, vbi ἀντιπεριίσαται dicit, vt hic μεθίσαται.

Ἀπὸ τῆς φορᾶς: ὁρμῆς: impetu; ſurſum vel deorſum, vel aliter acto.

Ἐνόντοις πόρους: plenos aëre vel aqua.

Ἔστι δ' ὦσις μὲν.) Eſt autem ὦσις, vt docetur 7. phyſicorum, cum id quod mouet à motu non deficit, ſed contiguum eſt: φορὰ verò vel πληγὴ cum ſeparatur mouens à moto, Niphus.

Ἀλλ' ὧν αὖ οἱ πόροι πλήρεις.) pro Ἀλλὰ in vetere quodam codice Niphus ait ſe legiſſe ὥστε.

Οἷον σπόγγος.) cuius pori aëre vel aqua pleni ſunt.

Κηρὸς, σάρξ.) quorum pori pleni ſunt corpore eiuſdem naturæ, ſed rariore, ſubtiliore, ac molliore.

Ceram & lutum Ariſtoteles πιεστὰ facit, videndum autem num poros habeant (nam cereum vas in mare demiſſum, mare recipit) & ſi habent, num ἀντιπεριίσαται.

An ἐντυπωτὰ etiam πιεστὰ ſunt? vt coria, metalla, charta? imò θλαστὰ potius; quæ manu quidem εὔθλαστα non ſunt, ſed inſtrumento.

Ἀπίεστα δ'.) Quæ poros vel non habent, vt aqua & omne humidum. Vel habent, ſed plenos durioribus corporibus quàm poſsint cedere pellenti vel comprimenti, Niphus.

Ἑλκτὰ δ' ἐστὶν.) Tractilia ſunt quorum ſuperficies trahi poteſt ad latus, & hoc, tam ſecundum longitudinem, quàm ſecundum latitudinem. Dicit etiam ad latus vel ad alterum altero manente, vel ad vtraque vtriſque extenſis aut dilatatis,

continuitate eius quod trahitur ſeruata. Aliter accipitur ἕλξις ſeptimo Phyſicorum, cum id quod trahitur locum mutat, &c. hîc verè ἑλκτὸν totum non mutat locum. Cauſa ſic tractilium eſt humidum viſcoſum non ſiccum, Hæc Niphus.

Θρὶξ ſecundum μῆκος tantum tractilis eſt, quoniam ſecundum latera apprehendi non poteſt.

Vide in Μαλακτὰ, vbi dicere videtur, ἑλκτὰ quædam eſſe διαντὰ, quædam non διαντὰ, vt ceram, picem, & hæc etiam molliri dicuntur.

Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν ἐλατά.) Nullum humidum ἐλατὸν eſt: Poëtæ fortè & vndas nauigando ἐλαύνεσθαι dicunt, vnde & remi ἐλάται dicti, ſed impropriè: nam ὠθεῖσθαι potius quàm ἐλαύνεσθαι aqua propriè dicitur, ὅτι ἀντιμεθίσταται, es ſchwelt ſich eleuatur, attollitur ſua ſuperficiè, cum impellitur vel premitur.

Ἔελον δ᾽ οὐ, οὐδ᾽ ὕδωρ: malim σπόγγος pro ὕδωρ. Ὕδωρ quidem non eſt ductile. Sed non eſt è numero πιεστῶν, de quibus hoc loco.

Ἔστι δὲ καὶ τὰ μὲν χιστά.) Sic enim & ferrum erit molle, reſpectu ſcilicet ad ſtomoma, ad adamantem. Sunt autem χιστὰ ligna, lapides quidam, cornua, γάλα χιστὸν impropriè.

Προηγεῖται ἡ διαίρεσις.) antegreditur, Alcyonius, quod plus diuiditur quàm diuidens aſſequatur, Faber.

Τμητὰ δ᾽ ἐστί.) Corpora conſtantia, ideſt, concorta, quæ non multum humida ſunt, ſed magis ſicca: non minus tamen vt θραυστὰ: ea τμητὰ ſunt, ſiue dura, ſiue mollia ſint, in quibus non eſt neceſſe præcedere diuiſionem, vt in fiſsilibus.

Ὅσα δ᾽ ἰὼνται μήτ᾽ ἐξ ἀνάγκης.) Syntaxis obſcura. An ſic, ὅσα δ᾽ ἰὼνται διαιρεῖσθαι οὕτως ὡς μὴ ἐξ ἀνάγκης προηγεῖσθαι τὴν διαίρεσιν, &c.

Ἢ τοιαῦτα.) θραυστά.

Ἣ μὲν μήκη πολλὰ τὸ ἕν: ſcilicet potentia.

Γλίσχρον δ᾽ ἐστίν.) Viſcoſa ratione humidi multum extendi poſſunt, ratione verò ſicci retrahi ad principium. Debet autem humidum in eis valde vnitum eſſe cum ſicco, ſiue calore vniente, vt in oleo, pice, ſiue frigiditate comprimente, vt in phlegmate.

Ὅταν ἑλκτὸν, ἢ ὑγρὸν.) Alcyonius malè legit pro ἑλκτὸν, ἐλατὸν, Lentum dicitur, quotieſcunque ductile (tractile) vel liquidum, vel molle eſt. Aphrodienſ. puto, ὃ ἂν ἑλκτὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ μαλακὸν ᾖ (ὑγρὸν vt mel: μαλακὸν, vt caſeus coctus.) Sunt enim ἑλκτὰ quædam non ὑγρὰ, neque μαλακὰ, vt pili, ſetæ, nerui, pepla, panni: nam duo poſteriora etſi mollia eſſe poſſunt, non tamen ὑγρὰ ſunt: Ad γλίσχρον verò requiritur, non quidem vt ſimpliciter humidum ſit aliquid (id enim neque molle diceretur) ſed vt multum humoris habeat. Itaque caſeus elixus, cum iam pluſculum humoris habeat, tenacior fit.

Τοιοῦτον δὲ γίνεται.) pro τοιαῦτα ſcilicet γλίσχρα.

Τῇ ἐπαλλάξει, cohæſione.

Πιλητὰ δὲ ὅσα.) Filtrum & lana ratione pororum inter partes interceptorum, &c. Πιλητὰ, filtrabilia, ſubactilia, inſtar lanæ, feltriæ intricabilia. Πῖλος Græcis tegmen eſt ſiue capitis, ſiue alterius partis ex lanis non contextis ſed in ſe conſtipatis. Qui lanas ſic parat πιλοποιὸς, συμπιλητὴς, πιλωτὴς, πιλωτάριος vocatur apud Pollucem: & πιλωτὰ, quæ ſic parata ſunt veſtimenta.

Καὶ τὰ μὲν καυστὰ ἐστι.) Καυστὰ habent poros: itaque ebenus, cum eis careat non eſt combuſtibilis: vritur tamen (θυμιᾶται fortè grato & iucundo odore) in quibus eſt humiditas debilior igne, ideſt, aërea non aquea, Niphus. nam humor aëreus nutrit ignem, aqueus ſuffocat.

Καὶ τὰ μὲν καυστὰ, vſtibilia & cremabilia. Huc referuntur & ἐγκαυστά.

Ἀσθενεστέραν πυρὸς: ideſt vſtibilem.

Τὰ δὲ θυμιατὰ.) Θυμιατὰ alia faciunt.

Fumum, *vt lignoſa & terreſtria corpora*, καπνὸν.
Lignum *tamē fumū facit, nō tamē eſt* θυμιατὸν.
Quæ *igitur ex fumoſis fumū faciunt, faciūt vel*
Ingratum.
Gratum, *vt aromata.*
Fuliginem, λιγνύν, τὰ πίονα, *liquida & humida, vnctuoſa, vt reſina, pix, ſeuum, butyrum, oleum, thus & ſimilia thymiamata, per excellentiam di-cta ſtyrax, ſtacte, myrrha, &c.*
Κνίσσαν, τὰ λιπαρὰ *pinguia (vt animalium partes)*

Nihil *horum humectat; neq; aërem aut ventum faciunt, & ſine flamma igne vrente* ἀθρόως *fiunt.*

ſed confundi puto λιπαρὸν & πίον, *vt* καὶ λίπ' ἐλαίῳ) λιπαίνω, πιαίνω, λιπαρὸν ποιῶ, *Varinus. Sed* λιπαρὰ *propriè corpora ſolidiora, quæ pinguitudinē ſplendent, hinc & alia ſplēdida* λιπαρὰ *dicūtur, vt* λιπαρὰ κρήδεμνα,

Πυρυμένων χωρὶς.) πυρυμένων αὐτῶν καὶ θερμαινομένων, αὐτὴν κατ' αὐτὴν ἐξατμίζειν, ἄνευ τοῦ σώματος τοῦ τὴν ὑγρότητα ἔχοντος.

Διαντικὴ.) ὑγραντικὴ.

Χρόνῳ εἰς ἀέρα: non igne ſed tempore.

Διαφέρει δ' αὕτη ἡ ἔκκρισις.) θυμίασις. Ἡ δὲ ἔκκρισις ἡ ἀπὸ τῶν θυμιάτων τοῦ ὑγροῦ, ἡ ἀπὸ χρόνου, ἀλλ' οὐχ ὑπὸ πυρὸς γινομένη, διαφέρει τῆς ὑπὸ πυρὸς γινομένης, ὅτι αὐτὴ οὔτε ὑγραντική ἐστιν, οὔτε πνεῦμα γίνεται ἡ ἀπ' αὐτῶν ἔκκρισις τοῦ ὑγροῦ, Aphrod. quaſi verò τῶν θυμιάτων ἔκκρισις, quæ ab igne fit, humectet. Ego ſic malim.

Ἡ πρὸς τὸ πῦρ θυμίασις, ἀπὸ τῶν ἄλλων ἐκκρίσεων καὶ ἀτμίσεων διαφέρει. Sic & Faber Stapulenſ: exhalationem ſiccam à vapore hic diſtingui ait (Quanquam etiam quę temporis progreſſu fit, οὐ διαίνει forte, nec aër aut ventus fit, quoniam non fit ἀθρόως, quod in θυμιάσεως definitione ponitur, vt non dicantur illa, vt poma & alia quæ exhalarunt vetuſtate θυμιώμενα, ſed ſimpliciter (euaneſcunt, tabeſcunt, marceſcunt) excreta & exoleta & corrugata, verſchwelkett. Niphus etiam hic nō probat Aphrodiſiēſem. (Vapor humidus διαίνει, & in nubē vertitur.)

Σώματος θυμίασις.) pro ἔκκρισις.

Καὶ πᾶν τὸ τοιοῦτον ἐν ταυτῷ.) id eſt, in eodem genere exhalationis ſunt: & licet inter ſe diuerſa, analogia tamen idem ſunt, vt ſquammæ, pili, plumæ, folia, operimenta quædam in animalibus & plantis.

Ἡ δὲ πίονος θυμίασις, λιγνύς.) ex odoratis thymiamatis, thure & huiuſmodi, quanquam ſequenti pagina verſu 19. λιβανωτὸν ἀτμίζειν dicit.

Καυστὰ in cenerem vertuntur, ſic & θυμιατὰ primi generis: quæ omnia etiam grauiter maléque olent, ſi ab animalibus ſint. (odorati tamen ſunt vngues Byzantij) vt pennæ, ſquammæ, oſſa, cornua (ſuffiuntur pro hyſtericis mulieribus, quibus in hoc morbo, bene olentia omnia ferè auxilio ſunt, præſertim carbonibus iniecta, cremata & ſuffumigata. Sic aſſa fœdita per os exhibita vel odorata.

θυμιάματα nō debent eſſe aquea ſed ſicca; & vel pinguedinem manifeſtam nō habent, vt τὰ καπνιστὰ: vel habent multam & manifeſtam, vt κρέα πίονα, in animalibus tantùm: vel tota pinguedo ſunt; vt reſina, pix, thus, & huiuſmodi.

Thymiamatωn igitur (inquit Aphrod.) humiditas ipſa per ſe non euaporat, ſed ſimul cum ea etiam aër ſiccus (ſubſtantia ſicca) ἀθρόως, quæ excretio fumus dicitur. In iſtis nō ardet ignis ſed tanquam in carbonibus lentè ſerpit, es mottet/ dicunt noſtri. Conſumitur quidem ab igne & aqua tota, ſed per vaporem humectantem. Θυμιατὰ verò ab igne tota conſumuntur per exhalationem non humectantem (tota, propter cinerē remanentē forte, quibus ille manet; Nam in primo

genere θυμιατῶν, quæ καπνὸν emittunt cinis multus manet) Verum video interesse, quod in alijs quidem τῶν θυμιατῶν, reliquię nullę manent, vt olei; in alijs manent, vt lignoſis.

Item θυμιατὰ quandiu apud ignem ſunt, multum fumi aut fuliginis ἀθρόως emittunt. καυςὰ verò ſimpliciter, vt ligna ἄκαπνα, prunę, nihil aut parum fumi. Itaque in θυμιατοῖς omnibus humiditas adeò eſt infixa, vt ſeparari non poſsit, donec prorſus corrumpantur, vel igne vel tempore, vt oſſa, quæ in ſepulchris in puluerem & quaſi cinerem vertuntur.

Item καυςὰ & φλογιςὰ præcipuè aërem & ventum faciunt, partim vapore aqueo in aërem tranſeunte, partim ob motum flammarum, quare inſtrumenta etiam circumagendis verubus in caminis fiunt. Θυμιατὰ verò, aërem & ventum non faciunt.

Διὰ τοῦτο τὸ ἔλαιον οὐχ ἕψεται.) Itaque oleum non incraſſatur, quia exhalabile eſt, non vaporabile, &c. Superius dictum eſt, oleum eſſe incraſſabile, ſed ſecundum aliam rationem. Hic verò aliter accipitur incraſſatio, pro conuerſione vaporis in aquam, Niphus. Soluitur verò & aliter, quod incraſſabile ſit, ſi coquatur cum alijs, non autem per ſe. Item quod craſſabile quidem ſit, ſed non vt reliqua craſſabilia, hoc eſt, non eò vſque, vt ἀμόλυντον fiat, niſi cum alijs coquatur. Oleum itaque non ἑψητὸν dicetur, nimirum, quia licet aliquantulum fortè ἑψήσει incraſſetur, nō tamen craſsitudinem ἀμόλυντον, vt cætera. Et cum ἑψητῶν diuerſi ſint fines, nullus eorum in oleo requiritur. non enim opus habet coqui ad potum cibumúe, cum crudū magis placeat, ſed neque ad medicamenta per ſe: non igitur ἑψητὸν eſt.

Θυμιατὰ οὐκ ἐξατμίζει, πυρούμενα χωρίς.) Niphus, quia Græca non perpendit, dicit. Exhalabilia eſſe illa, quæ ſeorſim ab igne non exhalent, ſed ad ignem ſolùm. Ego dico cum Aphrod. quod ad ignem tantùm exhalent, ideſt, ſiccam ſubſtantiam vnà cum humida emittant, cogente id vi ignis. Abſque igne autem humidam per ſe, vt oſſa in ſepulchris, &c.

Οἶνος δ' ὁ μὲν γλυκύς.) Vinum dulce non inebriat. Hoc diuerſum eſt à noſtro dulci, inebriat enim noſtrum, Niphus. Huc pertinet quod Africanus ſcripſit: Oleum ſi viti inſeratur, non vuas modo ſed & oliuas parere & fructum omnino vtrunque reſipere. Vide Ruellium quoque.

Ἔστι δὲ πνεῦμα, ῥύσις συνεχής.) Πνεῦμα eſt aër continuo fluens ad longitudinem verſus, ideſt, mediam aëris regionem, donec vertatur in pluuiam, Niphus. Non placet hæc interpretatio, nam inferius Aphrod. dicit eſſe ſiccam exhalationem. Exhalatio ſiquidem alia eſt.

Calida & *ſicca, quæ eſt materia ignitorum, vt quæ exit ab igneſcentibus.* } Neutra *humectat.*
Calida & *humida, vt quæ à rebus omnibus progreſſu temporis exhalat (hæc etiam non madefacit, quia non vertitur in pluuiam, ſed corrumpitur, euaneſcit) neque in ventum fortè, quia non ἀθρόως.*

Ἀτμὶς κοινὸν ὕδατος καὶ πνεύματος. τὸ δὲ πνεῦμα ἐστὶ θερμὸς ἀήρ, διὸ ὑγρὸν τὴν φύσιν, ὅτι ἐξ ὕδατος. Verba Ariſtotelis, quæ citat Schegkius, libro non nominato.

Πίων δὲ.) Πίονα, pinguia, ſchmutzig/ vt oleum, pix. quę tota eiuſmodi ſunt. Homerus κατὰ πίονα μηρί' ἔκηε. Πῖον verò corpus animalis, aut eius pars obeſa, opima, vel aliud. Vide in fine huius capitis noni, vbi πῖον eſſe dicit ξηρὸν μετὰ τοῦ λιπαροῦ μιχθόν. Πάντα τὰ καιόμενα μελαίνεται, &c. ὅταν ὁ ἀὴρ καὶ τὸ ὕδωρ ὑπὸ τοῦ πυρὸς διακαυθῇ, διὸ καὶ τοῦ καπνοῦ γίνεται μελάντατος, ὁ ἀπὸ τῶν πιόνων, καὶ λιπαρῶν, οἷον ἐλαίου καὶ πίττης, καὶ δαδὸς, διὰ τὸ μάλιστα ταῦτα κάεσθαι καὶ συνέχειαν ποιεῖν, Ariſtot. in libro de coloribus. Vbi Simon Portius. Oleū inquit, pingue & vnctuoſum eſt, λιπαρὸν pix & tæda opima, πίονα. Homerus, Dionyſius, & cæteri poëtæ, pingues & adipoſos, ideſt,

ſos, ideſt, λιπαυγαρὲς καὶ πίονας, pro locupletib. & opulentis accipiũt, Hermolaus.

Ἔστι καὶ ἐστὶ, Ariſtoteles tum καυστοῖς tum θυμιατοῖς adnumerat, & ſanè καυστὰ videtur eſſe genus ad θυμιατά.

Θυμιατὰ quædam φλογιστὰ ſunt, ὅσα μὴ ὑγρὰ ἐστι, nimirum, vt lignum & lignoſa quædam.

Ὅσα δ' οὐδ' ὑδατώδη) vt de larice quidam, melius de populo.

Τῶν δὲ καυστῶν.) Καυστὰ maximè ſunt, & in cinerem verti poſſunt, hoc eſt, prorſus à calore vinci, quæ prius etiam à calore afficiet coagulari potuerunt: vel à â calore ſimul & frigore. Non enim coagulata ſunt à frigore, niſi mediante calido, vt ſupra dictum eſt, Niphus (Aqua igitur & quæ aquæ ſunt, non erunt καυστὰ, ã ſolo enim frigore coagulantur.) Sic & primum genus θυμιατῶν erit καυστὸν; quod & φλογιστὸν ferè: ſecundum & tertium non item, ſed θυμιατὰ tantùm, niſi accedat ſicca materia, vt ellychnium, &c.

Si largè accipias καυστὰ, ſic dices, quæcunq; ab igne conſumuntur (vt ſupra ὕδωρ ἐκκαίεσθαι, dixit) tum ex ἐξατμιζόμενα, tum θυμιώμενα. Metalla omnia conſumuntur igne, præter aurum. Carbunculus etiam qui vocatur lapidum ſigillũ; ob fortem permixtionem humidi cum ſicco, qua fit pororum ſtrictura, redditur ferè ab igne impaſsibilis. Videtur ἄνθραξ hic eſſe, qui Granatus vocatur, Carbunculus Charchedonius Agricolæ; nam ex Carthagine afferri inquit Theophraſtus ἐν τῷ περὶ λίθων. Alias plures differentias Carbunculi Agricola tradit. Ex Carbunculis qui non ſentiunt ignes, à quibuſdam Græcis ἀπύρωτοι ſunt appellati, Georg. Agricola. Et rurſus; Carbunculi pleriq; omnes ignem non ſentiunt, ſed maximè Charchedonij & Thracici: qui in eo ſicut adamantes non comburuntur. Charchedonijs (apud Garamantas & Naſamonas inuentis) ſignantibus, quamuis in opaco, ceras liqueſcere Archelaus authôr eſt. Hæc ille. Ego σφραγῖδα ab Ariſtotele dici puto, quod gẽmæ aliæ cum eo ſculpantur; fortè ſicut & adamante puto. Ἐξ οὗ (an ἐξ οὗ pro δι' οὗ) καὶ τὰ σφραγίδια γλύφουσι, Theoph. Cum & alioqui ferè adamantis duritiem obtinere videatur ex eo quòd igni reſiſtit: ſed de his nihil Agricola, neq; Schegkius. Gemmæ quædam ſentiunt limam, vt Topazius; alia non ſentiunt, vt Sapphirus & Carbunculus: omnes autem ſcalpi poſſunt, puluere Smyridis, excepto Adamante, qui non niſi proprijs fragmentis poteſt ſcalpi, Agricola. Itaque videtur Theophraſti locum de Sphragide; non animaduertiſſe.

Μᾶλλον μετ' ἄλλων.) μηγνύμενα καὶ ἐπιχεόμενα.

Φλογιστὰ.) Mel, quia terrei aliquid continet; magis eſt aduſtibile quàm oleum; ſed minus inflammibile.

Οὐ συνεχὲς δὲ καὶ ἔλαττον.) aut fortè ſatis multum: nam metalla ab exhalatione humida fieri dixit, ſed ἰσχυροτέραν πυρὸς, pori etiam non ita ſunt vt in ligno.

Τῶν θυμιατῶν, ὅσα: primi generis.

Πνεῦμα καὶ καπνὸς: vtraque ſicca.

Ξύλων μὲν οὖν: viridium & pinguium quoq; vt tædæ.

Διὰ τὸ μᾶλλον εἶναι γῆς.) οὐ τηκτὰ δὲ τὰ πλεῖον γῆς ἢ ὑγροῦ ἔχοντα, Aphrod.

Ἐλαίου δὲ καὶ ὅσα ἐλαιώδη.) λιπαρά.

Ἡ δὲ μετάβασις διὰ τοῦτο.) ἡ δὲ μεταβολὴ εἰς τὸ πῦρ διὰ τοῦ ξηροῦ.

Μετὰ δ' ἑτέρου.) cum aliquo ſicco.

Τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ πίον.) Πίον ἐστὶ τὸ ξηρὸν λιπαρὸν, ideſt, τὸ ξηρὸν μετὰ τοῦ λιπαροῦ μιχθέν. Parentheſeos initium in hac periodo poni debet, non poſt τοῦ ξηροῦ, ſed paulò ante, pòſt τὸ πίον, ante ἡ δὲ εἰς, &cæt.

CAPVT DECIMVM.

Περὶ τῶν ὁμοιομερῶν.

Τούτοις δέ.) Τούτοις δή.

Καὶ χρώμασι.) & ſonis, vt ſupra dixit.

Ἐκ τούτων γίνεται ἐκκρινόμενα.) vt pompholyx, ſpodos, ceruſſa:

Ἶνες.) αἱ ἐν τοῖς φυτοῖς, Aphrod. quod non opus erat adijcere, cum etiam in animalibus ſint fibræ, in ſanguine, neruoſis, carne.

Ἐπεὶ δὲ ταῦτα.) τὰ ἀνομοιομερῆ. nam materia eorum proxima ſunt partes ſimilares, ποιητικὸν verò τὸ σπέρμα, Aphrod. fortaſsis autem accipit ſperma, pro vi formatiua, quæ in ſpermate eſt, &c.

Ἐξ ὧν δὲ ταῦτα.) ideſt, τῶν δὲ ὁμοιομερῶν.

Ἐξ ἐκείνων ἐκεῖνα.) ideſt, τὰ ὁμοιομερῆ ἐκ γῆς τε καὶ ὕδατος.

Τῶν σωμάτων, ſimilarium ſcilicet.

Δεδημιουργουμένων.) εἴτε ἁπλῶς, εἴτε καὶ μεμιγμένων ὑπό τε τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ, Aphrod.

Τούτων δὲ ὅσα μαλακά.) ſcilicet τῶν ὁμοιομερῶν. Aphrod. reddit ſic. Τίνα δὲ τῶν πεπηγέναι πως ἢ μαλακὰ ἢ σκληρά ἐστι, προείρηται. Τῶν μὲν οὖν ὑγρὸν (ἐν τούτοις δὲ τίθησι καὶ τὰ μαλακά, &c. quoniam ſupra vtriuſque horum definitiones poſuit. Ego malim, τούτων δὲ ὅσα μαλακὰ ἢ σκληρὰ (& hic diſtinguere) ὅτι πήξει ἐστι, προείρηται. Vel eodem ſenſu, ὅσα μαλακὰ ἢ σκληρὰ πήξει ἐστὶν, ὡς προείρηται. Dixerat enim ſupra, Ἀνάγκη δὲ σκληρὸν ἢ μαλακὸν εἶναι τὸ ὡρισμένον σῶμα οἰκείῳ ὅρῳ ἔτι πεπηγὸς εἶναι. Hunc ſenſum etiam Niphus ſequitur.

Τῶν μὲν οὖν ὑγρῶν ὅσα μὲν ἐξατμίζεται.) De molli quidem & duro, inquit, dictū eſt, reſtat vt dicamus de liquidis. Itaque primùm περὶ ὑγρῶν, deinde περὶ συνεστώτων dicit, quæ nam ſcilicet eorum vel ὕδατος vel γῆς vel κοινὰ ſint. Quamobrem fortè Niphus & Faber Stapul. (287.1.) non ξύλον, ſed μέλι legunt. Quod ſi ita accipias, vt dicat Philoſophus, corpora quædam ἐξατμίζεσθαι vt aquam, ideſt, totam per vaporem conſumi, alia non ἐξατμίζεσθαι, quòd vel aquam nullam habeant, vel cū ea etiam aliud elementum, vt aërem vel terram, nihil refert vtrum ξύλον vel μέλι legas: & ſi ξύλον, nil refert an ſiccum vel viride intelligas (licet Aphrodiſ. χλωρὸν adijcit) nam viride lignum ἀτμίζει μὲν, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξατμίζει. Siccū verò neutrum.

Ἢ γῆς, ἢ κοινὰ γῆς.) quòd terræ vel amplius habeant, vel tantundem quantùm aquæ, Aphrod. nam ſi ſimpliciter γῆς, quomodo eſſent ὑγρά?

Οἷον γάλα.) neque enim totum euaporando conſumitur, Aphrod.

Οἷον ξύλον.) vt mel, Faber, & Niphus, vt & paulò poſt, verſu ſeptimo.

Ξύλον.) χλωρὸν, Aphrod. viridia ligna, Alcyonius. Sed cur non potius ſicca? quę magis aërea videntur, quod ſupra pag. 284. linea 33. dixerat, τὰ ξύλα eſſe γῆς καὶ ἀέρος. An quia Aphrod. putat Ariſtotelem hîc περὶ ὑγρῶν tantùm loqui. Supra etiam pag. 284. lin. 33. æditionis Baſil. ξύλα dixit eſſe γῆς καὶ ἀέρος.

Ἢ ὕδατος.) aër quidem in oleo, vi frigoris in aquam vertitur.

Κοινά.) γῆς καὶ ὕδατος, Aphrod.

Ἀπορήσειε δ᾽ ἄν τις περὶ οἴνου, τῶν ὑγρῶν.) vtrum inter ὑγρὰ aut inter μικτὰ debeat reponi, Aphrod.

Ἄλλος ἄλλως.) ſcilicet πάχει.

Καὶ πήγνυται ἧττον.) præcedente pagina, verſu 26. vinum dulce ſimpliciter negauit aſtringi frigore.

Ὥστε ξυόμενος.) ξυόμενος, nimirum ξυόμενος εἰς ὕδωρ, Vetus interpres, item Niphus & Faber habent, vt egrediens coaguletur, quod non placet.

Εἰ δὲ πᾶς ὕλην.) ἰλυὼ, Aphrod. fæcem, Alcyonius.

Ὅσα

Ὅσα ᾗ ὑπὸ ψυχρᾶ παχύνεται.) Vide an hoc verum ſit. Aphrodiſ. ſimiliter habet. Τὰ ὑπὸ θερμᾶ παχυνόμενα, vt lac & vinum nouum; ὑγρὸν eſt: etſi γῆς plus habet, quàm terræ, vt ſanguis etiam, niſi vtrumq; horum morboſum fuerit. Sed ſanguis tùm παχύνεται, tum πήγνυται à frigido, itemq; gelu in patina; &c.

Muſtum decoquitur, vt conſumatur.

- Pars *tertia, carenum.*
- Dimidia, *defrutum.*
- Duæ *tertiæ, vt vna tertia ſuperſit.*
  - Sapa
  - Sireum.
  - Ἕψημα.
  - (Rob de vino.)

Παχύνεται, γῆς.) γῆς μᾶλλον.

Ἔλαιον, καὶ μέλι.) ſupra dixit μέλι non eſſe ὕδατος, cap. 8. ſed plus habere θερμᾶ; καὶ γῆς, & pag. 284. verſu 14. μέλι μὲν γῆς.

Μέλι, καὶ ὁ γλυκὺς οἶνος: Aphrod. γῆς καὶ ὕδατος, & vinum dulce ſimiliter.

Τῶν ᾗ συνισώτων.) ideſt, πεπηγότων & σκληρῶν, Aphrod.

Ὅσα ᾗ ὑπ' ἀμφοῖν, τοιαῦτα δ' ἐστὶν, &c.) ὅσα προθερμανθέντα ψυχθέντα πήγνυται, Aphrod. & ſic Ariſtoteles ſupra pag. 284. verſu 28. Vt ſanguis & genitura, Faber, quod non placet. Sed Aphrodiſienſis videtur alia quædam intelligere: vide ſupra circa finem capitis 7. Alia ratio eſt eorum ὅσα κοινὰ ὕδατος καὶ γῆς καὶ ὑπὸ πυρὸς πήγνυται καὶ ὑπὸ ψυχρᾶ.

Ὅσα ψύξει, ſcilicet πέπηγε.

Ταῦτα δὴ ἀμφοῖν.) ideſt, aquæ & terræ an legendum ταῦτα ᾗ ἀμφοῖν (ſcilicet, θερμᾶ καὶ ὑγρᾶ στερήσει) πήγνυται. διὸ καὶ ὑπ' ἀμφοῖν (θερμᾶ ſcilicet καὶ ψυχρᾶ πήγνυται.) De iis quæ calore & frigore concreſcunt, vide ſupra circa finem capitis ſeptimi. Vide etiam nunc ὀρυκτὰ talia, quæ circa finem libri tertij ἄτηκτα dixit.

Καὶ ἔχειν ἀμφω.) caliditatem & humiditatem.

Ὅσων μὲν ἐν ἅπαν ἐξικμάσθη.) ſcilicet τὸ ὑγρὸν exudauit, &c. Aphrodienſ. addit καὶ μᾶλλον ὑπὸ τῆς ψύξεως πήγνυται. Sic & Faber, later & lachrymarum & gummi genera frigido coagulantur. Atque Ariſtoteles hic non tam quærit, vtrum à calore magis aut frigore corpora iſta coagulentur, quàm vtrum terræ aut aquæ magis ſint; & quod Aphrodiſ. dicit, hæc à frigore magis coagulari, non verum eſt de latere: quia ab vtroque quidem coagulatur, ſed magis & validius ab igne, ita vt humiditas omnis conſumatur, quòd congelatione non æque fit. Congelatum enim frigore, remolliri poteſt calore, non autem contra.

Ἐξικμάσθαι πάντως alia à

- Calore, *vt later coctus qui ſolui amplius non poteſt: Sal, lapides quidam. Et rurſus alia* λυτὰ *ſunt calore, alia* ἄλυτα.
- Frigore, *vt vel quæ prius*
  - Calefacta *fuerunt, vt partes in animalibus & plantis ab exhalatione, oſſa, cornua, lachrymæ, gummi, ſecundum Ariſtotelem.*
  - Non *calefacta, vt lapides quidã, tophi, &c. Alioqui ſi quid ſæpius calfiat, iterumq; frigore concreſcat, omnino durius ſicciusq; fit.*

Ἤλεκτρον γῆς.) Electrum Ariſtoteles putauit eſſe γῆς, & ἄτηκτον & ἀμάλακτον. Ego verò non molliri tantùm poſſe puto, ſed etiam liquari, quoniam & vernicē & olei genus inde quidam parare norunt arte deſtillationis. (Sed quærendum an tota eius ſubſtantia in oleum abeat aut vernicem: nam fortè ita demum eſſet τηκτὸν, alioquin etiam è lignis olea fiunt.) Plinius octo gummi genera enumerat, è Spina Aegyptia, amygdalis amaris, vite, vlmo, iunipero, ceraſo, pruno, ſarcocolla.

Ταῦτα δὴ ἀμφοῖν: aquæ nimirùm & terræ.

Διὸ καὶ ὑπ' ἀμφοῖν.) ſcilicet πήγνυται, ideſt, tum à calore tum à frigore. Καὶ ἔχειν

t

ἄμφω, ideſt, & ante concretionem ambas illas qualitates habebant, caliditatem & humiditatem (vt ego interpretor.)

Ἐξικμάσθη, ideſt τὸ ὕδωρ: exudauit.

Σμύρνα, λιβανωτὸς, κόμμι, ὡς δάκρυα.) Videtur hæc non rectè cõiungere: nam gummi longè eſt alterius naturæ quàm reſinæ ſint. Videtur autem reſinis & thus & myrrha adnumeranda: & hoc tantùm inter eſſe, quod ſicciora ſunt. An reſinę non ſunt δάκρυα? ſed δάκρυα ſunt inter reſinas & gummi quaſi media? An reſinæ omnes calidæ? omnes odoratæ, ſiue ſuauiter, ſiue ſuo quodam reſinoſo odore? item omnia quodammodo pinguia. Gummi verò γλίσχρα potius quàm pinguia, omnia inodora.

Differunt ſubſtantia quorum appellationes ſæpe confunduntur. Eſt enim.

- Reſina *oleaginæ naturæ.*
  - Accenditur
  - Oleo *miſcetur*
  - Aquæ *non miſcetur.*
- Gummi *aqueum eſt,*
  - Crepitat *igne.*
  - Oleo *non miſcetur.*
  - Aquæ *facilè miſcetur.*
- Lachrymæ (*quanquam & gummi & ὀπὶ lachrymæ dicuntur*) *priuatim dictæ, vt myrrha, thus, bdellium: item laſer, opopanax, &c. magis ad reſinarum naturam accedunt, vt ſciunt deſtillantes Medici, &c.*

Καὶ πήγνυται: Ψύχει ſcilicet.

Σμύρνα, λιβανωτὸς: hæc duo non ita ſunt γῆς, vt gummi, quòd ſciunt illi qui deſtillationibus occupantur.

Ὑπὸ δὲ τοῦ ποταμοῦ, Eridano.

Ὅσα δ᾽ ὑπ᾽ ἀμφοῖν, ταῦτα δὴ ἀμφοῖν.) ſcilicet vtraque qualitate ideſt, calida & humida priuantur.

Concreſcunt,
- Frigore, *aquea.*
- Calore, *terrea.*
- Vtroque, *ideſt, vel hoc vel illo ſeparatim, quæ aqua & terra participant.*

Sed aliud genus eſt, quod ab vtroque vel potius ambobus iunctis (calido & frigido) concreſcere dicitur: (an potius frigore tantùm concreſcunt: ſed vtriuſque qualitatis priuatione, ſcilicet calidi & humidi) ὅσα προθερμανθέντα, εἶτα ψύξει πήγνυται, vt ferrũ, cornu, & hæc vel δύσλυτα μάλιστα ſunt, vt ferrũ, metalla: vel prorſus ἄλυτα, vt cornu. Fiũt.n. hæc ab exhalationib. terræ, aut animaliũ, quas calor excitarit (cera etiã calore liqueſcit, ſed ſi deinde iterũ refrigeret, ſolidior erit, quàm antea.)

Cæterum πῶροι, ſeu tophi, ita gignuntur, vt à calore & frigore indurari videantur, vt & alij quidam lapides (nullo quidem calore externo in ipſos agente, ſed interno eorum calore per frigiditatẽ expulſo, educentéque ſecum humiditatem.) Ad concretionem verò ferri & cornu, externo igne opus eſt, primùm moueri exhalationes deinde, accedẽte frigore illas indurari. Et quanquam ignis ille vel calor in animalibus inſitus ſit, extrinſecus tamen dicitur ad ipſas partes quæ concreſcunt reſpectu, vt ad cornu. Igitur dicendum οὐχ ὡς ὑπὸ πυρὸς ſcilicet τοῦ ἔξωθεν.

Καὶ τὰ μὲν ἄτηκτα καὶ.) τῶν δὲ τοιούτων τὰ μὲν ἄτηκτα, &c. Aphrod. id eſt, ea quorum omnis humor exhauſtus eſt.

Ὅμοιοι γίγνονται τούτοις, ſcilicet lapidibus ἀτήκτοις.

Οὐχ ὡς ὑπὸ πυρὸς: τοῦ ἔξωθεν: nihil iuuante igne, vt & in electro.

Υ'πὸ τοῦ ἐξ αὐτοῦ: pro ὑπὸ, ponit μετὰ.

Ε'ν δὲ τοῖς ἑτέροις.) Ε'ν γὰρ τοῖς ἄλλοις, τοῖς ὑπ᾽ ἀμφοτέρων πηγνυμένοις, ἢ τοῖς ὑπὸ θερμοῦ, τὸ ἔξωθεν περιστάτον πῦρ ἐστὶ τὸ πρὸς τὴν πῆξιν αὐτῶν συντελοῦν, Aphrod.

Σίδηρος καὶ κέρας, &c. γῆς μᾶλλον. Nota: quòd hîc etiam ferrum non numerat cum cæteris metallis, quæ ὕδατος eſſe dixit; vt & ſupra in medio capitis ſexti, ferrum & cornu ſimul nominauit, & ferrũ ἄλυτον dixit μὴ ὑπερβαλλούσῃ θερμότητι.

Παραπλησίως τοῖς ξύλοις: an viridibus?

Ο'σα δὲ ὑπὸ ὕδατος.

Τούτων δὲ τὰ ἐν τοῖς εἰρημένοις.) ταῦτα δὲ ἐν τοῖς εἰρημένοις πάθεσιν ἐστὶ Aphrodiſienſ. Πάθεσι, an πάθη ἐστὶ.

Καὶ οὐκ ἐστὶ μεταξὺ.) an quia inter ὑγρὸν καὶ πεπηγὸς non eſt μεταξὺ: quot modis autem horum vtrumque afficiatur, dixit Schegkius. Aphrodienſ. aliter exponit, καὶ παρὰ ταῦτα οὐδὲν ἐστὶ πάθος ἐν τοῖς προειρημένοις ἄλλο.

Καὶ πότερον ὑπὸ πυρὸς: Ad hæc verba Aphrodiſienſis, vſque ad ποῖα δὲ θερμὰ, nihil addit.

Τὰ μὲν γὰρ μαλακτὰ: vt κάρποι. Θυμιατὰ, myrrha.

Ψύξει γεγενημένα.) nam quæ ſequuntur, non ſunt ψύξει γεγενημένα.

Διὸ καὶ οὐ πήγνυται ſcilicet αἷμα.) an pro παχύνεται. nam quin cõgeletur frigore non eſt dubium, vt & acetum, & ſi quidam contra ſcripſerunt.

Καὶ γὰρ οὗτοι ὅμοιοι γίγνονται.) ſcilicet πῶροι. Τούτοις nimirum λίθοις ἐνίοις. vel, vt Niphus, gummis iam dictis.

Λιβανωτὸς δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα.) ſcilicet à calido paſſa, Niphus.

Παραπλησίως τοῖς ξύλοις.) Niphus hîc nihil, neque Aphrodienſ. & Schegkius. mihi quidem non videtur. thus enim & ſimilia non ἀτμιστὰ ſed θυμιατὰ ſunt & faciunt λιγνὺν. Aut fortè accipit ἀτμίζει pro fumigant, quòd ab igne non ſimpliciter, vt alia τηκτὰ ſoluatur, ſed etiam fumigent. Experire, vtrum fumigent quidem igni impoſita, at vaſe ſuper ignem poſito, non item.

Λίθοι πολλοὶ ἀνώνυμοι.) quicunque ſcilicet igne liqueſcunt, vt ſupradicti pyrimachi & & μύλαι (alioqui, lapis, vocabulum communiter & latè accipitur, etiam pro glebis quibuſdam metallicis, vt effodiuntur.)

Τὰ μὲν σφόδρα, τὰ δὲ ἧττον.) Horum alia magis alia minus: terrea tamen ſunt omnia. Ex ijs quidem πῶρον maximè terreum dixerim, deinde electrum, tertio lachrymas, quarto χέδροπα καὶ σῖτον, hoc enim præcipuè videtur καρποὺς vocare. nõ autem ὀπώραν neque ἀκρόδρυα, quorum multa magis aquea ſunt, vt acinoſa & ſucco plena. Itaque fruges potius quàm fructus vertemus. Sic καρποὺς δημητριακοὺς (ſi benè memini) Græci dicunt.

CAPVT VNDECIMVM.

Περὶ κράσεων ἐν τοῖς ὁμοιομέρεσι εἴτε ὑγροῖς ἢ πεπηγόσι ποῖα θερμὰ ἢ ψυχρὰ, καὶ πῶς.

KOνία.) pro hoc paulò poſt. Τὸ διὰ τέφρας ἠθημένον ὕδωρ, ideſt lixiuium & aqua lixiua, quæ & στακτὴ Græcis.

Οὖρος, ex concoctione ſecunda.

Οἶνος.) habet calorem ex calidate ſolis & concoctione, eumque ſeruat quamdiu in ſtatu ſuo naturali fuerit: quo amiſſo in vappam, aut acetum tranſit, ſubſtantia frigida tantùm remanente.

Δεῖ δὲ λαβεῖν τὴν ὕλην.) ideſt, quanquam autem terreſtria, quæ à calore facta, aut aliquid ab eo paſſa fuerint, calorem habere dixerimus, tamen horum etiam materia debet intelligi eſſe frigida: quemadmodum & humidorum, quæ calorẽ aliunde acceperunt.

Ψυχρότητι ὥρισται.) εἰδοποιεῖται. Ὅσα ἑκατέρου, vel huius vel illius.

Ψυχρὰ μᾶλλον ἐστίν.) ſubiecto frigida ſunt, Aphrod.

Τοῖς πεπυρωμένοις.) vt vſtis, vel ſimpliciter per calorem factis, vbi & putrefacta comprehenduntur.

Ἔχουσι οἰκείαν.) proprium & inſitum, ἢ σύμφυτα αὐτά.

Ὅσα δὲ κοινά.) ſcilicet γῆς καὶ ὕδατος, vt ſanguis, lac, genitura, quę omnia fiunt à calore natiuo per concoctionem aliquam. Item ſyntegmata, ideſt excrementa liquida & fœtida (quæ ex putredine aliqua accidũt, colliquationes vocãt, quòd non excrementa tantùm ipſa putreſcant, vt cum lumbrici gignuntur, ſed etiam corporis ſubſtantia putredine affecta, vt in febribus putridis, præſertim peſtilentibus, tales colliquationes remittit) hæc omnia inquam calorem in ſe habẽt, ſuntq́ꝫ calida, ἔχοντα τὴν φύσιν, ideſt, ὅταν ἐν τῇ φύσει ὦσι (vt paulò poſt dicit) quandiu fuerint intra corpus, & in locis ſuis naturalibus, ſanguis in venis, medulla in oſsibus, lac in mammillis, genitura in vaſis ſpermaticis. Ἐξιστάμενα δὲ τῆς φύσεως, quòd paulò poſt dicit, ὅταν δὲ χωρισθῶσι, πηγνύμενα, ideſt, frigida & coacta ſunt, vt vertit Alcyonius. Φύσιν igitur hic accipio pro loco & receptaculo naturali. Non enim tantùm, ſi omnino à corpore ſeparentur, refrigerantur & coagulantur hæc; ſed etiam in ipſis corporibus, ſi excidant extra vaſa, vt ſanguis, quẽ ſuggillatũ dicimus, & ſperma in vtero, ſiue virili. nam vt fœtus formetur, genituram coagulari oportet: ſiue muliebre, vnde molæ aliquando fiunt: aut ſi nihil fiat, ſtrangulatio vteri, aliíue morbi efficiuntur.

Γῆ δὲ ὅσα, καὶ ὕδωρ.) quæ ſcilicet vtraq́ꝫ frigida ſunt, & expirare non poſſunt.

Ἔχοντα μὲν φύσιν; quandiu ſuam naturam conſeruant; an, quandiu in corpore ſuo ſunt?

Καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα: quædam primo calida ſunt, deinde paulatim expirant & refrigerantur amiſſa natura.

Ἐξιστάμενα, vt vinum fugiens.

Ὀπὸς.) ſuccum & coagulum, Alcyonius: atqui nulla pars in animantibus ὀπὸς dicitur, niſi πυτίαν intelligas, in animalibus illis lactentibus, quæ ruminant, quorum coagulum in ventriculo ipſorum fortè liquidum eſt, vt primùm verè refrigeratur, coit. Si quis tamen ὀπὸν hic velit intelligere de ſucco & humiditate vitali plantarum, licet.

Quemadmodũ autem hæc in animalibus calida ſunt, & conſeruantur, quandiu in loco ſuo naturali ſunt, nec effunduntur, nec euaporant, ſic etiam quicunque liquores alij, etiam extra corpus, caliditatem aliquam in ſe habent, vt vinũ dum in vaſe incluſum eſt, nam ſi euaporet aperto foramine vel effuſum, vappa & acetum, frigidumque fit. οἶνον ἐξιστάμενον dicunt, nos quod fugit, vinum fugiens, &cæt.

Πηγνύμενα.) frigida & coacta.

Ἀντίκειται: Subiectum in vtriſque frigidum.

CAPVT DVODECIMVM.

Περὶ ὁμοιομερῶν, οἷον σαρκὸς, ὀστοῦ, καὶ τῶν ἄλλων: Καὶ ὅτι σύγκειται ἐκ στοιχείων: καὶ ὅτι τὰ ἐξ αὐτῶν μέλη ἢ ὄργανα γνωριμώτερα αὐτῶν ἐστι.

ΤᾺ γένη αὐτῶν.) materiam ſcilicet.

Ἐκ τούτων δ' ὡς ὕλης.) ἐκ τε τῶν ὁμοιομερῶν τὰ ἀνομοιομερῆ, ἐκ δὲ τούτων ὡς ὕλης τὰ ὅλα τῆς φύσεως ἔργα.

Τὰ ὅλα ἔργα τῆς φύσεως: vt plantæ, animalia. Τῷ λόγῳ.) εἴδει.

Τῶν ὑστέρων: ἀνομοιομερῆ.

Καὶ ταῦτα ὄργανα: ὡς γὰρ οἱ αὐλοὶ ὄργανα, οὕτω καὶ χεὶρ, καὶ πάντα τὰ μόρια τοῦ ζώου, ὄργανα τινὰ ἐστιν, ὑπὸ τῆς φύσεως χρείας τινὸς χάριν γεγονότα, Aphrod.

Τὰ δὲ μεταξὺ.) Sic in genere colorum, extrema ſunt album & nigrum: medij verò colores adhunc vel ad illum propius accedunt.

Ἀνάλογον.) ἀνάλογον τούτοις ἐστὶ μᾶλλον, οἷς ἐστὶ μᾶλλον ἐγγὺς, Aphrod.

Ἐπεὶ καὶ τούτων.) τῶν ὁμοιομερῶν καὶ τῶν ἐγγὺς τῇ ὕλῃ.

Καὶ οὐ πάντως.) ὁπωσοῦν, Aphrod.

Τούτων δ' ἐστὶ μᾶλλον.) ſcilicet ἕνεκα τοῦ ἐστι.

Πρίων ὁ ξύλινος.) ein hölzinß ſchürgyſen.

Τὰ μὲν γὰρ δυνάμενα ποιεῖν.) Hæc omnia tùm demum verè ſunt quòd dicunt, cum ſuum opus faciunt, ſiue cum ſuam agendi patiendiue facultatem integram habent: ſin minus, impropriè & æquiuocè ſunt id quòd dicuntur.

Εἰ ὁρᾷ: ἢ δύναται ὁρᾶν.

Ὁ τεθνεὼς, ſcilicet ὀφθαλμὸς.

Σάρξ.) ſcilicet verè eſt σάρξ, cum facit opus carnis.

Φυσικῶς, ſcilicet τοῦ πυρὸς.

Ἐξίτηλον ᾖ: euanidum, exoletum.

Τὴν δ' αἴσθησιν: vt ſapore, odore.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ πῦρ.) Tum demum propriè id eſt quòd audit, cum ſuum opus exercet. Sic ſupra dixit, vinum nõ eſſe vinum quod dulce eſt, niſi ὁμωνύμως, quia non inebriat: ἀλλ' ἐστι ἧττον ἴσως δῆλον φυσικῶς (ſcilicet τὸ τοῦ πυρὸς ἔργον) ἢ τὸ τῆς σαρκὸς ἔργον. Cur addidit φυσικῶς? an quia vſus ignis, ad calefaciendum nos, item ad coquendum, ad ſiccandum, conſumendum, vrendum, liquandum, vulgò omnibus & mechanicis notus eſt. Sed aliud nimirum eius eſt ἔργον φυσικὸν, nempe qui caloris natiui in corporibus noſtris; idem ignis in hac vniuerſitate rerum naturæ, doctis tantummodo cognitum; ſcilicet res omnes ad ſuas actiones mouere, generare, & viuificare, &c. Ad hunc locum Niphus: Ignis inquit, habet opus aliud quod ſuæ ſpeciei competit, quatenus eſt ens perfectum in ſua ſpecie, nempe calfacere & exiccare: & hoc eſt notiſsimum; quare non de hoc hic loquitur Ariſtoteles. Aliud verò (de quo hic loquitur Ariſtoteles) quatenus eſt pars miſti, & hoc ignotum eſt naturaliter, niſi quatenus innoteſcit per cognitionem miſti, cuius ignis pars eſt. Vide comment. Scheckij pag. 42.

Metalla id ſunt quòd dicuntur, quandiu habẽt proprias ſuas paſsibiles qualitates, vt ſunt, τὸ θλαστὸν, μαλακτὸν, τηκτὸν: nam ſi his qualitatibus priuentur, non ſunt amplius, quòd dicuntur. Sic caro, quæ ſecundum naturam habet, eſt calida & humida, impreſsilis, compreſsilis, rara, mollis vel potius mediocris inter durum & molle. Quòd ſi contrarijs affectionibus (qualitatibus) afficiatur, vt nõ tantùm in mortuis, ſed etiam in ſenecta & morbis, cum refrigeratur, reſiccatur, denſatur, aut nimium mollitur, induraturúe, iam nõ amplius propriè caro eſt, ſed ὁμωνύμως.

Dicit alicubi Ariſtoteles ὅτι τρόπον τινὰ πάντα ὁμωνύμως λέγεται. Vix enim eſt reperire res duas, quanquam omnino eiuſdem generis & ſpeciei, ideoq; eiuſdem nominis (ὁμωνύμως) quæ non aliquas differentias habeant, non in accidentibus tantùm, ſed ferè etiam in ipſa ſubſtantia; quamobrem ad euitandam cauillationem, diſputantes iſtud ſæpe adijcere ſolent, Cæteris paribus.

Cæterum in definitionibus partium ſimilarium inſinuat Ariſtoteles, genus quidem eſſe debere, ex quo elementa quæq; conſtent: vt ſanguis eſt humor cõmunis terræ & aquæ: neruus eſt pars ſimplex communis, ſed plus terræ habens quàm aquæ. deinde addendæ differentię ex qualitatibus primis aut ſecundis vel

actionem vel paſsionem ſignificantibus, vt calidum, humidum, denſabile, coagulabile à calido ſimul & frigido ad ſanguinem, ad neruum verò, frigidum ſiccum, tractile, flexile, &c. Ferrum eſt metallum frigidum, ſiccum, ἐλατόν, μαλακτὸν πυρὶ, & eodem vehemente etiam τηκτόν.

In definitionibus verò partium compoſitarum, differentias illas primarum & ſecundarum qualitatum non addimus, ſed, partẽ organicã, pro genere ponentes, ſimpliciter opus eius quod vno verbo exprimi poteſt, addimus. Vt pes eſt pars organica ad ambulandum facta. Manus pars organica ad apprehendendum. Facies, caput, thorax, quoniam non tantùm organicæ ſunt, ſed ex multis alijs organicis conſtant, non ita facilè poſſunt definiri. Caput eſt pars organica, quæ ſenſuum interiorum exteriorumq́ꝫ organa continet, ceu arx quædã & ſpecula corporis, viſus præcipuè gratia cõditum. Thorax eſt pars organica ſeptum & munimentum cordis, &c.

Ἢ τοῦ ποιεῖν.) vt ignis. ἢ τοῦ πάσχειν, vt aër.

Ὥστε πότε ὑπάρχει.) quando reuera id ſint, quod dicuntur.

Ἐξίτηλον, euanidum, exoletum.

Τὴν δὲ αἴσθησιν, vt ſapore, odore.

Τάσει.) τὰ γλίσχρα ἐπὶ πολὺ δύναται ἐκτείνεσθαι καὶ συνιέναι. Aphrod. hic addit, αὗται δὲ αἱ κινήσεις αἱ ἀπὸ τοῦ θερμοῦ.

Καὶ θερμοῦ.) Γίνεται δὲ τὰ μὲν αὐτῶν ὑπὸ θερμοῦ, καὶ τῆς ἀπὸ θερμοῦ κινήσεως: τὰ δὲ ὑπὸ ψυχροῦ, τὰ δὲ ὑπ᾽ ἀμφοτέρων, Aphrod.

Οὐθενὶ.) nullo dictorum.

Ἢ ἄλλη τις αἰτία.) ἄνθρωπος γὰρ ἄνθρωπον γεννᾷ κατὰ φύσιν. καὶ ἵππος, ἵππον, Aphrod.

Τὶ αἷμα: ſecundum genus.

Διὰ τί.) materiam. Καὶ τί ἐστιν.) formam.

Ἐὰν τὴν ὕλην.) Sic dixit etiam libro primo de anima, ſed perfectiſsimas eſſe definitiones, quæ vtrumq́ꝫ contineant.

Ὅταν ἄμφω.) vtraſq́ꝫ cauſas, materiam ſcilicet & formam.

Πόθεν ἡ ἀρχὴ τῆς κινήσεως.) efficientem.

Cauſæ itaq́ꝫ ſunt.

- Materia, *vt cum dicimus aliquid liquidum, ſiccum, vel vtrumq́ꝫ.*
- Forma, πῆξις, *aut* σύστασις *talis vel talis.*
- Efficiens, *à calido vel frigido, aut vtroq́ꝫ.*

Καὶ τ᾽ ἄλλα τὰ τοιαῦτα.) Sequitur igitur hunc librum, opus de partibus animalium, in cuius libro ſecundo agit primùm περὶ τῶν ὁμοιομερῶν, deinde ἀνομοιομερῶν, Aphrod. *Sed alibi aliter ſenſit.*

Scholiorum & annotationum in quatuor Meteororum libros finis.

CONRA-

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBROS TRES ſcholia & annotationes.

IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBRVM PRIMVM SCHOlia & annotationes.

CAPVT PRIMVM.

De dignitate ſcientiæ de anima, & difficultate eius.

TΩN καλῶν καὶ.) Attentos facit, ab honeſto, & vtili. Eſt autem καλῶν generalius, quàm τίμιον: vtrunque inuitat & attrahit ad ſe, ſed hoc cum veneratione quadam. Ἢ κατὰ ἀκρίβειαν.) ſubtilitatem, exquiſitam docendi rationem, perfectionem.

Ἀκριβεστέρα ἐπιστήμη { Ἡ τῆς ἑτέρας ἀρχὰς ἀποδεικνύουσα.
Ἡ περὶ τι ἄϋλον ὑποκείμενον, *& hoc modo* ἀκριβεστέρα *eſt* ἡ περὶ ψυχῆς θεωρία, *& ſi nobis fortè difficilis, vt* ἡ τῶν νοητῶν θεωρία *in Metaphyſicis, & facilis & difficilis eſt.*

Ἢ τῶν βελτιόνων.) pro τῶν, τῷ lego, βελτιόνων κατὰ τὴν τοῦ πράγματος φύσιν. θαυμασιώτερον δὲ, κατὰ τὴν ἡμετέραν κρίσιν.

Δι᾽ ἀμφότερα ταῦτα: κατὰ τὸ ὑποκείμενον.

Ἱστορίαν.) γνῶσιν: Ἐπίστορες, ἐπιστήμονες.

Ἐν πρώτοις.) non ἐν προτίστοις. omnium enim prima eſt cognitio, ἡ τῶν νοητῶν τῶν πάντῃ ἀμεταβλήτων, κατὰ οὐσίαν, δύναμιν καὶ ἐνέργειαν. ἡ δὲ ψυχὴ εἰ καὶ τὴν οὐσίαν ἀμετάβλητον ἔχει, ἀλλ᾽ οὐ τὴν ἐνέργειαν, διὸ ἀθανάτοις, ὁμόνυμον αὐτὴν εἶπεν ὁ Πλάτων. οὕτως ἂν εἴποις καὶ τὰ οὐράνια ἀθανάτοις ὁμώνυμα, quòd licet non ſubſtantiam, locum tamen mutent, Philopon.

Πρὸς ἀλήθειαν.) philoſophiam.

Οἷον ἀρχὴ.) ὅτι τὸ εἶδος καὶ ἡ νοερὰ, καὶ ἡ ἀμέριστος οὐσία, ὄντως ἀρχή: ἡ δὲ ψυχὴ ἐκβᾶσα τῆς ἀμερίστου καθαρῶς οὐσίας, καὶ τῆς ἀληθῶς ἀρχῆς ἀπολείπεται. Ἔστι δὲ οἷον ἀρχὴ, οἷον αἰτία ἀπόδειξις δὲ αἰτιατῶν ἐκ τῶν αἰτίων γίνεται.

Τήν τε φύσιν.) dicitur φύσιν, quoniam partes eius aliquæ ad naturam pertinent, οὐσίαν verò propter mentem.

Ἴδια πάθη.) vt mens, contemplatio, quæ tamẽ ἐνέργεια potius eſt, quàm πάθος.

Κοινὰ τοῖς ζώοις.) vt voluptas, dolor, ſenſus, phantaſia. Eſt autem ſynecdoche. an σώμασι, pro ζώοις legi aut intelligi poteſt?

Χαλεπωτάτων.) quia requiritur ingenium acre, & exercitium longum. Auertit itaque ignauos & indignos hac ſpeculatione, difficultate propoſita.

Καὶ πολλοῖς ἑτέροις.) οὐ μόνον παρὰ τοῖς φιλοσόφοις, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν, ὅσοι τι διὰ λόγου διδάσκουσι, πάντες γὰρ ὁρισμῷ χρῆσθαι πειρῶνται, Them.

Αὐτῷ δόξειε μία.) καὶ τοῖς μὲν ἴσως δοκεῖ μία μέθοδος, &c.

Κατὰ, ego περὶ lego.

Τὴν οὐσίαν.) finitionem. Οὐσία alia γένος, alia ὕλη, alia denique ὁρισμός.

Ὥσπερ γὰρ.) ὥσπερ καὶ περὶ τῶν καθ' αὑτὰ ὑπαρχόντων μία μέθοδός ἐστιν ἡ ἀπόδειξις, Themiſt. γὰρ hoc loco abundare videtur, aut γε reponendum potius.

Ἐὰν δὲ φανερὸν ᾖ.) τοῦτο δὲ, εἰ καὶ μίαν τις εἶναι συγχωρήσειε τὴν ὁριστικὴν πραγματείαν, ἤτοι κατὰ διαίρεσιν καθάπερ ἤρεσκε Πλάτωνι, ἢ συνθέσει μᾶλλον, καθάπερ βούλεται Ἀριστοτέλης, ἢ τρόπον τινὰ ἕτερον ἀποδείξεως, &c. Themiſt.

Ἡ διαίρεσις) Diuiſio facienda eſt, non vt Dialectici ferè docent, à ſummo genere per differentias ſubinde deſcendendo ad infimas vſque ſpecies, continuata diuiſione: ſed genus per differentias quotquot occurrent, ſeparatis ſeu diſcretis ſingulis diuiſionibus diducendum eſt: ita vt, exempli gratia, dicamus. Animalium aliud eſt alatum, aliud terreſtre, aliud aquatile. Et rurſus, Animal aliud eſt bipes, aliud multipes, &c. Et, aliud ſquammatum, aliud corticatum. Et, aliud ſanguineum, aliud exangue, &c. Tùm conſyderatis differentijs, quæcunque ex eis congruent aui, aut alterius ſpeciei animali, in definitionem eius aſſumimus: vt auis ſit animal pennatum, ſanguineum, bipes, roſtratum. Sic & piſcis & aliorum definitiones indagandę ſunt. Sic tùm genera tùm ſpecies inueniemus per ἐπιδιαιρέσεις, id eſt, nouas ſubinde eiuſdem generis definitiones: & incommoda ea, quæ ex hypodiæreſi, id eſt, ſubdiuiſionibus fieri ſolent, euitabimus.

Ἄλλη μέθοδος, vt σύνθεσις.

Πρῶτον δ' ἴσως.) Καί τοι συγγενεῖς αὗται αἱ μέθοδοι (an Arithmetica & Geometria?) καὶ περὶ τὸ ποσὸν ἀμφότεραι πραγματεύουσι, Themiſt.

Καὶ οὐσία.) vt Plato.

Ἢ ποιόν.) vt harmonia.

Ἢ ποσόν.) vt numerus.

Κατηγοριῶν.) Καὶ οὐ μόνον γε τὸ ἀνωτάτω, ἀλλὰ καὶ τὸ προσεχέστερον καὶ τὸ ἐγγυτέρω. Οὐδὲ γὰρ ὅταν ἄνθρωπον ὁριζώμεθα τὴν οὐσίαν λαμβάνομεν, ἀλλὰ τὸ ζῶον, Them.

Ἐντελέχειά τις.) τις addit, quoniam non vnus entelechiæ modus eſt: vt anima non eſt abſolutè entelechia, ne ſecundum intellectum quidem. Ἐντελέχεια ἤτοι ἐνέργεια, καὶ αὐτὴ ἐστι διπλόν: ἡ μὲν πρώτη ὥσπερ ἕξις. δευτέρα δὲ, ἡ τῆς ἕξεως ἐνέργεια, Them. De hac plura in initio lib. ſecundi.

Σκεπτέον δέ.) An partibilis ſit vt corpus, in moles diuerſas. Vel vt ars aliqua, ſcientiáue, nam & medicina & philoſophia in ſuas partes diuiduntur. Si verò partibus caret, an ſaltem facultates plures habeat videndum. Pars enim à parte altera ſubiecto differt: facultas autem à facultate actu diuerſo. Aliqui enim πολυδύναμον fecerunt animã, alij diuerſarum partium locis quoque diſtinctarum, vt Stoici, & fortaſsis etiam Plato.

Εἰ μεριστή.) An multas vires habeat, vel vnam tantùm: nam τὸ νοεῖν καὶ αἰσθάνεσθαι Democrito idem eſt: vel an in vno quoque vna, aut plures, quorum vtrunque quodammodo dici poteſt.

Ὁμοειδὴς ἅπασα ψυχή, vt hominis & equi.

Εἴδει διαφέρουσι.) φυσικὴ, αὐξητικὴ, γεννητικὴ, ne εἴδει quidem differre videntur, ſed neque numero aut ſubiecto: φυσικὴ & αἰσθητικὴ vel ἄλογος, ſpecie, vt & viſus, auditus, αἰσθητικὴ, καὶ ὁ ἐνεργείᾳ νοῦς, toto genere.

Ἢ γένη.) Partes animæ quædam nobiliores ſunt, vel tempore priores: aliæ contrà: quòd non conuenit ijs quæ ſub vno genere ſunt, ſed ſimpliciter τοῖς ἐπιπλέον, quæ ſecundum prius & poſterius dicuntur, de ijs quæ ſub ſe continent, ſic quatuor cauſæ ſub vno quaſi genere ſunt.

Περὶ τῆς ἀνθρωπίνης: vt Plato in Timæo.

Τὸ δὲ ζῶον τὸ καθόλου: id eſt, ἐννοηματικὸν non per ſe, ἀλλ' ἐν τῷ νοεῖσθαι μόνον τὴν ὕπαρξιν ἔχον.

Θεοῦ.) τοῦ οὐρανίου ζώου.

Ἢ ὕστερον.)

Ἢ ὕϛερον.) dicunt aliqui Ariſtotelem hic intelligendum de Ideis Platonicis, quod Philoponus non probat. Ideas enim illas & eſſentias rerum, quæ in mente diuina ſunt, veluti exemplaria indiuiduorum, Ariſtoteles etiam ipſe ante res, non poſterius eſſe fatetur, &c. Vide Philoponum. Ariſtoteles in Metaphyſicis dicit, rerum omnium formas in mente diuina eſſe: itaqꝫ inquit, Seipſam videns, res videt, & contrà.

Εἶδος, { Πρὸ τῶν πολλῶν, vel πρὸ τῆς ὕλης, vt in mente artificis. / Ἐν τῇ ὕλῃ, vt in ſigillo. / Μετὰ τὰ πολλά, vt in ceris expreſſis. }

Κοινὸν.) γενικὸν ἢ ἐπιπλέον.

Πολλαὶ ψυχαὶ, in ſingulis hominibus non plures diuiſæ.

Τὰ ἔργα.) hoc nobis notius eſt, illud artificioſius: nam ars imitatur naturam.

Ἀντικείμενα.) obiecta. ἀντικείμενα εἶπεν, ὅτι λέγεται πρός τι αἴσθησις καὶ αἰσθητόν.

Τοῦ νοητικοῦ.) τοῦ νοῦ: Ἐπιστημονικὴ μέθοδος incipit ab eis, quę naturæ priora ſunt, vt οὐσίαι. Μάθησις verò, ab ijs quæ nobis priora ſunt, vt συμβεβηκότα. opera & obiecta.

An { Definienda. { Anima ſimul tota? / Partes tantùm vel facultates ſingulæ? } / Quærenda prius { Anima ipſa ſeu partes, vt ὁ νοῦς, τὸ αἰσθητικόν. / Functiones, vt νοεῖν, αἰσθάνεσθαι. / Obiecta functionum, vt νοητὸν, αἰσθητόν. } }

Nec temere hæc dubitantur, nam & definitiones prius cognitæ, multū conducunt ad inueniendа τὰ συμβεβηκότα (ἢ κατὰ συμβεβηκὸς ἴδια, καὶ καθ᾽ αὑτὰ ὑπάρχοντα) vt in Mathematicis: & contrà, vt in Phyſicis.

Τί τὸ εὐθύ.) εὐθὺ & corpus rectū ſignificat, & ipſam rectitudinē, vel lineā rectā.

Πόσαις ὀρθαῖς.) Triāgulo omni per ſe accidit tres angulos habere duobus rectis ęquales: huius autem cauſam facilius inueniet, qui tenet definitionem trianguli & contra.

Ἀνάπαλιν.) Vt in Phyſicis. Eſt enim ceu circulus quidam.

Τὰ συμβεβηκότα) ſcilicet ἴδια, καὶ καθ᾽ αὑτά: alioquin accidentia vni rei infinitā ſunt vel eſſe poſſunt, & ad ſcientiam non pertinent. Τὰ συμβεβηκότα καλῶς προληφθέντα, id eſt, probè delecta: non enim quælibet ad definitionem iuuant, vt ſi quis Deum definiturus, aras, templa, ſacrificia, ſimulachra, putet ſibi ad definiendum prodeſſe.

Ἐπειδὰν γὰρ ἔχωμεν ἀποδιδόναι.) id eſt, cum de accidentibus aliquid dicere vel proferre poſſumus: In hac ſignificatione & ſenſu vtitur eodem verbo paulò inferius (ὁ μὲν τὴν ὕλην ἀποδίδωσιν) pro depromere è cognitione ſcilicet, tanquā penuario animi, quæ diſcendo veluti accepit, reddentis.

Κατὰ τὴν φαντασίαν.) Senſu quodam interiore, & imaginatione, id eſt, opinione & coniectura craſsiore modo. Vt vmbra ad rem ipſam ſe habet, ſic phantaſia ad ſcientiam & intellectum.

Definitio omnis demonſtrationis eſt principium: igitur ea ignorata, quę ſunt accidentia non demonſtratiuè ac certò ſcire poſſumus, ſed ſatis eſt iuxta phantaſiam ea cognoſcere.

Περὶ τῆς οὐσίας ἔξομεν.) definitione & eſſentia.

Ὥστε καθ᾽ ὅσους.) Κακία δὲ καὶ τῶν συμβεβηκότων ἐκλογῆς, ὅταν μηδὲν πρὸς τὸν ὁρισμὸν ὠφελώμεθα, καὶ τὸν ὁρισμὸν κατασκευῆς ἐξ ὧν οὐδὲν ἔστι συμβιβάσαι τὰ καθ᾽ αὑτὰ ὑπάρχοντα τῷ πράγματι.

Καὶ τὰ πάθη τῆς ψυχῆς.) ἐνεργείας, Philopon.

Καὶ τοῦ ἴχοντος.) τοῦ συναμφοτέρου.

Τοῦτο γὰρ λαβεῖν.) προλαβεῖν, Philopon.

Οὐ ῥᾴδιον δέ.) non facilè, cum phantaſia & ſenſu diſcerni non poſsit.

Τῶν πλείστων, παθῶν. Πάσχειν ſcilicet ἡ ψυχή.

Μάλιστα ἴδιον τὸ νοεῖν.) ſcilicet πάθος: etſi Andronicus exponens librum περὶ ἑρμηνείας, vbi Ariſtoteles νοήματα παθήματα τῆς ψυχῆς vocat, nuſquam in libris de anima id ab eo fieri dicat, Philoponus.

Καὶ τοῦτο φαντασία τίς.) Intellectum ſine phantaſia eſſe, lib. tertio manifeſtè docet (an ſubſiſtit quidem ſine eo, ſed non agit ſine eo, dum in corpore eſt. Eſt enim φαντασία τίς αἰσθητική, καὶ λογιστική.

Ἢ μὴ ἄνευ φαντασίας.) Οὐκ ἄνευ dicitur ex Philopono, vel

1 Τὸ μήτε βλάπτον, μήτε ὠφελοῦν: *vt corpus in luce non ſine vmbra eſt.*

2 Τὸ ἐξ ἀνάγκης, ὡς ὄργανον, ἤ τι τοιοῦτον (*ſic tempus & locus rerum generationi conferunt.*

3 Τὸ παρεμποδίζον: *vt* ἐν χειμῶνι πλεύσας ἐσώθη, ἀλλ' οὐκ ἄνευ κινδύνου: *tale eſt ſine mulieribus nos viuere non poſſe. Ariſtoteles quidem verba* ἢ οὐκ ἄνευ φαντασίας, *ſecundo modo accipit. Quanquam etiam phantaſia plerunq; impedit intellectum. Et ſic accipit libro tertio de Anima:* τὰ δὲ πρῶτα νοήματα τί διοίσει τοῦ μὴ φαντάσματα εἶναι, ἢ οὐδὲ τὰ ἄλλα φαντάσματα, οὐκ ἄνευ δὲ φαντασμάτων.

Εἰ μὲν οὖν ἐστί: Non eſt vnus ſyllogiſmus hypotheticus: ſed duæ propoſitiones, vel ſententiæ ſeorſim, Philop.

Παθημάτων ἴδιον.) ἴδιον, primo vt partis, quæ tamen à toto non ſeparatur: vt pedis incedere proprium, licet reliquo corpore indigeat: deinde, vt partis per ſe, vt in hydrelæo tenacitas propria olei eſt, & ſic Ariſtoteles hic ἴδιον accipit.

Ἀλλὰ καθάπερ.) Sed ſic ſe habebit ad ſenſibilia, vt rectitudo in corpore recto ad ſphæram.

Τῷ εὐθεῖ.) σώματι vt κανόνι. Vt τὸ ἐφεξῆς ἔχειν πάντα τὰ σημεῖα κείμενα, τὸ ἐφαρμόζειν ἑτέρᾳ εὐθείᾳ, καὶ τὰ ὅμοια, Philoponus.

Κατὰ στιγμὴν.) ἡ κατὰ στιγμὴν ἁφὴ, μᾶλλον δὲ ὅλως ἁφὴ τοῦ συνόλου πρὸς τὸ σύνολον. Geometræ docent ὅτι τὸ, τε ἐπίπεδον κατὰ σημεῖον ἅπτεται τῆς σφαίρας, καὶ τοῦ κύκλου ἡ εὐθεία ὡσαύτως, Philopon. Vt lineæ rectæ, quamuis incorporea ſit, proprium eſt corpus rotundum, vt globum æneum vel ligneum attingere in puncto: ita anima, quamuis incorporea, aliquas tamen proprietates aut omnes cum corpore coniunctas habet & non ſine ipſo.

Χωρισθέν.) Simile de naui & gubernatore; & quod hic ſeparari, non quatenus gubernator, poteſt, ſed quatenus homo.

Τούτου χωρισθέν.) ſcilicet σώματος ἐν ᾧ ἐστιν, ἢ τῆς ὕλης: nam neque rectitudo ſola vel ſimpliciter tangit lineam, nihil enim eſt; ſed tali corpori coniuncta, & tangit ſphæram non ſimpliciter, ſed æream.

Τὸ εὐθὺ, ἡ εὐθύτης.

Ἀχώριστον γάρ.) An vt rectitudo in canone ſphæram in puncto tangit, dum in canone eſt, ſeparari verò non poteſt. Sic anima in corpore ſenſibilia percipit, ſeparari verò nequit? Atqui dicendum quòd anima ſeparata licet ſenſibiles formas perceptura non ſit, intelligibiles tamen percipit & ἀΰλως. Καὶ ὥσπερ τὸ αἰσθητὸν εὐθὺ τῆς αἰσθητῆς σφαίρας ἅπτεται, οὕτω καὶ τὸ νοητὸν τῆς νοητῆς, Philopon. An hoc poſterius de mente potius quàm anima accipiendum. An ſic dicemus à minore ad maius. Si rectitudo, quæ cogitationi ſeparari poteſt à materia, non autem reipſa, nihil ſine ea agere poteſt: multò minus anima, ſi ne cogitatione quidem ſeparari poteſt à corpore, aliquid ſine eo præſtiterit.

Μηδὲν φοβεῖσθαι.) Cum corpus ſcilicet ſanum & bene diſpoſitum eſt.

Ὅταν

Ὅταν ὀργᾷ τὸ σῶμα.) cum turget & aptum eſt ad motum, vt in Aphoriſmo Hippocrates. Ὅταν ἐνδεὲς ᾖ τροφῆς τὸ ζῶον: ἢ ὑπὸ χυμῶν τινων ἐνοχλῆται: ὃ μάλιστα ἐπὶ τῶν μελαγχολικῶν ἔκδηλον γίνεται, &c. Themiſt. Ὀργᾷ εἰς ὀργὴν ἐπιτήδειον ᾖ. Philop. Affectus ſemper quidem mutant corpus, vtcunque illud temperatum ſit, magis verò in temperatis pro natura affectus, vt ira cholericum magis mouet. Et ſicut metus etiam boni coloris hominem pallidum facit: ſic contrà etiam pallidos meticuloſos eſſe obſeruamus, animoſiores & lætiores, qui boni coloris ſunt.

Καὶ οὕτως ἔχειν.) ἔχει lego. ſcilicet φύσει.

Ὥσπερ ὅταν ὀργίζηται.) quorum corpus natura talem temperiem habet, qualem ira alioqui affectum; id eſt, calidam & ſiccam, illi enim iracundi ſunt, & à paruis etiam cauſis mouentur, quandoque etiam nullis forinſecus cauſis exiſtentibus, ipſi ſibi imaginantur cauſas, vt melancholici timidi, cauſas ipſi ſibi effingunt.

Λόγοι ἔνυλοι.) id eſt, ἀχώριστοι τοῦ σώματος.

Τὸ ὀργίζεσθαι κίνησις.) ζέσις. Τοῦ τοιουδὶ σώματος.) ζῶντος vel φυσικοῦ ὀργανικοῦ.

Ἢ μέρους, ἢ δυνάμεως.) μέρους (cordis) vt ſi iram definias: ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος. Δυνάμεως, (paulò poſt, θερμοῦ) vt ſi non αἵματος dicas, ſed θερμοῦ τοῦ περὶ καρδίαν (vt mox inferius ζέσιν τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, ἢ θερμοῦ) quanquam & calidi nomine ſanguinem intelligamus & contrà (vel τοῦ θυμοειδοῦς) an ita accipiendum? cum intrinſecus eſt ſanguis, non calefacit ſuperficiem, niſi potentia: actu autem cum diffunditur.

Ὑπὸ τοῦδε ἕνεκα τοῦδε.) ὑπὸ τοῦ λυπήσαντος, διὰ τὸ ἀντιλυπεῖν.

Ἢ πάσης ἢ τῆς τοιαύτης.) id eſt, ἐνύλου καὶ ἀχωρίστου: quamuis phyſicus propriè corpora tantùm tractet, attollit ſe tamen aliquando & intelligibilia etiam delibat, vt in fine Acroamatωm Ariſtoteles, & περὶ γενέσεως alicubi: & in hoc libro de mente. quare dixit ἢ περὶ πάσης.

Διαφερόντως δ' ἄν.) phyſicè et dialecticè definitiones quid differãt & quomodo.

Ἀποδιδῶσιν, verbis exprimit.

Ὁ δὲ, τὸ εἶδος.) εἶδος, id eſt, cauſam: nam & cauſa veluti forma quædam iræ, differentiam eius oſtendit, cum & ob alias cauſas calor circa cor moueatur, ſed non εἰς τὸ ἀντιλυπεῖν.

Ὁ μὲν γὰρ λόγος.) Ὁ μὲν γὰρ λόγος τῆς ὀργῆς, ὄρεξις ἀντιλυπήσεως. Diſtingue textum: Ὁ μὲν γὰρ, λόγος: ὁ δὲ, τοῦ πράγματος.

Ὁ δὲ, τοῦ πράγματος.) ὕλης forte. Ὁ μὲν γὰρ τῶν ὁρισμῶν, ὁ λόγος ἐστὶ, καὶ ἡ αἰτία. ἤτοι τὸ εἶδος τοῦ θυμοῦ. ὁ δ' ἕτερος τοῦ πράγματός ἐστιν ὁρισμὸς, τουτέστι τῆς οὐσίας καὶ τῆς ὕλης.

Ἀνάγκη δὲ εἶναι τοῦτον.) τὸν λόγον, vel ἐκ τοῦ εἴδους ὁρισμόν.

Εἰ ἔσται.) εἰ μέλλει ἐν ὑποστάσει εἶναι.

Ἕτερος δέ.) τρίτος. ἕτερος δὲ ἄμφω συλλαβὼν ὅτι σκέπασμα τοιονδὶ, ἐξ ὕλης τοιᾶσδε.

Ἐν τούτοις τὸ εἶδος.) ἐν τῇ τοιᾷδε ὕλῃ. Tertium hoc definiendi genus, materiam & formam coniungit. Si domum à fine tantùm definias, non differet à dolio, ſpelunca, & ſcena: nam & hæc iniuriam cœli auertunt. Addendum igitur, quòd ex tali materia decenter conſtructa.

Τὶς οὖν ὁ φυσικὸς τούτων.) Horum qui ſic definiunt, vel definitionum illarum.

Ἐξ ἀμφοῖν.) Ἐξ ἀμφοῖν εἶπε, καί τοι τριῶν ὄντων ἐπὶ τοῦ φυσικοῦ ὁρισμοῦ, ὕλης, εἴδους, καὶ αἰτίας. ὅτι (ὡς εἶπον) πολλάκις ἡ αἰτία καὶ εἶδος ἐστι. Ἐκείνων, id eſt, ὁρισμῶν.

Ἢ οὐκ ἔστι τις ὁ περὶ.) interrogatio pro affirmatione.

Περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης.) circa hanc vel illam materiam. Non ſimpliciter dicit, περὶ τὴν ὕλην, ſed περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης, &c. neque enim vllus artifex de materia ſimpliciter differit, ſed de tali aut tali, cui iam πάθη τινὰ καθ' αὑτὰ συμβέβηκεν. Phyſicus etiam licet de materia ſimpliciter tractet, tamen frequentius de certa materia, περὶ τὰ πάθη τῆς ὕλης, id eſt, circa materiam certo modo affectam, certis qualitatibus præditam, quæ ratione etiam ſeparari nequeant.

Μήδ' ᾗ χωριστά.) ſcilicet λόγῳ. Id eſt, καθὸ μηδὲ τῷ λόγῳ δύνανται χωρίζεσθαι, ad mathematicorum differentiam. Schemata enim & alia mathematica τῷ λόγῳ χωριστά ſunt. σχήματα quidem non propriè dicuntur πάθη τῆς ὕλης, ſed potius corporis, Philopon. An hoc loco Themiſtius pro ᾗ legit εἰ: οὐδ' εἴπερ ὁ λόγος δύναιτο, συγχωρήσει ſcilicet ἀποστῆναι τῆς ὕλης, ne dialectica tantùm & varia ſit definitio.

Ἀλλ' ὁ φυσικός.) Id eſt, ſolus, ſcilicet ἐρεῖ.

Περὶ ἅπαντα.) vt diſcernat ἀπὸ τοῦ καθ' ἕκαστον τεχνίτου. An περὶ ἅπαντα μὲν, ὁ φυσικός: περὶ τινὰ δὲ τεχνίτης.

Τοιουδὶ σώματος.) ad differentiam mathematici, & metaphyſici, & dialectici.

Τῶν δὲ μὴ χωριστῶν.) Περὶ τῶν δὲ μὴ, &c.

Ἧ δὲ μὴ τοιούτου.) non huius vel illius.

Καὶ ἐξ ἀφαιρέσεως.) οἷον ἀποσυλήσας αὐτὰ τῆς ὕλης: huic contrariũ, ἐκ προσθέσεως.

Ὁ μαθηματικὸς, ſcilicet ἐρεῖ.

Ἧ δὲ κεχωρισμένα.) De ijs verò quæ reipſa abiunctæ ſunt, ſubintellige εἴδη. Aliqui Ariſtotelem de ideis quibuſuis dicere intelligunt, alij de eſſentijs diuinis, quæ actus ſiue potentia ſunt, Philop.

Ἧ δὲ τοιαῦθ' ὑπάρχει.) Alias εἴγε & melius. Ὁ γὰρ θυμὸς καθὸ θυμὸς ἀχώριστός ἐστι τοῦ σώματος. Non eſt quidem neceſſe in corpore eſſe affectus, poteſt enim abſque ijs eſſe corpus. Affectus verò, quoniam motus ſunt corporis, ab eo ſeparari nequeunt. Sin legas: ᾗ δὲ, ſupple, δεῖ τοὺς ὅρους αὐτῶν συμπλέκεσθαι τοῖς παθήμασι τοῦ σώματος. Non placet, quòd Philoponus ſic nimis argutè diſtinguit, vt

Θυμὸς eſt triplex.

- Ἐν τῷ λόγῳ, *tanquam præcipiente.*
- Ἐν τῷ πνεύματι, *ceu corpore ſubtiliſſimo.*
- Ἐν τῷ γεώδει σώματι, *vt corde & ſanguine, & hoc modo* θυμὸς *definitur: & quatenus talis eſt, inſeparabilis eſt à corpore. Sic bellum in rege præcipiente eſſe dicitur, deinde in duce, tertio in militibus.*

Differentia definitionũ, de quibus hoc capite triplex eſt. Alia enim conſtat ex

- Forma *vel cauſa tantùm: dialectica, & mathematica: ex* ἀφαιρέσεως.
- Materia *tantùm, nullius artificis.*
- Vtroq; *Phyſici,* ἐκ προσθέσεως.

CAPVT SECVNDVM.

Continet antiquorum de anima opiniones. Et primùm de ſententia illorum, qui animam putarunt corpus aliquod maximè mobile eſſe; vt Democritus ignem aut figuram rotundam.

Εὐπορεῖν δεῖ.) Ἀρχὴ ἐστὶν εὐπορίας ἡ ἀπορία, Ariſtoteles alicubi.

Προελθόντας.) προδιελθόντας, Philopon. Conſtructio, ἀναγκαῖον προδιελθόντας τὰς τῶν προτέρων δόξας, καὶ ἅμα διαπορῦντας, &c. Philop.

Κινήσει τε καὶ.) motum ſecundum locum, eumq; voluntarium intellige.

Καὶ πρώτως ψυχήν.) Benè addit πρώτως. ianuam enim mouent, baculus, manus, totum corpus, anima (ſpiritus) ſed nihil illorum prius anima. Sed cur μάλιστα; an quia mouere, eius ſyncerius eſt: ita enim mouet, vt ipſa non moueatur: cum cætera (media ſcilicet) moueant ſimul & moueantur. Vltimum verò moueatur tantùm: quanquam hoc (animam ſcilicet non moueri) veteres illi non animaduerterunt.

Sphæra omnibus figuris mobilior eſt, cum puncto tantùm attingat ſuperficiem planam in qua mouetur: ſic enim minimum eſt, quòd ei reſiſtit.

Δημόκριτος.) hic principia faciebat atoma & vacuum: infinita eſſe atoma, vnde res

deres

de res omnes conſtituantur. Differre autem res pro atomorum figuris, ſitu & ordine diuerſis. Hanc ſententiam Lucretius ſequitur, & rerum omnium inde cauſas in natura afferre conatur.

Πῦρ.) Nam ignis inter elementa præcipuè mobilis eſt. Heraclitus etiam animam ignem eſſe dixit. Sed Heraclitus ignem corpus ſolidum & continuum eſſe aiebat, vt & nos. Democritus vacuum interponit corporum atomis.

Πανσπερμίαν.) Videtur ſignificare aceruum ex diuerſis frugum generibus accumulatum. Nam & atomorum multitudo figura multùm diuerſis atomis conſtare à Democrito dicitur.

Ῥυσμὸς.) pro σχῆμα, λέξις Ἀβδηριτική, vt & τροπὴ pro θέσις, & διαθιγὴ pro τάξις, his enim differre dicunt atomos.

Ὅρον εἶναι τὴν ἀναπνοήν.) Eſt cauſa ſine qua non: ſanguine ſcilicet & pulmone præditis. Vide in libro de reſpiratione. Sic fortè Hippocrates ſenſit, cum dixit. ὅτι ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου (pro αὔξεται, vel γεννᾶται, vel διασώζεται.) ῥοφῇ καὶ ἀναπνοῇ χρωμένων ἡμῶν.

Συνάγοντος γὰρ.) πυκνοῦντος διὰ τὸ ψυχρόν. Compreſsio exprimit, vt ſpongiam: frigus autem comprimit. Propterea naſi hyeme pituitam emittunt compreſſo cerebro. Sic nuclei ἐκπυρηνίζονται.

Τῶν σχημάτων.) pro τὰ σχήματα.

Διὰ τὸ μὴ δ' αὐτὰ ἠρεμεῖν.) id eſt, cum rotunda illa ſchemata & maximè mobilia ſint, & per ſe efferrentur, licet frigus forinſecum non exprimeret; nunc verò etiam magis.

Βοήθειαν γίγνεσθαι.) ſcilicet compenſari inanitionem.

Ἀναπνεῖν.) pro εἰσπνεῖν.

Κωλύειν γὰρ αὐτά.) per diaſtolen, vt follis.

Καὶ τὰ ἐνυπάρχοντα.) ſcilicet σχήματα. Atomi illæ ſic inſpiratæ, & motu ſuo, vtpote vehementiore, calefaciunt corpus (arteriam) & alias efferendas prohibent & repellunt. Sic auctus earum numerus calore etiam aucto, frigus externum ſuperant, & vitæ fouendæ cauſa ſunt.

Συνανείργοντα.) ita vt ſimul coërceant & vincant.

Τὸ συνάγον.) Συστολήν.) frigus externum.

Οἱ δὲ, τὸ, ταῦτα κινοῦν.) Vniuerſalem quandam animam, quæ his quaſi inſtrumentis vteretur. quaſi animæ particulares omnes non per ſe, ſed huius particulę quædam eſſent, Philoponus, vt videtur.

Pythagorici omnia ænigmaticè dixerunt, quare etiam eorum de anima dicta ſic accipi debent, vt animam eſſe harmoniam, quoniam res longè diuerſas, & facultates multum diſsidentes, naturales, animales & cœleſtes veluti vno concentu (in vnum corpus) in homine conciliet. Sic atomos eſſe, vel xyſmata aëris quæ in luce ſolis tantùm apparent, cum aliâs nihil eſſe videantur: nam & animæ eſſentiam vilem & obſcuram eſſe putant, qui inferiores eius partes aut vires conſyderant, vt φυτικήν, γεννητικήν, ἐπιθυμητικήν. Qui verò in mente & intellectu tanquam luce eam inſpiciunt, ij demum diuinam eius eſſentiam, qualis quantaq; ſit animaduertunt, Philoponus.

Διότι συνεχῶς.) ὅτι συνεχῶς.

Κἂν ᾖ νηνεμία.) vt videantur non à vento aut aliunde, ſed per ſe moueri, ideoq; ſemper moueri: quòd etiam animæ naturæ quadrare putant.

Καὶ ὅσοι λέγονται.) vt Plato, Xenocrates, Alcmæon.

Τὴν ψυχὴν τὸ αὐτὸ κινοῦν.) Quòd Plato animam αὐτοκίνητον dicens, non de locali motu intellexerit, ipſe in Legibus his verbis declarat. Ἄγει δὲ τὰ καθ' οὐρανὸν, καὶ γῆν, καὶ θάλατταν ταῖς ἑαυτῆς κινήσεσιν, αἷς δὴ βούλησιν καὶ διάνοιαν ὀνομάζομεν, καὶ δό-

ξαν τῶν ὀρθῶς τε καὶ οὐχ οὕτως ἐχόντων. Sic & ſapiens quidam, mentē celerrimā eſſe dixit.

Τὴν κινοῦσαν.) ſcilicet ἀρχήν.

Καὶ εἴ τις ἄλλος.) λέγων τὴν ψυχὴν ἀριθμὸν ἑαυτὸν κινοῦντα, vt Archel. & Anaxag.

Ὡς τὸ πᾶν ἐκίνησε νοῦς.) νοῦν enim & ψυχὴν idem faciunt.

Οὐ μὴν παντελῶς.) non tamen ita manifeſtè, vt Democritus dixit, ſed obſcurius dicunt idem.

Τὸ γὰρ ἀληθῶς.) καὶ γὰρ, lego. Ἀληθὲς, πρὸς τὸν νοῦν pertinet: φαινόμενον verò, ad ſenſum & phantaſiam. Illi verò quòd cuique videtur verum eſſe dicebant, vt Protagoras, & Epicurus, tantum eſſe Solem, quantus appareret.

Ἕκτωρ ἀλλοφρονέων.) pro ἀλλόφρων τῆς αἰσθήσεως, ex vulnere ſcilicet. Sic Germani dicunt, Onmachtloß/ cum tamen hæc debilitas non ſit potentiæ cogitatiuæ; ſed ſenſitiuę potius & motiuæ. Nihil igitur melius aut diſtinctius iſti de anima eiuſque viribus locuti ſunt, quàm idiotæ & vulgus ſolent.

Πολλαχοῦ μὲν γὰρ τὸ αἴτιον.) Δύναμις καὶ αἰτία τῶν καλῶς ἐχόντων. tanquam ſcilicet & alia quædam animæ facultas ſit contrariorum cauſa.

Τοῦ καλῶς, ſcilicet ζῆν τοὺς ἀνθρώπους.

Ἀτιμωτέροις.) vt inſectis, & vermibus. Ἀτιμοτέροις habet Themiſt. & Philopon.

Ὅσοι μὲν οὖν ἐπὶ τό.) Quaſi de cognoſcente tantùm aut mouente anima quęrendum ſit: cum aliæ etiam animæ vires ſint, quæ neutrum faciunt.

Τὸ κινητικώτατον, vt ignem, atomos, ξύσματα.

Οὗτοι δὴ λέγουσι τὴν ψυχήν.) Nam cum anima cognoſcat, neceſſe videbatur aliquam cum rebus omnibus affinitatem & ſimilitudinem habere. Sed cum vna eſſentia ſit anima, non poteſt omnia eſſe, & ſic omnia nouiſſe: quare commodiſsimum videbatur ex elementis rerum omniū ipſam conſtituere, vt eatenus ſaltem ſimilis eſſet. Nam ſimile ſimili cognoſcitur, quòd non omnino falſò dictum eſt. (Brutorum enim anima hoc argumento mortalis videtur, noſtra verò immortalis, quoniam nos immortalia cognoſcimus, illa non item. Vt mens poſsibilis omnia fit, ſic mens actu omnia facit quodammodò.

Τὰς ἀρχὰς) στοιχεῖα.

Ὥσπερ Ἐμπεδοκλῆς.) Empedocles facit cauſas.

- Ὑλικὰς, *quatuor elementa.*
- Ποιητικὰς
  - ἕνωσιν.
    - φιλίαν, *quam* αἰτίαν *vocat* ἀναγωγόν.
    - νεῖκος, καταγωγὸν, *in inferis & ſenſibilibus rebus.*
      Sic de ſeipſo,
      Ὣς καὶ ἐγὼ δεῦρ' εἰμὶ φυγὰς θεόθεν καὶ ἀλήτης
      Νείκει μαινομένῳ πίσυνος.
  - διάκρισιν.

Εἶναι δὲ καὶ ἕκαστον ψυχήν.) Τὴν μὲν ὅλην ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων ἔλεγεν, ὡς εἶναι αὐτὴν ἄλλην παρ' ἕκαστον τούτων, καὶ ἓν ἕκαστον δὲ φησι ψυχὴν ἔλεγεν εἶναι. οὕτω δ' ἔχοιμεν ἂν κατ' αὐτὸν ψυχὰς ἕξ. Aut ſic, vt ſint ſex partes & facultates animæ ſecundum ipſum, vt & nos dicimus ψυχὴν θυμοειδῆ & θρεπτικὴν pro δυνάμεις. Ψυχὴν puto ſcribit, pro ψυχῆς τι μόριον.

Πυρὶ πῦρ ἀΐδηλον: ὀλέθριον: vel τὸ μὴ ἴσον μηδὲ μένον ἐπὶ ἑνὸς τόπου: vel πολυφανὲς, vt α. augeat. Sic apud Homerum quoque.

Στοργῇ δὲ στοργήν.) Sic Plato ἐκ ταὐτοῦ καὶ θατέρου animam conſtare dixit: quas etiam rerum omnium ποιητικὰς cauſas faciebat.

Τὴν ψυχὴν ἐκ τῶν στοιχείων.) οὐχ' ἁπλῶς, ἀλλ' ὡς ἐχούσαν τούτων τοὺς λόγους ἐν ἑαυτῇ. nam quod ſubſtantiam attinet, ſi ſimile ſimili cognoſcitur, cur anima magis noſceret elementa, quàm noſceretur ab eis? Philop. Vocat autem & Ariſtoteles ψυχὴν τόπον εἰδῶν.

Ἐκ τῶν

Ἐκ τῶν ἀρχῶν εἶ.) Ἀρχὰς faciunt quinque genera, vel tranſcendentia, quæ in omnibus rebus ſint. Οὐσίαν, quæ etiam in accidentibus eſt. Ταυτότητα, Ἑτερότητα, κίνησιν, actum imperfectum. Στάσιν, quæ etiam cœlo & ſemper mobilibus conuenit.

Ἐν τοῖς περὶ φιλοσοφίαν: Librum de Bono inſcriptum intelligit, qui non extat.

Αὐτὸ μὲν τὸ ζῶον.) τὸ αὐτοζῶον conſtare ait ex prima vnitate, primo binario, ternario, quaternario. Deinde τὰ ἀθάνατα ζῶα, ex ſecunda vnitate, ſecundo binario, &c. Deinde τὰ θνητὰ ζῶα, vt vel ratione prædita ſunt vel carent, ex tertijs aut quartis iſtis formarum elementis conſtare. Τετρὰς in animalibus fortè fuerit, quia quatuor animalium genera, cœleſtia, aërea, terreſtria, aquatica, Philopon. Αὐτὸ μὲν τὸ, &c. ſcilicet in genere τῶν νοητῶν.

Ἐκ τῆς τοῦ ἑνὸς ἰδέας.) Ἰδέα τοῦ ἑνὸς, τὸ αὐτὸ ἕν, τὸ πρῶτον ἕν, Synonyma. Pythagorici Ideas vocant numeros, quòd materiam metiantur & terminent: vel quòd omnes ab vno principio prodeant. Solos autem denarios numeros ideas eſſe; & hunc primò contineri in quaternario, cuius partes ſint 1.2.3.4. hæc enim collecta, denarium faciunt. In corpore quatuor ſunt, vt punctum, longum, latum, profundum: in anima cognoſcente νοῦς, ἐπιστήμη (nam à certo initio, ad certum finem fertur) δόξα (quæ eſt περὶ τὰ καθόλου ἐν τοῖς φυσικοῖς. Phyſica autem licet certum initium habeant, non tamen ad vnum certum finem feruntur, ſed vel hoc vel illo modo habere ſe poſſunt, quare triadi comparantur) & αἴσθησις.

Περὶ τοῦ πρώτου ἑνὸς, vide Scaliger. de Subtil. Exercit. 363.3. vbi ex Proclo, Porphyrio, Iamblicho, Plotino, nominat hæc tria. Τὸ πρῶτον ἕν. Νοῦς ἓν πάντα. Ψυχὴ ἓν καὶ πάντα. Videntur autem illi τὸ πρῶτον ἓν accipere, non vt corporum duntaxat principium materiale, ſed omnino ſimpliciter pro Deo, qui eſt τὸ πρῶτον ἓν ποιητικὸν πάντων αἴτιον.

Τὰ δ᾽ ἄλλα ὁμοιοτρόπως.) ἐπιστητὰ ſcilicet, δοξαστὰ, αἰσθητὰ, ex primis, ſecundis vel tertijs numeris, &c. Sed cur ſenſus confertur quaternario? an quia non ſentiuntur niſi corporea, hæc autem quatuor principijs conſtant, puncto, longo, lato, profundo.

Μοναχῶς γὰρ ἐφ᾽ ἕν:) Id eſt, ἀφ᾽ ἑνὸς ἐφ᾽ ἕν: ἀπὸ τῶν προτάσεων, ἐπὶ τὸ συμπέρασμα.

Οὕτως ἔνιοι, Pythagoras, Plutarcho.

Ἀριθμόν: vt Anaxagoras, Philopon. Xenocrates, Plutarch. Ἀριθμὸν verò dicebant, à cognitione, vt omnia cognoſceret, tanquam omnia ex numeris conſtarent.

Διαφέρονται δέ.) Περὶ δὲ τῶν ἀρχῶν διαφέρονται πρὸς ἀλλήλους, οὐ μόνον τίνες εἰσίν, ἀλλὰ καὶ ὁπόσαι· καὶ καθ᾽ ἑκάτερόν γε αὐτῶν: οἱ μὲν μᾶλλον, οἱ δὲ ἧττον. Μᾶλλον μὲν οἱ σωματικὰς ποιοῦντες τὰς ἀρχὰς, τοῖς ἀσωμάτου. ἧττον δὲ πρὸς τούτους οἱ μίξαντες. Καὶ τὰς μὲν τοίας, τὰς δὲ τοίας τὰς ἀρχὰς ἀποφηνάμενοι. Καὶ πάλιν γε αὖ περὶ τοῦ πλήθους. μᾶλλον μὲν οἱ μίαν τοῖς ἀπείρους. ἧττον δὲ οἱ πλείους μιᾶς πρὸς ἑκατέρους.

Οἱ σωματικὰς ποιοῦντες.) Quatuor elementa ſenſibilia.

Τὰς ἀσωμάτους.) vt Timæus vel Plato, numeros & ideas. τούτοις δὲ, vt & Empedocles vel Anaxagoras, qui atomos & earum mentem, motricem ponit. τὰς pro τοῖς.

Τό, τε γὰρ κινητικόν.) Nam vim motoriam, &c. Non ſolùm τὸ γνωστικόν: ſed & τὸ κινητικώτατον.

Ἔτι κινεῖται τε.) Primo ipſe ſe, deinde alia quoque corpora ciet ac agitat, Scheckius.

Δημόκριτος δέ.) Sic interpres: Δημόκριτος δὲ τούτων ἑκάτερον καὶ γλαφυρώτερος: ἐδείκνυτο μὲν τὸ κινεῖν, διὰ τὴν σμικρομέρειαν. τὸ δὲ κινεῖσθαι, διὰ τὸ σχῆμα. ἄμφω γὰρ οἴεται ὑπάρχειν τοῖς σφαιροειδέσι ἀτόμοις.

Γλαφυρώτερος.) Elegantius & lautius, Hermol. Propriè de opere ſculptô, & arte cauato: hinc γλαφυρὰ τὰ ἔχοντα βαθύ, πλὴν μετὰ χάριτός τινος καὶ λαμπρότητος, ὡς μὴ πάνυ εἶναι διὰ τὸ βάθος σκοτεινά.

Τούτων ἑκάτερον.) Cur tùm ignis tùm anima moueant & moueantur potiſsimũ, Scheckius. Fortè ἑκάτερον referri poteſt ad cognitionem & motum.

Ἀναξαγόρας.) Anaxagoræ anima eſt corpus ἀεροειδὲς, (id eſt, aëreæ naturæ) Plutarchus.

Αὐτὸν τῶν ὄντων ἁπλοῦν εἶναι.) ergò Deus erit. Legitur aliàs αὐτὸ pro αὐτὸν. Non ſi quid recepturum ſit omnia, ex omnibus conſtet oportet: ſed potius ex nullo illorum quæ recipere debet, ita vt ſit ἄποιον, ἀνείδεον, καὶ ἁπλοῦν: & cum ſit eſſentia ſimplici ad illa recipienda, aut contraria, aptitudinem ſolùm habeat, vt aqua ad odores & ſapores: ſpeculum ad ſpecies viſibiles: materia prima ad formas omnigenas. Sic anima ſeu mens ad rerum cognitionem, ſeu formas noſcendas. Mens potentia omnia fit. Mens actu, omnia facit. Ad iconem Dei ſcilicet, luci & habitu comparatur.

Ἀποδίδωσι δ᾽.) attribuit, aſcribit. Ex commentario Græco. Οὗτος μέντοι καὶ αὐτὸς ἄμφω τῇ ψυχῇ ἀναγκαῖα.

Ἐξ ὧν ἀπομνημονεύουσι.) ex his quæ feruntur de ipſo. ἀπομνημονεύω, μνείαν ἔχω τινὸς, vel ἀποῤῥίπτω τῆς μνήμης.

Εἴπερ τὸν λίθον.) id eſt, τὴν λίθον ἡρακλείαν, Magnetem.

Ἔφη ψυχὴν εἶναι.) animatum eſſe.

Διογένης.) Apolloniata. Verba Diogenis apud Scheckium 269. f. Καί μοι δοκεῖ τὴν νόησιν ἔχον, (id eſt, animam) εἶναι ὁ ἀὴρ καλούμενος ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων, καὶ ὑπὸ τούτου πάντας κυβερνᾶσθαι, καὶ πάντων κρατεῖν. Καὶ ἐστὶ μηδὲ ἓν ὅ,τι μὴ μετέχει τούτου, Et rurſus, Καὶ πάντων τῶν ζώων ἡ ψυχὴ τὸ αὐτό ἐστι, ἀὴρ θερμότερος μὲν τοῦ ἔξω ἐν ᾧ ἐσμὲν, τοῦ μέντοι παρὰ τῷ ἡλίῳ πολλὸν ψυχρότερος. πάμπολλαι γὰρ ἑτεροιώσιες.

Ἀέρα τοῦτον.) Nihil Themiſtius & Philoponus ad hanc particulam. An τοῦτον abundat, vel σῶμα leges, vel ſubaudies νοῦν, vel ταύτην ſcilicet ψυχήν: neque enim τοῦτον placet: libet interpretari: hunc nos ambientem aërem, cum calidiorem eo eſſe dixerit, vt ex ſequentibus, quæ ſcripſimus apparet.

Διογένης.) οὕτως δὲ καὶ Ἀναξιμένης, καὶ Διογένης, καὶ ὅσοι ἀέρα λέγουσι τὴν ψυχὴν, ἀμφότερα πειρῶνται διασώζειν, καὶ τὸ κινεῖν διὰ λεπτομέρειαν: καὶ τὸ γινώσκειν διὰ τὸ τίθεσθαι ταύτην ἀρχήν.

Ἡ μὲν πρῶτόν ἐστι.) σῶμα ὁ ἀήρ. Ἡ δὲ λεπτότατον: μερέστατον.

Τὴν ἀρχὴν.) στοιχεῖον, quòd ipſe conſtituit. Subſtantia elementari coaluiſſe.

Ἀναθυμίασιν.) exhalationem igneam (ignem per ſe intelligentius, huic enim propria eſt ἀναθυμίασις, vt ἀτμὸς aquæ. Heraclito eſt anima mundi halitus ex humidis in eo: animalium verò, halitus eiuſdem naturæ, partim ab externo, partim ab humidis, quæ in ipſis animalibus ſunt, Plutarchus.

Συνίστησι.) Themiſtius addit. Οὐκ ἄλλο τι ἢ πῦρ ὑπολειπτέον: τοῦτο δὲ καὶ ἀσώματον, καὶ ῥέον ἀεί.

Ἀσωματώτατον.) impropriè pro λεπτότατον, corpus pro craſsitudine.

Παραπλησίως.) Sic & Plato τὸ αὐτοκίνητον, ἀεικίνητον. Almeonem Crotoniatam Phyſicum intelligit.

Τοῖς ἀθανάτοις, ſcilicet σώμασι.

Τοῦτο δ᾽ ὑπάρχειν: ſcilicet hæc ad Deum ſimilitudo.

Φορτικωτέρων, rudiorum.

Ἵππων: ἄθεος ille.

Ἡ γονὴ οὐχ.) λέγων ὅτι ἡ γονὴ ἐξ ἧς τὸ εἶναι καὶ τὸ ζῆν τοῖς ἐμψύχοις, ὕδωρ ἐστὶ, καὶ οὐχ αἷμα. Purpureum vomit ille animam, Vergil.

Πρώτην

Πρώτην ψυχὴν ſcilicet λέγοι Principiũ & ſeminiũ animę dicebat eſſe geniturã.

Πάντα γὰρ τὰ.) Πάντα δ' ὖν, Themiſt. Κριτίαν, patronum.

Πάντων ἐκ τῶν ςοιχείων.) vt Empedocles. Ἐκ πάντων, vt ſi μίξις elementorum fiat: ἢ πάντα, vt ſi σύνθεσις.

Ὁρίζονται.) περιγράφουσι. Ex Themiſtio. Ἐκ δὲ τῆς ἱςορίας δῆλόν ἐςι, ὅτι δύο μὲν προςτίθενται περὶ τὴν ψυχὴν θεωρεῖν, κίνησιν καὶ γνῶσιν. ὑποφέρονται δ' ὥσπερ καὶ ἄκοντες ἐπὶ τρίτον ἕτερον τὸ ἀσώματον. οἱ γὰρ λεπτομερέςατον αὐτὴν τιθέμενοι, καὶ διὰ τοῦτο εὐκίνητον ὀνειροπολεῖν ἐοίκασιν ταύτην τὴν φύσιν. λέγω δὲ τὴν ἀσώματον. ἀλλ' ὅτι γε εἰς τὰς ἀρχὰς ἀνάγουσιν ἅπαντες τὴν ψυχὴν, οἱ μὲν ὡς κινοῦσαν, οἱ δὲ ὡς γινώσκοντες (γινώσκουσαν) πάντα, διὰ τὴν πρὸς ἐκεῖνα συγγένειαν, δῆλόν ἐςι. Ἀναξαγόρας δὲ μόνος τὴν συγγένειαν ταύτην αὐτῆς ἀφήρηται καὶ γινώσκεσθαι πάντα ὑπ' αὐτῆς συγχωρῶν τὰ ὄντα πάντη ἀμιγῆ καὶ ἁπλοῦν φησιν εἶναι τὸν νοῦν.

Ὡς εἰπεῖν.) per σχεδὸν.

Τῷ ἀσωμάτῳ.) tertium hoc duobus ſupra dictis quaſi obiter inuentum, nunc adiecit.

Πλὴν ἑνός.) præter Anaxagoram, qui principia rerum facit ὁμοιομερείας.

Απαθῆ.) καὶ ἀμιγῆ, hoc eſt, ἀσώματον, Philopon.

Πᾶς γνωρίζει.) Et qui corporea ſolùm, & qui ſimul incorporea animæ principia fecerunt, errant vtriq; : eſſentiam enim incorpoream eſſe oportet, vt ſcilicet id quod cognoſcit præſtet ei, quod cognoſcitur. Principia enim corporum ſecundum formam, non ſecundum materiam animæ ineſſe oportet, Philop.

Ουτ' ἐκ τῶν εἰρημένων.) ὅτι ἐκ τῶν αὐτοῦ λόγων ἐςὶ τοῦτο συλλογίσασθαι, Philop.

Ὅσοι δ' ἐναντιώσεις.) Ex interprete. Ὅσοι γε ἐκ τῶν ςοιχείων τὴν ψυχὴν ἔθεντο τὴν ἐκείνα ποιότητα μόνην προςτιθέασι καὶ τῇ ψυχῇ· οἱ μὲν πυρὸς τὴν θερμότητα καθάπερ Ἡράκλειτος. οἱ δ' ὕδατος τὴν ὑγρότητα, καθάπερ Ἵππων. ὅτω γοῦν καὶ ἐκ τῶν ὀνομάτων κουφίζονται, οἷς ἐπὶ τῆς ψυχῆς κέχρηνται ἡ συνήθεια. οἱ μὲν τὸ θερμὸν λέγοντες, ὅτι καὶ τὸ ζῆν παρὰ τὸ ζέειν ὠνομάσθη, &c. Periphraſis huius ſententiæ Ariſtotelis.

Ἐν ταῖς ἀρχαῖς.) vt Empedocles.

Οἱ μὲν τὸ θερμόν.) vt Heraclitis.

Οἱ δὲ τὸ ψυχρόν.) vt Hipp. An, alij animæ ſubſtantiam dicunt eſſe frigidum, vel in frigido propter reſpirationem: & idcirco ipſam refrigerationem vocari animam, quòd Græcè melius ſonat, καὶ τὴν κατάψυξιν καλεῖσθαι ψυχήν.

CAPVT TERTIVM.

Ἐπισκεπτέον.) *Generaliter contra omnes, qui putant animam eſſe corpus mouens & motum. Huic capiti reſpondet cap. 16. apud Themiſt.*

Ἡ γὰρ καθ' ἕτερον, ἢ καθ' αὑτό.) An καθ' αὑτὸ & καθ' ἕτερον ita opponuntur, vt hoc ſemper ſit κατὰ συμβεβηκός; non puto. Sed ſi aliud (id quod mouet) aliquam coniunctionem habet cum eo quòd mouetur, ita vt vel pars eius, vel aliqua eius cauſa per ſe ſit, (vt anima, hominem; Deus, mundum) res ab alio quidem, non tamen per accidens mouetur. An καθ' αὑτὸ συμβεβηκότα hæc ſunt? Eſt autem hyperbatum in hac periodo.

Πρότερον εἴρηται.) ſcilicet in Phyſicis, qui locus apud Themiſtium adducitur.

Οἷον πλωτῆρες.) in naui ſcilicet. Sic etiam accidentia corporum mouentur per accidens, quæ neq; corpora ſunt, neque loco egent.

Πλωτὴρ nauta mouetur vel

{ Per accidens, *in naui quieſcens ipſe: ſic & anima mouetur in corpore, ipſa quieſcens.*
{ Per ſe, *cum incedit, quod & in naui facere poteſt, : & eam relinquere & ad eam redire. Sed idem de anima aſſerere ἄτοπον.*

Δῆλον δ᾽ ἐπὶ τῶν) ſcilicet quòd non moueantur per ſe.

Ποδῶν φάσις.) An ambulatio motus eſt pedum, primo & per ſe: deinde totius corporis per accidens? videtur.

Οὐχ ὑπάρχει.) ſcilicet ἡ διὰ τῶν ποδῶν βάσις. Τότε, nimirum cum in naui iacent.

Νῦν ἐπισκοποῦμεν.) Quærendum ait, an aliquo horum motuum per ſe moueatur. Themiſt. adijcit. Nam ex accidenti aut per aliud poſſe animam moueri, neque ipſi diffitemur, cum illa in corpore habeatur, quòd per ſe mouetur.

Μετέχει κινήσεως.) nam per accidens eam moueri dubium non eſt. Mouentur quædam,

- Per ſe ſemper, *vt cœlum.*
- Per accidens ſemper, *vt anima idq́ vel*
  - A ſe ipſa, *vt animam corpus mouens, ſeipſam ſimul per accidens mouet, & nauta nauim.*
  - Ab alio, *vi externa.*
- Modò per ſe, *modò per accidens, vt res naturales, ſic vt nauta in naui cubans, per accidens mouetur: ambulans verò, per ſe ſimul & per accidens mouetur.*
- Neq; per ſe, *neque per accidens, vt Deus.*

Εἰ δὲ κινεῖται μὴ κατὰ συμβεβηκός.) Quod ſi aliter etiam, quàm per accidens mouetur, &c. Μὴ μόνον κατὰ συμβεβηκός, ἀλλὰ καὶ καθ᾽ αὑτήν.

Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τόπος.) Locus eſt ſuperficies corporis continentis immobilis primo (rei locatæ contiguus) Scheckius in Phyſicis. Anima ſi eſſet in loco, vni alicui loco deberet eſſe determinata. Atqui ἁπτικὴ, κινητικὴ, non ſunt in vna corporis parte, nec vno in loco, ſed totæ per totum ſe extendunt, Simplicius. Itaque ἁπτικὴ quauis corporis parte qualitates tactiles iudicare poteſt. Accidentia etiã, vt ſequitur, non dicuntur eſſe in loco per ſe, ſed per accidens.

Ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός ſcilicet μόνον.

Ὥσπερ τῷ λευκῷ.) vt accidentibus, quæ non ſunt in loco.

Ἔτι δ᾽ εἰ φύσει κινεῖται.) Hoc non de omnibus mobilibus verum eſt, ſed ijs, quę alternis moueri & quieſcere ſolent, (de cœleſtibus non item, Simplicius.)

Ἠρεμεῖ ἐν τούτῳ.) Lapis moueatur ſurſum vi: hic vbi aſcendere deſinit, in loco quies aliqua eſt, antequam deſcendat.

Ποῖαι δὲ βίαιοι.) Διότι ὅλη αὐτοπροαίρετος ἡ λογικὴ ζωή: τούτῳ δὲ ἐναντίον τὸ βίαιον, Simplicius.

Ἀποδοῦναι.) effari.

Πῦρ ἔσται.) Sic omnis ignis erit anima: quorum enim eadem ſecundum naturam proprietas eſt, idem ſunt.

Περὶ τῶν μεταξύ.) ſcilicet ϛοιχείων.

Ἔπειτα δ᾽ εἰ φαίνεται.) Ἔτι δὲ εἰ φαίνεται, Scheckius ex Simplicio. Sic & codices in folio. Sed hoc non ſimpliciter verum eſt, cœlum enim hæc inferiora alterat, cum ipſum non qualitate, ſed loco tantùm moueatur.

Κινοῦσα τὸ σῶμα.) nempe ceu μοχλείᾳ τινὶ: vt pueri ſolent in cereis folliculis includere animalcula.

Καὶ κατ᾽ εἶδος.) Philoponus, Hoc, inquit, non in quolibet motu verum eſt, vt mouens moueatur eodem modo, quem ſuſtinet id quòd mouetur: neque enim ὁ μελαίνων, μελαίνεται: neq; ὁ αὔξων, αὔξεται. Sed in motu ſecundum locum tantùm, & ne hic quidem ſimpliciter, vel in ſpecie eadem fit, motus: vt cum equus rectà progrediens, rotam in gyrum mouet, ſed genere tantùm, &c.

Ἢν καὶ σῶμα κινῆται.) ſcilicet καὶ αὐτὴ κινεῖται, Philoponus.

Ἢ ὅλη.) vt ſi rectà moueretur.

Ἢ κατὰ μόρια.) vt ſi circulo.

Τὴν δὲ κατὰ συμβεβηκὸς.) Quod etiam non ſit αὐτοκίνητος, maximè enim moueri videtur à ſenſibilibus externis, Philop. ſed ab his propriè loquendo μεταβάλλει, non κινεῖται.

Κἂν ὑφ' ἑτέρου.) non ſolùm à ſeipſa. κἂν pro καὶ ἂν, ideſt καὶ ὑφ' ἑτέρου κινοῖτο ἄν. Mouetur autem aliquid vel per ſe, vel per accidens, idq́ rurſus aut à ſeipſo, vt anima corpus mouens, ſeipſam quoq́ ſimul mouet per accidẽs: & nauta nauim mouẽs: aut ab alio, vi aliqua externa: vti etiam ſupra annotatum eſt.

Οὐ δεῖ δὲ.) Alioqui fruſtra vim illam intrinſecam haberet. Anima moueri poteſt, ſi modò mouetur, aut aliunde, per accidens: aut per ſe, non niſi à ſeipſa. Sed ſic ipſa à ſua natura diſcedendi ſibi cauſa eſſet: nam πᾶσα κίνησις φύσει ἐκστατικόν.

Ἐν τῇ οὐσίᾳ.) per ſe ineſt.

Ὑπ' ἄλλου κινεῖσθαι.) ſcilicet ad proprias functiones. Si anima αὐτοκίνητος eſt, & ſibi ſufficiens, quid opus habet, vt etiam ab externis moueatur non per accidens, ſed ad proprias ſibi functiones, ſicut ab obiectis ſenſuum moueri videtur: non igitur αὐτοκίνητος eſt.

Τὸ καθ' αὑτὸ ἀγαθὸν.) καθ' αὑτὸ (per ſe & à ſe ipſo) δι' ἄλλο (per aliud & ab alio: an δι' ἄλλου potius erat dicendũ per aliud, & ab alio) opponuntur ceu differentiæ cauſarum efficientium. Δι' αὑτὸ aũt propter ſe & ἑτέρου ἕνεκα, finaliũ, Philoponus.

Εἴπερ κινεῖται.) potius enim dicendum eſt organum moueri quàm animam à ſenſilibus.

Τοῦ κινουμένου.) ſcilicet πάθος.

Καὶ αὐτὴ κινοῖτ' ἄν.) quatenus anima eſt. An ſic?

Anima ipſa ſecundum ſeipſam mouetur.

Secũdum quod autem aliquid mouetur, ab eo recedit. nam πᾶσα κίνησις φύσει ἐκστατικόν.

Ergo anima à ſe ipſa recedit. Vel mutatis propoſitionibus in hunc modum, erit argumentum in Darij.

Omne mobile recedit ab eo ſecundum quod mouetur.

Anima mouetur ſecundam ſeipſam.

Ergo anima recedit à ſeipſa.

Sed concluſio falſa eſt: aut igitur in forma aut in materia peccat ſyllogiſmus. Forma bona eſt in Darij. ergo oportet aut maiorem aut minorem propoſitionem eſſe falſam, aut vtranq́. Maior vera eſt: ergò minor erit falſa: nam ea conceſſa, abſurdum ſequeretur.

Κατὰ συμβεβηκὸς αὑτὴν κινεῖ.) dum corpus mouet ſcilicet: ſimul enim ſeipſam quodammodo.

Ἡ κίνησις τῆς οὐσίας.) per hypotheſin ſcilicet.

Τὰς ἀδιαιρέτους σφαίρας.) τὰς ἀτόμους.

Ἠρέμησιν ποιεῖ.) ſcilicet τοῦ σώματος, vel τοῦ ζώου.

Τῷ γὰρ κινεῖσθαι αὐτήν.) in orbem ſcilicet.

Κατὰ τοὺς ἁρμονικοὺς.) iuxta harmonicam vel muſicas proportiones.

Proportio {
Arithmetica, *vbi numeri totidem vnitatibus excedunt.*
Geometrica, *vbi non vnitatum, ſed proportionum paritas eſt.*
Harmonica: *vbi vt maior ad minimum ſe habet, ſic maiorum differentia, ad minorum differentiam ſe habent, vt ſex, quatuor, tria: nam 6. ad 3. duplum eſt: & differentia inter 6. & 4. ſunt duo: ſex verò & 3. vnũ: duo verò ad vnum duplum eſt.* Ἀριθμοὺς, *idem quod* λόγους.
}

Ὅπως αἴσθησίν τε.) ὅπως αἴσθησίν τε σύμφυτον ἁρμονίας λάβῃ, Philoponus. Placet,

vt non ſine ſenſu & ratione ageret, ſicut natura agit, ſed opus ſuum intelligeret. Vel, αἴσθησιν τῆς συμφύτου ἁρμονίας ἔχῃ. Themiſti nihil.

Καὶ τὸ πᾶν φέρῃ) φέρηται, Themiſt.

Εὐθυωρίαν.) rectam lineam. Timæus tamen lineam vnam latam, prius in duas partes diuidit per longum: deinde vtranque inflectit in circulum, vnum exteriorem ambientem, alterum interiorem.

Κατέκαμψε.) Deum inflexiſſe dicit.

Μέγεθος εἶναι.) ſiue vt circulum ſiue vt ſphæram accipias.

Τὴν γὰρ τοῦ παντός.) Quamuis animam, magnitudinem facere abſurdum foret: ſed abſurdius nobiliſsimã, nempe mentem, magnitudinem (quantitatem) facere.

Ὁ δὲ νοῦς.) Ἐπειδὴ ἕκαστον νόημα ἀμερὲς, ὁμοῦ γινωσκόμενον, τὸ ζῶον, καὶ πάλιν τὸ λογικὸν, καὶ τὸ θνητὸν αὖ, καὶ τὸ ἐκ πάντων ὡς ἕν.

Ἡ οὐσία ὥσπερ ἡ ἐνέργεια. hęc autem fit per νοήματα, quæ quidem ita inuicem ordinantur, vt numeri, non vt magnitudo continua. Mens ab anima ſeparata, omnino ſimplex eſt, & ἀμερὴς. Rationalis verò in nobis facultas, ita vna eſt, vt tamen extendatur εἰς συνέχειαν, οὐ τὴν διὰ μεγέθους, ἀλλὰ τὴν χαλάσασαν τὸ καθαρῶς τῶν εἰδῶν ἀμέριστον, Simplicius.

Νοήματα.) αὐτὰ τὰ νοητὰ, Philoponus. Intelligibilia, Hermolaus. malim ſpecies intelligibiles: nam νοητὰ extra ſunt, νοήματα intus.

Ταῦτα δὲ τῷ ἐφεξῆς.) non propriè continuæ.

Οὕτως συνεχής.) ſi modò συνεχὴς dici debet aut poteſt.

Ἀλλ' ἤτοι ἀμερὴς.) μάλιστα ἀμερὴς: παντάπασιν, ὡς ὁ τῶν πρώτων ὅρων νοῦς.

Πῶς γὰρ δὴ καὶ νοήσαι.) Sed quia diuerſa νοήματα, quanquam ipſa diſcreta ſint, in vnum deſinunt, vt ζῶον, λογικὸν, θνητὸν in hominem: & propoſitiones diſcretæ, in vnam concluſionem.

Μέγεθος ὤν.) præſertim ſi etiam tactu opus habeat ſecundum illum.

Ἢ ἐν ὁτῳοῦν τῶν μορίων.) Timæus νοῦν faciebat circulum, qui motu ſuo attingens τὰ νοητὰ, ita cognoſceret. Quod ſi ea attingit, vel vno puncto tantùm tangit, eoque ſolo cognoſcit, ergò reliquæ partes erunt ſuperuacuæ. Attingat igitur pluribus: ſed hoc etiam ineptum videtur, quod non paucioribus neque pluribus, ſed certo aliquo punctorum numero tantùm contingens noſcat: & ſic etiam reliqua erunt inutilia. Tangat igitur omnibus, & vndique, ſic oportebit, vt vel quodque ſignum intelligibilia omnia intelligat, vel vt ſigna omnia ad vnum intelligibile conueniant, & id ab omnibus attingatur. Iam ſi quodque intelligit omnia, ſunt autem puncta infinita, eadem res infinities noſcetur (cui tamen videmus fieri contrarium, cum rei alicuius notionem vel obliti, vel aliud agendo deponimus.) Rurſus ſi puncta infinita ſunt, infinitum aut tranſiri non poteſt, nunquam mens omnibus ſui punctis aliquid noſcet.

Εἰ μὲν οὖν κατὰ στιγμήν.) Si vna parte tangi ſatis eſt, quid opus eſt moueri? ſi puncto, quid opus magnitudine?

Εἰ δὲ κατὰ μέγεθος.) partibus aliqua magnitudine prædita.

Φαίνεται δέ.) Ἀλλὰ μὴν καὶ ἅπαξ ἀπόχρη. τὸ γὰρ εὖ οὐκ ἦν τὸ πολλάκις ταυτὸν: ἀλλ' ἐν τὸ ἅπαξ τὸ ἀληθές.

Ἅπαξ ἐνδεχόμενον.) An, qui fieri poteſt vt res aliqua ſemel tantùm, aut certè non ſæpe ab aliquo noſcatur, aut in mentem ei veniat? Philoponus nihil habet.

Εἰ δ' ἀναγκαῖον.) Si partes ſingulæ non noſcunt, quomodo conſtans ex eis totum noſcet? θιγόντα ſcil. τὸν νοῦν. Τίς ἔσται ἡ, &c. ad quid conducet.

Μεριστῷ.) vt magnitudine tota. Τὸ μεριστὸν ἀμερεῖ, ſicut punctum.

Τὸν κύκλον τοῦτον.) ſecundum Timæum ſcilicet. Μεριστὸν καὶ αἰσθητὸν οὐ τὸν καθόλου κύκλον τὸν ἀμεγέθη καὶ ἀσώματον, ὃς οὐ κινεῖται, οὐδὲ περιφέρεται. Κύκλοι τοῦτον, talem.

Κύκλου

Κύκλος δὲ.) κίνησις ſcilicet eſt.

Περιφορά.) circumactus.

Ἀεὶ δὲ δὴ τι νοήσει.) Vel ſemper idem: quæ intellectio magis quies eſt, quàm motus: vel ſubinde aliud atque aliud. Sed quomodo, cum circumactus vnus & idem ſit, & nunquam perficiet ſuum opus.

Ἀΐδιος ἡ περιφορά.) Sed hoc falſum eſt. Nam omnis cognitionis principia & fines ſunt.

Αἱ δὲ θεωρητικαὶ.) τῆς θεωρίας, καὶ τῆς πράξεως τὰ αὐτὰ πέρατα, ἀνάπαλιν δέ: nam domus ſtruendæ θεωρία â tecto incipit, in fundamentum finit: operis verô adminiſtratio contra, Ergò νοήσεις non ſunt ἀεικίνητοι, ſed πεπερασμέναι: & neque νοῦς ἀεικίνητος.

Τοῖς λόγοις, ſuis rationibus.

Εἰ δὲ μὴ περατοῦνται.) falſum hoc quidem; ſed eſto ſaltem.

Πάλιν ἐπ' ἀρχὴν.) Ἐπὶ τὴν πρώτην πρότασιν: vt ſi quis plures ſyllogiſmos ordine ducat, ita vt ſemper ſequens propoſitionem habeat, quæ in priore erat cõcluſio. Vt ὁ ἄνθρωπος, γελαστικὸν: τὸ γελαστικὸν, λογικὸν: ὁ ἄνθρωπος ἄρα λογικὸν. Adde aliũ terminũ, & ex priore termino altero facito mediũ, & ſic fiet alius ſyllogiſmus. Πᾶς ἄνθρωπος λογικὸς, πᾶν λογικὸν ζῶον. Πᾶς ἄνθρωπος ἄρα ζῶον. Adde huic σῶμα ἔμψυχον. Sic, Omnis homo eſt animal. Omne animal eſt corpus animatum. Ergò homo eſt corpus animatum, &c. Philoponus.

Προλαμβάνουσαι.) an, προλαμβάνουσαι δ' ἀεὶ ἄκρον, καὶ μέσον ἐκ θατέρου ἄκρου ποιοῦντες.

Μέσον καὶ ἄκρον.) ἄκρον μὲν τὸν προστεθέντα ποιήσας: τὸν δὲ πρὶν ἄκρον, μέσον.

Ἐπιστάσει μᾶλλον.) Hinc etiam ἐπιστήμη dicta eſt. οὐ γὰρ ἐν τῇ μεταβάσει, ἀλλ' ἐν τῇ καθ' ἕκαστον ὅρον στάσει ἀεὶ ἡ νόησις, Simplicius. Ἡ ζήτησις, κινήσει ἔοικεν. ὁ δὲ νενοηκὼς καὶ εὑρὼν ἐν ἠρεμίᾳ λοιπόν ἐστι καὶ γαλήνῃ, & ἐπιστήμη dicitur, quòd animam ducat ἐπὶ στάσιν.

Συλλογισμὸς.) concluſio.

Εἰ δ' ἐστὶν ἡ κίνησις αὐτῆς μὴ οὐσία.) Mens eſt ἐνέργεια (non κίνησις) ὅταν πᾶσαν τὴν ἔξω συστείλασα προβολὴν χωριστῶς ζῇ, καὶ ἀμερίστως; ὡς οἷόν τε, καὶ διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐνέργειαν εἰς τὴν οὐσίαν συναιροῦσα, Simplicius.

Τὸ μεμίχθαι τῷ σώματι.) τὸν τοῦ παντὸς νοῦν (cum interim τὸν ἀνθρώπινον νοῦν λελυμένον faciant.

Ἄδηλος δὲ ἡ αἰτία.) ſcilicet efficiens. Non conſtat adhuc ex ijs quæ Timæus dicit. Ὁ Ἀριστοτέλης φυσικὴν δίδωσι τῷ οὐρανίῳ σώματι τὴν κίνησιν; συνέχειν δέ φησι ταύτῃ καὶ τὴν ἐκ τῆς ψυχῆς κίνησιν (actiuè) Philoponus.

Ex Timæi dictis neque cauſa efficiens circularis motus cœli conſtat, neque finalis. Ariſtoteles ſuis locis, vtranque aſsignauit. Et finalem quidem cauſam dixit, ὅτι πρέπουσα κίνησις τῷ ἀϊδίῳ ἡ κύκλῳ, μήτε ἀρχὴν ἔχουσα, μήτε τέλος: & quòd motus ei magis conueniat quiete, vtpote τὸ ἐνεργεῖν τῆς ἀνεργησίας, Plotinus cœlum orbiculari motu mentem, quæ ſimiliter agit, tanquam meliorem ſubſtantiam, imitari dicit. item imitari ſic Deum, vt ſimiliter quodammodo vbique ſit. Sed etiam dici poteſt, cum figura ei ſit rotunda, idque merito, tanquam prima, ſimplicíſsima, & capacíſsima τῶν ἰσοπεριμέτρων, motus etiam cyclicus ei conueniebat, isque intra ſe: nihil enim extra ipſum eſt: cum cætera extra ſuum locum moueantur.

¶ An finalis cauſa eſt potius, motus aliorum corporum: nam vt moueret omnia, prius ipſum moueri, & maximè quidem perniciſsimeque debuit. Item vt temporis rationem inde haberent homines, quæ ſine cœli motu nulla eſſet. Item vt ſeſe totum nobis daret conſpiciendum, vt ne quid deſiderare homo poſſet.

Τῆς ψυχῆς ἡ οὐσία.) ſecundum ipſos: primùm enim recta linea fuit.

Κύκλῳ φέρεσθαι.) κατὰ τὰ δεδειγμένα.

Ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός.) quoniam poſtea in orbem inflexa eſt.

Οὔτε τὸ σῶμα αἴτιον.) ſcilicet τῇ ψυχῇ τοῦ κινεῖσθαι, vel τοῦ οὐρανοῦ, ſicut ipſi ſentire videntur: idcirco moueri animam dicentes, vt corpus vel totus mundus moueatur. ὡς τὸ πᾶν φέρηται συμφώνως φορᾶς. Eò nimirum inflexam dicit animam & moueri, ὡς τὸ πᾶν φέρηται συμφώνως φορᾶς. Cum corpori, vt moueatur, cauſa debeat eſſe anima, non autem contra, Themiſth.

Βέλτιον λέγεται.) Cauſa finalis. Deus enim omnia facit διὰ βέλτιόν τι.

Ἑτέρων λόγων.) ad libros De cœlo.

Ἐκεῖνο δὲ ἄτοπον.) Omnes definitiones Phyſicæ debent etiam corporis mentionem facere: quòd veteres in definitione animæ neglexerunt.

Καὶ πῶς ἔχοντος.) Oportet enim eſſe corpus organicũ, & potẽtia vitã habere.

Πυθαγορικοὺς μύθους.) ὀρθῶς εἶδ' ὡς τε καὶ λέγων, ὅτι ὡς μυθικῶς (μυθικῷ) χρώμενοι παραπετάσματι. Τὴν λογικὴν εἰς ἄλογα ἔφασκον εἰσκρίνεσθαι ὀχήματα, τὴν ἐμπαθῆ, καὶ ἀλογιστον αὐτῆς ἐκτραγῳδοῦντες (tragicè traducentes; ſicut Homerus in Circes hiſtoria) ζωήν, πολιτικῶς τοὺς μύθους πλάττοντες. Sic Empedocles, Ἤδη γὰρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε κόρη τε Θάμνός τε οἰωνός τε, καὶ ἐξ (an ἔτ') ἁλὸς ἔμπορος ἰχθύς, maris ambulator piſcis.

Τὴν τεκτονικὴν εἰς αὐλούς.) Alia ars alijs vtitur organis: & fabrilis quidem tibijs nunquam; ſic aliæ animæ alijs corporibus: nulla verò organis carente.

CAPVT QVARTVM.

Argumentum.

Καὶ ἄλλη δέ τις δόξα παραδέδοται, &c. Animam non eſſe harmoniam. Deinde quòd non moueatur. Caput 23. Themiſtio.

Λόγους δὲ ὥσπερ εὐθύνας.) εἰς λόγους ἐλθοῦσα εὐθύνθη καὶ ἐξηλέγχθη, ὡς ψευδὴς οὖσα. Λεγομένοις λόγοις.) In exotericis libris ad communem vtilitatem, non ſolùm diſcipulorum ſcriptis: ἢ ἐν τοῖς ἀγράφοις αὐτοῦ συνουσίαις πρὸς τοὺς ἑτέρους, Philopon.

Καὶ γὰρ τὴν ἁρμονίαν.) An quia harmonia mediocritas quædam & iuſta temperies, ſeu proportio eſt, quæ vt in corporibus, & corporum qualitatibus cauſa eorum eſſentiæ & durationis eſſe videtur: ita quoniam anima cauſa eſt vitæ & actionum corporis, harmonia eius eſſe uidetur. Præcipuè verò, forſan humana anima, tali dignanda nomine videri potuit, quòd harmonias tùm muſicas tùm alias ipſa ſola intelligat (numerando & menſurando) & muſicas imprimis libentiſſimè audiat. Quin & ad cœli imitationem forſan, cuius motus omnis ἐναρμόνιος & τεταγμένος eſt. Vide quatuor aut quinque Themiſtij argumenta, quòd anima nequeat eſſe harmonia.

Καίτοι γε ἡ μὲν ἁρμονία, λόγος τίς.)

Ἁρμονία alia eſt
- Μίξεως, *vt cum dicimus,* καλῶς ἡρμόσθαι τὴν δὲ τοῦ οἴνου καὶ τοῦ ὕδατος μίξιν. *Talis & harmonia muſica eſt.* — idque Metaphoricè
- Παραθέσεως, ἢ συνθέσεως, *vt,* καλῶς ἡρμόσθαι τὴν θύραν, καὶ τὰς σανίδας. — idque Propriè.

Ἔτι δὲ καὶ τὸ κινεῖν.) an, Mouere in iis tantùm prædicamẽtis eſt, in quibus etiam moueri, harmonia autem eſt ad aliquid.

Σωματικῶν ἀρετῶν.) Σωματικαὶ ἀρεταί, τὰ πρῶτα τῆς φύσεως κάλλος, ὑγεία, δύναμις.

Χαλεπὸν γὰρ ἐφαρμόζειν.) nam qualis harmonia fuerit, ὁ θυμὸς vel ἐπιθυμία vel αἴσθησις? Lydiáne, an Phrygia, aut alia quæpiam?

Ἔτι δὲ

Ἔτι δ᾽ εἰ λέγοιμεν.) Hoc paulò ante ſumpſerat tanquam verum, animam nullo modo eſſe harmoniam: nunc verò idem demonſtrat.

Κυριώτατα.) nam corporum harmonia nobis notior eſt. Sic ſubſtantia indiuidua, κυριώτερον ſubſtantia dicitur.

Ἐν τοῖς ἔχουσι κίνησιν.) Hoc addit ad diſcrimen Mathematicarum magnitudinũ, quæ neque ſitum neque motum habent: ἐπεὶ μηδὲ ὑπόστασιν. Dicit autem κίνησιν, vt Phyſica corpora à Mathematicis diſtinguat. Θέσιν verò, vt lineas & ſuperficies Phyſicas à Mathematicis diſcernat nam. Phyſica hæc etſi non motum, tamen ſitum habent.

Ὥστε μηδὲν συγγενές.) ὥστε μηδὲν συγγενὲς αὐτῶν σῶμα δύνασθαι μεταξὺ ἐμβληθῆναι. Dixit autem συγγενές, quòd aër, glutinum, & huiuſmodi quid fortè adhuc intercedere poſsit. Sic murus benè cõſtructus fuerit ex lapidibus, ſi lapides ita iuncti fuerint, vt nullus amplius lapis inſeri queat, Philopon.

Μεμιγμένων λόγον.) τῆς κράσεως λόγον.

Τῶν τοῦ σώματος μερῶν.) in anima ſcilicet aut ſimili.

Εὐεξέταστος.) εὐέλεγκτος, διὰ τὸ ἐναργεστέραν ἔχειν τὴν ἀπιστίαν.

Συνθέσεις τῶν μερῶν.) Πολλαὶ συνθέσεις, ſunt enim multa membra.

Πολλαχῶς.) quoniam aliud membrum aliter ex ſimilaribus componitur, quarum nulla animæ aut eius partibus attribui poteſt.

Καὶ τὸν λόγον τῆς μίξεως.) Sequetur enim, vt ſicut λόγοι multi ſunt in diuerſis partibus, ita & animæ multæ ſint in vno corpore.

Καθ᾽ ἣν σάρξ.) ſcilicet γίνεται. Κατὰ πᾶν τὸ σῶμα.) τὸ ζῶον.

Παρ᾽ Ἐμπεδοκλέους.) Hic etiam τὰ εἴδη τῶν μορίων λόγον εἶναι ἔλεγε τῆς κράσεως.

Ἕκαστον αὐτῶν.) τῶν μορίων.

Πότερον οὖν λόγος.) Eſt autem & anima εἶδος totius animalis: proinde quærat aliquis ab eo, vtrum hanc quoque ſentiat eſſe λόγον quendam. Cum dicit γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ſentire videtur τοῖς στοιχείοις αὐτοῖς, οὐ τῷ αὐτῶν λόγῳ animam conſtare, & nos cognoſcere.

Καὶ αὕτη πότερον.) φιλία ſcilicet. Amicitia quam κράσεως cauſam facit Empedocles, aut idem erit, quòd ipſa craſis, aut aliud quippiam, & cauſa mixtionis. Quod ſi ipſa mixtio eſt, quæ nam huius ſit cauſa non dixit Empedocles. Sin cauſa mixtionis: erit ne cauſa mixtionis cuiuſuis aut fortuitæ, an rationalis? atqui illud abſurdum eſſet, præſertim in diuinis formis. Hoc conueniens quidem, ſed ab ipſo Empedocle explicatum non eſt, Philoponus. Videtur autem Philoponus, aliud facere κρᾶσιν, aliud τὸν τῆς κράσεως λόγον.

Ἕτερον ἡ ψυχὴ τῆς μίξεως.) aliâs legunt, τῆς ἁρμονίας. Eſt autem declaratio exactior opinionis, animam eſſe harmoniã aſſerentis: huic reſpondet cap. 24. Themiſtij. Supra autem dixerat, multis eſſe probabile quòd anima ſit harmonia: nũc rationes affert ab quas id probabile eſt.

Τί δή ποτε ἅμα τῇ σαρκί.) Διὰ τί ἑνὸς μορίου ἁρμονίας ἀναιρουμένης, ἀναιρεῖται καὶ τῶν λοιπῶν μορίων ἡ ἁρμονία, Philopon. qui & addit, τῆς δὲ τῶν μορίων πάντων ἁρμονίας ἀναιρεθείσης, ἀναιρεῖται καὶ ἡ ψυχή.

Τοῖς ἄλλοις μορίοις τοῦ ζώου.) Si anima aliud eſt quàm harmonia, cur hac ſoluta ipſa quoque recedit? Atqui citharædus alius ab harmonia citharæ exiſtens, hac ſoluta remanere poteſt, Philop. Cur perit anima cùm vel totius corporis vel vnius partium ſimilarium generis natura perierit, carnis vel alterius?

Ὅτι μὲν οὖν.) Ὅτι οὔθ᾽ ἁρμονίαν οἷόν τ᾽ εἶναι τὴν τοιαύτην ψυχήν, οὔτε ἀνόδου ἁρμονίας παντάπασιν, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων. Sic mutatio non eſt motus, non tamen ſine motu.

Κινεῖν ἑαυτήν.) Cum primò mouet corpus, idque mouetur & ſimul ipſa quoque per accidens, videtur ſeipſam per accidens mouiſſe.

Οἷον κινεῖσθαι.) ſcilicet ἐνδέχεται, vel ἔξιν.

Ἄλλως δ᾽ οὐχ οἷόν τε.) per ſe ſcilicet.

Εὐλογώτερον δέ.) Animam non moueri, ſed corpus per animam, & quòd corpus mouetur per animam dupliciter, ideſt, per animam à qua (vt reminiſcentia) ad quam (vt ſenſuum apprehenſiones ad animam iudicaturam relatæ. Themiſt. caput 25.

Φαμὲν τὴν ψυχὴν λυπεῖσθαι.) Meliꝰ dicturi τὸν ἄνθρωπον λυπεῖσθαι τῇ ψυχῇ. Atqui hæ affectiones, non ſunt motiones: aut vt ſint motiones, non tamen animæ: ſed ab anima totius animalis. Iudicet anima rem indignam eſſe ita: cor efferueſcit, & ſanguis in eo ebullit: at non anima. Sic & διανοεῖσθαι, ſi motus ſit, pars aliqua (ſanguis aut ſpiritus) nimirum intus alterabitur, aut loco mouebitur: nam iratorum ſanguis ad ſuperficiem mouetur: triſtes refrigerantur.

Εἰ γὰρ καὶ ὅτι μάλιστα.) Vt demus hoc per abundantiam.

Ἢ διανοεῖσθαι.) Διανοεῖσθαι ἐνταῦθα, ἡ τοῦ λογικοῦ ζώου μετὰ πάθους ἐνέργεια, οὗ καὶ τὸ φιλεῖν καὶ τὸ μισεῖν, Simplicius.

Κινήσεις εἰσι.) Spirituum ſcilicet, humorum & organorum.

Τὴν καρδίαν ὡδί.) Vt in ira per feruorē & motum ſanguinis ad ſuperficiem.

Ἢ τοιοῦτον.) Ideſt, cum motu locali. In cogitationibus etiam motus fit vel cerebri vel alterius partis, vnde vultus etiam cogitabundi hominis alteratur, Philop. Infra tamen, cogitationem, inquit, & reliqui corporis, maximè vultus ἀλλοίωσιν, vnde & ſecundum cerebri crâſin, αἱ λογικαὶ ἐνέργειαι immutantur.

Ἴσως δ᾽ ἕτερόν τι.) ἕτερον εἶδος κινήσεως, ideſt, alteratio. Vel ἐνέργεια potius, nempe ſimpliciter non rei imperfectæ, vt motus.

Τούτων δὲ συμβαίνει.) ſcilicet τῶν παθῶν.

Τὰ δὲ, κατὰ ἀλλοίωσιν.) τὰ δὲ κατ᾽ ἄμφω. vt in ira, ſimul & cor palpitat, qui eſt motus localis, & ſanguis feruet, Philop. Miſericordia verò, gaudium, metus, alterationes tantùm ſunt, aut fortè etiam motiones, fuſo contractóue aliquo modo ſanguine.

Ποῖα δὲ καὶ πῶς.) Quæ autem motiones (vel paſsiones) & quomodo contingant, qua parte ſcilicet corporis compatiente (vt corde, iecore, cerebro) alibi dicendum, in tractatione ſcilicet de partibus animalium, vel de motu animalium, Philopo.

Τὸ δὲ λέγειν.) An τὸ δὲ, pro ὅμως δέ. Dicit autem hoc, quia μεταξυλογίαν, ideſt, parentheſim longam fecit.

Ἀλλὰ τὸν ἄνθρωπον τῇ ψυχῇ.) Ὥσπερ τὸ ὑφαίνειν οὐκ ἂν φαίνης τῆς ψυχῆς εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἀνθρώπου τοῦ σώματι: οὕτω τὸ ὀργίζεσθαι καὶ τὰ ὅμοια τοῦ ἀνθρώπου εἰσὶ ἔργα τῇ ψυχῇ. ὥστε καὶ κινήσεις ταῦτα (αὗται) οὐκ εἰσὶ τῆς ψυχῆς αὐτῆς καθ᾽ αὑτὴν κινεῖσθαι, ἀλλὰ τοῦ συναμφοτέρου διὰ τῆς ψυχῆς (malim ὑπὸ τῆς ψυχῆς, ceu à cauſa efficiente) Philopon.

Τῇ ψυχῇ.) Vt culter ſecat & ſphæra mouetur ſua figura: cum tamen figura nec ſecet, nec moueatur.

Ὅτε δὲ, ἀπ᾽ ἐκείνης.) Vt cùm dicimus etiam moueri τῇ χειρί. Animæ igitur nō conuenit vt moueatur, ſed eſt principium motus: ſic & vnitati non conuenit vt numeretur, neq; eſt numerus, ſed numeri principium, & omnes numeros efficit.

Ἀνάμνησις.) Ἀνάμνησις mihi videtur, tùm ab anima, tùm ad animam (à ſigno aliquo vel occaſione externa, ab aliquo ſimili vel contrario) fieri poſſe. Ab anima verò, ſi à cogitatione vel phantaſia incipiat: à qua ſi incepit, motus progreditur ad ſpiritus & humores aut ipſa ſenſoria, ſed ita vt hæc vel nihil vel parum moueantur. Manifeſtò autem mouentur cum extrinſecus cœpit motus, quare dixit ἢ κινήσεις ἢ μονάς.

Ὁ δὲ νοῦς.) Dubitationes ſuper hiſce verbis apud Themiſt. cap. 26. Qua verò occaſione

occaſione hæc de mente hoc locò adferuntur? Propoſitum erat quærere an actiones animæ motus ſint. Dixit autem pleraſque ipſarum motus videri poſſe, eò quòd corpus ab ijs moueatur, propter connexionem animæ cum corpore inſeparabilem. Mens verò (inquit hîc) huiuſmodi non eſt; quare actio eius multò minus debet aut poteſt exiſtimari motus. *Vide inter Meditationes Phyſicas titulum, de Mente.*

¶ An ex eo quod ait, ὁ δὲ νοῦς ἐγγίνεσθαι ἔοικεν, &c. aliquis ſuſpicetur; Ariſtotelem menti principium quidem tribuere, non autem finem: ſicut & Chriſtiani, vt ἐγγίνεσθαι accipiatur, pro innaſci, non pro ineſſe.

Ἐγγίνεσθαι.) Imò forinſecus accedere (non ex potentia materiæ innaſci) θύραθεν ἐπεισιέναι. Dicit autem hoc, ad differentiam accidentium: καὶ οὐ φθείρεσθαι, ad differentiam formæ phyſicæ.

Νυνὶ δὲ, ὥσπερ.) Νυνὶ δὲ ſcilicet οὐ φθείρεται, ἀλλ᾽ ὥσπερ, &c.

Εἰ γὰρ λάβοι ὁ πρεσβύτης.) Antipophora, ſi quis fortè obijciat, extremè ſenes deſipere: item ebrios, vel Melancholicos: itaque mentem pati. Dicemus videri eam pati, non tamen reuera, vt viſus cum nubecula oculum afficit. Quod ſi vicinus à vicino impediri poteſt, quo minus aliquid ſtudioſè agat, meditetur, oret, propter ipſius improbitatē: multò magis anima à corpore eiuſque organis & humoribus affectis. Iam ſi anima à corporis affectibus impeditur: mens etiam ab anima (phantaſia, memoria) impediri poterit.

Ὁμοίως τοιόνδε, exemplum à ſuffuſionibus.

Ὥστε τὸ γῆρας.) τὸ ἔσχατον.

Οὐ τῷ τὴν ψυχήν.) mutat τὸ τοῦ νοῦ ὄνομα, in ψυχήν.

Ἀλλ᾽ ἐν ᾧ.) Οὐ πάντη ἄσχετός ἐστι πρὸς τὸ σῶμα ὁ ἡμέτερος νοῦς, καὶ δεῖται τῆς συμμετρίας τοῦ σώματος, ἵνα συμμέτρως ἔχων μηδὲν ἐνοχλῇ, quòd neque in vigore ætatis cōtingit, quando θυμὸς & ἐπιθυμία vigent, neque in extrema ſenecta; Philopon. Ἀλλ᾽ ἐν ᾧ, ſcilicet ἐμποδίζεται, καθάπερ, &c.

Τὸ θεωρεῖν μαραίνεται: Ὁ νοῦς οὐ μαραίνεται: ἡ δὲ ἐνέργεια.

Ἄλλου τινός.) ſcilicet τοῦ πνεύματος. Corpore impedito, actus mentis οὐ φθείρεται μὲν, ἀλλὰ μαραίνεται, Philopon. At quomodo ſi organo caret? nam & cæteris animalibus eadem ſunt.

Τὸ δὲ διανοεῖσθαι.) An διανοεῖσθαι ad mentem poſsibilem pertinet: φιλεῖν, μισεῖν, ad mentem paſsibilem. Νοεῖν quidē & θεωρεῖν actio eſt animæ propria: διανοεῖσθαι verò communis, Philopon.

Οὐχ ἐστὶν ἐκείνου.) ſcilicet τοῦ νοῦ. ᾗ ἐκεῖνο ἔχει: ſcilicet τὸν νοῦν.

Πάθη) ἐνέργειαι.

Ἀλλὰ τουδί.) ſed corporis ſimul cum anima.

Οὔτε μνημονεύει.) non amplius meminit: nihil enim amplius eſt præteritum, ſed præſentia omnia.

Οὐ γὰρ ἐκείνου ἦν.) ταῦτα τὰ πάθη.

Ὁ δὲ νοῦς ἴσως.) Ἴσως addit non ceu dubitans, ἀλλ᾽ ὡς μήπω τελείως ἀποδείξας.

Πολὺ δὲ τῶν εἰρημένων.) Contra Xenocratem Platonis diſcipulum, dicentem animam eſſe numerum ſeipſum mouentem. Themiſt. cap. 27. Sed Xenocrates non ita ſenſit, niſi κατ᾽ ἀναλογίαν: Ariſtoteles verò pugnat πρὸς τὸ φαινόμενον.

Πῶς γὰρ χρὴ νοῆσαι.) Ποίῳ τρόπῳ; οὔτε γὰρ αἰσθήσει, οὔτε διανοίᾳ δυνατὸν τοῦτο γνῶναι.

Ὑπὸ τίνος.) A ſeipſa ne, an alia vnitate.

Καὶ πῶς.) Ποίῳ τρόπῳ τῆς κινήσεως; rectā ne vel in orbem, vel aliter, vt incremēto, alteratione, &c.

Cum omnis numerus ſit vnitatum collectio, ſi moueatur numerus vnitates

in eo moueri neceſſe eſt. Sed quomodo mouebuntur?

Διαφέρειν δεῖ.) Siue μονὰς ipſa ſeipſam moueat, à ſeipſa differre oporteret; vt aliud ſit quo mouet, aliud qđ mouetur. Siue ab alia monade moueat, quomodo inter ſe differrent? Debebat enim mouens à mobili differre. Item ſi mouere conuenit animæ; moueri verò corpori: monadas non mobiles, ſed mouentes erunt anima: neq; illa ſeipſam mouebit, Philopon.

Ἐπεὶ φασι Geometræ ſcilicet.

Ἡ γὰρ στιγμὴ μονάς.) Μονὰς non differt à puncto, niſi quòd hoc ſitum habet, ſcilicet in linea. Μονὰς verò eſt punctum ἄθετον: & contrà, punctum μονὰς θέσιν ἔχουσα. Quòd ſi anima μονὰς eſt, cum illa ſit in corpore & ſitum habeat, ſi moueatur hæc μονὰς, ita mouebitur vt punctum; & motu ſuo lineam faciet: *quod eſt abſurdum.*

Ἡ δ᾽ ὕπου ἐστί.) ſcilicet ἐν σώματι.

Ἐὰν ἀφέλῃ τις.) Si à numero aliquo demas vel vnitatem vel numerum, reliquus non erit idem ſpecie, ſed genere tantùm: vt ſi à denario, qui par eſt, vnitatem auferas, nouenarius relinquetur, qui eſt impar. Sic ſi à XVI. numero quadrato, demas III. non eſt amplius tetragonus: quòd ſi etiam gnomonem quadrati abſtuleris vt VII. de XVI. relinquetur IX. quadratus, non idem tamē ſpecie, ſed genere Philopon. Corporis verò animati (vt plantæ vel inſecti) parte reſecta, vtraq; eandem ſpecie animam retinet: Ergò anima non erit numerus.

Τῶν ζώων πολλά.) vt inſecta.

Δόξειε δ᾽ ἂν οὐδὲν.) Xenocratis opinionem refert ad opinionem Democriti, vt oſtendat eadem abſurda ad vtramq; ſequi. Vterq; ſanè ipſorum faciebat animā quantitatem diſcretam, mouentem ſeipſam.

Σωμάτια, atomos ſcilicet.

Ἐὰν γένωνται στιγμαί.) ſi puncta fiant, & magnitudinem ab eis cogitatione ſeparemus.

Non aduerſatur ſententiæ Democriti quauis vel minima vel nulla magnitudine ſphærulas illas immaginari: non enim propter magnitudinem eas continuò moueri dicebat, ſed propter multitudinem earum ſubinde mutuò ſe impellentium. Sic & Xenocrates ſuas vnitates moueri, οὐ διὰ τὸ ἀμερῆ εἶναι, ἀλλὰ διότι ποσὸν ἦν τὸ ἐξ αὐτῶν ὁ ἀριθμός, Philoponus. Itaq; ſimiles ſunt eorum opiniones.

Τὸ πόσον.) τὸ διωρισμένον: numerus atomorum.

Ἔσται τι ἐν αὐτῷ.) Scilicet πόσῳ, in hoc atomorum numero, inter ipſas atomos, erūt aliæ quæ moueant, aliæ quæ moueātur. Nam ſi vna quæq; ſeipſum mouere poſſet (eſſent enim multæ animæ in vno) quid opus foret multis. Vt autem ſit numerus, & alia moueant, alia moueantur, nihil refert molem'ne habeant, an non, & idem facient tùm στιγμαὶ ἀμεγέθεις, tùm σωμάτια μέγεθος ἔχοντα. Sed rem eandem ſecundum idem tùm mouere, tùm moueri impoſsibile eſt. Sed eſto ſyſtema totum illud ex atomis αὐτοκίνητον, vt etiam τὸ ζῶον αὐτοκίνητον eſt: ſed ita vt corpus moueatur, anima moueat. Sic & atomi non omnes, ſed mouentes tantùm, anima fuerint.

Ὥσπερ ἐν τῷ μεγέθει.) id eſt, in σωματίοις μέγεθος ἔχουσι. Verba adhunc ſenſum, mihi obſcura ſunt. Philoponus nihil. Themiſtium vide. An intelligendum ἐν τῷ ζώῳ, vt paulò poſt, vt dicat ita: ſe habere rem ἐν ποσῷ διωρισμένῳ, ſicut ἐν συνεχεῖ: id eſt, μεγέθει, vt aliud ſcilicet moueat, aliud moueatur. Si anima αὐτοκίνητος eſt, neceſſe eſt, vt partes eius aliæ moueant, aliæ moueantur, ſiue habeant ex magnitudine quantamcunq;, ſiue nullam.

Διὰ τὸ μεγέθει: ὄγκῳ.

Ἀλλ'

Ἀλλ' ὅτι πόσον.) Oportet enim quãtitates eſſe vel continuæ vel diſcretæ partes eſſe, quarum aliæ moueantur, aliæ moueant.

Ἀναγκαῖον εἶναί τι.) Ἄλλό τι παρὰ τὰς κινουμένας δηλαδὴ, Simplicius.

Δεῖ καὶ ὑπάρχειν.) Philoponus legit, γὰρ pro καὶ malim δέ. Ὑπάρχειν αὐτῆς.) τούτων τῶν κινουσῶν μονάδων.

Στιγμῆς μοναδικῆς.) Quoniam Xenocrates numerum & monades dicebat: ipſe verò eas ſi in corpore ſint à punctis nihil differre oſtendit, voce vtraq; iuncta στιγμὴν μοναδικὴν nominat.

Εἰ μὲν ἕν εἰσιν ἕτεραι.) Si puncta diuerſa ſunt animæ & corporis.

Μονάδες, ἢ στιγμαί.) Siue monades ſiue puncta dicas, de re tamen eadem.

Detur animam conſtare monadibus ſeu punctis & corpus quoq; ex alijs. Puncta autem quotcunque inter ſe coniungas magnitudinem non augent: & fieri poteſt, vt innumera copulentur vni, vt omnium à circumferentia linearum termini ad centrum. Tangant igitur (quòd fieri poteſt) omnes animæ monades, vnam corporis: ſequetur corpus in vno tantùm puncto eſſe animatum, quod eſt impoſsibile. totum enim viuum & animatum eſt. Quod ſi etiam vna animæ monas, corporis vnam attingere dicatur, idem efficietur, in puncto ſolùm viuere corpus: imò corpus nullum viuere: punctum enim corpus non eſt. Item ſi animæ puncta copulentur corporis punctis, puncta autem corporis aliud ſunt quàm corpus (vt πέρας & πεπερασμένον differunt) non corpus, ſed aliud ab animę punctis animabitur. Sin eadem ſunt animæ puncta cum punctis corporis, omne autem corpus puncta habet, erit igitur omne corpus animatum, Philoponus.

Ἐν τῷ αὐτῷ, ſcilicet τόπῳ.

Χώραν στιγμῆς.) ἡ μονὰς τῆς ψυχῆς, τῆς στιγμῆς τοῦ σώματος χώραν καθέξει. κοινότερον δὲ εἶπε χώραν στιγμῆς. τὸ γὰρ ἀδιαίρετον οὐκ ἔστιν ἐν τόπῳ (Ergò loci nomine vſus eſt impropriè vel communius) Philoponus.

Ἢ εἰ ὁ ἐκ τῶν, &c. Idem dicit inuerſè.

Εἰ δ' αἱ ἐν τῷ σώματι.) Sin eadem ſunt animæ & corporis pũcta: ſi nõ diuerſa.

Πῶς οἴονταί χωρίζεσθαι.) Id quod dicebat Xenocrates, vtpote diſcipulus Platonis.

Διαιροῦνται.) Diuiduntur enim quę diuiduntur in partes non in terminos ſuos, qui ab ijs quæ terminantur inſeparabiles ſunt.

Συμβαίνει δὲ καθάπερ.) Non componi animam ex corpore ſubtiliſsimo: vt neque ex punctis & monadibus. Hic incipit ſecundum Argyropylũ caput quintum. Ego nouum hîc caput non fecerim: cohærent enim hæc ſuperioribus. Xenocratis enim opinio adhuc (vt in præcedentibus) impugnatur. Fiat potius caput paulò inferius, vbi etiam cap. 29. Themiſtij incipit, vt notabo inferius.

Ταὐτὸ λέγειν.) τὸν Ξενοκράτην ſcilicet.

Κινεῖσθαί φασι.) τὸ σῶμα ὑπ' ἀριθμοῦ, Themiſt.

An ſi anima ineſt in minima (indiuidua) etiam corporis particula, ſiue μονὰς vel ἀριθμὸς, ſiue σῶμα λεπτομερὲς, ſiue σωμάτιον σφαιρικὸν dicatur; ſiue moueatur ea, ſiue non, ſequetur abſurdum. Nam etſi non mouetur, erunt duo corpora in vno loco, ἡ τοῦ σώματος μονὰς, καὶ ἡ τῆς ψυχῆς. Sin mouetur, quomodo ἐν μονάδι & ἀδιαιρέτῳ τόπῳ. & quomodo μονὰς moueri poteſt?

Item ſi corporeus eſt numerus monadum animæ, idem ſequetur, quòd illorum ſententiæ qui eam σῶμα λεπτομερὲς dicunt, nempe vt duo corpora ſimul ſint. Sin in corporea ſunt & ἀμερεῖς, idem quòd ad Democrati ſententiam ſequetur, qui eam ex atomis conſtare & moueri ab eis dicebat, non tanquam aliqua magnitudine præditis, ſed numeroſis: atqui ſi aliæ mouent, aliæ mouentur, differat oportet: at puncta &c.

Αἰσθανομένῳ.) Scilicet μορίῳ etiam ἐλαχίστῳ.

Ἐν τῷ αὐτῷ δύο εἶναι σώματα.) Et corpus penetrare corpus: Vt qui dicũt panẽ manere in Euchariſtia, & tamen eſſe verum corpus domini in ipſo. Themiſtius ſic. Τὸ μὲν ἓν κοινὸν τοῖς σῶμα αὐτὴν τιθεμένοις, ὅτι ἐκεῖνοι μὲν δύο σώματα ποιοῦσιν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ: οὗτοι δὲ ἐν μιᾷ στιγμῇ, πολλὰς στιγμάς, ἴδιον δὲ ὅτι κινοῦσι τὸ ζῷον ὑπ' ἀριθμοῦ, &c. Εἶναι ſcilicet συμβαίνει.

Τοῖς δ' ἀριθμόν.) Hoc, ſi puncta animæ & corporis diuerſa ſint. Sin eadẽ vtriuſq; puncta, ſequitur omne corpus eſſe animatum. Sed veriſimilius eſt putaſſe eos diuerſa eſſe vtriuſq; puncta, Philopon.

Εἰ μὴ διαφέρων τις ἀριθμός.) ſcilicet τῆς ψυχῆς. Niſi aliæ ſint monades animæ quàm corporis monades. Si anima ſit numerus numeratus & corporeus, contin get vt ſi eius vnitates idem ſunt quòd corporũ vnitates, & vt omne corpus animatum ſit. At ſi accipiatur pro numero numerãte & in corporeo, ſequetur idem abſurdum quòd ad Democrati ſententiam, qui ſuis atomis, quibus anima conſtaret, mouebat corpus.

Συμβαίνει τε τὸ σῶμα) ſubaudi κινεῖν τὸ σῶμα.

Ἀπὸ κινεῖν; numero ſphærarum.

Ἀμφοτέρας.) aliàs ἀμφοτέρως.

Τοῖς δὲ συμπλέξασι.) Concluſio.

Ἀλλὰ καὶ συμβεβηκός. Philop. ἀλλὰ μηδὲ συμβεβηκός τι, vt ſunt πάθη & ἐνέργειαι. Nulla etiam animæ functio poteſt dici numerus ſeipſum numerans.

Μαντεύεσθαι ῥάδιον.) Quomodo ſcilicet horum quodq; eſſe aut dici poſsit numerus ſeipſum mouens.

CAPVT QVINTVM.

Argumentum.

Τριῶν δὲ τρόπων, &c. Contra eos, qui dicunt animam ex elementis coalitam (aut ſubtiliſsimo aliquo corpore) neq; idcirco cognoſcere omnia, quod ex omnibus conſtet, ſed propter formalem cum rebus omnibus cognationem. Themiſt. cap. 29.

Τῷ κινεῖν ἑαυτό: an legendum ἢ τὸ κινοῦν.

Λείπεται δὲ.) ὁ τρίτος τρόπος.

Οὐκ ἔστι δὲ μόνα ταῦτα Scilicet στοιχεῖα. An τὰ ἐκ τῶν στοιχείων, Themiſt. Simplicia quidem & elementa horum.


Ἴσως ἄπειρα) Οὐ τῇ φύσει, ἀλλ' ἡμῖν: ἢ τῷ ἀεὶ γίνεσθαι ἄπειρα.

Ἔστω γινώσκειν.) γαίῃ μὲν γὰρ γαῖαν ὀπώπαμεν, ὕδατι δ' ὕδωρ.

Τὶ θεός.) Θεὸν κατ' Ἐμπεδοκλέα λέγει ἐκ τῶν στοιχείων ὄντα καὶ αὐτὸν τὸν σφαῖρον; Themiſt.

Καὶ συνθέσει.) Μίξει potius.

Ἐπίηρος.) Εὐάρμοστος ὡς κυβική. Octonarius autẽ numerus, primus eſt cubus. & hæc figura terræ conuenit propter ſtabilitatem, non quòd ipſa eius figura ſit.



Cubica terræ harmonia, perfectiſsima eſt. habet enim cubus ſex ſuperficies, octo angulos, duodecim latera. Sũt autem duodecim ad octo, ἡμιόλιον, & ad ſex duplũ: octo autem ad ſex epitritum vel ſeſquitertium. Cum autẽ chordæ ita ſe habent, vt prima ad ſecundã ſeſquialtera ſit, & ſecunda ad tertiam ſupertripartiens, & prima ad tertiam dupla, dicitur harmonia διὰ πασῶν. Harmonia autem ἐν ἐπιτρίτῳ λόγῳ, vocatur διατεσσάρων.

Εὐστέρνοις

Ευϛέρνοις χοάνοισι.) fornacibus. χόανον, der tigel oder form darin man geüßt.

Μοιράον.) μερέων apud Temiſt.

Λάχε.) Conſtruitur & cum genetiuo & cum accuſatiuo.

Νήστιδος αἴγλης.) liquidi ſplendoris: ideſt aquę & aëris, quæ duo elemēta ſunt, vtrunq; humidum & pellucidum, Philop. Παρὰ τὸ ναίειν. Eſt autem ſynecdoche quædam. Contraria eſt endyas dicta figura, veſtis & auri: humidus aër pro humor & aër.

Τέσσαρα δ᾽ ἡφαίστοιο.) Itaque reliquæ duæ partes erunt terræ: nam requiruntur octo. Quatuor ignis: duæ terræ: Aëris & aquæ, vtriuſque una. Τέσσαρα pro τεσσάρων.

Τὰ δ᾽ ὀστέα.) Ariſtoteles quidem paulò poſt oſſa dicit eſſe ἁπλῶς γῆς.

Καὶ τὸ μὴ ἀγαθὸν.) quaſi etiam priuationes inſint, quæ nihil ſunt. Hic nihil Philoponus. Themiſtius verò addit. καὶ ὅλως πάντα τὰ ὄντα: καὶ οὐ τοὺς λόγους αὐτῶν μόνον, ἀλλ᾽ αὐτὰ ὅλα τὰ πράγματα.

Ἀλλ᾽ οὐ δοκεῖ.) Genera & ſpecies rerum, νοήματα quædam ſunt: non aut elementa aut principia rerum. Sed ſunto elementa, an igitur ex omnium generum elementis anima conſtabit, an non omnium? Vel anima non poteſt conſtare ex omnibus decem generibus: nam ipſa genera quæuis non ſunt res actu. nec ex eorum (aut indiuiduorum in eis) principijs, non enim ex æquo principia ſunt omnium, quorundam fortè nulla, vt τῶν πρός τι.

Πῶς οὖν γινώσκει ὅτι.) an, ὅ, τι, cum diaſtole: quid ſit. Themiſtius hîc, Πῶς οὖν γνωριεῖ τὸ ποσόν.

Ψυχὴν συνεστάναι.) ſcilicet ſentiant.

Ἐκ τῶν τοῦ ποσοῦ στοιχείων.) punctis nimirum & lineis vel monadibus.

Οὐσίαν εἶναι.) ἡ γὰρ ψυχή, οὐσία.

Καὶ μὴ ποσόν.) Μέγεθος ἢ ἀριθμόν.

Ἄτοπον δέ.) Contra Empedoclem dicentem ſimilia cognoſci ſimilibus, & tamen ſimilia à ſimilibus pati non poſſe. Cap. 30. Themiſtio.

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ νοεῖν τε.) Secundum illorum ſcilicet ſententiam. An ſi pateretur mens intelligendo, poſt magna intelligibilia impediretur ad parua? Non igitur ex ſua ſententia, ſed illorum hæc dicit.

Καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον.) & ſibi ſimilibus, Argyropylus.

Τὸ νῦν λεχθέν.) pro λεχθησόμενον, Philoponus.

Οὐδενὸς αἰσθάνεσθαι.) nihil aut minimè.

Γνώσεται μὲν.) Ἑκάστη γὰρ ἀρχὴ γνώσεται ἕν τι.

Μόνος γὰρ τῶν στοιχείων.) Ὁ μὲν γὰρ Σφαῖρος αὐτοῦ θεὸς, πρεσβέων (an procedens, προϊῶν) ἐκ τῆς κατὰ τὴν φιλίαν συγκρίσεως, Themiſtius. qui ex concretione coitionéque quatuor naturarum extitit, Hermolaus.

Τῶν στοιχείων ἓν οὐ.) Themiſtius ἓν omittit.

Τὰ δὲ θνητά.) Τὰ δὲ ζῶα καὶ θνητὰ πάντα τοῦ πάντων μετέχειν, ἅπαντα γνωριεῖ, Themiſtius.

Ἀναγκαῖον.) ſecundum ipſorum poſitionem.

Τὸ ἑνοποιοῦν.) συνέχον, ὡς συνεκτικὸν αἴτιον, οὗ παρόντος γίνεταί τι, ἀπόντος δὲ ἀπογίνεται ἅμα. Sic lumen eſt ſplendoris cauſa continens: ignis verò cauſa caloris ſimpliciter efficiens, non etiam continens: nam & eo ſeparato, calor diu permanere poteſt: vt vulnus ſeparato gladio aut vulnerante. Sic cataracta cæcitatis cauſa continens.

Ἑνοποιοῦν αὐτά.) Τὰ στοιχεῖα. πλῆθος γὰρ ταῦτα. δεῖ γὰρ ἐναντία εἶναι,

Κυριώτατον.) Paraphraſ. interpretis Græci. Πῶς δὲ δὴ καὶ ἓν ἔσται κατ᾽ αὐτοὺς ἡ ψυχή. πλῆθος γὰρ τὰ στοιχεῖα, διὸ καὶ μᾶλλον ὕλῃ ἔοικε. Εἰδοποιεῖ δὲ ταῦτα καὶ κίρνησιν ἀλ-

λη τις φύσις, κυριωτέρα, ἡ συνέχουσα ταῦτα, καὶ ἑνοποιοῦσα. Ἐκείνην οὖν μᾶλλον εἶναι τὴν ψυχὴν θετέον, ἢ τὰ στοιχεῖα. καὶ γὰρ βέλτιον καὶ κρεῖττον ψυχή, κρεῖττον δὲ ἀεὶ τὸ συνέχον τοῦ σκεδαννυμένου.

Εἶναι τοῦτο pro τοῦτον ſcilicet νοῦν.

Τὰ δὲ στοιχεῖα.) Hoc ita abſurdum eſt, ac ſi quis materiam prçferat artifici. Illi verò elementis primas inter entia tribuunt.

Πάντες δὲ καὶ.) Veteres neq; de vniuerſa anima, neq; de humana perfectè loquutos. Cap. 31. Themiſt.

Μόνιμα τῶν ζώων.) Vt Zoophita.

Καὶ τοι δοκεῖ.) Καὶ τοι τὰς ἄλλας μὲν κινήσεις, λέγω δὲ τὴν αὔξησιν καὶ τὴν αἴσθησιν, εἰ καὶ κινεῖται ὡς ἔμψυχα (τὰ ζῶα) ἀλλ' οὐκ ὑπὸ μόνης τῆς ψυχῆς: ἀλλὰ συναίτια γίνεται αὐτοῖς καὶ τὰ ἔξωθεν: τοῦ μὲν τρέφεσθαι, τὰ τρέφοντα: τοῦ δὲ αἰσθάνεσθαι τὰ αἰσθητά: τῆς δὲ κατὰ τόπον κινήσεως ἡ ψυχὴ μάλιστα κυρία εἶναι δοκεῖ, Themiſt.

Ταύτην μόνην τὴν κινήσεων.) Κατὰ ταύτην μάλιστα τὴν, &c.

Τὸν νοῦν καὶ τὸ αἰσθητικὸν.) Tanquam hæc non differant, vt Democrito placuit.

Παραχωρήσειε.) Νοῦν ſcilicet omnibus ineſſe animatis, ſecundum Anaxagoram in omni anima: Vt omnis anima ſit ex omnibus facultatibus, vt ſenſit forte qui dixit:

> Ἤδη γάρ ποτ' ἐγὼ γενόμην κοῦρη τε κόρος
> Θάμνος τ', οἰωνός τε; Themiſt.

Οὐ δὲ ὅλης, οὐδὲ περὶ μιᾶς περὶ abundat. Themiſt. ſic. Οὐ γὰρ ἐπεξίασιν ἁπάσαις ταῖς δυνάμεσιν, οὐδὲ περὶ ὅλης οὐδὲ μιᾶς διαλέγονται. (ἀναπνοὴν.

Φησὶ γὰρ τὴν ψυχὴν.) Φησὶ γὰρ τῆς ψυχῆς μεταλαμβάνειν τὰ ζῶα, παρὰ τὴν πρώτην

Ἀναπνεόντων.) Sic Hippocrates Epidemiorum lib. 6. ſect. 5. Ἀνθρώπου ψυχὴ ἀεὶ φύεται μέχρι θανάτου. Vbi ψυχή, idem quod ἡ εἶδος αὐτοῦ ὡς ζώου, οὐχ ὡς ἀνθρώπου. Et φύεται ponitur pro γεννᾶται vel αὔξεται, vel διασώζεται τροφῇ καὶ ἀναπνοῇ χρωμένων ἡμῶν: vt Galenus ibidem in commentario explicat. Eſt enim veluti ignis quidam: calor natiuus ſcilicet in ſpiritu natiuo, qui ſemper nutriri opus habet intrinſecus, foris autem ventillari.

Τῶν ζώων ἐνίοις.) neq; zoophytis, neq; inſectis aut piſcibus.

Τοῦτο δὲ λέληθε.) Καὶ τοῦτο δὲ, Themiſt. Superfluò videri aliquibus animam ex vtroq; contrario concretam eſſe: ſufficeret enim alterum, quia eadem ratio pollet in contraria. Cap. 32. Themiſt.

Εἴπερ δεῖ τὴν ψυχὴν.) Vt hoc etiam ἐκ περιουσίας demus eis.

Ἱκανὸν γὰρ.) τοῦτ' οὐχ ἁπλῶς ἀληθὲς οἶμαι: ἀλλ' ὅταν θατέρου στέρησις ᾖ. Τῷ γὰρ εἴδει ἡ στέρησις γνώσκεται, ὡς τῇ ὑγείᾳ ἡ νόσος. Τὸ δὲ ἐναντίως ἀληθῶς ἀντικείμενον: οὐ καθ' ἕτερόν τι, ἀλλὰ καθ' αὑτὸ γνωρίζεται. βούλεται καὶ διὰ τούτων δηλοῦν εἰδητικὴν εἶναι τὴν γνῶσιν ἐνέργειαν, Simpl. Atqui contrariorum eadem eſt diſciplina.

Τὸ καμπύλον.) Si accipiamus pro priuatione, nempe ſimpliciter pro nõ recto: nam ſi pro ſpecie peculiari, vt pro linea circuli capias: non cognoſcetur ex recta linea, Simpl.

Καὶ ἐν τῷ ὅλῳ.) Animam non eſſe per omnia corpora inuectam & fuſam. cap. 33. Themiſt. Eſt autem quædam digreſsio.

Μεμίχθαι.) Magna & ſe corpore miſcet, Virgil. 6. Aeneidos de anima mundi. Plato videtur ἐμπεπλεγμένην feciſſe animam mundi.

Ὅθεν ἴσως.) Ad μεμίχθαι pertinet hæc dubitatio: non ad præſentiam Dei omnia ubiq; condentis & continentis. Themiſtius ſic. Καὶ διὰ παντὸς διήκειν τοῦ κόσμου, καὶ πᾶν αὐτοῦ μόριον ἔμψυχον εἶναι.

Πάντα πλήρη θεῶν εἶναι.) Iuxta illud.

> *Iupiter eſt quodcunq; vides, quocunq; moueris.* Sic Aratus.

Μεστὰὶ

Μεϛαὶ ϑ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,&c. Heraclitus, puto; quoſdam cunctantes ad ſe ingredi in carbonariam, Intrate (dixit) ſunt enim hîc quoq; Dij. Vide Ariſtotelem in libello de Mundo. Zenon etiam ſtatuit; διὰ πάσης οὐσίας κεχωρηκέναι τὸν θεὸν: καὶ τοῦ μὲν εἶναι νοῦν (in homine) τοῦ δὲ ψυχὴν, (in animalibus) τοῦ δὲ φύσιν, (in plantis) τοῦ δὲ ἕξιν, (in inanimatis) Sic & Plato fortè ſenſit; dicens; Ψυχὴν ἐς τὸ μέσον θεὶς, διὰ παντός τε ἔτεινε: καὶ ἔτι ἔξωθεν τὸ σῶμα αὐτῇ περιεκάλυψεν.

Καὶ ταῦτα βελτίων.) An tanquam diuturnior aut perpetua?

Δοκοῦσα.) ſcilicet αὐτοῖς. non enim reuera ſic eſſe videtur. Ἐπιζητήσειε γὰρ ἄν τις, &c. Id eſt, cum excellentiori conditione immortalis: non tanq; nontalis ſit, Simp.

Καὶ μὴ λέγειν ζῶα.) Atqui plantas etiam, quamuis σώματα ἔμψυχα, non tamen ζῶα dicimus.

Ψυχὴν εἶναι ἐν τούτοις.) ſcilicet ϛοιχείοις. Cum elementa vndiquaq; ὁμοειδῆ, & ſibi ſimilia ſint, ita vt quæuis particula eandem cum toto ratione habeat: ergo ſi eæ, quæ in nobis (animalibus) elementorum particulæ animatæ ſunt, cur non etiam ipſa integra animata forent? At in nobis nec mera nec ſimplicia inſunt, ſed craſi ſua conſtituunt organa, anima autem vis eſt corporis organici, &c.

Ἐν τούτοις ſcilicet ϛοιχείοις.

Ἀναγκαῖον.) Neceſſarium eſt aut videtur illis.

Καὶ τὴν ψυχήν.) Τοῦ ὅλου. totius ſcilicet vel elementa cuiuſq;. Vt corporis vniuſcuiuſq; elementi particula ὁμοειδὴς in nobis eſt: ita videtur illis etiam de anima vniuſcuiuſq; per ipſum totum extenſa, aliqua in nobis eſſe portiuncula. Debebat igitur hæc quoq; ὁμοειδὴς & eiuſdem naturæ eſſe: ſed ipſi naturæ diuerſæ faciunt illam vniuerſi animam, ἤγουν βελτίω καὶ ἀθανατωτέραν.

Ὁμοειδῆ.) non meliorem, vt ipſi faciunt. Huic paulò poſt opponit ἀνομοιομερὲς. Si anima totius erit ὁμοειδὴς cum noſtra, ergò παθητικὴ, & nihilo melior particula ribus, quòd eſt abſurdum, Simplicius. Ariſtoteles ſenſit, non ineſſe quidem ſed adeſſe animam elementis, & ipſam etiã viuere: ſed non primariò eis adeſſe, vt oſſa etiam in nobis viuunt, non primariò tamen, nec idcirco ζῶα ſunt, nec alligari eis & immiſceri, vt anima animalium corpori & organis; ſed primariò adeſſe cœlo. Vide Simplicium.

Περὶ τοῦ περιέχοντος.) An παρὰ potius pro περὶ.

Ἀὴρ ὁμοειδής.) Id eſt, particula quæuis aëris, aër eſt.

Ἀνομοιομερὲς.) Alia ſcilicet in nobis, & alia in elementis: per oppoſitionem. Τὸ μὲν τι αὐτῆς.) Τὸ μὲν τι ὑπάρχει τῆς ψυχῆς εἶδος τοῦ ἀέρι τοῦ ἐν ἡμῖν: τὸ δὲ τι οὐκ ἔτι, ἀλλὰ τοῦ ὅλῳ.

Δῆλον ὅτι.) δηλονότι. Ἀναγκαῖον.) At hoc abſurdum eſt.

Ὁμοιομερῆ εἶναι.) Conformem noſtræ animæ, & habere partes eaſdem, vt ſenſum, phantaſiam, θυμὸν, ἐπιθυμίαν.

Ἢ μὴ ὑπάρχειν.) ſcilicet τὴν ψυχὴν, aut non dicendũ: ſi elementa quæ in nobis ſunt ſint animata, oportere etiã tota eſſe animata: ſin minus argumentũ ipſorũ nõ benè procedet. Vel aut nõ ineſſe animã elementis etiã extra nos, ſed adeſſe tantũ.

Φανερὸν οὖν.) Veteres de anima nihil benè dixiſſe. Cap. 34. Themiſt.

Ἐπειδὴ τὸ γινώσκειν.) Sed quoniam diuerſæ ſunt animæ facultates: proficiſcuntur ne omnes ab vna & eadem eius ſubſtantia, an diuerſis? Contra Platonem vel Timæum, qui partes animæ diſcludebat locis. Cap. 35. Themiſt. An dicemus: Vt ſenſus interior communis vnus eſt, propter organorum verò foris diuerſitatem & obiectorum aliter atque aliter agit: ſic lineæ à centro ad circumferentiam duci quàm plurimæ poſſunt, quæ intus in centro omnes vniuntur. Sic animæ vires omnes Ariſtoteli à corde ceu centro emanare videntur. Exemplum de repub. vna, quæ diuiditur in Senatum, Operarios, Milites: Sic anima in φρόνησιν, ἐπιθυμητικὸν, θυμοειδὲς: cum tamen ſit vna anima & non ipſa, ſed organa eius locis diſtent.

Βούλεσθαι.) aliâs βουλεύεσθαι.

Καὶ φθίσις.) Κατὰ συμβεβηκὸς, ὅταν πλείων ᾖ τῆς ἐπιῤῥοῆς ἡ ἀποῤῥοή, Themiſt.

Συνέχει τὴν ψυχήν.) Τὰς τοσούτων διεστηκυίας δυνάμεις.

Διαπνεῖται.) σκίδναται.

Κἀκεῖνο ζητεῖν.) Καὶ περὶ ἐκείνου.

Πότερον ἐν.) Πότερον τοῦτο τὸ τὰ τῆς ψυχῆς μέρη συνέχον ἕν: ψυχὴ δὲ αὐτὴ συνέχουσα τὰ τοῦ σώματος μέρη πολλῷ μᾶλλον διεστηκότα οὐχ ἕν, Themiſt.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις.) Adhuc contra eos, qui animam πολυμερῆ faciunt. Etiamſi non πολυμερῆ, ſed πολυδύναμον tantùm faciamus animam totam, & ſubiecto vnam: tamen dubium erit, quomodo cæteræ eius δυνάμεις θνηταὶ ſint, νοῦς verò ἀθάνατος.

In plantis, animalibus, inſectis & huiuſmodi, animę vis per totum corpus eorum diffuſa eſt, & in corpore eorum magis quàm ſpiritu ineſt, non enim habent organa ad ſpiritum efficiendum & conſeruandum apta, ſed ſimpliciora eorum corpora ſunt: neque calorem natiuum ſimiliter ſpiritui faciundo aptum. In ſanguineis verò & perfectioribus, vis animæ magis vnita eſt, & ab organo aliquo ceu fonte proficiſcitur, id ſi afficiatur, ſiue ipſum primò, ſiue per ſympathiam, vt in diſſectione, non amplius influit reliquo corpori.

Τὰ φυτὰ διαιρούμενα ζῇ.) quia per totam ſtirpem vna eademque anima φυτικὴ eſt, non alia in radicibus, alia in ſtirpe, &c. quare & diſſectæ viuunt, & planta ex eis fit ὁμοειδῆ.

Καὶ ὁμοειδῆ εἰσιν.) Ergo tota anima in qualibet parte ſimiliter agit, vt in toto, & anima eſt, appellaturque.

Ἀλλήλοις.) Ἀλλήλοις μὲν, τὰ ἐν τοῖς μέρεσι, τοῖς διῃρημένοις τοῦ σώματος: ὅλη δὲ τῇ πρὸ τῆς διαιρέσεως ἐνυπαρχούσῃ τῷ ζῴῳ, Themiſt. Et addit, Καὶ φαίνονται ἐν ταυτῷ μὲν ἅπασαι εἶναι, καὶ περὶ ἕν τι ὑποκείμενον, καὶ ἀχώριστοι ἀλλήλων: διαιρεῖσθαι δὲ ἡ ψυχή, μὴ καθ' ἑαυτήν, μηδὲ κατὰ τὰς ἰδίας δυνάμεις, ἀλλὰ κατὰ τὸν ὄγκον (& organa) τοῦ σώματος ἐν ᾧ ὑπάρχει.

Ἀλλήλων μὲν.) Enallage numeri. Nos ſic ex Philopono. Tanquam ſingulæ quidem partes ſeu facultates inuicem ſeparari non poſsint: anima verò poſsit in partes diuidi, (per accidens ſcilicet, quoniam corpus cui ineſt diuiditur) ſed ſimilares, ita vt pars quælibet nomen rationemque totius adhuc obtineat.

Ὡς διαιρετῆς.) non per ſe tantum, ſed corporis & organorum ratione.

Ἔοικε δὲ καὶ.) Ad eos qui fortè obijcerent, τὴν θρεπτικὴν ἐν φυτοῖς δύναμιν non eſſe ψυχήν, ſed φύσιν, vt Stoici.

Ἀρχή τις εἶναι.) Δύναμις τις ψυχῆς: nam hæc etiam ſeparari non poteſt ab aliqua præcedente nempe vegetatiua. Itaque hæc erit prima & communiſsima anima.

Ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς.) Καὶ ἡ ἐν τοῖς φυτοῖς δύναμις θρεπτικὴ καὶ αὐξητική, ἔοικε ἀρχή τις καὶ ψυχὴ εἶναι.

Καὶ αὕτη μὲν.) Quod ſi hæc facultas in animalibus, anima quædam & vis animæ exiſtimatur, cur non in plantis etiam anima diceretur?

Αἴσθησιν δέ.) Senſus etiam à motu in quibuſdam ſeparatur, & tamen anima eſt.

Scholiorum & annotationum in Ariſtotelis de anima librum primum finis.

IN ARI-

IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBRVM SECVNDVM SCHOlia & annotationes.

CAPVT PRIMVM.

Definitionis animæ ipſius inquiſitio, & quid ſit.

KOINO'THTOΣ λόγος αὐτῆς.) ὃς ἁπάσῃ τῇ ψυχῇ ἁρμόσει. Themiſtius, & textus in magnis libris, legit, κοινότατος. Non enim propriè ipſius definitio haberi poteſt: nam anima neq; ὅλον eſt, neque γένος propriè, ſed ἐπιπλέον ſimpliciter, cum magis & minus recipiat.

Οὐκ ἔστι τόδε τι.) ſed potentia tantùm, ἐυφυΐα καὶ παρασκευὴ πρὸς τὸ γενέσθαι τόδε τι. Materia videtur recipere magis & minus: quoniam potentia eſt. & potentia alia propior perfectioni, itaque magis eſt: altera minus. forma non item, neq; totum compoſitum. At homo alter altero magis rationalis eſt; hoc ad ἐνέργειαν, non ad οὐσίαν pertinet.

Potentia {
Prima, *mera, remota ab actu nihil quàm δύναμις.*
Secunda, *proxima actioni, actus primus, habitus,* ἐντελέχεια πρώτη.
Tertia, *coniuncta actioni, actus ſecundus, actio,* ἐνέργεια. *Hæc non admodum ſolet Potentia nominari. De diuinis tamen hæc ſola potentia eſt: nulla ad non eſſe.*
¶ His *omnibus potentijs ad eſſe, coniuncta eſt potentia ad non eſſe, in rebus Phyſicis.*

Καθ' ἣν ἤδη λέγεται τόδε τι.) An quia reipſa exiſtit; forma enim non tam ipſa exiſtit, quàm res per ipſam.

Τὸ ἐκ τούτων.) Ὃ οὐκ ἔστι μόνως τῷ λόγῳ, ἀλλὰ καὶ τῇ αἰσθήσει τόδε τι: καὶ γίνεται μὲν παρὰ τῆς ὕλης, ἔστι δὲ παρὰ τοῦ εἴδους.

Τὸ δὲ εἶδος, ἐντελέχεια.) Perfectio, & potentiæ ἀναπλήρωσις, & finis. Ἐντελέχεια actus: ἡνίκα τέλειόν τι ᾖ, ὃ ἐντελεχῶς ἔχῃ ἡ ἐν τέλει ἢ τελειότητι ἕξις. Eſt autem duplex.

1 Ἡ μὲν ὡς ἕξις, (τῆς τελειότητος)

2 Ἡ δὲ ὡς ἔργον τῆς ἕξεως.

Οὐσίαι δὲ μάλιστα.) Animam eſſe formam, & perfectionem corporis naturalis vitam habentis, Themiſt. cap. 2. Sed & tertium caput Themiſtius de ſuo adijcit, rationibus docens animam non eſſe corpus, ſed formã corporis perfectionemq;.

Εἶναι δοκοῦσι, nimirum in Phyſicis.

Τὰ φυσικά.) Nam & materiam & formam per ſe habent; quatuor elementa, & quæ ex eis conſtant: Artificioſa verò non ſunt principia; ſed accidunt & ſuperueniunt alijs, vt ligno, ferro, lectica, ſerra, veſtis, ceu figuræ ſubiectis, Themiſtius. Dicit autem φυσικὰ corpora, diſtinguens à mathematicis & artificioſis, Philopo.

Ὡς συνθέτη.) ſcilicet ἐξ ὕλης καὶ εἴδους.

Τὸ σῶμα ψυχή.) ἡ ὕλη.

Τῶν καθ' ὑποκειμένου.) Pro, τῶν ἐν ὑποκειμένῳ, Philopon.

Ὡς εἶδος σώματος.) Cur non ſtatim dixit eſſe εἶδος: an ἐντελέχεια πρώτη id eſt quòd εἶδος φυσικόν; Εἶδος eſt ſpecies τῆς ἐντελεχείας, vel ἡ ἕξις, vel ἡ πρώτη ἐντελέχεια, quæ tanquam ſubſtantia hic accipi debet. Nam ſecunda non tàm ſubſtantia eſt quàm actio ab ea proficiſcens. nam hæc differentia in Phyſicis eſt: in diuinis verò ſubſtantijs, non duplex, ſed vna tantùm entelechia eſt (ſi modò entelechia in eis dici debet) & actio à ſubſtantia earum non ſeparatur. Ἐντελέχεια igitur latius patet quàm εἶδος, quòd vnum & ſimplex eſt.

Ἡ δὲ οὐσία.) Οὐσίαι ſunt & materia & forma, ſed hæc magis. Neceſſe eſt animam dicere eſſe εἶδος corporis, videlicet εἶδος οὐσιῶδες, quòd & ἐντελέχεια πρώτη dicitur, ἤγουν τελειότης οὐ παντὸς, ἀλλὰ τοιούτου σώματος.

Ἡ μὲν ὡς ἐπιστήμη, &c. Ἡ μὲν ὡς ἕξις, ἡ δὲ ὡς ἐνέργεια τῆς ἕξεως. Incipit autem hîc, αὕτη δὲ, &c. Caput 4. Themiſt. quo probat animam eſſe actum primum & ſecundum, ſed primum magis. An verò primus magis dicitur, quoniam is, vt dictum eſt, ſubſtantia eſt: ſecundus verò, actio & accidens.

Ἀνάλογον δὲ.) Reſpondet verò.

Ὕπνος καὶ.) Vigilia eſt quaſi actus animæ: ſomnus tanquam habitus ſolùm. Non quòd nulla pars animę in ſomnis agat (vis enim nutrix nunquam ceſſat) ſed quòd plures non agant, vt ſenſitiua & loco mouens. Themiſtius ſic. Ὁ τῆς ψυχῆς ὅρος ἁπάσας τὰς δυνάμεις περιλαμβάνει. ἐν γὰρ τοῖς ὕπνοις τῶν μὲν ἡ ἕξις ἐστὶ μόνη: τῆς θρεπτικῆς (in vigilia verò) μετὰ τῆς ἕξεως καὶ ἐνέργεια.

Ὁ δὲ ὕπνος, τῷ ἔχειν.) ſcilicet τὴν ἐπιστήμην. Idem quòd τῇ ἕξει.

Πρότερα δὲ.) Prius in homine gignitur ſcientia, quàm ſit conſideratio, id eſt, ſcientiæ actus.

Διὸ ψυχὴ, &c. Themiſt. cap. 5. Animam eſſe perfectionem organici corporis. Omne viuum eſt organicum; nihil enim ſimpliciter natum eſt aut conſiſtit, ſed perpetuo gignitur, quum anima non poſsit quieſcere. Opus igitur eſt organis per quæ cibus attrahatur. Organa autem animalium euidentia ſunt. In plantis proportione quadam intelliguntur. Omne animal eſt organicum, ſed non omne organicum animal, vt artificioſum, cadauer.

In *plantis reſpondent*
- Radices, *ori.*
- Ἶνες *&* ἐντεριώναι, *venis.*
- Cortex *& lignum, oſsi & carni.*
- Alburnum, *adipi.*
- Medulla, *matrici.*

Ζωὴν ἔχοντος δυνάμει.) Ληπτέον ἐνταῦθα τοι δυνάμει τῇ παρούσῃ, ᾗ δὴ ὑποβέβληται ἐνέργεια. ὡς λέγεται δυνατὸν εἶναι βαδίζειν, ὅτι βαδίζει. Καὶ ὅλως δυνατὸν εἶναι ὅτι ἤδη ἐστὶ κατ᾽ ἐνέργειαν. ἦν γὰρ ἕτερος ὁ τρόπος τοῦ δυνατοῦ ὥσπερ εἴρηται ἐν τοῖς περὶ προτάσεων. Ἐξήγησιν οὖν τὸ ὀργανικὸν νομιστέον, τοῦ δυνάμει ζωὴν ἔχοντος: καὶ οὐχ ὡς ἄλλο μὲν τούτου, ἄλλο δὲ ἐκείνου σημαίνοντος.

Ἀλλὰ παντελῶς ἁπλᾶ.) Non ſimpliciter, ſed animalium comparatione.

Οἷον τὸ φύλλον, &c. Τὸ φύλλον, οἷον σκέπασμα περικαρπίου, Themiſt.

Εἰ δέ τι κοινὸν.) Potentia ſecunda, actus primus, habitus, forma: plerunque coincidunt, vt & hic de eſſentia animæ.

Διὸ καὶ οὐ δεῖ, &c. Themiſt. cap. 6. Declaratio per exempla definitionis illatę de anima, & quòd organicum idem eſt, quòd vitam habens potentia.

Διὸ καὶ οὐ δεῖ ζητεῖν.) Si animam fateamur eſſe perfectionem & formam corporis, apti ſcilicet ad illam recipiendam: non eſt quod quæramus an corpus & anima vnum ſit, vel quomodo vniantur (quæ quæſtio obijci poteſt illis qui multas animę partes faciunt. Si enim partes habet, quid eſt quod eos vniat? imò ſimplex & partium expers eſt anima, & maximè vnum, vtpote entelechia, & corporis partes inuicem vniens:) non enim alio modo opus habent vniri, ſed ſua inuicē ſympathia vniuntur. Sic ceræ, (id eſt, materiæ aptitudo) flexibilitas, facit vt cum figura rotunda in vnam ſphæram vniri poſsit. Hæc ferè Philopon.

Καὶ τὸ οὐ ὕλη.) Καὶ τὸ ὑποκείμενον αὐτῇ, ſcilicet εἶδος, Themiſt.

Τὸ γὰρ ἓν.) Vnum dicitur genere, ſpecie, numero, vinculo, glutino.

Καὶ τὸ εἶναι ἐπεὶ πλεοναχῶς.) Ἠγοῦν δεκαχῶς, κατὰ τὸν τῶν κατηγοριῶν ἀριθμόν. Ἀλλ᾽ ὅμως ἐφ᾽ ἁπάντων τὸ εἶδος ἀμφοῖν αἴτιον, ſcilicet & vnius & τοῦ εἶναι.

Τὸ κυρίως

Τὸ κυρίως ἡ ἐντελέχεια.) Cum alia ſint potentia, alia actu, actus propriè eſt ſecundum quem omnia eſſe dicuntur, Philopon. In omnibus tamen forma eſſentię & vnitatis cauſa eſt, Themiſt.

Τὸ πελέκει εἶ).) Vis ipſa ſcilicet ſecandi. Interpres Græcus: εἰ πέλεκυς τὸ εἶδος τοῦτον εἶχεν ὡς δύναϑαι τέμνειν, οὐ παρὰ τῆς τέχνης, ἀλλὰ παρὰ τῆς φύσεως, ζῶον ἂν ἦν, καὶ τὸ σῶμα μὲν αὐτοῦ ὁ σίδηρος, ἡ ψυχὴ δὲ τὸ τοιόνδε σχῆμα, καὶ ἡ ἀκμὴ, καὶ τὸ τέμνειν. Τοῦτο γὰρ ἦν τὸ πελέκει εἶ). ἀμβλυνθέντος δὲ καὶ μεταβαλόντος τὸ σχῆμα οὐκέτι πέλεκυς. Νῦν δὲ κἂν σώζηται ἡ μορφὴ πέλεκυς μὲν ἐστι. ζῶον δὲ οὐκ ἔστιν. οὐ γὰρ τεχνικοῦ ὀργάνου τὸ εἶδος καὶ ὁ λόγος ἡ ψυχὴ, &c.

Ἡ οὐσία αὐτοῦ.) Si à natura vim hanc haberet.

Νῦν δὲ ἐστι πέλεκυς.) etiam manente figura. Adde, καὶ οὐ ζῶον.

Οὐ γὰρ τοιούτου.) Τεχνικοῦ σώματος.

Ἔχοντος ἀρχὴν.) Epexegeſis: interpretatur enim quid per Phyſicum & Organicum corpus intelligatur. Habent quidem etiam inanimata naturam in ſe principium motus & quietis, ſed propriè motum ſecundum alterationem. Ἐπὶ δὲ τῶν ἐμψύχων κυρίως κίνησίς ἐστιν, ἡ κατὰ τόπον, καὶ κατὰ αὔξησιν καὶ μείωσιν, Philopon.

Ὁ δ' ὀφθαλμὸς.) Ὁ δὲ ὀφθαλμὸς τὸ σύνολον. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ὀφθαλμοῦ, ὕλη τῆς ὄψεως.

Τὸ μέρος πρὸς τὸ μέρος.) Τουτέστιν ἡ ὄψις πρὸς τὸν ὀφθαλμόν. Libro primo dixerat, vim videndi non affici, affecto oculo: & ſi ſenex acciperet oculum iuuenis, ſimiliter vt ille videret. Hoc aliqui à parte ad totum transferunt, & dicunt animam ſenſibilem totam, non affici cum corpore affecto, neque eſſentiam ſuam in eo habere, ſed ſeparabilem ac immortalem eſſe. Eſto, inquit Philoponus, & ſeparetur, quod nam tum amplius ſenſibile ſentiet? Item vt hæc poſſit, nutritiua tamen vis ſeparari non poteſt, nec Ariſtoteles de ipſa vnquam tale quid dixit. Item vt ſi ſeparari queat irrationalis anima, tamen à corpore tantùm (hoc craſſo) ſeparari quibit, non etiam à ſpiritu. ¶ An ſimile eſt dicere, Vinum non ſentire quidem vaſis ſui damnum, eo tamen prorſus corrupto, etiam ipſum corrumpi, quoniam per ſe eſſe nequeat? niſi illico vaſe alio excipiatur. An dicēt illi animas corrupto corpore, cui inerant tanquam vaſi, mox alio excipi, ac fieri metempſychoſin, vt Pythagoras putabat, ac ſi omnem animam immortalem eſſe?

Ἡ ὅλη αἴσθησις.) An ἡ ὅλη αἴσθησις, ἡ πρώτη καὶ κοινὴ, πρὸς τὴν καρδίαν, vel πᾶσα αἴσθησις, πρὸς πᾶν σῶμα τὸ αἰσθητικόν. Vt vnumquodque organum ſe habet ad ſuam (particularem) ſentiendi vim, excipe tactum toto corpore diffuſum: ita ἡ ὅλη αἴσθησις (Philoponus habet, ἡ ὅλη ψυχὴ) πρὸς τὸ ὅλον αἰσθητικὸν σῶμα, ᾗ αἰσθητικόν: non enim quatenus album aut graue, aut tale quid, corpus eſt, ab anima perficitur, ſed quatenus ſenſibile.

Ἡ τοίουτο.) καὶ ἡ ψυχὴ, πρὸς τὸ ἔμψυχον σῶμα.

Τὸ ἀποβεβληκὸς.) Τὸ νεκρόν.

Τὸ δυνάμει.) Δυνάμει non proxima potentia hic accipitur & actui iuncta, vt in animæ finitione, ſed remotior. Σῶμα, ſcilicet organicum.

Καὶ ἡ ὅρασις.) Ὅρασιν accipit pro actu ſecundo, viſione. Ὄψιν, pro primo, viſu. Sic enim quidam Latinè vſurpat.

Δύναμις τοῦ ὀργάνου.) τὸ τμητικόν. Οὕτως ὁ ὕπνος. ἡ ψυχὴ δὲ ἀμφοτέρα μὲν ἐντελέχεια, μᾶλλον δὲ ἡ πρώτη.

Τὸ δυνάμει ὄν.) τὸ ὑποκείμενον.

Ἡ κόρη.) Eſt corpus oculi. Synecdochicè pro totius oculi corpore: Vt oculus conſtat pupilla vel corpore ſuo (pupilla autem ſeu liquor cryſtallinus) præcipuum eſt videndi organum.

Καὶ τὸ σῶμα.) ὕλη, ὑποκείμενον.

Ὅτι μὲν οὖν.) &c. Cap. 7. Themiſt. Animæ partes alias abiunctas eſſe à corpore, alias non abiunctas.

Ἡ ψυχὴ χωριστή.) Nam εἶδος & ἐντελέχεια habent ſe relatiuè ad aliquid à quo ſeparari non poſſunt.

Ἐνίων γάρ.) Scilicet τῶν τῆς ψυχῆς μερῶν. An? Quarundã enim animæ facultatum vis ad aliquas tantùm partes corporis pertinet, vt αὐτοῦ potius ſit, ſcilicet σώματος.

Τῶν μερῶν ἐστὶν αὐτῶν.) αὐτοῦ potius ſcilicet σώματος: ὥσπερ ἡ ὄψις τοῦ ὀφθαλμοῦ.

Οὐδὲ κωλύει.) Scilicet χωρίζεσθαι τοῦ σώματος. Quaſi etiam concedat partes animæ propriè dici, quod negat alibi: & mentem eſſe partem animæ cum vulgo loquens: nam alibi accuratius diſſerens id quoq; negat.

Ἔτι δὲ ἄδηλον.) Ἔτι γάρ, Themiſt. Ex hactenus dictis nondum conſtat. Vel abſolutè. Οὔπω γὰρ δῆλον, εἰ καὶ οὗτος (ὁ νοῦς) σώματός τινος ἐντελέχεια τοιαύτη, ὥστε ἀχώριστος εἶναι, ἢ ὥστε χωρίζεσθαι, ὥσπερ ὁ κυβερνήτης τοῦ πλοίου· οὕτως γὰρ ἐντελέχεια μὲν ἀλλὰ χωριστή.

Ἡ ψυχή.) An de tota anima hîc loquitur? an potius ψυχὴ εἰ κατ᾽ ἐξοχὴν aut ſynecdochicè νοῦν hîc ſignificat? ſic etiam Themiſtio.

Ὥσπερ πλωτήρ.) hîc ſeparatur, non tanquam πλωτήρ, ſed tanquam αἴθροπος. Sic & mens τὸ ἡγεμονικὸν corpus mouens & regens dum in eo eſt, ſeparari tamen poteſt non tanquam ἡγεμονικὸν aut vis mouens (quid enim mouebit ſeparata?) ſed tanquam οὐσία καθ᾽ αὑτό.

CAPVT SECVNDVM.

Ἐπεὶ δ᾽ ἐκ τῶν.) *A notioribus eſſe incipiendum & definitionem afferendam, quæ cauſam quamobrem contineat. Et omnia per animam viuere.*

EX quatuor problematis, An, quid, quale, quamobrẽ, priora duo iam ſunt explicata, trãſit nunc ad reliqua: quomodo ſcilicet et quare anima ſit entelechia corporis. Nam hoc ſupra in communi de anima ſermone fieri non potuit, cum diuerſæ animæ facultates neq; ὁμοειδεῖς, neq; ὁμογενεῖς ſint.

Φανερώτερον δὲ γίγνεται.) ἡμῖν καὶ αἰσθήσει addunt interpretes. Φανερώτερον ſcilicet τῇ φύσει καὶ τῷ λόγῳ.

Τὸ σαφές.) Τῇ φύσει ſcilicet.

Σαφέστερον (imperfectis) ἡμῖν. (τοῦ φύσει δὲ ἀνάπαλιν: τοῖς τελειοτέροις τε καὶ ἑπομένοις τῇ φύσει.)

1. Τὸ ὅ,τι τοῦ διότι.
2. Τὸ καθόλου καὶ συγκεχυμένον, τοῦ μερικοῦ, καὶ διηρθρωμένου μᾶλλον: vt facilius noſcitur aliquid eſſe, quàm etiam quale ſit.
3. Τὸ σύνθετον. Τὰ γὰρ ἁπλᾶ τῇ φύσει πρότερα καὶ γνωριμώτερα.

Quod ſi quis ab ὅ,τι, ad διότι progrediatur, omnes tres iam dictos modos à notiore nobis ad ignotius progrediendi complectetur (Philoponus:) quòd Ariſtoteles fecit. Item à tempore prioribus & imperfectioribus animæ viribus, paulatim pergit ad perfectiores & nobiliores, quæ naturæ priores ſunt.

Κατὰ τὸν λόγον.) Doctrinam.


Πειρατέον ἐπελθεῖν.) nimirum: quomodo & cur anima ſit entelechia.


Οἱ λόγοι τῶν ὅρων.) Hoc eſt, enunciationes vel verba definitionum, id eſt, Ipſæ definitiones, vt plurimum ſunt tanquam concluſiones ſyllogiſmorum, id eſt, materiam tantùm, non etiam formam aut cauſam continent. Vt definitio iræ hæc. Ira eſt feruor ſanguinis circa cor, ex concluſione talis ſyllogiſmi: Qui iraſcitur, cupit ſe vlciſci. Qui ſe cupit vlciſci, illi ſanguis circa cor feruet, Ergò iraſcentis circa cor ſanguis feruet, Philoponus. Nam ſi definias iram eſſe cupiditatẽ vindictæ, formalis eſt definitio. Si ſanguinis circa cor feruorem, materialis. Si vtrunq; addas, compoſita: & hæc poſitione tantùm à demonſtratione vel ſyllogiſmo differt.

Nam

Nam ſyllogiſmus, formalem cauſam ſeu finem prius proponit, deinde materiam. Definitio compoſita, contrâ. Ira (inquit) eſt feruor ſanguinis circa cor, propter cupiditatem vindictæ, Philoponus.

Τί ἐστιν τετραγωνισμός.) Περὶ τετραγωνισμοῦ ἑτερομήκους, & de differentijs definitionum. Ex Philopono.





A Eſt figura quadrangula, σχῆμα τετράγωνον ἑτερόμηκες. B Τετράγωνον abſolutè: vel σχῆμα τετράγωνον ἰσόπλευρον ὀρθογώνιον. habet enim omnia latera æqualia, & omnes angulos rectos.

Quadraturus quadrangulum ἑτερόμηκες hoc vtetur ſyllogiſmo.

Inuentio medij lateris & analogi eſt adæquatio, (ἑτερομήκους ſcilicet ad τετράγωνον.)

Quadratura eſt inuentio medij.

Ergò quadratura eſt adæquatio. Hic noſter eſt ſyllogiſmus: nam apud Philoponum non perfectus eſt.

Quippe quadratura quadranguli eſt inuentio medij lateris. Medium dico, quòd ita ſe habeat ad maius in quadrangulo latus, vt eiuſdem latus minus ſe habet ad ipſum medium inuentum. Eſto ἑτερόμηκες (vt A) cuius vnum latus ſit octo cubitorum, alterum duorum. Ad hoc quadrandum, inuenio latus quatuor cubitorum, ita ſe habere ad maiorem pleuram quadranguli quæ octo cubitorum eſt, (nempe ſubdupla ratione) vt pleura minor eiuſdem quadranguli bicubitalis exiſtens ad inuentam mediam quatuor cubitorũ. Ex quatuor igitur eiuſmodi pleuris conſtabit quadratum, eiuſdem capacitatis, continens ſcilicet in vniuerſum cubitos XVI. ſicut & ἑτερόμηκες continebat. Quantum autem vnum quodque contineat, noſcitur minori latere multiplicato cum maiori, in quadrangulis; in quadratis verò, quocunque latere cum altero.

DEFINITIONES.

Τετραγωνισμὸς *quadranguli.*

1 Eſt quadratum æquale quadrangulo facere. Hæc definitio eſt ſimplex, & τοῦ ὅτι tantùm, ex concluſione ſyllogiſmi ſumpta.

2 Vel, Eſt inuentio medij lateris. Definitio ἐκ τοῦ διότι.

3 Vel, Eſt quadratum æquale quadrangulo facere per inuentionem medij. Definitio compoſita ἐκ τοῦ ὅτι καὶ διότι, à demonſtratione vel ſyllogiſmo, ſitu tantùm differens.

An non omne quadrangulum quadrari poteſt? Sit enim quadrangulum cuius pleurã vna ſit octo cubitorum, & altera quatuor: quæro numerum analogum, non inuenio. Quinque enim cubiti in ſe multiplicati, faciunt viginti quinque. Sex verò ſecum multiplicati, 36. cum quadrangulum, ſit cubitorum quater octo, id eſt 32. Item 5. ad 8. vel 6. ad 8. &c. non habent illam quam quærimus proportionem.

Ὀρθογώνιον ſcilicet σχῆμα.

Τετραγωνισμὸς μέσης.) Scilicet γραμμῆς.

Λέγωμεν οὖν, &c. Cap. 8. Themiſt. A notioribus eſſe incipiendum, & definitio-

nem afferendam quæ cauſam, quamobrem contineat, & omnia per animam viuere.

Τὸ ἔμψυχον.) Corpus viuum eſt compoſitum (ex anima & corpore) & notius nobis ipſo ſimplici, anima ſola.

Πλεοναχῶς ᾗ τὸ ζῆν.) Hic Simplicius. Πλεοναχῶς, οὐχ ὁμωνύμως ἀλλ' ὡς ἀφ' ἑνός. (non omnino æquiuocè.) Nam vitæ tanquam vnius cuiuſdam rei vna quædam communis natura & conditio intelligitur. Horum autem quæ ab vno dicuntur, quædam perfectè, alia minus perfectè dicuntur, idque vel δευτέρως (ſecundum profunditatem) vel τρίτως vel ἐσχάτως. Et ea quæ πρώτως καὶ τελείως eam rem habent, ſimpliciter & principaliter ita dicuntur. (An vt viuere Deus, deinde angeli, homines, bruta, inſecta, ζωόφυτα, & poſtremò φυτά: ita vt ζωὴ ſit vocabulum ἐπιπλέον, ſicut & ψυχή, & οὐσία: & horum etiam non propriè ὁρισμός eſt, ſed ἀνάλογος ὁρισμῷ λόγος. Recipiunt enim ſpecies ſeu differentiæ eorum magis & minus, prius & poſterius, nobilius & ignobilius. Sic in ipſis animæ viribus, ζωὴ dicitur nutritiua, ſenſitiua, motiua, &c. diuerſimodè. Sic ὑγρὸν etiam dicitur πλεοναχῶς: aliud enim eſt πρώτως ὑγρὸν, vt elementum, à quo vno & primo alia etiam humida eius participatione dicuntur, vt eo mixta: & primùm τὸ ἰδίως ὑγρόν: deinde τὸ διερὸν, ſed minus quàm βεβρεγμένον. Nota Aphrodiſ. in locum illum Ariſtotelis de generatione 2.2. tùm πλεοναχῶς, cùm ὁμωνύμως dici ait: & ſimiliter τὸ ξηρόν. An πλεοναχῶς dicuntur, etiam quæ alij ἐπιπλέον vocant: & ἀφ' ἑνὸς, ὁμώνυμον, videtur, & quibus diuerſa opponuntur, vt obtuſo, in figura, acutum: in ſono, graue, Geſnerus. Καὶ ὅσα μὲν ἀτελῶς μετέχει τοῦ πρώτου (vt iam περὶ τοῦ ὑγροῦ dictum eſt) τῇ μὲν ἀπ' αὐτοῦ μεθέξει προσαγορεύεται, οὐ μὴν ἔτι τῷ τοῦ πράγματος προηγουμένως σημαντικῷ ὀνόματι. οἷον τὸ ἔτι γινόμενον, εἶδος μὲν λέγομεν, ὂν δὲ οὐ φαμέν. Καὶ λελευκάνθαι μὲν τὸ ἀτελὲς ἔτι, οὐχὶ δὲ λευκόν. Sic & ζῷα vocat philoſophus, quæ perfectius viuunt: & ex ijs alia magis, alia minus: ſecundum mentem, πρώτως: ſecundum ſenſum, δευτέρως: ſecundum phantaſiam, μέσως. Vide Scheckij excerpta è Simplicio 44. p. Plantas verò ζῆν tantùm, non etiam ζῷα.

¶ Et rurſus, τὰ ἀφ' ἑνὸς λεγόμενα ἐν μέσῳ πως ἐστὶ τῶν τε συνωνύμως, καὶ ὁμωνύμως λεγομένων, ὥσπερ τὸ ὑγιές. Καὶ γὰρ πόα καὶ ἀὴρ, καὶ τόπος ὑγιὴς λέγεται, ἀλλ' οὐ πρώτως. Τῷ σώματι δὲ τοῦ ζώου καθ' αὑτὸ καὶ πρώτως πρόσκειται. Hæc ille.

Homonyma vel ſunt
- 1 Fortuita.
- 2 Ἀπὸ διανοίας (id eſt, ab aliqua ſimilitudine) *figura, vſus, ſitus, &c. Etſi genus vnum de diuerſis dicitur,* ὁμωνύμως *tamen.*
  - A ſimili *figura, vt homo viuus & pictus. (Sic etiam cornu bouis & canthari. Ariſtotel. de animalibus 1. 1.* πρὸς τὸ γένος ὁμώνυμον *dixit, quia cornu ceu genus de illis dicitur, non vna ratione.)*
  - Ab *analogia, vt pes montis & noſter.*
  - Ab *vſu vel actione, vt pes noſter & mali in naui.*
- 3 Ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸ αὐτό, *vt liber & culter medicinalis; vtroque enim vtitur medicus (& ab eadem arte proficiſcuntur, & ad eundem finem) non tamen ſimiliter: ſed hoc ad operandum, illo ad diſcendum, (an ab vno principio, aut fine?)*

¶ Quærendum an, ἀφ' ἑνὸς ὁμώνυμα, eadem ſint cum illis, quæ quidam vocant ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ. *Vide apud Simplicium in prædicamentis. Vide etiam Cæſarium in dialecticis, vbi de diuiſione ſcripſit.*

Ζωὴν λέγομεν αὐτό.) Animæ vocabulo Germanicè non vtimur, niſi pro rationali anima: cæteras verò animas, aut vitas aut actus aliquos vocamus. Das läben/ vnd innerliche würckung.

Τὰ φυόμενα πάντα δοκεῖ.) Φυτὰ, ἔμψυχα Ariſtoteli dicuntur, non etiam ζῶα ſunt. At Platoni & ἔμψυχα & ζῶα dicuntur. Stoicis cōtrà οὔτ' ἔμψυχα οὔτε ζῶα. Vt plantas viuere, non tamen ζῶα εἶ) Ariſtoteles dicit, ita Cœlum etiam & elementa videtur exiſtimaſſe ζῆν quidem, non tamen ζῶα eſſe. Vide quæ ſupra lib. 1. in caput quintum annotata ſunt. Anima prima dicitur φυτικὴ, θρεπτικὴ, vel à fine γεννητικὴ: eadem que eſt αὐξητικὴ à media eius functione; nam prima eſt nutrire, vltima gignere.

Χωρίζεσθαι δ' τοῦτο.) Τὸ θρεπτικὸν ſcilicet.

Ἐν τοῖς θνητοῖς.) Nam etiam Deos & dæmones ζῶα vocant Ethnici.

Τὸ δὴ ζῶον.) Cur φυτὰ τὰ ζῶντα, non vocamus ζῶα; huius rei cauſa, inquit Themiſtius, non alia eſt inquirenda, quàm conſuetudo & vſus vulgi. Per excellentiam nimirum. Ὥσπερ δρομέας λέγομεν οὐ τοὺς ὁπωσοῦν δρόμου μετέχοντας, ἀλλὰ τοὺς σφοδρῶς καὶ φανερώτερον μετειληφότας τοῦ τρέχειν: οὕτω καὶ ζῶα λέγονται, οὐ τὰ ὁπωσοῦν μετέχοντα τοῦ ζῆν καὶ τῆς ζωῆς: ἀλλ' ἐν οἷς τὸ ζῆν καὶ ἡ ζωὴ φανότερον καὶ περιφανέστερόν ἐστι, Suidas in ζωή. Ergò animalia comparatione ad plantas ζῶα dicuntur, κατ' ἐξοχήν: vt Deus comparatione ad omnia τὸ ὄν: & idem viuus, viuere; & Chriſtus vita, via & veritas.

Διὰ τὴν αἴσθησιν πρώτως.) Hic primus eſt & imperfectiſsimus animalium gradus: & in eo Zoophyta potius quàm ζῶα dici debebant.

Καὶ γὰρ τὰ μὴ κινούμενα.) Hic καὶ interpoſuerim, vt legatur: καὶ γὰρ καὶ τὰ, &c. vt clarior ſit ſenſus. Id eſt, non ſolum ea quæ mouentur & ſentiunt animalia vocamus, ſed etiam quæ ſentiunt tantùm & ſi non moueantur.

Ζῶα λέγομεν.) Zoophyta melius, vt teſtacea quædam & alia.

Αἰσθήσεως δ' ὑπάρχει.) De gradibus animæ, ex Philopono.

1 Vegetatiua ſola in plantis.
   Senſus etiam in Zoophytis & ζώοις.
2 Tactus tantùm, in Zoophytis.
3 Guſtus etiam, vt in oſtreis.
4 Olfactus præterea, in conchylijs quibuſdam.
5 Auditus inſuper ſine viſu, in talpis.
6 Viſus, in perfectis. vbi hic eſt, cæteri quoq; omnes ſunt, non contrà.
   Hi ſunt nobiliores, & inſtrumenta philoſophiæ.
7 Deinde ſequuntur, phantaſia ſenſitiua & rationalis; memoria, appetitus triplex, motus ſecundum locum.
8 Deniq; in homine, Ratiocinatio.

Ἑκάτερον τούτων συμβέβηκεν.) Cur nutritiua vis ab alijs ſeparari poſsit: & ſenſus tactus ab alijs ſenſibus? Sunt enim hæ cauſæ vt animal ſit & ſeruetur ſimpliciter; non autem vt melius ſit, ſicut cæteræ facultates & ſenſus.

Ὅτι ἡ ψυχὴ τούτων.) Quod anima nutritiua in plantis ἔμψυχα tantùm faciat.

Ἐστὶν ἀρχή.) vt animæ nutritiuæ.

Τῶν εἰρημένων.) φυτῶν τε καὶ ζώων vt ſint & dicantur.

Καὶ τούτοις ὥρισται.) Vt intellectu. His viribus atque limitibus continetur atq; deſcribitur; incipiens ſcilicet à vegetatiua (vtpote ἀρχὴ) & progrediens ad ſuperiores ceu limites, quorum ſummus eſt ὁ νοῦς. Quare tranſponerem ego verba, vt κινήσει legeretur ante διανοητικῷ. Οὐ μόνον, inquit Simplicius, τούτων ἀρχὴν (τὴν ψυχὴν) ἀλλὰ καὶ ὡρίσθαι τούτοις ἔφη: Τὸ γὰρ συναμφότερον αὐτῇ ὁμοῦ ἐκ τῶν ἄκρων ἐπιρρέπει (tribuit) τὸ ὄντως ἄρχον ὡς ὁριζόμενόν πως: ὧν ἡ μὲν ἀρχὴ, τοῖς περὶ αὐτοῖς: Τὸ δὲ ὡρίσθαι, τοῖς μετ' αὐτὴν κυρίως προσήκει.

Πότερον δ' τούτων.) De his egerat in fine libri primi, Cap. 9. Themiſt.

Χωριστὸν λόγῳ.) Χωριστὰ ſcilicet ἀλλήλων, non τοῦ σώματος. Λόγῳ, ratione & definitione.

Περὶ ἐνίων.) Vt de vegetatione in plantis; de tactu & motu in animalibus imperfectis.

Οὐ χαλεπὸν εἰδέναι.) Ὅτι λόγῳ μὲν κεχώρισται, τόπῳ δὲ οὔ. Nam ſi ſeparatæ eſſent loco, non deberent in diſſectis partibus plantarum aut inſectorum vtræq; partes manere integræ, in illis omnino, in his aliquantiſper. Nunc cum integræ in vtriſque vel pluribus partibus corporis diſſecti maneant, prius etiã videntur nõ ſeparatæ fuiſſe loco, ſed cõiunctę, & ſimul per totũ diffuſę corpus (licet ab vno forſan principio in eo exortæ.) Sic ex diuerſis fontibus vna & conflua aqua fieri poteſt.

¶ Animatorum differentia eſt, quod aliis vna, aliis duæ aut plures animæ vires adſunt. Et quòd aliis magis, aliis minus perfectæ adſint.

Cur cum aqua etiam διηχὴς ſit, vt piſcibus (an etiam nobis?) Ariſtoteles hic eam vim ei non attribuit. Nullus interpretum ſatis explicat. Philoponus nihil. Themiſtius vtriq; ex æquo attribuit τὸ διηχὲς καὶ τὸ δίοσμον. Simplicius dicit aërem eſſe magis διηχῆ quàm aquam, quod de viſu etiam dici poterat, aërem ſcilicet eſſe magis διαφανῆ, non tamen illi ſoli ideò tribuit τὸ διαφανὲς: & olfactui etiam (ſeu odoribus) magis videtur peruius aër.

Α᾽εὶ τινος πρός τι.) Aliquo ad aliud confligente. An hoc etiam in voce animalium contingit?

Ε᾽ν ᾧ ὄντος.) Tria eſſe neceſſe eſt, vt fiat ſonus ſimpliciter: duo quæ confligant, & tertium in quo: ſiue nominibus hæc tria diſtinguantur, ſiue non, vt cum virga, vel chorda percutit aërem, ſonus in aëre fit.

Οὐκ ἄνευ φορᾶς) Non ſine motu ſecundum locum; ergò in aliquo loco fit, vt aëre vel aqua.

Παταχθέντος, &c.) An τύπτειν & πλήσσειν communius dicuntur? Πατάσσειν verò, vbi latitudo aliqua in verberando eſt, & ſonus μετὰ πατάγου redditur. Atqui inferius paulò ſequitur, βελόνην βελόνη πατάσσειν. Ῥαπίζειν verò, cum oblongo, anguſto & lento aliquo, vt virga vel flagro ferimus, vnde ſibilus quidam & ſtridor redditur.

Ο῎τι λεῖος.) Non quæuis percuſſa ſonant, ſed ea eſſe oportet στερεὰ καὶ λεῖα, ἢ κοῖλα ἢ πλατέα: nam læuor in cauſa eſt, vt aër non in minimas partes diuiſus, ſed

ἀθρόος ad aures perueniat. Latitudo, vt copioſior aër à ſonoris corporibus occu- petur. Cauitas, vt aër incluſus ſæpius offendat, & alliſus reſonet, vt in vaſis æreis, (nolis) & huiuſmodi, vbi & læuor accedit.

Καὶ ὕδατι.) Scilicet ψόφος. Aliud quidem eſt per aquam audire, aliud in aqua, Philoponus. An piſces in aqua & per aquam: nos non item?

Ἥττον.) ἐν ὕδατι: vel ἐν τούτῳ ἢ ἐκείνῳ.

Κύριος.) Sufficiens: pro ποιητικός. magis enim eſt ὑλικὸς vtpote δεκτικός: cum verò ipſe vicem obtinet τοῦ πλησσομένου, συναίτιος vel συνεργὸς eſt.

Ὁ ἀήρ.) Non eſt tamen ſatis ad ſonum aër, ſed & corporibus certis, & ictu cer- to opus eſt, nempe vehementi & celeri, illis verò ſolidis, leuibus, &c. Themiſt.

Μὴ διαχυτῇ.) Vt cum paulatim admouentur rei.

Σφοδρῶς πληγῇ.) An πλαγῇ.) Vt in flagris & virgis σφοδρῶς.

Θρύψιν.) In minutas partes diuiſionem.

Ὥσπερ ἂν εἰ.) Ὥσπερ καὶ εἰ ἄμμου σωρὸν φερόμενον παίσειας, προλαμβάνων τῇ πλη- γῇ τὴν φοράν. Hoc cum fit, cum flagellatur aër, duplicem rationem ſuſtinet aër, τουτέστι τοῦ τυπτομένου σώματος, καὶ τὸν τοῦ ἐν ᾧ τύπτεται, Them.

Τότε γε ποιεῖ ψόφον ὁ ἀήρ, ὅταν ταχέως ὑπὸ τῶν πλησσόντων ἀπωσθῇ, ὥστε φθάσαι τὴν πληγὴν γενέσθαι πρὶν ὁ ἀὴρ θρυφθῇ. Τότε γὰρ ἀθρόως ἐξωθούμενος ψοφεῖ: ὥσπερ οὖν καὶ εἰ ἀπό τινος χώνης ῥέοντος ὁρμαθὸς ψάμμου. Quod ſi quis illico inferne percutiat, antequam diſsipetur, profluentem arenam, ſonum aliquem ædet: ſic & in aëre, Philop.

Ἠχὼ δὲ γίνεται.) Echo, ſonus reciprocus. Ἀπὸ ſequens, abundat. Hæc verò cla- rius Themiſt.

Πάλιν ὁ ἀήρ.) An dicendum aërem ab aëre repelli? Non, ſed potius à ſuperficie corporis alicuius.

Γίνεσθαι ἠχώ.) Secus enim nemo vocem ipſe ſuam audiret.

Πάντη φῶς.) Etiam in vmbra. ἀλλ᾽ὰ σκότος.) παντελῶς, Them.

Vt lumen, quamuis per omnia ſe diffundat loca obiecta, & ab omnibus cor- poribus reflectatur, non vbique tamen ex æquo conſpicuum eſt: ſed ab aqua (per diaclaſin, vt recentiores vocant: à ſolidis corporibus per anaclaſin) ære, aliiſque ſolidis & leuibus cum ſplendore & abſque vmbra reflectitur, alibi verò vmbram facit. Sic etiam ſonus, quamuis ab omnibus ſonantibus reflectatur ac reciproce- tur, non tamen ſatis manifeſta hæc eius reciprocatio eſt, niſi in loco cauo, aut va- ſe, cuius latera pulſans dictam priuatim Echo (ἠχὼ ceu nymphæ nomen) facit.

Τὸ δὲ κενόν.) Κενὸν pro aëre accipit, vt mox interpretatur: non quòd verè is va- cuum ſit, ſed quia ſic videtur ſenſibus noſtris. In verè quidem vacuo neque motus fieri poſſet, neque ſenſus vllus, non ſolùm non viſus, vt ipſe ſupra dixit. Sed quo- modo nunc dicit quòd aër ſit τὸ κύριον (id eſt vna ex principalibus cauſis, non modo cauſa ſine qua non vel materia) τοῦ ἀκούειν: cum paulò ante id negarit? An ſuperius quidem de externo aëre ſimpliciter ſenſiſſe videtur? hic verò de eodem quatenus cum interno & congenito auribus coniungitur (ita vt non modo con- tiguus ſed etiam continuus fiat & vniatur) ad efficiendum auditum. An verò a- liud eſt κύριον eſſe ψόφου, & aliud τοῦ ἀκούειν; Et aër quidem ſonum non facit, (ali- unde factum recipiens) cum illo verò recepto (ſibi coniuncto) auditum facit ſeu mouet, dum interno eius aëri ſe iungit.

Κύριον.) Κύριος μὲν οὖν οὐκ ἔστιν ὁ ἀὴρ τοῦ ψόφου. Κυριώτατος δὲ τῶν ἄλλων στοιχείων. διὸ καὶ ὅσοι τὸ κενὸν κύριον ὑπολαμβάνουσι τοῦ ἀκούειν, κενὸν ἡγούμενοι τὸν ἀέρα, οὐ πάνυ διαμαρτάνουσι.

Ψαθυρὸς ᾖ.) Friabilis, id eſt, qui facilè in multas tenuiſsimas partes diuiditur, λεπτομερής, εὔθρυπτος, εὐδιαίρετος, εὐεικτος.

Οὐ γεγωνεῖ.) Non ſonorus eſt, nec facit Echo manifeſtam.

Ψοφητικόν.) Et ſic etiam aër vnitur.

Ἑνὸς ἀέρος.) Vnius & continentis,vnam ſuperficiem habentis.

Συμφυὴς ἀέρι.) Cognata eſt aëri. Συμφυῆ ἔχει ἀέρα vt patet ſi digito vel alia re obſeruas. percipies enim intus ſonantem. Aër cognatus eſt menyngi cerebri; & intra eam ſpiritui,in quo primùm eſt ſenſus.

Διὰ δὲ τὸ ἐν ἀέρι εἶ), ſcilicet nos, & quæcunq; audiunt.

Κινουμένου τοῦ ἔξω.) Cum mouetur externus.Pro κινούμενος ὁ ἔξω ἀήρ.

Τὸ κινησόμενον μέρος.) Id eſt, menynx ſeu membrana cerebri; quæ videtur eſſe τὸ πρῶτον ἀκουστικὸν μόριον, non paſsim habet locum & ſpaciũ ſibi accommodatum, & in quo aër congenitus ſit. Vocat autem menyngem partem mouendam & pulſandam ab aëre,eamq; animatam, id eſt animali vi (nempe ſentiendi) præditam: vt ſynecdoche ſit; τὸ ἔμψυχον pro αἰσθητικόν, & hoc rurſus pro ἀκουστικόν. Ergo menynx non vbiq; habet aërem congenitum; proximum audiendi inſtrumentum; ſed in auribus tantùm: vt pupilla aut vis videndi; vel verius opticus; aptum ſibi humorem; nempe cryſtallinum; non vbique habet; ſed in oculo tantùm.

Ὥσπερ ἡ κόρη.) Videtur his præmittenda eſſe ſequentia ex Themiſt. ἀλλὰ μόνον ἐν τῷ ἀκουστικῷ πόρῳ. Κόρην hic non propriè accipit pro foramine vueæ, ſed pro meatu optici nerui, per quem ſpiritus opticus procedit:ante hunc enim mox ponitur τὸ ὑγρόν: vt ante menyngem aër auri connatus, Philop. (nam Themiſt. hæc omittit,ceu obſcurè dicta.

Ἀκίνητος εἶ).) Vt magis quàm externus tranquillus & ἄψοφος ſit: ſic enim demum ψόφους omnes recipere idoneus eſt.

Sonus percuſsio aëris tum actiuè tum paſsiuè: nam ſiue percutiatur aër ab vno corpore flagellante: ſiue à duobus; in quorum medio eſt; (quorum alterum quieſcit; aut vtrunque mouetur) ſiue ipſe percutiat; vt vox arteriam,inflatio tubam;ſonus fit.

Τὰς διαφορὰς τῆς κινήσεως.) Themiſt. Γίνεται γὰρ ὥσπερ μεθόριον ὁ τῇ μήνιγγι συμφυὴς ἀὴρ τοῦ τε εἴσω πνεύματος τοῦ αἰσθητικοῦ, καὶ τοῦ ἔξωθεν ἀέρος, & non ſinit externum aërem ferire.

Εἰσέρχεται.) τὸ ὕδωρ. Tum enim aqua attingit τὸν συμφυῆ ἀέρα, non tamen vtitur ei.

Ἕλικας.) Anfractus. Vt aqua cum in aurem influxit; impedit auditum: ſic aër externus cum vehementiore ictu vibratus menyngem ferit: quare ne alterutrum elementum facilè ſubiret, anfractus facti ſunt,Them.

Vt in oculo, pupillæ humor perſpicuus; ab externo perſpicuo accipit typos colorum & viſui tranſmittit: ſic aurium aër intrinſecus, ab extrinſeco accipit ſonos & tranſmittit auditui,Them. Et humor quidem oculorum obtectus incluſusq; eſt tunicis, ne diffluat: aër aurium non ſic, vt continuus cum externo fieri poſſet: ſed ἕλικες ei pro operimento ſunt,ne dilabatur: faciunt etiam ne aqua,aut quiuis aër ſtatim intret.

Ἀλλὰ καὶ σημεῖον,&c. Aër internus non omnino immobilis eſt,ſed ita quia ſemper vnus & idem intus manet,alioqui tranquillo quodam motu mouetur, & familiari auribus(vt in aëre etiã tranquillo videmus atomos dictos moueri.)Quod autẽ in auribus & inſit & moueatur aër, apparet ſi quis cornu, vel aliud cauum, vt concham,apponat:tum enim in cornu quoque mouentis ſe aëris ſonum audimus:id quòd auditus bene ſe habentis ſignum eſt,Themiſt.

Τοῦ ἀκούειν ἢ μή.) τοῦ ὑγιαίνειν τὴν ἀκοὴν, Them. & Philop.

Ὥσπερ τὸ κέρας.) An πρὸς γε τὸ κέρας; An,Si ita ſonet (ad manum vel aliud appoſitum,vel digitum inſertum) vt cornu appoſitum ſonat,id eſt,aër in cornu incluſus: nam ſurdaſtris & quorum aures tinniunt,hoc non ſonat. Sic & Philoponus ferè. Digito inſerto, vel aliquo appoſito, aliquid externi aëris ſimul intrudi-

tur in aurem, truditque innatum, vnde ſonitus cietur: ergò ὥσπερ τὸ κέρας, ſubaudi τῷ ὠτὶ προστιθέμενον ἠχεῖ, ſecundum Them. Vel ὥσπερ τὸ αὐλητικὸν κέρας ἐμφυσώμενον ἠχεῖ, aëre ſcilicet percutiente rem ſolidam, non contra.

Ἀλλ᾽ ὁ ψόφος.) Non tamen motus ille ſonus eſt, ſed externi aëris motus.

Ἀλλότριος, id eſt, ἀλλοτρίου ἀέρος κίνησις.

Τῷ κενῷ καὶ ἠχοῦντι.) τῷ ἀέρι τῷ ἐντὸς, τῷ διηχῆ τὴν δύναμιν ἔχοντι, καὶ ὡρισμένῳ καὶ ἀεὶ τῷ αὐτῷ, Philopon. Aqua & aër in ſono percutiunt & percutiuntur ſimul & διηχῆ ſunt: triplicem igitur rationem ſuſtinent.

Τοῦ δυναμένου, διηχοῦς ſcilicet.

Τῷ ἔχοντι ὡρισμένον.) An, τῷ κενῷ καὶ ἠχοῦντι, & τῷ ἔχοντι ὡρισμένον τὸν ἀέρα ſcilicet πόρῳ; de interno aëre, qui intra limites aurium definitus & incluſus eſt?

Πότερον δὲ ψοφεῖ.) Poteſt etiam ſonus fieri, ſi vtraque corpora pariter moueantur & moueant, feriant & feriantur.

Ἢ καὶ ἄμφω.) Actio & paſsio ſubiecto vnum ſunt, ratione differunt.

Τὸ τυπτόμενον.) Latitudinem aliquam habeat oportet non ſolùm τὸ τυπτόμενον, ſed etiam τὸ τύπτον.

Τὸν ἀέρα ἀθρόον.) vnum & continentem ſcilicet.

Κατ᾽ ἐνέργειαν ψόφῳ.) Nam ſonus qui potentia tantùm eſt, non percipitur, Them. Neque color qui potentia tantùm, ſed qui in luce & actu.

Καὶ τὸ βαρὺ.) obtuſa. ἀμβλὺ in tactu, βαρὺ: vt nomina non prorſus ſimiliter ſe habeant, ſed res potius.

Τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ (τὸ ἀκουστὸν) κινεῖ τὴν αἴσθησιν, vim ſentiendi.

Ἐπὶ πολὺ.) Idque κατὰ τὸ τάχος, οὐ κατὰ τὴν ὀξύτητα.

Καὶ οὕτω δὴ ταχὺ.) Melius, οὐ δή. neque enim idem eſt ταχὺ, quòd ὀξὺ, ſed accidit ei.

Οὐ ταυτὸν οὖν τὸ ὀξὺ τῷ ταχεῖ. οὐδὲ τὸ βραδὺ, τῷ βαρεῖ, ὡς οἴονταί τινες. ἀλλ᾽ ὅτι συμβαίνει τοῦ μὲν ὀξέως, ταχεῖαν εἶναι τὴν κίνησιν: τοῦ δ᾽ ἀμβλέος ἢ τοῦ βαρέως, βραδεῖαν, &c.

Τὸ δὲ, βαρὺ.) βραδὺ.

Ἡ κίνησις τοιαύτη.) Præſertim in ſonis, qui eminus contingunt: nam cominus, diſcrimen illud celeritatis & tarditatis, non ita percipitur.

Διὰ τὸ κινεῖν.) Διὰ (δὲ) τὸ κινεῖν, τὸ μὲν ἐν ὀλίγῳ (χρόνῳ) τὸ δὲ, ἐν πολλῷ, addendum, τὸ μὲν ἐστι ταχὺ, τὸ δὲ βραδὺ, Simpl. ὥστε συμβαίνει καὶ ἕπεται κατὰ συμβεβηκὸς, &c.

Ἀπόστασιν ἔχει.) Rythmum, Philoponus ὃς θεωρεῖται περὶ τὴν ἔκτασιν τοῦ χρόνου.

Μέλος.) Id eſt harmoniam, quæ eſt ſymmetria grauis & acuti.

Διάλεκτον.) Compoſitionem vocabulorum, Philop. τῷ ὑπὸ τοιούτων ὀργάνων. ἐνίοτε καὶ τὰς λέξεις ἀποσαφεῖσθαι.

Ἄναιμα.) Vt ἔντομα, ὀστρακόδερμα, μαλακόστρακα.

Ἐν τῷ ἀχελώῳ.) Piſces amni Acheloi, capri dicti, eruditam illam vocem, grunnitumque, attritu branchiarum cient, Hermol.

Ψοφοῦσι τοῖς βραγχίοις.) Vt & alij quidam in mari, lyra, cuculus, chromis, qui omnes branchias aſperas habent, Ariſtotele de animalibus teſte.

Φωνὴ δὲ ἐστι.) Vox eſt ſonus animalis reſpirantis, qua parte reſpirat factus, ſignificatiuus. Finis eius eſt τὸ σημαντικὸν καὶ κοινωνικὸν: idemque ſermonis & magis etiam; homo enim maximè omnium animalium ad ſocietatem factus eſt.

Καταχρῆται.) Χρῆται μὲν προηγουμένως πρὸς τὴν κατάψυξιν: παρέργως δὲ καταχρῆται πρὸς τὴν φωνὴν.

Ἐπὶ δύο.) Ad refrigerationem & vocem, vt ſequitur.

Reſpiratio tùm recentē aërem adducit cordi inſpirando, ſic tum refrigerans, ne nimis incaleſcat, & motu ſuo ceu ventilando excitans, ne extinguatur: tùm fuliginem circa ipſum collectam diſpellit, quæ quidem videntur duo quædam opera: ſed cum vtrinque finis vnus ſequatur, refrigeratio cordis, vnum appellantur.

tur. ταῦτα πάντα κοινὸν ἔχοντα τὸ ἀναγκαῖον ὡς ἐν δὲ τοῦτο λέγεται.

Ὡς ἀναγκαῖον.) Pro genitiuo abſoluto.

Ἐν ἑτέροις εἰρήσεται.) In opere de partibus animaliũ, & in libro de reſpiratione.

Οὗ δ' ἕνεκα.) Pulmo autem eſt viſcus, cuius gratia etiam Pharynx, *arteria aſpera*, eſt conditus.

Πλεῖστον ἔχει.) Πλεῖον ἔχει τὸ θερμὸν τὰ πεζὰ καὶ τὰ ἔναιμα ζῶα, Themiſtius. Imò etiam cete.

Τῶν ἄλλων.) Scilicet ζώων, vt ἐνύδρων, hac ſaltem parte, non ſimpliciter, Philop. vel plus quàm in alijs partibus.

Δεῖται.) Tum pulmo, tum multò magis cor, indiget refrigerio.

Ψόφος φωνή.) Imò ne linguæ quidem, aut arteriæ quiuis ſonus.

Μετὰ φαντασίας.) Καθ' ὁρμὴν, ex propoſito, ad loquendum ſcilicet, aut ſignificandum aliquid: non vi, non temerè.

Σημαντικός.) Τῶν μὲν φύσει. σημαίνει γὰρ καὶ τὰ ἄλογα τὰ πρῶτα πάθη, τὸ ἥδεσθαι, ἢ τὸ λυπεῖσθαι. Τῶν δὲ κατὰ συνθήκην: οἷον ἡ τῶν ἀνθρώπων.

Ὥσπερ ἡ βήξ.) Tuſsis non eſt vox, vt ne ſtertere, puto, eſt enim ictus aëris qui inſpiratur. Vox autem, οὐχὶ τούτου πληγή, ἀλλὰ τούτῳ, &c. Them. Sed clarius Philoponus. Vox, inquit, eſt ſonus (in animali) cum aër, qui ex pectore progrediens expiratur, eum qui in arteria eſt aërem (recens ſcilicet inſpiratum Geſn.) paulatim & leuiter ferit. Tuſsis verò etſi fiat cum aëre qui expiratur, tamen ſubito & vehementer fit, nec ferit tantùm ille, ſed etiam feritur (& epiglottis non eſt inſtrumentum tuſsis, vt vocis.)

Tuſsis in expulſione & expiratione violenta fit, at vox magis in retentione aëris, nec vi. At neceſſe eſt ſonare & loqui expirando. ἀλλ' οὐκ ἀθρόως. non diu loqui poſſumus ſine inſpiratione: An, materia vocis eſt ſpiritus in arteria, isq; duplex, expirandus ſcilicet & recens inſpiratus. huic enim ille occurrens ſonum facit circa foramen arteriæ, quare vtroq; opus eſt.

Ἀναπνεομένου ἀέρος.) Eſt quidem vox etiam ſonus eiuſdem, aëris inquam qui expiratur, ſed non ſimiliter vt tuſsis.

Τούτῳ τύπτει.) Scilicet τὸ ἔμψυχον.

Πρὸς αὐτήν.) Scilicet arteriam.

Ἀναπνέοντα.) Εἰσπνέοντα.

Κινεῖ γὰρ τοῦτο ὁ κατέχων.) τοῦτο legit quòque Philoponus. Themiſtius nihil. an τοῦτον, vel τούτῳ vt paulò ante.

Δι' ἣν μὲν οὖν αἰτίαν.) Scilicet οὐκ ἀναπνέουσιν οἱ ἰχθῦς. Vox igitur eſt, vt habet Themiſtius. ſonus ab animato factus, ipſius aëris qui inſpiratur per reſpiratorias partes, ad eum qui in arteria includitur (quaſi inſpiratus recens pulſet eum qui includitur arteriæ & ita ſonet: non probo) vel ipſam arteriam, κατά τινα ὁρμὴν τῆς ψυχῆς μετὰ φαντασίας σημαντικῆς.

CAPVT NONVM.

Περὶ δὲ ὀσμῆς, &c. *De olfactu, quem homo hebetiſsimum habeat, eoq; odorum nomina propria nõ haberi, ſed à ſaporibus trãsferri. Idem argumentũ eſt in Argyropyli verſione: hoc autem Themiſtij.*

Ποῖόν τί ἐστιν.) Vix probo quòd Them. ſcripſit, οὐδὲ γὰρ ὀνόματι δηλῶσαι τὸ ὀσφραντόν ἐστι, καθάπερ τὸ ἀκουστόν, ὅτι φωνή. Sed & hic & Philop. negãt obiectũ olfactus nominari poſſe, cõmuni ac generali nomine vno (quaſi id nõ ſit ὀσμή, ita vt auditus eſt φωνή, & χρῶμα viſus) vt ne in tactu quidẽ poteſt. Sed in tactu notæ ſunt ſpecies, vt calidum, frigidum, humidum, ſiccum, durum, molle, &c. circa olfactum

nec genus nec ſpecies inquiunt, nouimus, nam ſpecies & differentias odorum, à ſaporibus mutuantur. Hoc in Dialecto noſtra verius eſſet, odoris enim nomen à ſapore non diſtinguimus, quod Sueui nobis obijciunt, & quatuor tantùm ſenſus nos habere dictitant.

Χείρω πολλῶν ζώων.) Propter cerebrum & cibos, &c. Præſtant nobis vultures & canes. Verum hæc ἀκρίβεια diſtinguenda eſt ſecundum maiorem diſtantiam ſenſibilium: maior eſt quidem in alijs animalibus: at perfectio iudicij in diſtinguendis differentijs qualitatum, maior eſt in homine.

Quare paucas differentias odorabilium percipimus, & eas quidem omnes vel cum delectatione, vel cum tędio, quod in viſum, auditumq́ non æquè cadit. Eò nimirum, quod hic ſenſus non amplior nobis datus ſit, quàm ex vſu eſt, πρὸς τὴν χρείαν μόνην. Quare odores percipimus non vt ſunt, ſed vt ad nos habent, Them. An contra Ariſtotelem & interpretes, ὀσμὴ genus eſt, εὐώδης verò & δυσώδης, odoratus gratus & fœtidus, differentiæ odorũ propriæ? An potius non ſunt propriæ ipſorum odorũ, ſed vt nobis videntur. nam & quod vni benè olet, id alteri malè?

Ὡς ὁ ψόφος.) cum ſuis differentijs.

Τῶν ὀσφραντῶν.) an media non ſentit? ſic in viſu quidam lucem ſolam & tenebras diſcernunt.

Ἄνευ τοῦ λυπηροῦ.) Non hæc ſolùm, ſed nihil abſq́ his.

Σκληρόφθαλμα.) vt Cancrorum genus, & inſecta ferè.

Μὴ διαδήλους αὐτοῖς εἶναι.) propter duritiem & craſsitiem organi.

Ἀνάλογον ἔχειν.) Sapor enim in humore eſt, odor in vapore, qui eſt humor extenuatus. Olfactus ſæpe fungitur vice guſtus. Quoniam verò paucas odorum differentias à ſaporum nominibus transferimus, ſed ſæpe impropriè, ſæpe enim odore grata ſunt & ſuauia, quæ guſtu ingrata & amara: item quæ dulcia guſtui, ſępe inodora & male olent. Odorum etiam nomina ab ipſis rebus fingimus, quia propria non habemus, vt ὀξύζειν, τράγου ὄζειν. Ἀνάλογος verò etiam eſt, quia olfactus ſæpe fungitur vice guſtus.

Τοῖς τῆς ὀσμῆς.) Scilicet ἀνάλογον ἔχειν ἔοικεν.

Ταύτην δ' ἔχειν ſcilicet ἁφὴν, & videtur repetendum ἔοικε.

Λείπεται πολλῶ. Verſus quidam. Vultur odoratu, præcellit aranea tactu. Viſu, lynces, aquilæ, ſerpentes: Auditu talpę, lepus, ceruus. Auditu, anſer, olfactu apes, inſectæ.

Olfactus eſt medius ſenſus inter reliquos: nam viſus & auditus præcedunt eum, quia longius ſentiunt: (viſus longius quàm auditus, vt circa fulgura & tonitrua conſtat. Remum etiam, ſi quis longiuſculè abſit, prius videbit extrahi, τὴν κώπην ἀνελχθεῖσαν.) dein ſonitum audiet. Guſtus verò & tactus contigua tantum. Eſt etiam aliter medius hic ſenſus κατὰ τὰ ὑποκείμενα, nam viſus ignis eſt, auditus aêris, guſtus aquæ, tactus terræ. Olfactus in medio: eſt enim exhalationum vel ſiccarum, quę inter ignem & aêrem ſunt: vel humidarum, id eſt vaporum, qui inter aquam & terram ſunt. Ergò vt medius hic ſenſus eſt, ita medio loco de ipſo tractat Ariſtoteles, Philop.

Ἀκριβοῖ.) Ἀκριβῶς (ἄκρι βάσου.) γινώσκει. ἠκρίβωσε, Matth. 2. Conſtruitur & cum accuſatiuo, ἀκριβῶ τὴν δ' τὴν τέχνην. Ponitur autem hic abſolutè.

Διὸ καὶ φρονιμώτατόν ἐστιν.) Quaſi hæc cauſa ſit efficiens: cum potius ſit ſymptoma vel σημεῖον.

Sunt qui ſubtilitatem animi conſtare, non tenuitate ſanguinis putent, ſed cute operimentisq́ corporum magis aut minus bruta eſſe, vt oſtrea & teſtudines: boum tergora, ſetas ſuum obſtare tenuitati immeantis ſpiritus, nec purum liquidumq́ tranſmitti: ſic etiã in homine cum craſsior calloſiórue excludat cutis: ceu

verò

verò non crocodilis & duritia tergoris tribuatur & ſolertia. Hippopotami corij craſsitudo talis, vt inde tornentur haſtę, & tamen quædam ingenio modica diligentia, &c. Ergò cutis ipſa ſenſu caret, maximè in capite, &c. Hæc Plinius libro 11. cap. 39.

Ἐν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων.) Vide in Phyſiognomicis cap. 12.

Παρ' ἄλλο.) An ab alijs quoq; ſenſorijs; vel partibus eorum externis Phyſiognomica ſigna ſumuntur; vt oculis, auribus, figura, magnitudine, &c. at non à mollitie & duritie ipſorum.

Μαλακόσαρκοι.) Natura ſcilicet non labore aut exercitio.

Ἔστι δ' ὥσπερ χυμός.) Nomina quidem eadem ſunt; re verò ſæpius differunt, nam quæ benè olent, pleraq; amara ſunt.

Τοῦ ἀκούστου.) Per ſe. Ἀνηκούστου.) per accidens: vt nauta præſens cauſa eſt conſeruatæ nauis, ita abſens perditæ per accidens.

Ἀνοσφράντου.) Ἀνόσφραντα, vt quæ nec exhalare, nec euaporare poſſunt: weder reuchen / noch dempffen / noch brünnen / noch netzen / noch ſchmeltzen. Vel quæ ad alios ſenſus pertinent: vel quæ potentia non actu ὀσφραντὰ ſunt.

Καὶ φαύλως.) Themiſt. Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ μικρὰν ἔχον (vt tenebræ) καὶ τὸ φαύλην λίαν, καὶ οὐκ ἡ ὄσφρησις οὐκ ἀνέχεται. Sed poteſt etiam φαῦλον pro exiguo accipi, vt malignè creſcere Latinè dicitur. Sic videtur Philoponus 56.b.

Ὄσφρησις κριτική ἐστιν, εὐωδῶν καὶ δυσωδῶν ὀσμῶν, καὶ τῶν μεταξὺ (an ſi omnia μεθ' ἡδονῆς καὶ λύπης odorantur, omnia εὐώδη aut δυσώδη nobis ſunt? & nulla μεταξὺ) σηπομένων τε, καὶ βρεχομένων, ἢ τηκομένων ἢ θυμιωμένων. Suidas in ὄψις.

Τὰ ἄναιμα.) Non ſolum in aquis vt oſtracoderma; ſed etiam in terra & aëre.

Καὶ τὰ ἐν ἀέρι.) vt inſecta, apiculæ, Simplicius.

Ὁ δὲ ἄνθρωπος.) Et alia quæ reſpirant. Sic intellige in ſequentibus quoque vbi nomen ἀνθρώπου.

Καὶ εὐώδους.) Scilicet αἴσθησις vel ἀντίληψις.

Φθειρόμενα φαίνεται.) Serpentes præcipuè ab huiuſmodi grauibus aut fœtidis pereunt: anguſta enim ſpiracula habent, quæ mox obſtruuntur: item apes fumo, quo & erucę pereunt. Videtur & cerebrum ſua reſpiratione, ſicuti cor, opus habere per nares aut palatum (& forte hac penitus obſtructa, apoplexia contingit) & ſpiritum animalem aëre externo foueri. An inſecta pereunt, cum aër, cuius ambitu refrigerantur, craſsior vel calidior eſt: vt etiam reſpirantia. Is enim vel non penetrat cutim, vel cum calore: quare oleo etiam & ſaliua pleraque pereunt poris obſtructis, per quos refrigerari debent.

Ἰσχυρῶν ὀσμῶν.) Vt à muſto bulliente in cella vinaria: in fodinis, in puteis tectis, in locis clauſis, à fumo carbonum.

Ἀναγκαῖον.) Themiſtius. Apparet ergò quòd odorentur: ſed quomodo ſine ratione id faciunt, id, &c.

Οὕτως καὶ τὸ ὀσφραντικόν.) An inſpiratione opus eſt, vt per oſſa ἠθμοειδῆ tranſeat aër odore imbutus? humore enim aut muco meatus illorum oſsium plerumq; pleni ſunt, qui inſpirando repelluntur. Item cum expiramus, repellimus aërem, quare non poſſumus odorari niſi inſpirando. Cætera verò animalia cum non repellant, admittuntur, & inſpiratione eis ad hunc ſenſum opus non eſt.

Citantur verò hæc Ariſtotelis verba, atque etiam refutantur à Galeno in libello περὶ ὀσφρήσεως, cap. 5. De odoratus inſtrumento.

Ἀνάλογος εἶναι.) Scilicet ἔοικε.

Ἐν τῷ ὑγρῷ ἀδύνατον.) Ergo inſpiratio non quidẽ olfactus, ſed apertionis meatuum cauſa eſt.

Ἡ ὀσμὴ τοῦ ξηροῦ.) nõ omnino & terreſtris ſicci, ſed ignei & q̃ caleſceat & igniatur.

Δυνάμει τοιοῦτον.) An τοιοῦτον, οἷον περ ἡ ὀσμὴ ἐνεργείᾳ: οἷον τὸ ὀσφραντόν. Cum verò iam olfacit, tum ὀσφραινόμενον, non ſolum ὀσφραντικὸν dicendum eſt, Them.

CAPVT DECIMVM.

Τὸ δὲ γευστὸν, &c. *De Guſtu & Sapore.*

Ἔστιν ἁπτόν τι.) nam & ὑγρὸν.

Ἀλλοτρίου, externo.

Οὐδὲ γὰρ ἡ ἁφή.) Nam hi duo ſenſus, etiamſi aliquo indigeant medio, id tamen non externum, ſed ipſorum aliquid, ſiue aliqua eorum pars erit; nempe caro, aut aliquid analogum carnis medium tactus.

Ἐν ὑγρῷ ὡς ὕλῃ.) Sapor, id eſt, qualitas guſtabilis, omnis eſt in humore aliquo, qui etiam tactilis eſt: itaque cum tactu affinitatem habet hic ſenſus. Odor, ſonus, color non item. Odor, ſonus, color cum meræ ſint qualitates, non miſcentur cum ſuo medio aëre vel aqua. Sapor verò quoniam in humore eſt, non tanquam in medio, ſed materia inſeparabili, cum eo ſemper miſcetur, nec ſine eo ſentiri poteſt.

Διὸ καὶ εἰ ἐν ὕδατι.) Sic vrinantes ſentiunt ſalſedinem maris.

Τὸ δὲ χρῶμα.) Ποιότης γὰρ ὑγροῦ ὁ χυμὸς, non tamen quatenus humidum eſt, omnino ſaporem habet, ſed alias differentias, τὸ εὐειχτον, τὸ εὐόλισθον, τὸ εὐδιαίρετον. Sed ſapor ſine humore eſſe non poteſt: itaque accidit ei per ſe, non autem contra.

Ὡς μὲν οὖν τοῦ μεταξὺ.) An legendum τὸ μεταξὺ.

Οὐδὲν ἔστιν.) Nullum eſt in his ſenſibus. Ergo medium (externum ſcilicet & alienum) in his ſenſibus deeſt: reliqua verò conueniunt his & aliis ſenſibus, Themiſtius.

Τὸ ἁλμυρὸν.) Scilicet ὕδωρ. οἱ ἅλες, Them. Sed potentia humidus eſt, & mox vt linguam tetigerit, liqueſcit.

Εὔτηκτον.) δυνάμει ὑγρὸν.

Ὥσπερ δὲ καὶ ἡ ὄψις.) Senſus quilibet, quomodo tum ſuum obiectum, tum eius priuationem iudicet: item tùm actum tùm potentiam obiecti ſui.

Ἄλλον δὲ τρόπον τοῦ σκότους.) A tenebris enim nihil patitur: ab eximia luce patitur & læditur. Vel actum per ſe, priuationem per accidens, vt nauta, &c. Vel actum ſenſus ipſe noſcit, priuationem phantaſia ſeu ſenſus communis.

Ὅλως λέγεται.) ἁπλῶς.

Μὴ ἔχῃ.) ſcilicet τὴν ἐνέργειαν. Μὴ ἔχῃ vel φαύλως, pro parum vel ineptè, nam apodes aues habent quidem pedes, ſed breuiſsimos & ineptos, & mala punica apyrena, habent quidem pyrênas, id eſt, nucleos, ſed paruulos. Vide indicem Senecæ.

Obſeruandum eſt Parentheſi includenda eſſe hæc verba, clarioris doctrinæ, & melioris ſenſus gratia: ita vt prima pars eius incipiat ab, τὸ γὰρ σκότος, ἀόρατον, &c. Poſtrema pars ſeu concluſio, καὶ τὸ ἀπύρηνον.

Καὶ ἀγεύστου.) Ἄγευστον dicitur multifariam. 1. Ἄγευστον eſt, vt lapis, διὰ τὸ λίαν ἐλλείπειν, quòd nimis parum ſaporis habeat. 2. Τῷ λίαν ὑπερβάλλειν καὶ φθείρειν τὴν γεῦσιν, vt nimis acria, acerba, acida. 3. ὡς ſimpliciter, vt vox, aër. 4. ὡς ἀδυνάτον, huius γεῦσις non eſt ſenſus.

Φαῦλον ἔχον χυμὸν, vt lapis.

Ἢ φθαρτικὸν, vt nimis acria.

Δοκεῖ δέ.) Adde ἢ ὅλως καὶ ἁπλῶς ἄγευστον. tanquam materia.

Τὸ ποτὸν.) familiaris potus.

Ἄποτον.) noxius potus. Sic abſinthium. An vt ὑγρὸν principium quoddam eſt, ceu materia, τοῦ γευςοῦ: ita etiam τὸ ποτὸν καὶ ἄποτον: vtpote μάλιστα καὶ πρώτως ὑγρόν: non tamen quatenus ὑγρὰ aut ποτὰ ſunt, eatenus guſtabilia, ſed materia ſolùm, actu autem guſtabilia, ſicco accedente.

Τὸ δὲ, κατὰ φύσιν.) Τὸ ποτὸν, γευςὸν ἐστι, καὶ τοῦ κατὰ φύσιν γευστικοῦ τελειωτικὸν καὶ σωστικόν.

Τὸ ποτὸν ἁπλὸν.) Ἁπλὸν quatenus humidum eſt, & eatenus, ſi & τὸ ποτὸν ἀρχὴ γευςοῦ, & τὸ ἄποτον ἀρχὴ ἀγεύςου. Γευςὸν, quatenus ἔγχυμον, id eſt, ſaporem habet, Themiſtius.

Πάσχει ἡ γεῦσις, &c. An, non quatenus humidum eſt, id enim tactus eſt.

Τὸ δυνάμενον ὑγραίνεσθαι.) Δεῖ οὖν αὐτὸ δυνάμει μὲν εἶναι ὑγρὸν, ὑγραίνεσθαι δὲ ἐνεργείᾳ: καὶ οὕτως ὥστε σῴζεσθαι αὐτοῦ τὴν οἰκείαν κατασκευὴν καὶ ὁπηνίκα ὑγραίνηται, Them.

Μὴ ὑγρὸν δέ.) Non admodum humidum ſed parum. An vt auris habet ſonum quendam innatum, vel aërem potius, ſed paucum & tranquillum: ſic lingua quę ſpongioſa & glanduloſa eſt, humorem quidem in ſe habet, ſed paucum & inſipidum?

Αὕτη γὰρ ἁφὴ γίνεται.) Potius quàm γεῦσις. Ὥσπερ ἐπὶ τῶν καμνόντων: τότε γὰρ διὰ τὴν ἐγκεχυμένην ὑγρότητα τῆς πρώτης ἀντιλαμβάνεται, Them.

Περιγευματίσας.) Περιγευσάμενος, Them.

Γευστικὸν ἐστι.) Guſtatorium organum.

Γευςὸν) Guſtabile.

Τὸ ποιητικὸν ἐντελεχείᾳ.) Τὸ ποιοῦν ἐντελεχείᾳ τὸ ὄργανον, οἷον αὐτό.

CAPVT VNDECIMVM.

Περὶ δὲ, ἁπτοῦ καὶ ἁφῆς. *De ſenſu Tactus. De tactu quæſtiones duas proponit. Vna an ſit vnus. Solutio, non eſſe vnum. Altera, carnem non eſſe ſenſorium tactus, ſed intermedium, aut operimentum ſenſorij.*

Η γὰρ ἡ ἁφὴ, &c. Conſiderandum num γὰρ huic loco rectè conueniat, an non.

Τὰ ἁπτὰ πλείω.) Plura & genere diuerſa. Videtur autem hic addendum, καὶ τούτων ἕκαστον ἐνέργεια τοιοῦτον, οἷον ἡ αὐτοῦ αἴσθησις δυνάμει: καὶ ἀνάπαλιν. Sic enim illud γὰρ præcedens conueniet.

Καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις.) in ijs quæ carnem non habent, vt inſectis.

Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐστι.) ἡ σάρξ, ἢ τὸ ἀνάλογον. Aphrodiſienſis quidem voluit carnem eſſe primum ſenſorium tactus.

Ἄλλο τι ἐστιν ἐντός.) Cor, huius & guſtatus. Vide in libro de Senſu.

Πᾶσά τε γάρ.) Obiectio, tactum non videri vnum ſenſum, habet enim plures ἐναντιώσεις, & inter ſingulas propriam mediocritatem, contrà quàm alij ſenſus.

Καὶ τῶν ἄλλων ὅσα.) Βαρὺ, κοῦφον: λεῖον, τραχύ: μανὸν, πυκνόν: Galenus extrema pagina libri tertij de differentijs pulſuum, oppoſitas qualitatum tactilium coniugationes ſeptem ponit: nempe tres hic memoratas, & inſuper, graue, leue: aſperum & lene: friabile & lentum: craſſum & tenue. Quibus an addemus μανὸν, καὶ πυκνόν; an potius ad figuram ſeu ſitum pororum pertinere dicemus? Tactiles qualitates ſunt, inquit Simplicius, corporis differentiæ, quatenus corpus eſt: vt primæ imprimis, calidum, frigidum, humidum, ſiccum: nam ſecundæ ad primas reducuntur. Sunt autem omnes hæ differentiæ ἔμμεσοι.

Ἔχει δέ τινα λύσιν.) Solutio probabilis.

Ἀλλὰ καὶ μέγεθος.) Non molis, ſed ſoni: ceu propriam eius differentiam, ideò φωνῆς addit Simplicius.

Διαφοραὶ τοιαῦται.) Themiſtius habet, ἴσως τοιαῦται. Vt ſi magnus color dicatur, qui ſplendidus ſit, auri, argenti: paruus, qui obtuſior, vt plumbi: item lenis color, eorum quæ aſpectu grata ſunt. Multæ etiam ſunt differentię viſibilium omnium, τῶν τε φωτιζόντων, καὶ τῶν ὁρωμένων ἐν σκότει, καὶ τῶν διαφανῶν.

Ἀλλὰ τί τὸ ὑποκείμενον.) Quod nam igitur ſit (genus.) Contra ſolutionem argumentum: atqui differentiæ illæ in cæteris ſenſibus, ſecundum communia obiecta ſunt, vt magnitudinem & figuram: (nam aſperum quoque & leue ad figuram videntur referri) vel à tactu metaphoricè dici. In tactili verò genere quas diximus differentias ei propriæ ſunt: vno tamen communi nomine appellari non poſſunt, Themiſt. quare adhuc relinquitur, tactum licet vnus videatur ſenſus, eſſe tamen plures. Sed Simplicius aliter hunc locum interpretatur, & Ariſtotelem ait dicere, ſenſus etiam alios circa differentias plures & contrarias verſari, vt auditum circa ſoni ὀξύτητα & βαρύτητα, & eiuſdem magnitudinem ac paruitatem, non tanquam ſenſibile commune (nam circa magnitudinem cœli commune obiectum viſus & tactus tantùm verſantur) ſed ceu proprium quoddam, vtpote differentiam vocis. Eſto hoc, & ex aliqua parte ſoluta ſit quæſtio: adhuc tamen dicemus, differentias illas in alijs ſenſibilibus vnius obiecti communes differentias eſſe: in tactu non item; neque enim vno nomine obiectum eius dici poſſe, nec vno genere contineri. Plutarchus ita ſentit, vt Simpl. Alexander vt Themiſt.

Πότερον.) Altera quæſtio.

Ἅμα θιγγανομένων.) Mox vt tanguntur. Scilicet ἡμῶν. τὸ γὰρ εὐθὺς τὴν αἴσθησιν ἅμα θιγγάνοντι, οὐκ ἀκριβὲς σημεῖον, id eſt, non ſufficiens ſignum eſt, ad probandā carnem eſſe organum tactus.

Ἐπιτείνειν.) Περιτείνειν.

Ὑμένα ποιήσας.) ἢ λεπτὴν ὀθόνην. Etiamſi linteolum ſuper cute noſtra extenſum eſſet, nihilominus ad primum ſtatim tactum, qualitates tactiles perciperemus, nempe caliditatem, frigiditatem, humiditatem, ſiccitatem, duritiem, mollitiem, Themiſtius.

Ὁμοίως.) Ὅμως, Themiſtius.

Ἁψάμενος.) paſsiuè: vel ἁψαμένοις legendum: attactus ὁ ὑμὴν.

Θᾶττον ἔτι.) Ὡς οἱ μῦθοι φασὶ τὸν χιτῶνα τοῦ ἡρακλεῖ.

Μόριον τοῦ σώματος.) Οἷόν ἐστιν ἡ σάρξ.

Περιεπεφύκει ὁ ἀήρ.) Veluti pars corporis noſtri externa: ſic vt oculi, aures & nares non apparerent. Sic enim fortè & caro foris appoſita eſt, & ſuper extenſa organis interioribus, diuerſis, totidem ſcilicet, quot contrarietates in genere tactilium ſunt.

Senſus, alij organa manifeſta foris habent, & medium eorum extra nos eſt. Tactus non item, quare de ipſius organo dubitatur, quod ſit & quotuplex.

Ἑνί τινι.) Δι' ἑνὸς αἰσθητηρίου, Themiſt.

Οσφρησις.) Μὴ διακεκριμένων τῶν ὀργάνων, id eſt, non diſtinctis organis in corporis ſuperficie. ἐν τῷ περικεχυμένῳ ἀέρι: ἀλλὰ διὰ πάντων ὁμοίως καὶ τὰ χρώματα ὁρώντων ἡμῶν, καὶ τοὺς ψόφους ἀκουόντων, καὶ τὰς ὀσμὰς ὀσμωμένων. Nunc verò quoniam organa foris apparent, ſenſus eſſe diuerſos conſtat. De tactu non item. Sic Themiſtius. Ego δι' οὗ αἱ κινήσεις, de medio acceperim, nam & in ſingulari numero effertur.

Δι' οὗ γίνονται.) Id eſt organa, Them. Ego potius de medio hoc intellexerim, vt & Simplicius. Nempe, quum medium illorum ſenſuum extra nos, & nulla pars noſtri ſit.

Ἄδηλον.) an plura ſint ſenſoria, vel vnum.

Ἔμψυχον σῶμα.) Vt carnem, vel eius loco aliquid noſtram ſuperficiem circumdans.

Si omnis

Si omnis ſenſus per medium, ergò & tactus. Sed inter tactile & tangendi vim, aut organum, nihil medium eſt quàm caro; quamobrem caro erit ipſum tactus medium. Sed vt mox ſequitur, Ἀποκρίσειε δ᾽ ἄν τις: quaſi caro non ſit medium tactus, ſed aër vel aqua inter tangens & tactum ſemper, vtcunque minimum intercedens: quare ne propriè quidem videbitur tactus dici, cum aliquid intercedat.

Καὶ τὸ σῶμα.) τὴν σάρκα.

Δηλοῖ δὲ ὅτι.) Quamuis caro vna eſt, non idcirco neceſſe eſt vnum eſſe ſenſum, Themiſtius.

Εἰ μὲν οὖν ἡ ἄλλη.) Themiſt. legit, καὶ ἄλλη.

Ἠσθάνετο.) Τῶν τε ἄλλων ἐναντιώσεων καὶ τοῦ χυμοῦ, &c.

Διὰ τὸ μὴ ἀντιστρέφειν.) ſcilicet τὰ ὄργανα: ἀλλὰ δι᾽ οὗ μὲν μορίου τῶν χυμῶν αἰσθανόμεθα, διὰ τοῦ αὐτοῦ καὶ τῶν ἁπτῶν: δι᾽ οὗ δὲ τῶν ἁπτῶν, οὐ διὰ παντὸς καὶ τῶν χυμῶν, ſed ſola lingua, Themiſt.

Ἀποκρίσειε.) Si neceſſariò aëris vel aquæ aliquid interuenit, inter tangens & quòd tangitur, quomodo fit propriè tactus? hic enim ſine vllo medio externo fieri debet.

Εἰ πᾶν σῶμα.) Quantulumcunque.

Βάθος ἔχει.) Craſsitiem ſuam habuerit.

Μεταξύ.) Μέγεθός τι.

Τὸ διερόν.) Superficiè tantùm madidum, à δίνημι vel δίεμαι, quod eſt in liquore aliquo diſſoluo, vnde διεὶς ἐν ὄξυ, diluere.

Ὕδωρ εἶ), ἤ.) ſcilicet τὸ ὑγρόν: aut aliquid aquæ habere; ſaltem in ſuperficie, vt madidum.

Ἅψεσθαι ἄλλο, &c. Ἀμέσως.

Ἄλλου ἐν ὕδατι.) Notandum Themiſtium proximè his verbis ſubiungere videri, ea quæ paulò poſt hic ſequuntur, ὥσπερ καὶ τὰ ἐν τῷ ὕδατι ζῷα, εἰ διερὸν διεροῦ (vt piſcis piſcem vel hamum) ἅπτεται. Sic neque hamus attingeret piſces, neque ipſi piſces ſe inter ſe, ſi ſemper aqua intercederet. Item ſi medium externum requiritur, vt aër vel aqua ad tactum; quomodo ipſe aër & aqua contingentur? Vide Themiſtium.

Τὸν αὐτὸν τρόπον.) τυχόν, Simplicius.

Πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ.) Ὁ γὰρ ἀὴρ πρὸς τὰ ἐν αὐτῷ ὁμοίως ἔχει τῷ ὕδατι. Id eſt, vt aqua ſe habet, ad eum qui in ipſa fit tactum, ſemper enim interuenit, ſic aër ad tactum qui in aëre fit.

Λανθάνει δὲ μᾶλλον.) Vt animantes aquaticas latet cum aliquid tangunt, aquam intercedere, quantulumcunque. Sic nos latet in noſtro tactu interuenire aërem: nam aër etiam magis latet, vtpote ſubtilior. ἧττον γὰρ αἰσθητὸς ὁ ἀὴρ πρὸς τὴν ἁφὴν, ἢ τὸ ὕδωρ.

Ἅπτεται.) ſcilicet λανθάνει ὅτι ἐστὶ τι ὕδωρ μεταξύ.

Πότερον.) Sequitur ſolutio.

Τῷ ἅπτεσθαι.) Sine medio, tactu immediato.

Οὐκ ἔστιν.) Οὐχὶ τῷ ἅπτεσθαι ἀμέσως.

Δι᾽ ἑτέρου αἰσθανόμεθα.) Senſus ſentiunt per interuallum, idque vel maius, vt primi tres. Minus, duo vltimi, guſtus & tactus. In his igitur latet nos τὸ μέσον, οὐ μόνον ὅτι ὀλίγον, ἀλλ᾽ ὅτι καὶ συμφυὲς ταῖς αἰσθήσεσι.

Διὰ τοῦ μέσου.) An ἀλλοίως.

Ἀλλ᾽ ἐπὶ τούτων.) Ἁφὴ dicitur πλεοναχῶς. Nam magnitudines tangunt

1 Corporeę, corporeas, ἀμέσως, per appoſitionem, cum extrema ſimul ſunt.

2 Incorporeę, incorporeas. Nam & lineæ dicuntur tangere circulos, & circuli ſe inuicem, itidem ἀμέσως, per appoſitionem ſcilicet.

Senſus verò & ſenſibilia non ſic. Quare non mirum ſi ἁφὴ ſit ſenſus, qui aliquo medio fiat: videtur enim nobis nullo mediante fieri. Senſus quidem per ἀντίληψιν fit, tactus verò magnitudinum κατὰ παράθεσιν. *An quia ſenſus res incorporea eſt, ſenſibile verò incorporeum: itaque non eſt neceſſe vt ſe inuicem tangant, ſicuti in prioribus duobus modis.*

Ἐν τῷ ὕδατι, &c. his ſcilicet nos latentibus.

Αὐτῶν ἅπτεσθαι.) αὐτῶν ſcilicet τῶν ἐντὸς αἰσθητηρίων, Them.

Ἀλλὰ διαφέρει.) Guſtus & tactus non quidem ratione medij à cæteris ſenſibus differunt: ſed hoc potius, ὅτι ἐπ' ἐκείνων μὲν οὐ τὸ μέσον αὐτὸ ἀλλοιοῦται (hoc autem verbum quomodo accipiendum ſit, dictum eſt ſupra) ἀλλὰ διὰ τοῦ μέσου τὸ αἰσθητήριον, ἐνταῦθα δὲ ἅμα πάσχει τό, τε αἰσθητήριον καὶ τὸ μέσον, Them.

Τῷ μεταξὺ ποιεῖν.) Τῷ τὸ μεταξὺ ποιεῖν, &c. Themiſtius clarè quidem interpretatur, ſed non ſatis appoſitè ad hæc verba. Simplicius nihil in hæc verba habet. Videnum Iohan. Grammaticus. Iohan. Philoponus ſic. In alijs ſenſibus primò medium afficitur à ſenſibili, deinde à medio ſenſorium: at in guſtu & tactu, ſimul tum medium, tum ſenſorium à ſenſibili patitur. An ſic placuerit? Τῷ τὸ μεταξὺ, (μηδὲν πάσχον) ποιεῖν τι ἡμᾶς. τῶν δὲ ἁπτῶν αἰσθανόμεθα, οὐχ ὑπὸ τοῦ μεταξὺ μηδὲν μὲν πάσχοντος, καὶ διαβιβάζοντος μόνον, ἀλλοιούμενοι, ἀλλὰ (πάσχοντος δὲ καὶ διαβιβάζοντος μόνον, &c. ἅμα τῷ μεταξὺ πάσχοντι καὶ αὐτοί, &c.

Si lingua medium ſolum eſt guſtatus, & caro tactus, cor verò intus τὸ πρῶτον αἰσθητικὸν vtriusque: quomodo vnum organum duobus ſenſibus deſtinatum eſt? idemque etiam omnibus commune: num τὸ πρῶτον αἰσθητήριον ſimpliciter ab Ariſtotele nominatur. Vnum quidem medium diuerſis ſenſibus deſtinari, nihil mirum eſt. An caro potius ſimul eſt medium & inſtrumentum tactus, vt Philopono videtur.

Themiſtius addit & aliud argumentum, quòd caro non ſit organum tactus. Graue & leue non tangentes ſentimus, ſed intrinſeca vi: quare non mirum, ſi idem circa alias contrarietates contingat.

Membrana neruoſa toti carni intexta, primum tactus ſenſorium à recentioribus ſtatuitur. Spiritus quidem eſt commune organum primum omnium ſenſuum: & ſenſus communis in eo repoſitus eſt, Philopon.

Τὸ αἰσθητήριον.) cor nimirum.

Οὔτ' ἐκεῖ.) neque in alijs ſenſibus neque in tactu.

Ἐπὶ τοῦ ὄμματος.) in partem oculi forinſecam.

Ἢ καὶ δῆλον.) Simplicius ἤ. Philoponus nihil. Themiſtius δῆλον ἄρα.

Ἐπὶ τῶν ἄλλων.) αἰσθητηρίων.

Οὐχ αἰσθάνεται.) Scilicet τὰ ἄλλα αἰσθητήρια.

Οὕτως γὰρ ἂν συμβαίνει.) ſic enim, *nempe conceſſo carnem eſſe* τὸ μεταξὺ, ſenſus tactus rectè conueniet cum cæteris ſenſibus.

Ἢ σῶμα.) οὐ καθὸ σῶμα ἔμψυχον.

Περὶ στοιχείων.) De generatione & corruptione.

Ἁφὴ ὑπάρχει.) quaſi fateatur in carne etiam ineſſe, ſed non primùm.

Ὥστε τὸ ποιοῦν.) Quamobrem res actu exiſtens & in aliam agens, in eam potentia exiſtentem agit.

Οὐκ αἰσθανόμεθα.) Non tantùm non interiori tactu, ſed ne carne quidem.

Τῶν ὑπερβαλλῶν.) καὶ τῶν ἐλλείψεων.

Μεσότητός τινος.) Senſus ſunt μεσότητες τῶν ἄκρων, vel potentia ad extrema, ſic virtutes quoque medietates ſunt vitiorum: potentia autem non ſunt vitia: vel, Extremis inuicem reipſa inexiſtentibus & temperatis, vt tactus: vel potentia tantùm inexiſtentibus, vt reliqui ſenſus. Vide Themiſt.

Ἐναντιώ-

Ἐναντιώσεως.) Τῶν ἐν τοῖς αἰσθητοῖς ἄκρων.

Διὰ τοῦτο κρίνει.) Διὰ τὴν μεσότητα ἡ αἴσθησις κρίνει τὰ αἰσθητά.

Τὸ γὰρ μέσον.) Etiam in aliis rebus. Alij quidem ſenſus medietates ſunt τῷ μηδ' ἐν ἔχειν ἂν δέχονται. Tactus autem medietas eſt τῷ ἔχειν ἤδη τὸ μεταξὺ τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ τοῦ σκληροῦ καὶ τοῦ μαλακοῦ. οὐχ οἷόν τε γὰρ αὐτὴν ἁπάσης ἁπτῆς ποιότητος ἀμοιρεῖν. σῶμα γὰρ ἐστι τὸ ἁπτικόν. εἴρηται δὲ ὅτι σώματος ᾗ σῶμα ποιότητές εἰσιν αἱ ἁπταί, &c. Themiſt. Σωματικωτάτη γὰρ τῶν αἰσθήσεων ἡ ἁφή. Καὶ γὰρ τὰ ὑποκείμενα ταύτῃ σωματικώτατα.

Πρὸς ἑκάτερον.) ab vtrouis eorum agente; alterum θάτερον.

Θάτερον τῶν ἄκρων.) Καὶ πάσχει ὑφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων, οὐχ ᾗ ὅμοιον, ἀλλ' ᾗ ἀνόμοιον.

Μικρὰν διαφοράν.) Καὶ γὰρ ἐν ψύχει, ὅτι μὴ θερμὸς ὁ ἀήρ, τῇ ἁφῇ αἰσθανόμεθα: καὶ τοῦ σμικρὰν ἔχοντος θερμότητα, καὶ τοῦ ὑπερβάλλουσαν, Simplicius.

Τὰ φθαρτικά.) Vt vrentia & nimis refrigerantia.

CAPVT DVODECIMVM.

Καθ' ἑκάστην μὲν οὖν.) Communia ſenſuum: hoc eſt, ſenſum recipere ſine materia res ſenſiles. Item non propriè pati ſenſum. Item exuperantias ſenſilium omnibus ſenſibus officere. An res inſenſatæ, ſenſibus affici poßint. Plantæ cur non ſentiant.

Λαμβάνει δὲ.) Λαμβάνει μὲν τὸν χρυσοῦν ἢ χαλκοῦν τύπον, οὐχ ᾗ δὲ χρυσοῦς ἢ χαλκοῦς, οὕτω δὲ καὶ ἡ ὄψις τὸ χρῶμα τοῦ ἔχοντος, καὶ τὸν ψόφον ἡ ἀκοή· οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἡ γεῦσις καὶ ἡ ὄσφρησις, εἰ καὶ μὴ δοκοῦσι. Καὶ γὰρ εἰς ταύτας αἱ ποιότητες μὲν διικνοῦνται. ἡ δὲ ὕλη καὶ τὸ ὑποκείμενον ἔξω. Τὰ δὲ ἄλλα δηλονότι ἄψυχα καὶ ἀναίσθητα τεμνόμενα, ἢ θλώμενα ἢ καιόμενα συνειπούσης πάσχει τῆς ὕλης τῆς τοῦ ποιοῦντος. Τέμνει γὰρ οὐχ ἡ ὀξύτης, ἀλλ' ἡ μάχαιρα, τυπτέσιν ἡ ὀξύτης ἡ μετὰ σιδήρου: & ignis vrit non forma ſua, ſed totus. Quare hæc etiam propriè pati dicuntur; ſenſus non item. In illis, quæ patiuntur materia fiunt agentis: ſenſus non item. nam viſus non dealbatur; ſed recipit in ſe tantùm rationem albedinis. Senſoriorum affectionis finis eſt, τὸ κρίνειν καὶ αἰσθάνεσθαι; inanimatorum verò materia patiens, mutatur in contrarium; & certè materia non poteſt iudicare.

Οὐχ ᾗ χαλκός, quod ad materiam.

Αἴσθησις ἑκάστου.) Οὐδὲν δὲ ἧττον καὶ ἡ γεῦσις καὶ ἡ ὄσφρησις, εἰ καὶ μὴ δοκοῦσι, Them. Imò etiam tactus dixerim. quoniam aër vel aqua aliqua qualitate affecta in horum ſenſuum organa penetrare videntur. quare non videntur ſpecies ſolùm recipere, cum tamen illas ſolas recipiant.

Πάσχει.) Ideſt non à tota rerum ſubſtantia patitur, quæ ex materia & forma componitur.

Ἐκείνων, ſcilicet δεκτικόν.

Ἐστὶ μὲν οὖν ταυτόν, ſcilicet ὑποκείμενον.

Τῷ γε αἰσθητικῷ.) Αἰσθητήριον & αἴσθησις vnum ſunt ſubiecto, vt omnium materia & forma: ratione autem differunt: materia enim eſt corpus quoddam & magnitudo, forma verò λόγος illius.

Ἰσχυρότερα, ὑπὲρ τὴν δύναμιν.

Λύεται ὁ λόγος.) ἡ δύναμις. πᾶς γὰρ λόγος συμμετρία τις καὶ ἁρμονία καὶ οἷον μεσότης.

Οὐκ αἰσθάνεται, ſcilicet φανερὸν ἐκ τῶν προειρημένων.

Αἴτιον γάρ.) Cæteris ſenſibus carere ſtirpes manifeſtiſſimum eſt: tactu verò an careant dubitari poteſt, cum à tactilibus qualitatibus alterentur. Verum ita patiuntur, vt interim non concipiant τὸν λόγον τοῦ πάθους (ἢ τοῦ ποιοῦντος) χωρὶς τῆς ὕλης. Quod ſi haberent etiam ſenſum plantæ, fruſtra haberent, cùm fugere aut ſectari nequeant, ſolo ſcilicet infixæ, Them. Natura autem nihil fruſtra facit.

Μετὰ τῆς ὕλης.) Ingrediente materia, id quòd in nutritione neceſſarium eſt, in ſenſu nequaquam. Trahit quidem vna quæq; ſtirps conuenientem ſibi ſuccum: non conſultò, ſed natura, nec iudicat, ſed abſq; iudicio, vt magnes ferrum, quod & in animalibus fit, trahit enim quæq; pars ſine ſenſu.

Τὸ μὴ ἔχειν μεσότητα.) Quod nō habeant partem aliquam ſui corporis, aut corpus totum, ἐν μεσότητι κεκραμένων τῶν ἁπλῶν ἐναντίων: vt in animalibus caro eſt, vel pars analoga.

Ὁ δ' αὐτὸς λόγος.) Scilicet πάσχειν ἄλλως ὑπὸ τῶν αἰσθητῶν. Tonitru aliquando lapides aut ſtirpes perfringit, non vt ſonus, ſed vt affectio aëris, qui percuſsus percutit. Sic veſtes cum à ſalſugine exeduntur, non tanquam à ſapore.

Οὐδὲ τῶν δυνατῶν.) Nec fieri poteſt, vt à ſenſibilibus quicquam patiatur eorum quæ ſentire poſſunt, niſi vt quodque eſt ſenſitiuum: οὐθὲν δ' ὄντι πάσχειν ἄλλως, εἰ μὴ ᾗ αἰσθητικόν.

Ἀλλ' ἐν οἷς ἐστιν.) Ideſt, ſed ſubiecta, vt aër & aqua: hæc inquam afficiunt corpora. Senſus à qualitatibus patiuntur per ſe: à ſubiectis eorū per accidens. Res verò inſenſatæ contra: à qualitatibus enim nihil patiuntur, niſi per accidens, quatenus iunguntur ſubiectis.

Ἀλλὰ τὰ ἁπτά.) Obiectio. Vt concedatur, dicet aliquis, cæterorum ſenſuum obiecta nil agere in corpora inſenſata, tactus tamen & guſtus obiecta, videntur in ea agere, & ipſa pati ab eis, non quatenus ſenſata ſunt, ſed quatenus corpora ſunt.

Οἱ χυμοὶ ποιοῦσιν.) Vt ſalſugo in veſtem agit.

Εἰ γὰρ μή.) Niſi enim à calido, frigido, humido & ſicco ea pati concedamus, nō inueniemus alia vnde patiantur, ſed prorſus manebunt ἀπαθῆ, quòd eſt abſurdum. A tactilibus igitur omnia etiam inanimata affici patiq; dicendum eſt: non tamen eadem ratione, qua ſenſus tactus ab eis afficitur.

Ἆρ' οὖν κἀκεῖνα.) (Τὰ τῶν ἄλλων αἰσθήσεων αἰσθητὰ) ποιήσει, εἰς πάντα τὰ παθητὰ σώματα, οὐκ αἰσθητικῶς δέ, ὥσπερ οὐδὲ τὰ ἁπτὰ καὶ οἱ χυμοί. Aut, An à quorundam ſenſuū obiectis, non quælibet animata corpora, ſed humida & fluxa tantùm patiuntur, vt aër & aqua, à colore & ſono, in quibus etiam facilè quidem recipitur qualitas, ſed non immoratur nec ſeruatur. Ab odore verò nō hæc ſolùm, ſed & ſolida quędam patiuntur & odore imbuuntur, Philop. Aut fortè dicendum, odorem quoq; cito euaporare (illum ſaltem qui in aëre recipitur aut vehitur:) nam ſi magnos odores, vt caſtoreum, moſchum, cum rebus alĳs ponas, omnia eorum odorem trahent, nec citò dimittent. Paſsio autem omnis in ſenſuū organis excitata, aliquandiu manet. Sed alĳ aliter hunc locum, ſanè obſcurum, interpretantur, vt Philoponus habet: nam Themiſtius nimis breuiter tranſit.

Παθητικόν.) Pro παθητόν.

Οἷον ἀήρ, καὶ ὕδωρ.

Ὄζει γάρ.) In vtroq; eſt πάθος & δύναμις, non in vtroq; κρίσις.

Τί οὖν ἐστι τό.) Quid ergò interest inter odorē ſentire, & ſimpliciter pati aliquid ab odore, vt inanimata patiuntur? An hoc, quòd olfacere cum ſenſu & iudicio fit: aër verò odore imbutus, non ſentit quibus rebus oleat, vel imbutus ſit: ſentitur autem, hoc eſt idoneus fit, vt ſtatim percipiatur.

Ὀσμᾶσθαι.) Ὄζειν μὲν (olere) τὸν ἀέρα λέγομεν: ὀσμᾶσθαι (olfacere) δὲ οὔ.

IN

IN ARISTOTELIS DE ANIMA LIBRVM TERTIVM SCHOlia & annotationes.

CAPVT PRIMVM.

An præter quinq; iam expoſitos, alius quiſpiam ſenſus ſit.

QVanquam in priore libro dubitauimus an plures ſint potētię tactus, &c. non tamen alius præter illos quinq; ſenſus nobis quærendus eſt. Simplicius: Nam ſi tactus, qui tamen infimus ſenſus eſt, tactilia omnia percipit, & nihil relinquit addendum, omnino etiam aliorum ſenſuum nullus, ſenſiliū ſuorum quicquam relinquet incognitum.

Prodeſt ſcire an quinq; tantùm ſint ſenſus; vt ita melius à ratione diſtinguamus ſenſum: & quod quiſq; ſeipſum ſentiat; intelligamus, non alius quiſpiam, Simplicius.

Ἡ μὲν αἰσθητά ἐστιν.) Anantapodoton Simplicio. Argyropylus addit, nullus itaq; tactus vel guſtus vel olfactus, vel auditus, vel viſus deeſſe nobis videtur.

Καὶ αἰσθητήριόν τι ἐκλείπειν.) Nullum αἰσθητήριον nobis deeſſe videtur, nam & ex ſingulis elementorum conſtantia habemus: vt pupillam ex aqua: auditum ex aëre (in aquaticis verò etiam & aqua) odoratum ex vtroq; iſtorum (θάτερον τούτων) Nam ex terra & igne natura nullum fecit organum. Ignis enim ceu vis quædam caloris communis, omnibus ineſt. Terra nimis craſſa eſt, & ad tactū magis quàm cæteros ſenſus pertinet. Ergò tactum habemus ex pluribus elemētis. Talis enim eſt caro, ſi debet ea in αἰσθητηρίοις poni.

Mediorum nullum nobis deeſt: ſiue vnum ſenſibile per diuerſa media percipiantur: ſiue ſenſibilia genere diuerſa per vnum medium.

Καὶ ὅσων μὲν.) Ἐπειδὴ πέφυκεν ἅπαν ἡμῖν αἰσθητήριον, διά τινος μεταξὺ ὄντος ἀντιλαμβάνεσθαι, ἀνάγκη τὸ μεταξὺ τοῦτο, ἢ ἀλλότριον εἶναι ἢ συμφυές. Ἔχομεν δὲ καὶ τὸ συμφυές. τούτῳ γὰρ κέχρηται ἡ γεῦσις καὶ ἡ ἁφή. Ἔχομεν καὶ τὰ ἀλλότρια. τοιοῦτον γὰρ ὁ ἀήρ, καὶ τὸ ὕδωρ οἷς κέχρηνται μέσοις αἱ λοιπαὶ πρὸς τὸ εἰσαγγέλλειν τὰ αἰσθητά. τοῖς μὲν γὰρ πεζοῖς, καὶ πρὸς τὰ χρώματα, καὶ πρὸς τοὺς ψόφους ὁ ἀὴρ ἐξαρκεῖ. Τοῖς δὲ ἐνύδροις τὸ ὕδωρ. ἱκανὸν δὲ καὶ θάτερον αὐτῶν πρὸς ἄμφω: οἷον ἀὴρ πρὸς ψόφους καὶ χρώματα, καὶ ἄμφω πρὸς θάτερον αὖθις. οἷον πρὸς χρώματα ἀὴρ καὶ ὕδωρ. Οὐδὲν ἄρα αὖ τῶν μεταξὺ ἡμῖν ἐλλείπει. Εἰ δὲ τὰ ἀπαγγέλλοντα ἅπαντα ἔχομεν, δηλονότι καὶ τὰ δεχόμενα τὰς εἰσαγγελίας. Οὐδεμία ἄρα αἴσθησις τοῖς ζώοις ἐλλείπει. Hæc puto ex Themiſt.

Διὰ τῶν μεταξύ.) ideſt τῶν ἀλλοτρίων.

Ἁπτόμενοι.) Αἰσθανόμεθα.

Ἀέρι καὶ ὕδατι.) ſcilicet αἰσθανόμεθα: vel αἰσθητά ἐστι.

Ἔχει δὲ οὕτως.) Philoponus diuerſas expoſitiones affert, illas quoq; obſcuras, nec vllam idoneam verbis & ſyntaxi conſtructionem. Simplicius verò ne is quidem ſatis clarè explicat, & Ariſtotelem quoq; obſcuritatis arguit. Obſcura prorſus hæc ſunt: & ex Themiſtio quoq;, vt mihi videtur vix, aut prorſus non aptè exponi poſſunt. Ἔχει δὲ οὕτως, res verò ita ſe habet.

Δι' ἑνός.) Per vnum medium.

Πλείω καὶ αἰσθητά.) An pro καὶ, τὰ, vel ἐὰν. Simplicius nihil.

Τῷ γένει.) Scilicet ἀντιλαμβάνεται.

Τὸ τοιοῦτον.) Alterutrum; aquam vel aërem in homine.

Ἀμφοῖν.) Vt ſoni & colores.

Καὶ ἔστιν ὁ ἀήρ, ſcilicet medium.

Εἰ δὲ πλείω ſcilicet media.

Ἕτερον αὐτῶν ἔχων aqueum vel aëreum organum.

Τοῦ ἀμφοῖν.) Simplicius, τοῦ δι' ἀμφοῖν: & Argyropylus, ſentiet nimirũ id, quòd per vtrumq; ſentiri poteſt: ἀμφοῖν pro ἑκατέροι.

Τῶν δὲ ἁπλῶν.) Corporum ſimplicium.

Ἐκ δύο τούτων.) στοιχείων: vel αἰσθητηρίων, vel σωμάτων ideſt στοιχείων.

Θατέρου τούτων.) Altero, Argyropylus. Malim ἑκατέρου.

Ἢ οὐδενός.) Cauſticus ſcilicet.

Ἢ κοινόν.) Subtilis & non cauſticus, vt elementaris: temperatus ſcilicet.

Μέμικται ἰδίως.) Ideſt ἐναργῶς: nam in alijs etiam terra miſcetur, ſed non ità manifeſtè.

Διὸ λείποιτ'.) Οὐδεμία ἄρα αἴσθησις τοῖς ζώοις ἐλλείπει. λέγω δ' οὐ πᾶσιν, Plutarchus. Vel ὅπερ οὖν ἔφην, τῶν μὲν ἁπλῶν αἰσθητηρίων οὐδὲν ἂν ἡμῖν ἐλλείποι. ἔχομεν δὲ καὶ τὸ σύνθετον ἐκ πλειόνων. τοιοῦτο γὰρ ἡ σάρξ, καὶ τὸ ἀνάλογον, εἴπερ ἄρα καὶ ταύτην ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις θετέον.

Αἰσθητήριον ἔξω, ſcilicet ἁπλοῦν.

Ἔξω ὕδατος καὶ.) Tactu excepto.

Ἔνια ζῶα.) Vt zoophyta excipiat.

Πεπηρωμένων.) Membris capta.

Ὥστε εἰ μή τι.) Præter ea quæ percipimus eſſe. Εἰ μὴ ἕτερον σῶμα παρὰ τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, καὶ τὰ συγκείμενα ἐξ αὐτῶν, οἷα τὰ ἐνταῦθα σύμπαντα σώματα: μήτε πάθος ἕτερον ἐστὶ τούτων τῶν σωμάτων, παρὰ τὰ νῦν ὑπάρχειν δοκοῦντα, οὐδεμία ἂν ἐκλείποι τοῖς ζώοις αἴσθησις.

Ὧν ἑκάστῃ.) Clarius, ὡς ἑκάστης αἰσθήσεως αἰσθανομένης τούτων κατὰ συμβεβηκός.

Κατὰ συμβεβηκός.) Si aliud proprium eorum organum eſſet, vt fortè obijceret aliquis: non enim ita ſe habet.

Ταῦτα γὰρ πάντα.) Atqui non ſentimus hæc per accidens.

Κινήσει αἰσθανόμεθα.) Alteratione ab eis facta, non quòd ipſa moueantur. Ὅτι πάθος καὶ κίνησιν ποιεῖ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις. quare etiam non per accidens ſentiuntur, ſed per ſe. Nam quæ per accidens ſentiuntur, illa nullam motionem aut alterationem in ſenſibus excitant. Sed quomodo quietem motu vel per motum ſentient? an quia etiam à quieſcente re afficimur, Philop. id fortè per accidens.

Τὸ μὴ κινεῖσθαι.) Quod licet non moueatur, ipſa tamẽ moueat ſenſum, Simpl.

Ὁ δὲ ἀριθμός, ſcilicet cognoſcitur.

Καὶ τοῖς ἰδίοις) αἰσθητοῖς ſcilicet. Philoponus addit γινώσκεται.

Ἓν αἰσθάνεται.) Vt continuum, vnum.

Ὁτουοῦν.) Scilicet αἰσθητηρίου.

Οὕτω γάρ.) Nam ſi eſſet aliquis peculiaris ſenſus communium ſenſibilium, vt motionis: tum illa à cæteris quinq; per accidens cognoſcerentur, ſicut & dulce per accidens à viſu cognoſcitur.

Τὸ γλυκύ.) Sentimus aut putamus nos ſentire.

Ἀμφοῖν ἔχοντες τυγχάνομεν.) Colorum nempe & ſaporum. Ideſt per accidens: quod ideo fit, quoniam diſcretos vtriuſq; (ἀμφοῖν pro ἑκατέρου, coloris ſcilicet & saporis) ſenſus habemus. Deinde ſequitur ἧ, vt Simplicius legit, pro καθ' ὅ. Quare cum duo illi in vnum conueniunt, noſcimus (ſenſu communi ſcilicet.)

An medium inuentum, quodammodo eſt καθόλου, cum de extremis prædicetur: & extremum alterum abolitum in memoria, per medium facilius inuenitur.

Καὶ τὸ μέσον πάντων.) Quicquid inter duo extrema.

Εἰ γὰρ μὴ πρότερον, ὅταν ἐπὶ τούτου (ἐπὶ τοῦτο, ſcilicet τὸ μέσον) ἔλθῃ μνησθήσεται, ἢ οὐκέτι οὐδὲ ἄλλοθεν.) Locus eſt ſubobſcurus, nec explicatur à Themiſtio. an legi poteſt, ὡς οὐκέτι δεῖν ἄλλοθεν, ſcil. ἐπιζητεῖσθαι? Alcyonius vertit, Vel non poſthac vel non aliunde conſequetur. Malim, Vel non amplius, nec aliunde conſequet.

Οἷον εἴ τις νοήσειεν, ἐφ' ὧν α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ.) Οἷον ἐκκείσθωσαν ταυτὶ τὰ στοιχεῖα ἰσάριθμα ὄντα καὶ ἀναλογοῦντα τοῖς νοήμασι τῆς ψυχῆς, ἃ κινεῖται ἀναμιμνησκομένη πρὸς εὕρεσιν τοῦ ζητουμένου. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. *Them.* Vt ſi p Leophane, Leoſth. in mētē veniat.

Εἰ γὰρ μὴ τοῦ θ. ε. μέμνηται, ἐπὶ τοῦ ε. θ. ἐμνήσθη.) Καὶ ἐπεὶ μέσον (Videtur μέσα dicere omnia quæ inter duo extrema ſunt) τὸ ε. ὁ τοῦτο εὑρὼν, εἰ μὴ ἅμα τῷ εὑρηκέναι αὐτὸ εὑρήσει καὶ ὅπερ ἐζήτει, ἐπὶ τὸ θ. ἐλθὼν μνησθήσεται. *Themiſtius*. Legit igitur Themiſtius. εἰ γὰρ μὴ ἐπὶ τοῦ ε. μέμνηται (ſcilicet τοῦ ζητουμένου) ἐπὶ τοῦ θ. ἐμνήσθη vel μνησθήσεται.

Ἐντεῦθεν γὰρ ἐπ' ἄμφω κινηθῆναι ἐνδέχεται καὶ ἐπὶ τὸ δ. καὶ [fortè ἐπὶ τὸ α. καὶ ἐπὶ τὸ θ. vel ad duo proxima ἐπὶ τὸ δ. καὶ ἐπὶ τὸ ζ.] ἐπὶ τὸ ε.) τὸν γὰρ ἅπαξ τοῦ μέσου λαβόμενον καὶ ἐπὶ τὸ ἔμπροσθεν (verſus θ.) καὶ ἐπὶ τὸ ὄπισθεν (verſus α. κινηθῆναι ἐνδέχεται. *Them.*

Εἰ δὲ μὴ τούτων τι ἐπιζητεῖ, ἐπὶ τὸ γ. ἐλθὼν μνησθήσεται, εἰ τὸ η. ἢ τὸ ζ. ἐπιζητεῖ. εἰ δὲ μὴ ἐπὶ τὸ α. καὶ οὕτως ἀεί.) οὐδὲν δὲ κωλύει καὶ ὑπερβαλῶς τὰς νοήσεις καὶ ἀνεστραμμένως ποιεῖσθαι, καὶ μετὰ τὸ ε. τὸ θ. νοῆσαι· καὶ ἀπὸ τοῦ θ. τὸ ζ. εἶτα τὸ η. εἰ μὲν οὖν ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τὸ ζητούμενον εἴη, οὕτως εὑρήσει, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ θ. ὥσπερ εἴρηται. εἰ δ' ἐν τοῖς ὄπισθεν, ἐλθὼν ἐπὶ τὸ α. εἰσὶν οὖν τὰ κατὰ τὰ στοιχεῖα νοήματα, ταῦτα; Ἀθῆναι, Λύκιον, οἶκος Πλάτωνος, νεομηνία, συμπόσιον, Σωκράτης, τὸ τυφθῆναι ὑπὸ Σωκράτους, λύρα, *Them.* Vide Hermolaum.

Τοῦ δ' ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ.) Cum ab vno principio motus ad diuerſa fieri poſſit (vt à pleura, ad pleuritidem vel plueroniam.) facilius fit ad familiarius, & ad recētius, niſi quod vetus eſt etiā familiare ſit, & vſu frequenti tanquam recens, vt quæ per ſcientiam exercentur. Ergo tum in veteribus tum in nouis ad συνηθέστερον magis mouemur. (ἀρχῆς, *Them.*

Ὅτι ἐπὶ πλείω ἐνδέχεται κινηθῆναι.) ὅτι πλείους ἐνδέχεται κινηθῆναι κινήσεις ἀπὸ τῆς αὐτῆς

Οἷον ἀπὸ τοῦ γ. ἐπὶ τὸ ζ. ἢ τὸ δ.) οἷον ἀπὸ τῆς πλευρᾶς ὁρμήσειεν ἄν τις καὶ εἰς ἔννοιαν πλευρίτιδος καὶ Πλευρωνίας. εἰ οὖν εἴη συνηθέστερον ἡ πλευρῖτις τῆς Πλευρωνίας, ἕλξει μᾶλλον πρὸς αὐτὸ τὴν διάνοιαν, ὥσπερ τὰ λαμπρὰ τῶν σωμάτων τὴν ὄψιν, *Them.*

Ἐὰν οὖν μὴ διὰ παλαιοῦ κινεῖται, &c.) Οὐ μόνον δὲ διὰ ταῦτα, ἀλλὰ καὶ εἰ ὁ μὲν παλαιὸς εἴη τῶν τύπων, ὁ δὲ νέος, κινήσει μᾶλλον ὁ νέος εἰς τὴν αὐτοῦ ἀνάμνησιν: εἰ μή που εἰς βάθος καθ' ἕξιν ἐπιστημονικὴν ὁ παλαιὸς ἐνσεσημασμένος εἴη, καὶ πρὸς τούτοις συνήθης. ὥσπερ γὰρ νέος ἐστὶ τῇ καθ' ἕκαστον (an ἑκάστην vide Hermol.) μελέτῃ, *Themiſt.*

Διὸ ἃ πολλάκις ἐννοούμενα.) lego ἐννοούμεθα. *Them.* præterit.

Ὥσπερ γὰρ φύσει τόδε μετὰ τόδε ἐστίν.) ὥσπερ δέ εἰσι τινὰ φύσει τόδε μετὰ τόδε, φύσει γὰρ τῇ τε τοῦ πυρὸς ἀναμνήσει ἡ θερμότης ἕπεται, καὶ τῇ τοῦ ἡλίου ὁ φωτισμός: οὕτω καὶ ἔθει. ἔστι γὰρ ἐξ ἔθους τινὰ, ἅπερ ἀναμνησθέντες, εὐθὺς ἀναμιμνησκόμεθα καὶ τὰ μετ' αὐτὰ ὄντα, *Them.*

Οὕτω

Οὕτω καὶ ἐνεργείᾳ.) An quia energiæ repetitæ conſuetudinem faciunt.

Τὸ δὲ πολλάκις φύσιν ποιεῖ.) τὸ δὲ πολλάκις ἐθισθὲν, ὥσπερ φύσις, *Them.* Τὸ πολλάκις, ſcilicet ἐνεργεῖν.

Ἐπεὶ δ' ὥσπερ γίνεται ἐν τοῖς φύσει, καὶ παρὰ φύσιν (ſcil. ἔνια) καὶ ἀπὸ τύχης, ἔτι μᾶλλον ἐν τοῖς δι' ἔθος, &c.) Καὶ ἐπεὶ ἐν τοῖς φύσει γιγνομένοις ἁμαρτία γίνεται καὶ παρὰ φύσιν, ἐνδέχεται τοῦτο συμβαίνειν καὶ ἐν τοῖς δι' ἔθος. εἰ δὲ τοῦτο, οὐδὲν κωλύει ἀναμνησθέντα τοῦ προτέρου καὶ τοῦ ἡγουμένου, ἁμαρτάνειν περὶ τὸ ὕστερον καὶ ἑπόμενον, καὶ κινηθῆναι ἄλλως ἢ ὡς δεῖ. καὶ πρὸς τούτοις ὅταν ἐφέλκῃ (ἀφέλκῃ) ἀπὸ τῆς Πλευρονίας ἡ πλευρῖτις, *Them.*

Αὐτόσε πῃ.) Malim αὐτόσε τι, ideſt, ὅμοιόν τι πρὸς ἑαυτό.

Διὰ τοῦτο καὶ ὅταν δέῃ ὄνομα μνημονεῦσαι, παρόμοιον μὲν, εἰς δ' ἐκεῖνο σολοικίζομεν.) διὸ τοῦτο καὶ ὅταν δέῃ ὄνομα ἀναμνησθῆναι, ἄλλου μὲν παρομοίου μνημονεύομεν, εἰς δὲ ἐκεῖνο σολοικίζομεν· ὁ γὰρ βουλόμενος ἀναμνησθῆναι Λεωφάνην, μνησθεὶς Λεωσθένην, ἐσολοίκισεν ὡς πρὸς τὸν Λεωφάνην, *Them.*

Τὸ μὲν οὖν ἀναμιμνήσκεσθαι τοῦτον συμβαίνει τὸν τρόπον, &c.) Κοινῶς δὲ εἰπεῖν περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, ὡς τὸ μέγιστον ἐν ἀμφοτέροις δεῖ γνωρίζειν τὸν χρόνον.

Τὸ δὲ μέγιστον.) Ad memoriam ſimul & recordationem.

Ἢ μέτρῳ.) καὶ ὡρισμένως, ὡς ὁ μνημονεύω ἢ ἀναμιμνήσκομαι, χθὲς εἶδον, ἢ πρὸ μηνός, *Themiſtius.*

Ἢ ἀορίστως.) ὡς ἁπλῶς πρότερον ᾔσθημαι, καὶ πάλαι ποτὲ τοῦτο εἶδον καὶ ἤκουσα. εἰ γὰρ μὴ τοῦτο γένοιτο, συμβήσεται ἡμῖν ὑπολαμβάνειν, ὡς οὐκ ἀναμιμνησκόμεθα, ἢ (ἢ) μνημονεύομεν, ἀλλὰ νῦν πρότερον (πρῶτον) ταῦτα καὶ οἴκοθεν προβαλλόμεθα, *Themiſt.*

Ἔστω δὲ τι ᾧ κρίνει τὸν πλείω καὶ τὸν ἐλάσσω.) ἔστι δὲ τὸ κρῖνον τὸν πλείω καὶ ἐλάσσω (longius & breuius) χρόνον ἐν τοῖς τοιούτοις ἡ πρώτη αἰσθητικὴ ψυχή, ἡ ἐν τῇ καρδίᾳ καθημένη.

Εὔλογον δὲ ὥσπερ τὰ μεγέθη. νοεῖ δὲ τὰ μεγάλα καὶ πόρρω, οὐ τῷ (οὕτως) ἀποτείνειν ἐκεῖ τὴν διάνοιαν, ὥσπερ τὴν ὄψιν φασί τινες.) ὡς γὰρ ἡ διάνοια (An διανοίας vocabulo hic abutitur pro phantaſia ipſa ſeu ſenſu communi. Nam & phantaſmata ſupra νοήματα & θεωρήματα vocauit, & magnitudinem eſſe ſenſibile commune conſtat.) κρίνει τὰ μεγέθη, οὐ τῷ ἀποτείνεσθαι (ἀποτείνεσθαι) ἔξω πρὸς ἐκεῖνα (ὥσπερ λέγουσιν ἡμᾶς ὁρᾶν, οἱ δι' ἐκπομπὴν ἀκτίνων τιθέμενοι τὸ ὁρᾶν) ἀλλὰ κινοῦσα τοὺς ἀπὸ τῶν μεγέθων ἐναποκειμένους ἐν τῇ φαντασίᾳ τύπους, *Them.*

Εὔλογον δέ.) Τὴν δύναμιν ταύτην, τὴν πρώτην αἰσθητικήν.

Τὰ μεγάλα.) Τὰ μεγέθη. Καὶ πόρρω.) τὰ ἀπόντα: etiam in abſentia.

Καὶ γὰρ μὴ ὄντων ὁμοίως νοήσει, ἀλλὰ τινα λόγον κινήσει. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ τὰ ὅμοια σχήματα καὶ αἱ κινήσεις.) Εἰ γὰρ ἐκείνους (ἐκείνως ideſt, τῷ ἀποτείνεσθαι εἰς αὐτὰ τὰ μεγέθη) ἔκρινεν, ὅτε οὐ παρῆσαν, οὐκ ἂν ἐδύνατο κρίνειν: νυνὶ δὲ καὶ ἀπόντων κρίνει· οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐστιν ἡ διάνοια, ἢ νοῦ μετὰ φαντασίας ἐνέργεια. οὕτως εὔλογον καὶ τὴν αἰσθητικὴν ψυχὴν τίθεσθαι κρίνειν τὸν πλείω καὶ ἐλάσσω χρόνον, ἔνδον μενούσαν καὶ κινουμένην ὑπὸ τῶν ἐνόντων τύπων, *Them.*


Ὅμοια σχήματα.) Vt & in Phantaſia, cum διάνοια nihil aliud ſit, quàm mentis cum phantaſia, operatio, *Themiſt.*

Τίνι οὖν διοίσει, ὅταν τὰ μείζω νοῇ, ἢ ὅτι (an ἢ ὅτε ἐκεῖνα νοεῖ) ἐκεῖνα νοεῖν τὰ ἐλάσσω.) Ἐπεὶ δὲ ἐν τῇ μνείᾳ τῶν περιεκτικῶν καὶ καθόλου λόγων, καὶ οἱ καθ' ἕκαστα καὶ περιεχόμενοι συλλαμβάνονται: καὶ ὅταν ὅλην τινὰ περικοπὴν ἀπὸ βυβλίου, καὶ μακρὰν περίοδον ἀπομνημονεύωμεν, ἐννοοῦμεν καὶ τὰ μέρη. Τὸ γὰρ ὅλον ἐκ μερῶν, μέρη δὲ ἐνταῦθα κῶλα καὶ κόμματα: τίνι διοίσει ἡ διὰ πάντων ὁμοῦ ἀνάμνησις, καὶ κατὰ κοινόν, τῆς ἐν μέρει; ἢ καθόσον συμβαίνει, ὧδε μὲν τῇ τοῦ ὅλου μνήμῃ καὶ τὸ μέρος συνεννοεῖν, ἐκεῖ δὲ τῇ τοῦ καθόλου καὶ τὸ καθ' ἕκαστον, *Themiſt.* Ita differunt vt cum toto quidem ſimul cogitentur etiam partes, & cum vniuerſali ſingula: partium tamen & ſingularium cogitatio præcedit, quòd ex ijs aggregatis totum conſtituatur poſtremo: πάντα γὰρ τὰ ἐντὸς (id eſt, μέρη) τῶν ἄκρων καὶ τῆς ὁλότητος καὶ ἀνάλογα πρός τε αὐτὰ καὶ τὰ ἄκρα, τῷ ἔχεσθαι ἀλλήλων καὶ ἑξῆς εἶναι. Exemplum à Periodo aliqua.

Πάντα γὰρ τὰ ἐντὸς ἐλάσσω, ὥσπερ ἀνάλογον καὶ τὰ ἐκτός.) Πρῶτον (vel πρότερον) μέντοι τὰ ἐντὸς καὶ ἐλάσσω νοήσει τῶν ἄκρων καὶ τῆς ὁλότητος· ἀνάλογα δὲ τὰ ἐντὸς, πρὸς τε αὐτὰ καὶ τὰ ἄκρα, τῷ ἔχεσθαι ἀλλήλων καὶ ἑξῆς εἶναι, ὡς ἐκεῖνα τὰ ἐν τῷ Τιμαίῳ. Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς πατήρ τε ἔργων, ἃ δι᾽ ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα, ἐμοῦ γε ἐθέλοντος· τὸ μὲν οὖν δεθὲν πᾶν, λυτόν· τὸ δέ γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ, λύειν ἐθέλειν, κακοῦ. Δι᾽ ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ᾽ ἄλυτοι τὸ πάμπαν: οὔτι γε μὴν λυθήσεσθε οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας. Τὸ (τῷ) μὲν οὖν δὴ ἅπαντι νοηθέντι, συννενόηται καὶ τὸ μέρος: Τὸ μέντοι, Θεοὶ θεῶν, πρῶτον (πρότερον) ἐπῆλθεν ἡ διάνοια τοῦ μετ᾽ αὐτὸ, κἀκεῖνο τοῦ ἐφεξῆς, καὶ πάντων ὕστερον τὸ κοινόν· τὰ γὰρ καθ᾽ ἕκαστα ὁμοῦ, τὸ ὅλον.

Ἔστι δ᾽ ἴσως ὥσπερ καὶ τοῖς εἴδεσιν ἀνάλογον λαβεῖν, ἀλλ᾽ ἐν αὐτῷ; οὕτω καὶ τοῖς ἀποσήμασιν.) ὡς δὲ ἐπὶ τῶν πραγμάτων καὶ νοημάτων ἔχει, καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου ζητεῖν εὔλογον· τοῖς γὰρ νοήμασι καθάπερ ὁ χρόνος συνείρεται, καὶ ἡ γνῶσις ἅμα· ὅθεν καὶ ὡς τὸ ἔλαττον πρᾶγμα πρὸς τὸ μεῖζον ἔχει, καὶ ὁ ἐλάττων, χρόνος πρὸς τὸν μείζονα ὁμοίως ἕξει· καὶ ἐναλλὰξ (vide Hermolaum) ὡς τὸ πρᾶγμα (πρὸς) ἅπαντα τὸν χρόνον ἔχει, καὶ τὰ μέρη πρὸς τὰ μέρη· δῆλον δ᾽ ἂν εἴη μᾶλλον ἐπὶ τῆς διαγραφῆς. Ἐκκείσθωσαν δύο τρίγωνα, κάτω τὰς κορυφὰς ἔχοντα, καὶ ἐμβεβλημένον ἐν ἑτέρῳ τὸ ἕτερον· καὶ περιέχον μὲν ἔστω τὸ κ μ ν. τὸ δὲ α β ε περιεχόμενον· καὶ τετμήσθω ἡ α β κατὰ τὰ γ ζ σημεῖα καὶ ἐπιζεύχθωσαν κατὰ τὴν ἀντικειμένην τοῦ αὐτοῦ τριγώνου πλευρὰν· καὶ ἐπ᾽ εὐθείας, ἡ γδ. ζη. Τετμήσθω δὲ καὶ ἡ κμ. κατὰ τὸ θλ. καὶ ἐπιζεύχθωσαν πρὸς τὴν ἐξ ἐναντίας τοῦ αὐτοῦ τριγώνου πλευράν: καὶ ἐπ᾽ εὐθείας ἡ θξ. λρ. κείσθωσαν δὲ καὶ ἀμφοτέρων τῶν τριγώνων αἱ τμήσεις τῶν γραμμῶν πρὸς εὐθεῖαν· ἔστω δὲ τὸ ἔλασσον καὶ ἐντὸς, ἅπερ ἡ ψυχὴ νοεῖ πράγματα. τὸ δὲ μεῖζον καὶ ἐκτὸς, ὁ χρόνος ὁ συναισθανόμενος (an συννοούμενος) ταῖς νοήσεσι, *Themiſtius*. Locus eſt obſcurus, & vt videtur à Themiſtio diſsimulatus. Alcyonius quoq; obſcurè vertit. An εἴδη dicemus τὰ πράγματα, vel potius τὰ τῶν πραγμάτων μέρη ἄλλα ἀνάλογον ἢ ἀνάλογα λαβεῖν ἐν αὐτῷ τῷ πράγματι: καὶ τοῖς ἀποσήμασιν ἤτοι τοῖς τοῦ χρόνου μέρεσιν ὁμοίως μέρη ἄλλα ἀνάλογα, καὶ αὐτὰ πρὸς ἄλληλα, καὶ τοῖς τοῦ πράγματος μέρεσι συμβληθέντα Potuit autem εἴδεσι pro μέρεσι dicere: quoniam genus veluti totum eſt, ſpecies verò tanquam pars. Hæc noſtra ſententia cum Themiſtij interpretatione conuenit.

DE PROPORTIONIBVS REI FACTAE CVIVS *meminimus, ad tempus in quo facta eſt res, & vtriuſq; partium ad alterius partes, figura ex Themiſtio.*



Triangulus exterior & maior, temporis eſt: ἡ τοῦ χρόνου ἀποσημάτων.

Interior, rei factæ.

Exemplum accommodatum ad motum.

Vt igitur is qui motus eſt per αβ. βε. ſimul etiam per αγ. γδ. motus eſt & per αζ. ζη. nã vt αγ. ſe habet ad αβ. ſic γδ. ad βε. & vice verſa. Item vt αζ. ad αγ. (ſic ζη. ad γδ.) & viciſsim.

Idem ad cogitationem vel memoriam rei factæ.

Similiter qui animo percipit totas αβ. βε. ſimul comprehendit αγ. γδ. tanq̃ partes. item qui αγ. γδ. percipit, comprehendit etiam αζ. ζη.

Et ſimiliter in tempore.

Nam qui motus eſt per κμ. μν. lineas temporis (in maiore triangulo) idem per κθ. θξ. motus fuerit; & præterea per κλ. λρ.

Eſt

Eſt autem rei αβ. βι. tempus κμ. μν. hoc enim comprehenditur ſtatim cum illius cogitatione. Rurſus rei αγ.γδ. tempus eſt κθ.θξ. denique rei αζ.ζη. tempus eſt κλ.λρ. Conſtant enim hæc omnia ſimul tanquam inſeparabilia & analoga.

¶ Iacobus Scheckius in ſuis annotationibus, multa hic argutè & ſubtiliter diſſerit, ſed obſcurè & exiguo aut nullo cum fructu, vt ego iudico, interpretẽ fortè aliquem Græcum ſequutus. Tranſlationem quidem Alcyonij ipſum hic ſecutum video. Ait autem Ariſtotelem hic oſtendere, quòd ſicuti ex indefinita magnitudine, certa & definita inquiri ac inueſtigari poteſt: ita etiam ſi memoria vel recordatio certi temporis & definiti notitiam in præſentia non habeat, inquiri tamen illud inueniriq́ue poſſe, &c. & τὰ ἐνδὸς, quæ in phantaſia ſint exponit, &c. Mihi verò Themiſtij ſuper hoc loco paraphraſis, vt ſimplicior multò, ita clarior videtur, cuius Scheckium non meminiſſe miror. Quoniam enim memoria & recordatio, non ſine temporis præteriti notione fiunt, docet Ariſtoteles illam notionem aliquando temporis definiti, aliquando indefiniti eſſe: & rem in tempore factam (vt res naturales omnes) in illo tanquam minus aliquid in maiori concludi, ita vt ſingulæ rei factæ partes, ad partes temporis certam analogiam habeant, cumq́ue ijs conſumantur: nam neque temporis notionem abſque rei factæ memoria neq́ue rei notitiam abſq́ue memoria temporis, ad recordationem ſufficere. Nam ſi tempus non ſimul cum re facta animo apprehendamus, non memoria aut anamneſis, ſed phantaſma potius fuerit quod in mente voluitur. Itaque vtriuſq́ue (rei & temporis notitiæ) partes ſic inter ſe congruere oſtendit, ni fallor quemadmodum in phyſicis, motum & tempus: & rei mobilis partes ſimul tranſire, ſeq́ue inuicem deſcribere, neque aliquid horum ſine reliquis eſſe poſſe, oſtendit. Porrò cum in cæteris rebus, vbi minus dicimus tanquã partem reſpectu ſui totius quod maius eſt, partes ante totum ſunt; minus ante maius: hic verò cùm rerum diuerſarum (ſed inſeparabilium ab inuicem) ſint partes quæ inuicem comparantur, neutras aut alteras, ſed ſimul vtráſque conſtare dicimus. hæc αὐτοσχεδίως. Signum dubitandi, his poſtremis Geſnerus appoſuerat; vti etiam ipſe αὐτοσχεδίως ſcripta à ſe teſtatur.

Quod tempus neceſſariò ſimul (cum memoria rei fit) percipiatur.

1 Ad memoriæ & recordationis conſtitutionem neceſſariò tempus συναισθάνεσθαι καὶ συνεννοεῖν oportet: eſt enim hoc de ſubſtantia memoriæ, & neque cogitatione quidem ſeparari poteſt, neq́ue definitione.

À qua facultate.

2 Percipitur autem tempus non ab aliquo ſenſu externo: ſed ab interno primo ſcilicet & communi, in quo etiam phantaſia ſedem habet, cuius opera vtitur ſenſus communis aut διάνοια, vt de rebus etiam abſentibus poſsit iudicare, nempe typos & veſtigia illarum reſpiciens: Itaq́ue etiam temporis quanquam præteriti & abſentis notionem quandam in ſe habet, non per ſe, ſed vnà cum re cuius meminit: ſic inter ſe conferens tempus & rem factam ac ſimul percipiens, vt magnitudines etiam duas maiorem & minorem ſimul percipit, cum ſcilicet ita inter ſe coniunctæ ſunt, vt minor intra maiorẽ, ceu pars intra totum contineatur. nam & res facta eſt quaſi magnitudo interior & minor, & tempus eſt ceu magnitudo exterior & maior.

Quomodo.

3 Intereſt tamen, quòd res facta non eſt pars temporis, neque vt totum aliquid

ex ſuis partibus conſtituitur, ſic tempus ex re aut rebus factis. Hoc verò conuenit, quod vt partes alicuius rei tum ipſę inter ſe, tum ad totum certam proportionem obtinent: ſic partes rei factæ tum inter ſe tum ad tempus comparari poſſunt. item vt totum inſeparabile eſt à partibus: ſic ad memoriam rei, tempus inſeparabile eſt. non autem contrà: nam partes videntur ſeparari poſſe à toto, cum ante totum ſint vel eſſe incipiant, res autem cuius meminimus vndiquaq; cum tempore æqualiter coniuncta eſt, & vtriuſq; partes ſimul conſumuntur, &c.

Ἐν τοῖς ἀποστήμασι.) Temporis ſcilicet præteriti.

Exemplum accommodatum ad motum.

Ὥσπερ οὖν εἰ τὴν αβ. βε. κινεῖται ποιεῖ τὴν αδ. ἀνάλογον γὰρ ἡ αγ. καὶ ἡ γδ. &c.) Ὥσπερ οὖν ὁ κινηθεὶς τὴν αβ. βε. ἅμα καὶ τὴν αγ. γδ. κεκίνηται. ἐντὸς γὰρ καὶ περιέχονται. οὕτως ὁ τὴν αγ. γδ. καὶ τὴν αζ. ζη. ὅπερ γὰρ ἡ αγ. πρὸς τὴν αβ. Idem ad cogitationem. τοῦτο ἡ γδ. πρὸς τὴν βε. ἀνάλογα γάρ. ὅθεν καὶ ἐναλλάξ. Πάλιν ὡς ἡ αζ. πρὸς τὴν αγ. (an addendum ſic ζη. ad γδ. vt in præcedenti quoque.) καὶ ἐναλλάξ. Λοιπὸν ὥσπερ ὁ νοῶν τὰς ὅλας, τὴν αβ. καὶ τὴν βε. συννοεῖ καὶ τὰς αγ. γδ. μέρη οὔσας: οὕτως ὁ τὰς αγ. γδ. (νοῶν, συννοεῖ) τὰς αζ. ζη. Ὡς δὲ ἐπὶ τούτων, καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου. ὁ γὰρ κινηθεὶς τὰς κμ. μν. Χρονικὰς γραμμὰς, καὶ τὰς κθ. θξ. κεκίνηται, καὶ ἔτι τὰς κλ. λρ. ἦν δὲ τοῦ μὲν αβ. βε. πράγματος, ὁ κμ. μν. χρόνος. ἅμα γὰρ τῇ ἐκείνου νοήσει καὶ οὗτος συνήγετο. τοῦ δὲ αγ. γδ. ὁ κθ. θξ. χρόνος. τοῦ δὲ αζ. ζη. ὁ κλ. λρ. (χρόνος) ἅμα γὰρ πάντα καὶ ἀνάλογον, Themiſtius.

Ὅταν οὖν ἅμα ἥτε τοῦ πράγματος γίνηται κίνησις, καὶ ἡ τοῦ χρόνου, τότε τῇ μνήμῃ ἐνεργεῖ.) Φανερὸν οὖν ὡς μνημονεύοντες ἢ ἀναμιμνησκόμενοι, ἐξ ἀνάγκης καὶ τὸν πληροῦντα χρόνον συνεννοούμεθα, Themiſtius.

1 Ἂν δ᾽ οἴεται (ſcilicet μνημονεύειν, vt inſani) μὴ ποιῶν, οἴεται μνημονεύειν.) Διττῶς δὲ συμβαίνει τὴν ἀπάτην κατὰ μνήμην γίνεσθαι, ἕνα μὲν τρόπον ὅταν ἐναλλαγὴ γίνηται περὶ τὰ μνημονευόμενα καὶ τοὺς τύπους. οἷον εἴπερ ἡ ψυχὴ ὁρῶσα τὸ τοῦ Θεαιτήτου φάντασμα, ὑπολάβοι Σωκράτους εἶναι. Τότε γὰρ δόξει μνημονεύειν Σωκράτους, Θεαιτήτου μεμνημένη.

2 Οὐδὲν γὰρ κωλύει διαψευσθῆναί τινα, καὶ δοκεῖν μνημονεύειν, μὴ μνημονεύοντα. Δεύτερον δὲ, [ad illud philoſophi, ἐνεργοῦντα δὲ τῇ μνήμῃ μὴ οἴεσθαι, ἀλλὰ λανθάνειν, μεμνημένον οὐκ ἔστι. ſic enim lego,] ὅταν μνημονεύωμέν του, μὴ συναισθώμεθα δὲ δι᾽ ἑτέραν κίνησιν, ὡς πολλάκις καὶ διαλογιζόμενός τι καὶ ἐννοῶν, τὸ ἔμπροσθεν ἱστάμενον οὐχ ὁρῶ: ὡς ἔοικεν αἱ μὲν τῷ ὀνειρώττοντι, καὶ μὴ συναισθομένῳ, ὅτι ὀνειρώττει, Themiſt. Multi putant ſe meminiſſe, non tamen meminerunt reuera; vt qui φάντασμα καὶ μὴ εἰκόνα ἀντὶ μνημονεύματος καὶ εἰκόνος accipiunt, & hic error eſt, περὶ τὸ πρᾶγμα, vt inſanis ferè accidit. Aliis contra error eſt, περὶ τὸν χρόνον, vt qui εἰκόνα & rem factam; pro phantaſia accipiunt, quia tempus non ſimul συνεννοοῦσι.

Ἐνεργοῦντα δὲ τῇ μνήμῃ.) Vt ſomnians aliquis neſcit ſe ſomniare.

Ἀλλ᾽ ἐὰν ἡ τοῦ πράγματος γίνηται χωρὶς, ἢ αὕτη ἐκείνης, οὐ μέμνηται.) Οὐκ ἄρα οὖν ἔσται μνήμη ἢ ἀνάμνησις, μὴ τῇ τοῦ πράγματος κινήσει καὶ τῆς τοῦ χρόνου ἑπομένης, καὶ ἐπὶ τούτοις συναίσθησις, Themiſtius.

Ἡ δὲ τοῦ χρόνου (ſcilicet μνήμη) διττή ἐστιν.) Τοῦ δὲ χρόνου, ὡς εἴρηται, ὁτὲ μὲν ἀορίστως, ὁτὲ δὲ ὡρισμένως μεμνήμεθα, Themiſtius.

Ὁτὲ μὲν γὰρ μέτρῳ οὐ μέμνηται αὐτῶν. Pro αὐτῶν, αὐτοῦ ſcilicet χρόνου.) ὁτὲ μὲν γὰρ μέτρῳ οὐ μέμνημαι αὐτοῦ: οἷον ὅτι τρίτην ἡμέραν ἔχω πράξας, ἢ πρὸ μηνὸς, Themiſt.

Ὅτι μέντοι ποτὲ ἐποίησεν.) ἀλλ᾽ ἁπλῶς ὅτι πάλαι ποτὲ τόδε ἐποίησα. ὁτὲ δὲ καὶ μέτρῳ. Themiſtius.

Ἀλλὰ μέμνηται καὶ ἐὰν μὴ μέτρῳ.) [ſic enim lego: noſter codex poſt μέμνηται non rectè diſtinguit.]

Εἰώθασι δὲ λέγειν, &c.) σημεῖον δὲ τοῦ μεμνῆσθαι καὶ ἄνευ μέτρου, τὸ εἰωθὸς λέγειν [λέγεσθαι:] ὅτι μέμνηνται μὲν, πότε δὲ οὐκ ἴσασιν, Themiſt.

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ μέμνηται. καὶ ἐὰν μὴ μέξῳ.) Hæc verba Themiſtius omittit. Egó legerim. Ἀλλὰ μέμνηται καὶ ἐὰν μὴ μέξῳ, puncto expuncto.

Ὅταν μὴ γνωρίζωσι, τοῦτο πότε τῷ.) An legendum pro τῷ, Καὶ: Vt ὅταν μὴ γνωρίσωσι πότε καὶ πόσῳ μέξῳ: Vel ὅταν μὴ γνωρίσωσι, τὸ πότε πόσῳ μέξῳ. Vel ſi relinquas πότε τῷ πόσῳ, quando certa aliqua menſura: Vel πότε καὶ πόσῳ, idem videtur ſenſus.

Ὅτι μὲν οὖν οὐχ οἱ αὐτοὶ μνημονικοὶ καὶ ἀναμνηστικοὶ, ἐν τοῖς πρότερον εἴρηται. διαφέρει δὲ, &c. (Themiſtius recte addit καὶ, vt non tantùm quòd iam dixit, homines alij μνημονικοὶ, alij ἀναμνηστικοὶ ſint: ſed etiam actiones ipſæ differant.) τὸ μνημονεύειν τοῦ ἀναμιμνήσκεσθαι, οὐ κατὰ: *Ariſtotelis textus* τὰ *pro* κατὰ *habet.*

Τὸν χρόνον μόνον.) πρότερον γὰρ ἡ μνήμη τῆς ἀναμνήσεως.

Τοῦ δ' ἀναμιμνήσκεσθαι οὐδέν.) τῆς δ' ἀναμνήσεως οὐδὲν, ὡς εἰπεῖν, τῶν γνωριζομένων ζώων, πλὴν ἄνθρωπος μετέχει.

Αἴτιον δ', ὅτι τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι.) ᾧ γὰρ τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι, τούτῳ καὶ τὸ συλλογίζεσθαι. ὡς γὰρ ὁ συλλογιζόμενος τῇδε τὴν δε συνάπτει πρότασιν: καὶ ὁ ἀναμιμνησκόμενος τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσιν, *Themiſt.* Atqui non ſolùm ἀνάμνησις, ſed etiam μνήμη τὰ ἐλάττω τοῖς μείζοσι componit. Μνήμη non eſt tanquam ſyllogiſmus: ſed anamneſis tantùm, quæ à locis quibuſdam, vt ſimilibus, contrarijs, &c. aliquid quærit.

Καὶ ἔστιν οἷον ζήτησίς τις.) ᾧ δὲ τὸ συλλογίζεσθαι, τούτῳ καὶ τὸ ζητεῖν.

Τοῦτο δ', οἷς τὸ βουλευτικ:) τὸ δὲ [τὸ ζητεῖν τούτοις μόνοις ὑπάρχει] οἷς βουλή. ᾧ ἄρα ἀνάμνησις, τούτῳ καὶ βούλησις. Μόνος δὲ ὁ ἄνθρωπος βουλεύεται, μόνος ἄρα καὶ ἀναμιμνήσκεται.

Τὸ μὲν οὖν ἀναμιμνήσκεσθαι ὅτι διανοίας ἐστὶ, δέδεικται. τὸ γὰρ βουλεύεσθαι, νοῦ, *Themiſtius.*

Ἀνάμνησις quanquam peculiaris homini eſt, nec ſine ratiocinatione fit: indiget tamen phantaſia quoque, cuius ratione σωματικόν τι πάθος fit.

Ὅτι δὲ (aliâs ὅτε) σωματικόν τι τὸ πάθος, καὶ ἡ ἀνάμνησις, &c. Ἀλλ' ἐπεὶ χωρὶς φαντασίας τοῦτο ποιῆσαι ἀδύνατον, (τὰ γὰρ ἐν τῇ καρδίᾳ εἴδωλα ἢ τὸ ἐν αὐτῇ πνεῦμα κινοῦσα [ſcilicet ἡ διάνοια] ἀναμιμνήσκεται,) σωματικόν τι τὸ πάθος ἐστὶ, *Themiſtius.* Σωματικὸν, organicum, & ſi non ſine ratione. Perionius legit, ὅτι δὲ σωματικόν τι τὸ πάθος ἡ ἀνάμνησις καὶ ζήτησις, &c. Sed Themiſtius legit, vt hic.

Καὶ ἡ ἀνάμνησις, ζήτησις.) διανοίας ὁρμὴ ἐν τοιούτῳ φαντάσματι. ὡς γὰρ ὁ βουλόμενος ἀναγνῶναι, τὸ βυβλίον ζητεῖ, καὶ ὁρᾷ τὰ ἐν αὐτῷ γεγραμμένα: οὕτω καὶ ἐν τούτοις, τῷ μὲν ἀναγνώσκοντι, ἔοικεν ἡ διάνοια: ἡ καρδία δὲ, τῷ βυβλίῳ: τοῖς δὲ γράμμασι τὰ φαντάσματα, *Themiſtius.*

Σημεῖον δὲ, τὸ παρενοχλεῖν ἐνίους, &c. Καὶ ἔστι σημεῖον τοῦ σωματικὸν εἶναι πάθος τὸ τῆς μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, τὸ παρενοχλεῖσθαι ἐνίους ἄκοντας, καίτοι ἐπέχοντας πάνυ τὴν διάνοιαν.

Καὶ οὐκ ἔτι ἐπιχειροῦντας ἀναμιμ:) καὶ μὴ περαιτέρω ζητεῖν ἐπιτρέποντες, ὅμως οὐδὲν ἧττον ζητοῦσι. [ſed ad contextum Ariſtotelis melius quadrat ἐπιτρέποντας, & ζητεῖν. ὡς καθάπαξ κινηθείσης τῆς καρδίας, ἢ τοῦ ἐν αὐτῇ ὑγροῦ, ἐν τῷ ἐπιχειρεῖν ἡμᾶς ἀναμιμνήσκεσθαι, μηκέτι ῥᾳδίως ἐθέλειν ἵστασθαι, τοιοῦτόν τι πάσχοντες, ὥσπερ ἂν ἡμῶν μὴ ἐθελόντων ἕλκοι τις πρὸς αὐτὸν [αὑτὸν] ἐστράφθαι, Them. Perionius hic diſtinguit, non poſt ἀναμιμνήσκεσθαι: quoniam ἀναμιμνήσκεσθαι referatur ad σημεῖον quod præceſsit.

Καὶ μάλιστα τοὺς μελαγχολικούς.) μάλιστα δ' ἐνοχλοῦνται οἱ μελαγχολικοὶ ὑπὸ τῶν τοιούτων φαντασμάτων, *Themiſtius.*

Τούτους γὰρ φάντασμα κινεῖ μάλιστα.) εὐκίνητοι γὰρ ὄντες, ὡς πολλοῦ καὶ παχέως ἐν καρδίᾳ πεπληρωμένοι πνεύματος ἐπὰν ἑνὸς φαντάσματος κίνησις γένηται, εὐθὺς σωρηδὸν ἀνεγείρεται πάμπολλα, διὰ τὴν ἐν τῷ ὑγρῷ τῆς καρδίας εὐκινησίαν, *Themiſt.*

Αἴτιον δὲ τὸ μὴ ἐπ' αὐτοῖς (αὑτοῖς, *Themiſt.*) εἶναι τὸ ἀναμιμνήσκεσθαι: ὅτι καθάπερ τοῖς βάλλουσιν (βάλλουσι, *Themiſt.* &c.) Ἐπεὶ δὲ πολλάκις ἀναμνησθῆναι βουλόμενοι οὐ δυνάμεθα, ἡ

ὅλως, ἢ οὐ τότε ὅτε βουλόμεθα, αἴτιον τὸ μὴ ἐφ' ἑαυτοῖς εἶναι. ἀλλὰ καθάπερ τοῖς βάλλουσι λίθον, οὐκ ἔστιν, ἔτι (*Ariſtot.*) ἐπ' αὐτοῖς στῆσαι τῆς φορᾶς.

Οὕτω καὶ ὁ ἀναμιμνησκόμενος καὶ ὁ θηρεύων, σωματικόν τι κινεῖ ἐν ᾧ τὸ πάθος.) οὐδὲ γὰρ ἀσώματον κινεῖται καθ' αὑτό. καὶ ὥσπερ τῷ ἀναγνῶναι προτεθυμημένῳ τόδε τὸ χωρίον, οὐκ ἤρκεσε μόνη ἡ τοῦ βυβλίου ἀνάπτυξις, εἰ μὴ καὶ τὸν τόπον εὕροι: οὕτω καὶ ἐπὶ διανοίας καὶ τῶν ἐν τῇ καρδίᾳ φαντασμάτων ἔχει. οὐ γὰρ μνησθήσεται κινοῦσα τὰ εἴδωλα, εἰ μὴ ἐντύχοι ὃ ζητεῖ, *Them.*

Μάλιστα δ' ἐνοχλοῦνται οἷς ἂν ὑγρότης τύχῃ ὑπάρχειν, &c. ὑπάρχουσα, *Themiſt.* ὅθεν καὶ μάλιστα ἐνοχλοῦνται, ὡς εἴρηται, οἷς ἂν ὑγρότης τύχῃ ὑπάρχουσα περὶ τὸν αἰσθητικὸν τόπον, *Themiſtius.*

Οὐ γὰρ ῥᾳδίως παύεται κινηθεῖσα.) οὐ γὰρ ῥᾳδίως παύονται κινηθέντες ἕως ἂν ἐπέλθωσι τὸ ζητούμενον, καὶ εὐθυπορήσῃ ἡ κίνησις, *Themiſtius.*

Διὸ καὶ φόβοι καὶ ὀργαί, ὅταν κινηθῶσιν, ἀντικινοῦντ.) Διὸ καὶ ὀργαὶ καὶ φόβοι ὅταν τι κινήσωσιν, ἀντικινούντων πάλιν ἐκείνων, οὐ καθίστανται: ἀλλ' ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀντικινοῦσι μέχρι τοῦ. οἷον ἡ καρδία κινηθεῖσα ἐν ταῖς ὀργαῖς καὶ τοῖς θυμοῖς, κρείναντος τοῦ λογισμοῦ ὑπὸ τοῦ ζέσαντος αἵματος, καὶ ὡς στερροτέρα μᾶλλον θερμανθεῖσα, ἀντιθερμαίνει τὸ αἷμα, *Themiſt.*

Καὶ ἐν τοῖς φόβοις δὲ γινομένων τῶν ἐναντίων ψύξεως (an διαπτύξεως vel ἀναπτύξεως pro διαστολῆς, vide Hermolaum) καὶ συστολῆς, οὐ ῥᾳδίως ἀποκαθίστανται.

Καὶ ἔοικε τὸ πάθος τοῖς ὀνόμασι καὶ μέλεσι καὶ λόγοις, &c.) ὅταν γὰρ διὰ στόματος αὐτῶν γένηταί τι σφόδρα, παυσαμένοις, καὶ οὐ βουλομένοις, πάλιν ᾄδειν ἢ λέγειν ἐπέρχεται, &c. νὲ *Ariſtot. & Them.*

Οἱ δὲ πάμπαν νέοι καὶ οἱ λίαν γέροντες, ἀμνήμονες διὰ τὴν κίνησιν.) οἱ (Ariſtoteles οἱ μὲν, & οἱ δὲ, hoc loco contrario modo vtitur) μὲν γὰρ ἐν αὐξήσει, οἱ δὲ φθίσει.

Ἔτι δὲ τάγε παιδία.) ἔτι δὲ τὰ παιδία, *Themiſt.*

Περὶ μὲν οὖν μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν.) καὶ τίς ἡ φύσις αὐτῶν.

ΤΕΛΟΣ ΣΥΝ ΘΕΩ.

CONRADI

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS LIBRVM DE SOMNO ET VIgilia, ſcholia & annotationes.

DE SOMNO NONNVLLA AD *Philologiam pertinentia.*

ΥΠΝΟΣ forte ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ πνέοντος: Ex humidis enim vaporibus excitatur. Euſtathio quaſi λύπονός τις, 1287. 60. &c. hinc & *Somnus* Latinum nomen factum, quaſi ſopnus, ſicuti & ſopor dicitur, aſpiratione in ſ. verſa.

Ὕπνος διττός, ὁ μὲν ὡς κύριον ὄνομα, καὶ ὡς ποιοῦν: ὁ δὲ ὡς ἐνέργημα ὑπ' αὐτοῦ ποιούμενος, *Euſtath. in Homerum* 983. 7.

Καὶ ὕπνος ὁ μυθικὸς θεὸς Πασιθέης μιᾶς τῶν χαρίτων ἐρᾶν μυθεύεται. 982. 42. 49.

Καὶ ὅτι ὕπνου προστάτης ὁ Ἑρμῆς ἐνομίζετο, 1471. 20.

Καὶ ὁ ὕπνος ἀντὶ τοῦ ἀγρυπνία ἀντιφραστικῶς ἐν τῷ,

Καμάτῳ ἀδηκότες ἠδὲ καὶ ὕπνῳ, apud *Homer.* 1721. 56.

Περὶ ἐπιθέτων τινῶν τοῦ ὕπνου, οἷον τὸ γλυκὺς, καὶ μελίφρων, καὶ ἀμβρόσιος, πολλαχοῦ παρ' Ὁμήρῳ. Καὶ γεῖφος εἰς ὕπνου ὑπογραφὴν λεγόμενος.

Περὶ δ' ἀμβρόσιος κέχυθ' ὕπνος, Ιλ. β. τὸ ἐκέχυτο ὡς ἐπὶ ὑγροῦ φησι περιεχομένου ὅλῳ τῷ σώματι: τοῦτο δὲ τὴν ἐν ὕπνῳ ἀπραξίαν ὅλου τοῦ σώματος. καὶ διότι ὁ ὕπνος, εἰκότως ἂν ὁ νήδυμος λέγοιτο: ἐξ οὗ, ὡς ἀπὸ ὑγροῦ τινος βαθέος οὐκ ἔστιν ἀναδῦναι τὸν ὑπνώοντα.

Γλυκὺς, Ιλ. α. & β.
Ἐπύμων, Ιλ. ξ.
Μαλακὸς, Ιλ. κ.
Ἥδιστος, Οδ. ν.
Ἀπείρων, Οδ. η.
Λυσιμελὴς, Οδ. υ. & ψ.
Μελίφρων, Ιλ. β.
Λύων μελεδήματα θυμοῦ, Ιλ. ψ.

Γλυκερὸς, Ιλ. ω. & κ.
Λιαρὸς, Ιλ. ξ.
Νήγρετος, Οδ. ν.
Θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικὼς, Οδ. ν.
Λύων μελεδήματα, Οδ. υ.
Ἡδὺς, Οδ. α.
Νήδυμος, Ιλ. ψ.
Σχέτλιος, Οδ. κ.

Ἄναξ πάντων τε θεῶν, πάντων τ' ἀνθρώπων, Ιλ. ξ.

Ἰστέον ὅτι Ὅμηρος μὲν πανδαμάτορα τὸν ὕπνον ἔφη: Σιμωνίδης δὲ σμικροπρεπῶς φησι δαμασίφωτα, δέει τοῦ μὴ καὶ τὸ θεῖον κοιμᾶσθαι. Domat quidem ſomnus omnia τὰ πεφυκότα ὑπνοῦν, tanquam illis omnibus fortior, ἢ πάντων ἄναξ: κατὰ τὸ, Ὕπνε ἄναξ. Ὅτι δὲ καὶ λυσίπονος καὶ λυσιμελὴς ἐστιν, ὡς λύων μελεδήματα θυμοῦ.

Ἐρρέθη ἀλλαχοῦ, Ἔστι δὲ καὶ καμάτων λιμὴν, vt veterum quidam dixit.

Alexis σεμνύνων τὸν ὕπνον, βροτείων πόνων παυστῆρα καλεῖ: καὶ γρῖφον ἐπ' αὐτῷ τοιοῦτον προβάλλει.

Οὐ θνητὸς, οὐδ' ἀθάνατος: ἀλλ' ἔχων τινὰ
Σύγκρασιν: ὥστε μήτ' ἐν ἀνθρώπου μέρει,
Μήτ' ἐν θεοῖς ζῆν: ἀλλὰ φύεσθαί τε ἀεὶ
Καινῶς, φθίνειν τε τὴν παρουσίαν πάλιν:
Ἀόρατος ὄψιν: γνώριμος δ' ἅπασιν ὤν.
Ἀεὶ. Homerus quidem Ioui ἀόρατον τὸν ὕπνον fecit.

Epigramma. Λυσιμελὴς Ὕπνος, καὶ λυσιμελὴς Ἀφροδίτη, τέκνον ἐγείνατο λυσιμελῆ Ποδάγραν.

In Somnum Hymnus Orphei.

Ὕπνε ἄναξ μακάρων πάντων θνητῶν τε ἀνθρώπων,
Καὶ πάντων ζώων, ὁπόσα τρέφει εὐρεῖα χθών.
Πάντων γὰρ κρατέεις μοῦνος, καὶ πᾶσι προσέχῃ
Σώματα δεσμεύων ἐν ἀχαλκεύτοισι πέδησι.
Λυσιμέριμνε, κόπων ἡδεῖαν ἔχων ἀνάπαυσιν,
Καὶ πάσης λύπης ἱερὸν παραμύθιον ἔρδων:
Καὶ θανάτου μελέτην ἐπάγεις ψυχὰς διασώζων.
Αὐτοκασίγνητος γὰρ ἔφυς λήθης, θανάτου τε.
Ἀλλὰ μάκαρ λίτομαί σε κεκραμένον ἡδὺν ἱκάνειν,
Σώζοντ᾽ εὐμενέως μύστας θείοισιν ἐπ᾽ ἔργοις.

Somno vinoq; ſepulti, apud Vergilium legimus, & rectè quidem: nam ab vtroq; *ἀναισθησία* quædam, & veluti mors contingit.

DE SOMNO QVAEDAM GENERALIA.

1. Somni definitiones.

Quid eſt Somnus, eſt ceſſatio ſenſionis propter humidum vaporem & nutritiuum *à nutrimento ortum & eleuatum:* deinde in cerebro refrigeratum qui vel illic, *vt alij ſentiunt*, vel ad cor *Ariſtoteli* delapſus, primum ſenſorium refrigerat & obſtruit. Vel

Somnus eſt quies animalium virtutum, cum intenſione naturalium, *Auicenna.* Vel eſt priuatio diſpoſitionis animæ imperantis ſenſibus & potentijs exterioribus, in qua anima conuertitur ab exterioribus ad interiora.

2. Cauſæ Somni.

Somni *cauſa*
- Formalis, *ceſſatio ſenſus & motus, quæ accidit etiam in apoplexia, epilepſia, vteri ſtrangulatione, animi deliquio vel raptu, ſed non ex eadem materia, et non in eundem finem.*
- Materialis, *vapor humidus & nutritiuus.*
- Efficiens,
  - Calor *natiuus, mouens vapores. Vel Defatigatio primi ſenſorij.*
  - Frigus *cerebri eoſdem condenſans, & in aquam vertens. Poteſt hoc externa etiam cauſa aëris frigidi & noctis adiuuari, vt in tranſeuntibus niues alpium, & locis ſubterraneis, catochis: ſed hic ſomnus nimius, & hoc ipſo præter naturam eſt, nec vapores tantùm denſantur in aquam, ſed congelantur, vt & corpus vniuerſum refrigeretur. Simile huius condenſationis vaporum habetur in arte deſtillatoria.*
- Finis,
  - Proximus, *quies & reſtauratio ſenſuum: vel per illam animalis conſeruatio.*
  - Remotior, *vt iterum ſenſibus vti poſſit, & vigilare animal. hic enim finis hominis eſt, ille animalium aliorum.*

¶ Dormimus vt vigilemus poſtea: non autem vigilamus vt dormiamus: ſicut bellum gerimus, vt conſequamur pacem: & edimus vt viuamus, non autem contrà, vt gulæ deditì homines, quos Socrates dicebat viuere vt ederent, non edere vt viuerēt. Oppoſitorum enim ſemper id quod melius eſt, & veluti habitus, finis eſt alterius, peioris ſcilicet & priuationis: & ſimiliter non oppoſitorum, aliqua tamen ratione coniunctorum, id quod melius eſt, vt alimentum & vita. Illud enim materiæ vicem obtinet, hęc formæ. Forma autē materiæ ſemper præfertur.

3. Quæſtiones de Somno.

Vtrum ſomnus ſit omnium ſenſuum ceſſatio? (non omnia habent omnes ſenſus, tamẽ dormiunt.) Non. Sed primi. In quibuſdam verò omnium per accidens, ijs ſcilicet, quibus contingit habere omnes ſenſus. Qui verò ſit primus ſenſus, & quomodo ἡ πρώτη αἴσθησις, ἡ κοινή, ἡ κυρία, ἡ ἁπλῶς. αὕτη ἅμα τῷ ἁπτικῷ μάλιστα καὶ πρώτως ὑπάρχει, alibi dictum.

An ſomnus & vigilia eiuſdem partis ſint & facultatis, & cur?

Cur à cibo potiſsimùm ſomnus accidat? Item à laſsitudine, & morbis & febribus, quæ humores intus reſoluunt, vnde vapores fiunt.

Cur pueris potiſsimum?

Cur ἀδηλόφλεβοι magis ſomniculoſi? contra οἱ φλεβώδεις & melancholici.

Cur νανώδεις & μεγαλοκέφαλοι.

Cur qui lectioni & cogitationi operam dant?

Cur vrſi, glires, mures alpini, ſerpentes & huiuſmodi φωλεύοντα per hyemem dormiant? An quia parum ſanguinis habent, & paruas venas, multum autẽ carnis & adipis: ſicut & inter homines, obeſi ferè exiguas venas habent, macilenti & ſicciores magnas, quare & hanc ob cauſam dormiunt: & quia cum multum pinguis humidiq́; habeant, id ad venas rapi, inq́; ſanguinẽ verti & alere poteſt, quantum eis ſatis eſt: minimum autem ſufficit dormientibus.

4. Somni & Mortis comparatio.

- Ab *authoritate.*
  - Scriptorum. *Hebræi, & Chriſtiana fides dicit, obdormiuiſſe, quieſcere,*
    - Κοιμητήριον. *Chriſtus ipſe puellam illam dicebat non mortuam, ſed dormire.*
    - Ὕπνος θανάτου κασίγνητος.
    - Somno *vinoq́; ſepulti.*
    - Dimidio *vitæ nos tantùm viuimus, quod vigilamus.*
    - Somnus *nihil aliud eſt quàm mors* πρόσκαιρος, καὶ ἐφήμερος τελευτή, *Chryſoſt.*
    - Somnus *imago mortis.*
    - Homerus, θανάτῳ ἄγχιστα ἐοικώς.
  - More *loquendi, apud Hebræos & Chriſtianos. Vulgò ſomnum vocant quietem ab actionibus: quies hæc eſt ſicut & mors, &c.*
- Rationibus,
  - A cauſa *efficiente: calore ſcilicet paulatim ſe ad interiora recipiente, quoniam & à narcoticis, quæ ſi modicè ſumantur, ſoporem inducunt: ſi immodicè mortem afferunt. Quæ paucum, dilutum, & frigidum ſanguinem habent, ſerpentes vel exanguia, vt inſecta quædam, hyeme tota ſomno reſoluuntur & obtorpeſcunt veluti mortua: item nimis humida animalia in ſanguineis & viuiparis, vt vrſi, glires, ſorices, mures alpini.*
  - A ſubiecto *ſimiliter affecto, Corde videlicet (primum viuens, vltimum moriens) infirmato nimia vigilia, ſomnus obrepit. ſupereſt tamen potentia ad euigilandum, at cùm nimis infirmatum cor, ita obtorpeſcit & agere ceſſat, vt nulla ad reduces actiones potentia ac ſpes ſuperſit, mors eſt. Alioquin definitio vtriq́; conueniret. Dei tamen gratia & beneficio (ſupra naturam) hic etiam ſomnus expergiſcetur aliquando, & corpus reſurget.*
  - A forma, *Species illa externa iacentis, inſenſibilis & immobilis corporis.*

5. Epilogus.

Quoniam igitur ſomnus adeò affinis eſt morti, philoſophia autem mortem

meditari nos iubet, tum gentilium, in primis Platonica, tum multô magis Chriſtiana philoſophia ſiue ad ſomnum nos componamus: ſiue ab eo expergiſcamur, mortem meditabimur, ita vt vitæ authorem Deum Opt. Max. agnoſcamus, & noſtræ infirmitati, tum naturalem ſomnum, tum animæ qui ſupra naturam eſt propter peccatum (cuius ſtipendium mors eſt) adſcribamus. Et cum mors illa quam in hac vita potiſſimum meditari nos iubent philoſophi, ſit animæ ſeparatio à corpore, non contra: quod fit cum anima ſibi per ſe viuit ſpiritu et ratione & concupiſcentijs carnis, & corporis voluptatibus, illecebriſq; ſenſuum ſe abdicat, multò magis qui ipſiſſimam ſophiam Chriſti ſequuntur hoc facient, & corporis membrorumq; ſuorum mortem, hoc eſt animæ ab eis abſtractionem, viuentes adhuc ſemper meditabuntur: quod fiet ſi rebus omnibus externis, ita vtantur, fruanturque, tanquam nō vtantur, ſi ſeipſos negauerint, ſi carnem mortificent, ſi membra à quibus ſpiritus offenditur, abſcindāt, vt oculis, manibus, pedibus, mutili captiq; potius regni cœlorū participes fiant, quàm corpore integro ab illo excludantur.

Iacet corpus dormientis, vt mortui; viget autem & viuit animus: quod multò magis faciet poſt mortē, quū omnino ex corpore exceſſerit, Cic. de Diuinatione.

Somnus videtur eſſe μεθόριον inter viuere et non viuere, Ariſt. de animalibus.

Ὕπνος θανάτου προμελέτησις πέλει, Menander.

Tum conſanguineus leto ſopor, Vergil.

Stulte, quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.
Longa quieſcendi tempora fata dabunt. Ouid.

APHORISMI IN ARISTOTELIS LIbrum de Somno & Vigilia.

1 Somnus & vigilia in eodem ſubiecto, & eadem parte eueniunt.

Sunt enim oppoſita tanquam habitus & priuatio: quę duo ſemper in vno ſubiecto alternis contingunt: vt viſus & cæcitas in oculo, &c.

Item quo argumento vigilare aliquem noſcimus, actione ſcilicet ſenſus aliscuius externi interniue ſoluta & libera: eodem etiam dormire, per accidens noſcimus, ſenſus ſcilicet ceſſatione, (*vt videmus lucem per ſe, tenebras per accidens.*)

2 Ergo ſi vigilia non in alio poſita eſt quàm in ſenſuum actione: nimirum eadem parte qua ſentit, vigilabit quoq; & dormiet animal.

3 Iam cum ſentiendi vis neq; animæ duntaxat, neq; corpori peculiaris ſit, ſed vtrique communis, animæ ſcilicet per corpus (ceu organum) vis mouens & efficiens: apparet ſomnum quoq; & vigiliam communes eiſdem affectiones eſſe: & in nullum corpus inanimatum cadere.

4 Sed ne in animato quidem omnia. Nam ſtirpium genus, quod ſolius nutritiuæ animæ capax eſt abſq; vllo ſenſu, nec vigilat, nec dormit.

5 Cunctis animantibus vtraq; hæc affectio data eſt, tum ſomnus, tum vigilia, vicibus.

6 Nullum verò animal perpetuò aut vigilat aut dormit.

7 Nullum etiam animal nunquam aut vigilat aut dormit.

8 Omnis actio naturalis, ſi temporis terminum, ad quem vt plurimum agendo durare poteſt, exceſſerit, neceſſe eſt vt inualida & impotens reddatur: vt oculi viſio.

9 Ergo etiam ſentiendi actio, ſi vltra tempus ſuum, quo continuari poterat, prorogetur, defatigata remittet: & (eodem momento) excipiet ſomnus: quoniam contrariorum quatenus contraria quæ medio carent, alterum ſemper in ſuo ſubiecto adeſſe neceſſum eſt.

10 Somnus eſt affectio primi ſenſus, cum is propter exceſſum vigiliæ, agere vlterius nequit.

11 Exceſſus autem vigilandi, aliquando vi morbi alicuius contingit: aliâs ſine morbo.

12 Item ſomni exceſſus ſimiliter.

13 Somnus eſt affectio quædam partis (primę) ſenſitiuæ veluti vinculum (cuius ſolutio eſt vigilia) & immobilitas quodammodo. *Definitio ſomni imperfecta.*

14 Omne ferè animalium genus, natatilium, volucrium & terreſtrium, dormire conſtat: vt piſces, mollia: & quęcunque oculos habent, non ſolùm quibus palpebræ ſunt adiunctis, quibus obductis ſomnum conijcimus: ſed etiam quæ illis carent, quibus corneoli & præduri ſunt oculi: & inſecta quoque (ex ipſo ſilentio & quiete) omnia tamen hęc breuiſsimè dormiunt: vt an ſomnum admittant, propemodum lateat. Teſtata quidem ſeu oſtracoderma etiamſi ſenſu nondum conſtet dormire: ratione tamen prædicta, ipſa quoque ſomno frui conſentaneum eſt.

15 In ſtirpium genere ſomnus non eſt, quoniam neque ſenſus.

16 Nihil autem penitus ſentire ſtirpes vel inde claret, quòd neque triſtitia ſeu dolor, nec oblectatio, nec appetitus (quæ ſenſum ſequuntur) in eas cadat.

17 Quòd autem nutritiua animæ vis, cum ſenſu nihil commune habeat, nec eo indigeat, vel inde patet: quòd in ſomno (qui ſenſus vacatio eſt) magis etiam quàm in vigilia proficiat. animalia enim ſomni beneficio aleſcunt augeſcuntque ampliùs.

18 Iam etſi in ſomno ſenſus omnes ceſſant ac feriantur: non ad omnes tamen ex æquo ſomni ratio pertinet: ſed primo ac propriè (vel per ſe) vel ad primum communemque ſenſum, ſiue ad ſenſum tactus. hic enim cum ſenſu communi conuenit inſtrumento, ac tempore, & ad vitam neceſsitate, &c. Quod ſi vel ſenſum communem vel tactum auferas, cæteri omnes collabentur. non autem contrà. tactus enim à reliquis ſeparari poteſt. Itaque ſenſus externi reliqui per accidens in ſomno ceſſant vel impediuntur: tactus autem primo & per ſe.

19 Si ſenſus externos duos, plures aut omnes ſimul agere non eſt neceſſe, imò impoſsibile: (Vnius enim actio intenſior, alterius actionem prohibet:) ſimul etiam omnes quieſcere in ſomno non eſſet neceſſe. quieſcunt tamen per accidens, principio ſcilicet quieſcente: & ne vllus in ſomno ſenſus fiat, cum is ſimpliciter ſenſus priuatio ſit: vel ne aliter partim ſentiat, partim non ſentiat.

20 Vt è ſenſibus ſolo tactu animantes omnes participant, & in omnes etiam ſomnus cadit: ita ſi ſenſionis ceſſatio ſomnus eſt, non cuiuslibet, ſed tantùm communis illius, quę tactus eſt, ſenſionis ceſſatio fuerit. Somnum magis ad tactũ pertinere, quàm alios ſenſus, hinc etiam conſtat, quòd vulgò Germani partem (vt crus) torpeſcentem, vbi ſenſus & motus oblæduntur, obdormiſſe dicunt: at alio quopiam ſenſu læſo, vel impedito, non item.

21 Somnus conſiſtit in ſentiendi vacatione, non quauis tamen in parte, nec quamuis ob cauſam: (nam & in animi deliquia & inſanias (ἐκνοία) aliquas, & cum venæ carotides comprimuntur, ἀναισθησία ſequitur:) ſed cum id in primo ſenſiterio propter vigilandi exceſſum fit, (calore natiuo ad interiora collecto, vbi & alimentum coquit, & vapores mouet) ad ſalutem animalis.

22 *Finis.* Finis propter quem ſomnus in animalibus fit, eſt ipſa quies. quare etiam per excellentiam ſomnus quietis nomine appellatur. quies autem ad ſalutem & conſeruationem animalium requiritur: vt quoniam vigilare, ſentire, moueri, intelligere iugiter non poſſunt, per interualla ſaltem poſsint. Itaque & ipſa vigilia ſomni finis eſt: & hi veluti gradus quidam finium. nempe ſomni primùm finis eſt quies: quietis, conſeruatio animalis: huius rurſum vigilia: vigiliæ autem

motus, ſenſus & intellectus: quę cum optima ſint (intra quidem naturam) vltimi fines ſunt appellandi.

Somnus eſt quidem ἕνεκά του, vt ἕνεκα τῆς ἀναπαύσεως. non autem οὗ ἕνεκα, id eſt non ipſe finis, ſed ipſe finis primus eſt ἡ ἀνάπαυσις καὶ σωτηρία τοῦ ζώου. ſecundus ἡ ἐγρήγορσις. tertius, κίνησις, αἴσθησις, φρόνησις.

Ariſtoteles quidem non videtur dicere ſomnum eſſe propter quietem: ſed ſomnum ipſum quietem appellat. Sed melius & diſtinctius mihi dici videtur ſomnum eſſe propter quietem: hanc verò propter τὴν τοῦ ζώου σωτηρίαν. Idem nimirum Ariſtoteles ſenſit, ſed breuius dicere voluit.

23 *Materia*. Animalia omnia dormire materiæ etiam ratione (quam neceſsitatem ex hypotheſi Ariſtoteles vocare ſolēt) neceſſariū eſt. nam ſi animal naturam ſuā ſeruare debeat, nutriatur oportet: & ſi nutritur, è nutrimento vapores caput petāt oportet: qui illic refrigerati, dū relabūtur deorſum, ſomno materiā præbēt.

24 *Forma*. Forma ſomni ab Ariſtotele nō exprimitur: nec exprimi forte poteſt, cum nihil ſit aut eſſe videatur quàm vigiliæ omniſꝗ apparentis actionis priuatio. Themiſtius tamen formam eius (per accidens nimirum) facit, talem interiorum exteriorumꝗ partium collapſum & diſpoſitionem, σύμπτωσιν καὶ διάθεσιν.)

25 *Efficiens*. Somni cauſa efficiens eſt, motus ſpiritus illius qui in corde fit, ab eoꝗ procedit, vt etiā ſanguis, ex Ariſtotelis ſententia, caloris ſcilicet natiui & vitalis, qui in ſpiritu ceu vehiculo continetur: & vapores mouet vt ſolet, omnis calor in materiam agens. In corde quidem calorem primum plurimumꝗ ineſſe, reſpirantia vel humorem trahentia vt refrigerentur animalia oſtendunt.

26 In exanguibus, quæ cor non habent, pars alia in medio capitis & alui, cordi analoga intelligitur. & in eadem ſpiritum ineſſe ex motu iugi eius partis apparente; & ſi volitent etiam bombo ædito in plurimis inſectis apparet. quanquam aliquis bombi illius non ſolùm aërem internum, ſed etiam externum in ijs quæ ſciſſuram aliquam ſub hypozomate habent, cauſetur.

27 Idem ſpiritus ſi cohibeatur vim & robur corporis intendit, idemꝗ nimirum ſenſui ac motui vim ſuggerit.

28 Omne animal quod mouetur, præcedente aliquo ſenſu, quē vel phantaſmata interiora, vel obiecta exteriora in primo ſenſitorio excitarint, mouetur, propriè quidem in vigilia. Sed in ſomno etiam interdum contingit, vt aliquis à dormiente motus actióue, vt locutio, ambulatio, tanquā à vigilante, perficiatur, (ob phantaſma internum, cum id nimirum eiuſmodi eſt, vt non phantaſma aut imago rei abſentis, ſed præſens aliquod videatur) Ariſtoteles actiones illas ἐγρηγορικὰς vocat, earumꝗ experrectos meminiſſe negat: cum inſomnij propriè dicti meminiſſe ſoleamus. (Themiſtius ἐκνοίας, πνιγμούς τινας, λειποψυχίας, ἐπιληψίας, ſomnos eſſe negat ex eo quòd eorum non meminerint ad ſe redeuntes: quod non probarim. nam & meminerunt aliquando: & alia ratione ſomnos eſſe negandum eſt.)

29 Somnus hoc modo fit: Cum alimentum ingeſtum eſt in ventrē & inteſtina: alimentum in venas (meſeraicas) tranſumitur, inde ad iecur, & ad cor peruenit: (interea ſemper vapores ab eo ſurſum aſcēdunt) & ita fit ſomnus cerebro aut primo ſenſiterio refrigerato, ob vapores frigore cōcretos ſupra, ac relabētes ἀθρόως.

30 Non tamen quælibet primi ſenſiterij (ad ſenſum motumꝗ impotentia, ſomnus eſt. nam ſi etiam lipopſychia ſomnus eſſet, phantaſmata quoꝗ quæ ſæpe οἱ λειποψυχοῦντες, & qui in ecſtaſi ſunt, vident & referunt (vel in ipſo affectu, vel poſtea) ſomnia dici deberent. Sed horum vtrunꝗ falſum eſt. Et ſomnus propriè dictus fit tantùm à vaporibus illis qui à nutrimento vel locis nutrimento deſtinatis exhalant. tales autem plures craſsioresꝗ à cibo fiunt.

31 Craſſos autem & graues illos vapores eſſe, ſomnum præcedens capitis grauitas & mutatio oſtendit.

SCHOLIA ET ANNOTATIONES IN LIBRVM DE SOMNO ET VIGILIA.

CAPVT PRIMVM.

Ὑπόθεσις τῶν ἐφεξῆς λεκτέων. Ὅτι τοῦ αὐτοῦ μέρους δεκτικοῦ τοῦ αἰσθητικοῦ δηλονότι, ἥ τε ἐγρήγορσις ὑπάρχει καὶ ὁ ὕπνος: καὶ ὅτι οὔτε ψυχῆς ἴδια, οὔτε τοῦ σώματος, κοινὰ δέ. Καὶ ὅτι κατὰ μέρος πᾶσι τοῖς ζώοις ὑπάρχει, οὐδέτερον δὲ ἀεὶ, ἢ οὐδέποτε. Καὶ ὅτι φυτῶν οὐδενί.

Περὶ δὲ ὕπνου καὶ.) Σκοπητέον τίνα τε τυγχάνει, ἐν ποίῳ μορίῳ τῆς ψυχῆς: in qua parte animæ, *Themiſtius*.

Καὶ πότερον ἴδια τῆς ψυχῆς.) ἢ καὶ τοῦ σώματος, *Them.* Malim ego, ἢ τοῦ σώματος, vt textus Ariſtotelis habet.

Ἢ τὰ μὲν θατέρου, τὰ δὲ ἀμφοτέρων.) Ἀμφοτέρων ſimul, vt in comate vigili. *Themiſt. omiſit.*

Ἢ συμφαίνει.) Καὶ πότερον συμφαίνει, *Themiſt.*

Τὰ μέλλοντα ὑπ' ἀνθρώπων.) ὑπ' ἀνθρώπου, *Themiſt.*

Ἢ ὧν τὸ δαιμόνιον.) Ἢ καὶ ὧν τὸ δαιμόνιον, *Them.* Epheſius verò ſic interpretatur, ἢ καὶ ἃ ὑπὸ τοῦ δαιμονίου μέλλει πράσσεσθαι.

Καὶ φύσει γίνεται.) An καὶ πότερον φύσει; Themiſtius nihil.

Φανερὸν, ὅτι τοῦ ζώου.) Ὅτι τῷ αὐτῷ μορίῳ τοῦ ζώου, ἥ τε ἐγρήγορσις ὑπάρχει καὶ ὁ ὕπνος, eidem parti animalis, *Them.* Melius, ὅτι τοῦ αὐτοῦ ſcilicet μορίου, vel δεκτικοῦ. Epheſij textus habet, ὅτι τῷ αὐτῷ ζώῳ. Sic infra de inſomnijs cap. 1. οὐ γὰρ ἄλλῳ μὲν τινι τοῦ ζώου ὑπάρχει ὕπνος, &c.

Ἀεὶ γὰρ τὰ ἔχατα.) Καὶ ἀντικείμενα, καὶ ἐπὶ τῶν τεχναστῶν, καὶ ἐπὶ τῶν φυσικῶν, *Themiſt.* Ἕχατα, habitus & priuatio.

Ἐν τῷ αὐτῷ δεκτικῷ.) Vt & ſub eodem genere proximo ſunt.

Λέγω δὲ οἷον.) Οἷον ἁρμονία καὶ ἀναρμοστία περὶ τὸ αὐτὸ, καὶ τάξις καὶ ἀταξία, σύνθεσις, ἀσυνθεσία: (nimirum in artificioſis) ἔτι δὲ νόσος καὶ ὑγεία περὶ τὸ αὐτό. ἐν σώματι γὰρ, *Themiſt.* Textus cum Epheſij ſcholijs melius habet quædam: ſicut & hîc. καὶ κάλλος καὶ αἶσχος, καὶ ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια, καὶ ἀκοὴ καὶ κωφότης (βαρύτης non habet.) Κάλλος καὶ αἶσχος, ἐν τοῖς ὀργανικοῖς, *Them.* ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια, in neruis.

Καὶ βαρύτης.) Videtur κωφότης legendum: & ſic abundabit βαρύτης.

Τὸν γὰρ αἰσθανόμενον.) Γνωρίζομεν δὲ τὸν ἐγρηγορότα τῷ αἰσθάνεσθαι, ἢ τῶν ἐκτὸς τινος κινήσεως, ἢ τῶν ἐντὸς καὶ ἐν αὐτῷ, ὡς λογίζεσθαι καὶ φαντάζεσθαι: καὶ ὑπνώττοντα δ' αὖ λέγομεν τὸν μήτε τῶν ἐξωτερικῶν τινα ἐνεργοῦντα κινήσεων, μήτε τῶν ἔνδοθεν. Αἴσθησις δὲ καὶ ἀναισθησία ὡς ἕξις καὶ στέρησις. αὗται δὲ περὶ τὸ αὐτὸ καὶ ἐν ὑπάρξουσι. Καὶ ὕπνος ἄρα καὶ ἐγρήγορσις τὸ αὐτὸ ἕξουσιν ὑποκείμενον, *Them.*

Ἢ τῶν ἐν αὐτῷ.) Vt phantaſiam.

Ἐπεὶ δὲ οὔτε τὸ τῆς ψυχῆς.) Τὸ illud abundat.

Ἴδιον τὸ πάθος.) Somnus & vigilia.

Δυνατὸν αἰσθάνεσθαι.) Ἀλλὰ τοῦ συναμφοτέρου, ἡ γὰρ κατ' ἐνέργειαν αἴσθησις, κίνησις ψυχῆς δι' αἰσθητηρίων γινομένη, *Them.* Si ſenſus eſt corpori & animæ communis, ergò etiam ſomnus & vigilia.

Περὶ τῶν λεγομένων.) Περὶ abundat, niſi legas pro διωρισμένων, διωρισμένου.

Ἀνάγκη τούτου.) Adde ὄντος.

Δῆλον ὅσα μὲν αὐξήσεως.) Δῆλον ὡς ὅσα μὲν αὐξήσεως καὶ φθίσεως μετέχει μόνον τῶν ζώντων, οἷον τὰ φυτὰ, *Them.* Pro ὅσα, *Them.* ὡς.

Οὐ γὰρ ἔχει.) Οὐ γὰρ ἔχουσι τι αἰσθητικὸν μόριον ἐν ᾧ ταῦτα, *Them.*

Οὔτε εἰ χωριστὸν ἐστιν, οὔτε.) Pro, εἴτε χωριστὸν ἐστι τοῦ θρεπτικοῦ τὸ αἰσθητικὸν, εἴτε μή. Vel χωριστὸν ἐστι τοῦ θρεπτικοῦ τῷ ὑποκειμένῳ. An dubitatur, an ſpiritus vel angeli poſsint habere αἰσθητικὴν ψυχὴν ἄνευ θρεπτικῆς. Negationes abundant. Themiſtius ſic. τὸ δὲ αἰσθητικὸν τοῦ θρεπτικοῦ ὅτι ἕτερον τῷ εἶναι καὶ τῇ δυνάμει, φανερόν. εἰ δὲ καὶ τῷ ὑποκειμένῳ, οὐ πάντη γε δῆλον.

Ὁμοίως δὲ καὶ ὅτι οὐδὲν ἐστιν ὃ.) Ἔτι τῶν θνητῶν καὶ ὑπὸ σελήνην καὶ δεκτικῶν ὕπνου τε καὶ ἐγρηγόρσεως, Themiſtius.

Οὔτε γὰρ εἴτε ἐστι ζῷον.) Pro εἴτε, legit Epheſ. εἴτι. In hæc verba Them. ſic. Καὶ οὐδὲν ἐστι ζῷον ἀμφοτέρων στερούμενον. τοῦτο γὰρ ἐστι τῶν ἀψύχων. (atqui plantæ vtriuſque expertia, non ſunt tamen ἄψυχα) ὑπεξαιρείσθω μέντοι καὶ τοῦτοις τὰ θεῖα, ἐνεργοῦντα ἀεί. ἡ γὰρ ἐν αὐτοῖς ἐγρήγορσις, ἀναντίθετος. Vide Hermol.

Οὔτε καθεύδειν.) Vtraq; priuatum eſſe, quod inanimatorum eſt.

Ἄμφω γάρ.) Vtriq;, ἑκάτερα, non ſimul.

Τοῦ αἰσθητικοῦ.) Τῆς καρδίας, cordis, *Them.*

Οὐκ ἐνδέχεται δὲ οὐδέ.) Οὐδὲ abundat.

Ἐν ὅσῳ δύναται ποιεῖν.) Addo δύναται τι ποιεῖν. Them. ſic, καθ' ὃν πέφυκε τοῦτο ποιεῖν, ἀνάγκη κάμνειν, ἢ μὴ δυνάμενον πρόσω βαίνειν, παύεσθαι. φέρουσι γὰρ τὰ ὑποζύγια φόρτον ἄχρι τινός. ἣν δέ τις περαιτέρω βιάσαιτο, πίπτουσι. καὶ ἀναγνώσεταί τις ἕως τινός, εἶτα καμεῖται. καὶ ἀνδριαντοποιοῦσι, καὶ τέκτων, καὶ πᾶς ὁστισοῦν, ἐνεργήσει μέχρι του, εἶτα στάσις τὴν κίνησιν διαδέξεται, *Them.* Quod caret alterna requie, durabile non eſt.

Οἷον τὰ ὄμματα ὁρῶντα.) κατὰ τὰ αὐτὰ δὲ καὶ ὄμματα, καὶ ὦτα. ἔτι δὲ χεῖρες καὶ πόδες, καὶ ἅπαν ὀργανικόν, *Themiſt.*

Εἰ δή τινός ἐστιν ἔργον τὸ αἰσθάνεσθαι.) συνεχῶς, ἀδυνατήσει, καὶ οὐκέτι τοῦτο ποιήσει. ἐκμεθύσαντα γὰρ τὰ μόρια τὸν πληροῦντα χρόνον τὴν δύναμιν, παύσεται, *Themiſt.*

Ὅσον ἦν χρόνον.) Ὅσον χρόνον δυνάμενον ἦν: pro ἐδύνατο.

Καὶ τοῦτο ἂν ὑπερβάλλῃ, ὅσον ἦν χρόνον αἰσθάνεσθαι. Hæc verba omnia Themiſtius omittit. Poteſt verò ſic legi. Καὶ τοῦτο ſcilicet ζῷον vel μόριον, ἂν ὑπερβάλλῃ χρόνον καθ' ὅσον ἦν (ἐνδέχετο) αἰσθάνεσθαι συνεχῶς, ἀδυνατήσει. Vt δυνάμενον abundet. Vel ſic, poſt χρόνον αἰσθάνεσθαι, diſtinguendum: & legendum mox, συνεχῶς μὴ δυνάμενον, ſcilicet τοῦτο ποιεῖν.

Τῷ λελύσθαι τὴν αἴσθησιν.) Quod libera & expedita ſenſus functione vtatur. Vel ὥρισται (præcedens) pro παύεται, λελύσθαι pro διαλελύσθαι accipiamus, quod non placet: ὕπνος enim eſt δεσμός τις τοῦ αἰσθητικοῦ, vt ſequitur: Vigilia verò λύσις τοῦ δεσμοῦ.

Τῶν δ' ἐναντίων.) τῶν ἀμέσων ἢ τῶν καθ' ἕξιν καὶ στέρησιν, ἂν θάτερον τῷ δεκτικῷ μὴ παρῇ, &c. *Themiſt.*

Ἀναγκαῖον ἂν εἴη καθεύδειν.) καὶ τῆς ἐγρηγόρσεως μὴ παρούσης παρέσται ὕπνος.

Ὁτὲ μὲν νοσώδης.) Διετέλεσαν γάρ τινες, καὶ ἕως ἡμερῶν ἐννέα ἄυπνοι δι' ἀσθένειαν, *Themiſtius.*

Ἄνευ νόσου γίνεται.) Ὥσπερ οἱ δι' ἴσχνανσιν ἢ ξήρανσιν αὐτὸ τοῦτο παθόντες, Themiſtius vt in ſenibus.

Ὥστε καὶ ἡ ἀδυναμία.) Id eſt, ſomnus. Καὶ ὁ μακρὸς ὕπνος ὁτὲ μὲν διὰ νόσου (νόσον) ὅτε δ' ἄνευ νόσου γενήσεται. Πυρέξας γάρ τις ἐπὶ τρισὶν ἡμέραις κοιμώμενος διετέλεσε. τὰ δὲ βρέφη, καὶ ὅσοι τὴν δίαιταν ἢ τὴν κρᾶσιν ὑγρότεροι, ἐπὶ πλεῖστον ὅσον ὑπνώττουσι, *Them.*

Ὡσαύτως ἔσται.) Id eſt aliâs per morbos, alias ſine morbo.

Τὸ δυνατὸν αἰσθάνεσθαι κατὰ ἐνέργειαν.) Πᾶσα δὲ δύναμις ἄγεται εἰς ἐνέργειαν, *Themiſtius.*

Ἐνεργεῖν δὲ τῇ αἰσθήσει.) Hoc eſt, τῇ πρώτῃ, τῇ κοινῇ καὶ κυρίᾳ καὶ ἁπλῶς αἰσθήσει λεγομένῃ. Vide diligentius: malim pro ἐνεργείᾳ potius quam communi ſenſu.

Διὸ ἀναγκαῖον ὕπνον πάντα.) Ἀνάγκη ἄρα τὸ καθεῦδον καὶ δύναμιν ἐγρηγορῆσαι ἔχον

ἐγρη-

ἐγρηγορὸς γενέσθαι, καὶ οὐδεὶς ὕπνος ἀνέγερτος, *Themiſtius.*

Καὶ πάντα περ ὅσα ὀφθαλμοὺς.) Καὶ πάντα ἄλλα ὅσα ἔχει ὀφθαλ. *Them.*

Σκληρόφθαλμα.) Καὶ γὰρ τὰ σκληρόφθαλμα φανερὰ, καὶ τὰ ἔντομα κοιμώμενα, *Themiſt.*

Φανερόν.) φανερὰ, *Themiſt.*

Ὀστρακοδέρμων.) Γένος ſcilicet. Teſta ſilicea tectorum. Vt an limaces dormiant, carent enim oculis.

Τούτῳ πεισθήσεται.) Scilicet quod hæc quoq; dormiant.

Κοινωνοῦσι.) Fruantur.

Τῷ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν.) Hæc verba: τῷ μὲν γὰρ ἐκεῖθεν ἀφικνεῖσθαι τὴν κίνησιν πρὸς τὴν ἀρχὴν, καὶ ἐγρηγορ.) vſque ad τὸ ἓν δύο δοκεῖν, intricata & nequaquam commoda vel conſtrui vel cohęrere pręcedentibus mihi videntur. Themiſtius clarè quidem exponit, ſed longè à verbis Ariſtotelis recedit. Alcyonius ſic tranſtulit: Nam quia motus inde ad principem contendit ſenſum, videmur vt vigilantes (pro καὶ legit ὡς) & abſque hallucinatione videre, audire & ſentire. Ita de viſu ſentiendum eſt. is enim aliquando errabundus ferri videtur, cum non feratur; vt aſſeruimus. & de tactu qui duorum motuum ſignificationem dat, vnumque duo videtur.

Mihi totus hic Ariſtotelis locus, vſque ad Ὥσπερ δὲ εἴπομεν ὅτι ἄλλο, huc tendere videtur, vt doceat in alijs ſomniorum τὸ φαινόμενον ἅμα καὶ δοκεῖν ἡμῖν, id eſt phantaſiæ iudicio rationem conſentire: in alijs diſſentire. quemadmodum & circa ſenſus ſcilicet contingit, vt tactus & viſus aliâs ſimiliter iudicent, aliâs diſsimiliter. Quod ſi viſus (inquit Themiſtius) redarguere aliquando tactus errorem poteſt,

ita vt nõ decipiatur ab illo, multò minus à phantaſia ratio decipietur in ſomnijs. Textus ſic clarior mihi videtur. Καὶ γὰρ (καὶ περὶ τὰς αἰσθήσεις) διὰ τὸ τὴν ὄψιν ἐνίοτε κινεῖσθαι, οὐ κινούμενον φαίνεται (κινεῖσθαι) καὶ διὰ τὴν ἁφὴν κινουμένην τὸ ἓν δύο φαίνεται. ὅλως δὲ τὸ ἀφ' ἑκάστης, &c. Sed vide Michaëlem Epheſium, qui nihil mutat.

Πρὸς τὴν ἀρχήν.) primum ſenſum.

Καὶ ἐγρηγορώς.) ἐγρηγόρως, aduerbialiter Michaël Epheſ. Pro καὶ legit Alcyonius ὡς, vt vigilantes & abſque hallucinatione.

Δοκεῖ ὁρᾶν καί.) videtur ſibi ſomnians. ὅλως αἰσθάνεσθαι. Εἰ γὰρ ἡ ὄψις μὴ ἀπατηθείη ἐν τῇ τῶν δακτύλων ἐπαλλάξει ὁμοίως τῇ ἁφῇ, οὐδ' ἐν τοῖς ὕπνοις ἀπατηθήσεται ἡ αἰσθητικὴ ψυχή. ἀλλ' ἡ μὲν ἁπτικὴ δύναμις τὸ ἓν δύο λέγει. ἡ δὲ ὁρατικὴ ἐγρηγόρως ἀντέχεται καὶ ἀντιφάσκει, ὡς τὰ δοκοῦντα δύο, οὐκ εἰσὶ δύο, ἀλλ' ἕν. Εἰ δὲ ἡ ὄψις οὐκ ἀπατᾶται ἐν τούτοις, ὡς τῆς ἁφῆς λογικωτέρα, πολλῷ μᾶλλον τὸ κυρίως κριτήριον ἡ διάνοια, εἴπερ μὴ κατέχηται ὑποβαλλούσῃ τῇ ἐπικαταφορᾷ τοῦ πνευματώδους ὑγροῦ, Them.

Δύο κινήσεις εἰσαγγέλλειν.) an κινουμένην.

Τὸ ἓν δύο δοκεῖν.) Quod ſi viſus à ſenſu non decipitur, multò minus à phantaſia ratio in ſomnis, Them. An hic δοκεῖ pro φαίνεται accipit. impropriè enim τῇ ὄψει ἢ ἁφῇ aliquid δοκεῖν dicitur, præſertim hoc in loco: propriè verò φαίνεσθαι. Δοκεῖν ad δόξαν & διάνοιαν pertinet.

Ὅλως γὰρ τὸ ἀφ' ἑκάστης αἰσθήσεως.) ἰσχύουσαν πρὸς τὴν ἀρχὴν συντίθεται ἡ ἀρχή, ἐὰν μὴ ἑτέρα κυριωτέρα ἀντιφῇ. Ἁπλῶς γὰρ ὁποῖον ἂν διαπορθμεύσῃ ἡ ἁφὴ ἢ ὄψις, ἢ ἄλλη τις τῶν αἰσθήσεων, τοιοῦτον αὐτὸ λέγει ἡ πρώτη αἴσθησις. ὥστε καὶ τὸ ἓν ἂν ὡς δύο παρὰ τῆς ἁφῆς εἰσαγγελθῇ, ἢ ὁ ἥλιος ποδιαῖος παρὰ τῆς ὁράσεως, μὴ ὄντος τοῦ ἐπικρίνοντος, ὡς δύο τε τὸ ἓν φαντασθήσεται. Καὶ ὁ ἥλιος τοσοῦτος ὑπολειφθήσεται, Themiſt.

Φησὶν ἡ ἀρχή.) approbat primus ſenſus.

Φαίνεται μὲν οὖν πάντως.) Νυνὶ δὲ φαίνεται μὲν πάντως, δοκεῖ δὲ οὐ πάντως ἅπαν τὸ φαινόμενον, Themiſt.

Ἀλλ' ἐὰν τὸ ἐπικρινόμενον κατέχηται.) Εἰ μὴ τὸ ἐπικρῖνον κατέχηται, ὡς πολλάκις εἴρηται, Themiſt.

Ἢ μὴ κινῆται.) id eſt, ſi ſuo munere non fungatur.

Τὰ συμβαίνοντα διὰ τὴν αἴσθησιν.) περὶ τὴν αἴσθησιν, Them.

Τὸ μικρὸν ἔχον.) μικρὰν, Them.

Τοῦ πλείστου αἵματος.) Τοῦ πνεύματος καὶ τοῦ αἵματος, Them.

Συγκατέρχονται αἱ ἐνοῦσαι.) καὶ αἱ ἐνοῦσαι ὡς ἐν ὑποκειμένῳ (τῷ πνεύματι καὶ αἵματι) κινήσεις καὶ τύποι τῶν αἰσθητῶν, Them.

Αἱ μὲν δυνάμει, αἱ δὲ ἐνεργείᾳ.) εἴτ' οὖν αἱ μὲν μέλλουσι, καὶ οὔπω: αἱ δὲ πάρεισι καὶ κινοῦσι τὴν αἰσθητικὴν ἀρχὴν εἰς ἀντίληψιν, Them. Δυνάμει future. ἐνεργείᾳ, in præſentia.

Ὥστε ἐν τῇ κινήσει.) ὡς συμβαίνειν ἐν τῇ κινήσει τηδὶ τῇ πρώτως εἰσελθούσῃ, τὴν δ' ἐπιπολάζειν τὴν μετ' αὐτὴν ἐνεργήσουσαν, Themiſt.

Ἐξ αὐτῶν ἡ κίνησις.) αὐτῶν textus Epheſij: malo αὐτῆς.

Αἱ μὲν δυνάμει.) Sic inuicem ſequuntur ſe potentia remota, potentia iuncta cum actu imperfecto: potentia cum habitu vel actu primò actus ſecundus.

Ἂν δ' αὕτη φθαρῇ.) ταύτης φθαρείσης τὴν ἐφεξῆς εἰσιέναι, Them.

Οἱ πεπλασμένοι.) è cera fortè.

Βάτραχοι οἱ ἀνιέντες.) ἀνιόντες ἐν τῷ ὕδατι τηκομένου τοῦ ἁλός. εἰ γάρ τις βατράχους ὑποθεῖτο τὸν πέντε ἀριθμὸν τυχὸν, ἐν πίθῳ ἁλὸς ἐμβεβλημένους πεπληρωμένῳ, καὶ συντεθειμένῳ ἄνωθεν κάτω καὶ κατὰ διαστήματα, ὡς τοὺς ἄκρους, τὸν μὲν πρὸς τῷ χείλει κεῖσθαι, τὸν δὲ ἐν τῷ πυθμένι, καὶ τοὺς μέσους ἀναλόγως, κρυπτομένους δὲ πάντας, εἶτα τὸ ἅλας ἄνωθεν ἄρξηται τήκεσθαι, πρῶτος ἐπιπολάσει τῷ ὕδατι καὶ ἐνεργείᾳ αἰσθητὸς γενήσεται ὁ πάντων ἀνώτατος βάτραχος. εἶτα περιϊούσης τῆς τήξεως, ὁ μετ' αὐτὸν, καὶ μετ' ἐκεῖνον ὁ ἕτερος. Τελευταῖος δὲ πάντων τακέντος τοῦ ἅλατος ὁ ἔσχατος ἀναβήσεται, Them.

Οὕτως ἔνεισι δυνάμει.) οὕτω καὶ αἱ κινήσεις ἐν τῷ ὕπνῳ καὶ τὰ τῶν αἰσθητῶν εἴδωλα, αἱ μὲν πρώτως ἀπαντῶσαι, πρώτως καὶ ἐνεργήσουσιν, αἱ δὲ δυνάμει οὖσαι καὶ μέλλουσαι, ἀνιεμένου ποτὲ τοῦ κωλύοντος αἵματος καὶ λυομένου. ἔτι δὲ λεπτυνομένου καὶ καθαιρομένου τοῦ ὑπολειφθέντος, ἀκριβέστερον ἐνεργήσουσιν. ὅθεν οἱ τελευταῖοι τῶν ὕπνων εὐθυονειρότεροι: καὶ καθαρώτερα τῇ ἀρχῇ τὰ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις τῶν ὑπνούντων τότε προσπίπτουσιν ὁμοιώματα, ὡς εἴδη τοῦ ταράσσοντος ἠρεμήσαντος, *Themiſtius.*

Κωλύοντος.) ſcilicet αἵματος.

Καὶ λυόμεναι.) iam liberæ.

Τῷ ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις.) vigilans ſcilicet. Alcyonius videtur legiſſe; τῶν ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις (ἤτοι τὰ αἰσθητήρια) κινούντων ἔχουσιν ὁμοιότητα, &c.

Ὥσπερ τὰ ἐν τοῖς νέφεσιν.) ἡ οὖν ἐν τοῖς ἐνυπνίοις τῶν φαντασμάτων μεταβολὴ, τῇ ἐν τοῖς νέφεσιν ἔοικεν, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, *Themiſt.*

Τούτων δὲ ἕκαστόν ἐστιν.) κοινῶς δὲ τῶν ἐν ὕπνῳ φαινομένων ἕκαστον, *Themiſt.*

Καὶ ἀπελθόντος τοῦ αἰσθήματος.) τοῦ ἀληθοῦς αἰσθητοῦ, ὅταν μὴ κατέχηται ὑπὸ τοῦ κατελθόντος αἵματος τὸ ἐπικεῖνον, ἔνεστιν ἀληθὲς εἰπεῖν, &c. *Them.*

Καὶ ἀληθὲς εἰπεῖν.) niſi impediatur ratio.

Ὅτι τοιοῦτον οἷον κορίσκος.) ἔνεστι ἀληθὲς εἰπεῖν ὑπνώττοντα ὅτι τοῦτο οὐ κορίσκος, ἀλλ' οἷον κορίσκος καὶ εἴδωλον, καὶ διὰ τοῦτο τὸ ἀληθινὸν διανοεῖται κορίσκον, *Themiſt.*

Τὸ ἀληθινὸν.) ſcilicet διανοεῖται. & paulò ante; ὅτε δὲ ᾐσθάνετο, ſic accipio. Nam cum ratio non prorſus obſcurata fuerit in ſomno; tùm quaſi verè ſentiens & vigilans homo, non res ipſas, ſed rerum imagines ſe videre percipit. ὡς ὅτε γὰρ ᾐσθάνετο, id eſt. Nam ac ſi ſentiret. Pro τὸ, legit Themiſt. τὸν.

Οὗ δὴ καὶ αἰσθανόμενον.) ſcilicet τῇ διανοίᾳ pro καὶ, Geſnerus reponit, ὡς.

Ἂν μὴ παντελῶς κατέχηται ὑπὸ τοῦ αἵμ.) ὅταν δὲ παντελῶς κατάσχηται, ὥστε τὸ ὅμοιον καὶ τὸ εἴδωλον δοκεῖν αὐτὸ εἶναι τὸ ἀληθὲς, οὐ κινεῖται ὑπὸ τῶν εἰδώλων ὡς αἰσθανόμενον καὶ τρόπον τινὰ ἐγρηγορὼς, ἀλλ' ὡς ἀναίσθητον. *Themiſt.*

Ὥστε ποιεῖ τοῦτο λανθ.) ποιεῖν, Them. quod placet.

Οὐ δοξάζει δέ.) δόξει, Them. quod probo.

Καὶ τοῦ πάθους ἐν ᾧ ἡ αἴσθησις τοῦ αἰσθητικοῦ.) pro his verbis Them. habet, καὶ πρὸς τούτῳ τοῦ ἐνυπνίου ſcilicet αἰσθάνηται. Michaël Epheſius oſtendit lectionem vnam eſſe, καὶ τοῦ πάθους ἐν ᾧ ἡ αἴσθησις τοῦ ὑπνοτικοῦ. Aliam verò; καὶ τοῦ ἐν ᾧ ἡ αἴσθησις τοῦ αἰσθητικοῦ, eodem vtrunque ſenſu.

Λέγει δέ τι.) ἤγουν ἡ δόξα, Geſn.

Ὅτι φαίνεται μὲν κόρισκος.) Τὸ δὲ τὸ φάντασμα, *Themiſt.*

Πολλάκις δέ.) Πολλάκις γὰρ καθεύδων τις καὶ συναισθόμενος, λέγει ἐν τῇ ψυχῇ, *Them.* legi poteſt in textu Ariſtotelis, πολλάκις δὲ καθεύδοντος λέγει τι ἐν τῇ ψυχῇ, &c.

Οὐδὲν ἀντίφησι.) συνθήσεται καὶ οὐδὲν ἀντιφήσει, *Themiſt.*

Κινήσεις φανταστικαί.) καὶ τύποι καὶ εἴδωλα τῶν αἰσθητῶν, *Them.*

Ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις.) ἐν τῷ πρώτῳ αἰσθητηρίῳ τῇ καρδίᾳ, καὶ μὴ παρόντων τῶν πραγμάτων, καὶ ἠρεμουσῶν τῶν αἰσθήσεων, περὶ ἃ καὶ ἡ τῶν ἐνυπνίων πᾶσα δραματουργία συνίσταται, *Themiſt.*

Δῆλον ἐάν τις προσέχων πειρᾶται [πειρῷτο, aliâs] μνημονεύειν.) δῆλον ἐκεῖθεν: ὃ γὰρ ἐν τοῖς δευτέροις, πολλῷ μᾶλλον ἂν τῷ πρώτῳ. καὶ εἰ εἰσὶν ἐν τοῖς ἄλλοις αἰσθητηρίοις εἴδωλα καὶ ἐγκαταλείμματα, καὶ μὴ ἐνεργοῦσι, (quanquam non in actione exiſtentibus) πολλῷ μᾶλλον ἐν τῇ καρδίᾳ, ἀφ' ἧς καὶ τὸ εἶναι τούτοις καὶ ἐνεργεῖν, *Them.*

Ἃ πάσχομεν καταφερόμενοί τε καὶ ἐγειρόμενοι.) ὅταν ἡ ἔγερσις γένηται πλησίον τῆς καταφορᾶς, *Them.*

Ἐγειρόμενοι.) & mox (ſubito) expergiſcentes.

Κινήσεις οὔσας ἐν τοῖς αἰσθητηρίοις.) ἂν γὰρ ὑπνώττων τις ὁρᾶν ἄρξηται ἐνύπνιον, καὶ εὐθὺς ἐγερθῇ, ὁρᾷ εἴδωλα πρὸ ὀμμάτων, *Them.*

Καὶ πάμπαν διαβλ.) πάμπαν ἀκριβῶς, *Themiſtius.*

Α᾽ν ἦ σκότος, etiamſi tenebræ obuerſentur.

Εἴδωλα πολλὰ κινούμενα, &c.) Ταῦτα δ᾽ ἐστιν αἱ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν κινήσεις. Them. Vigilantibus ſcilicet.

Συλλογίζεσθαι.) συλλογίσασθαι δεῖ, *Themiſtius.*

Φάντασμα μέντοι [lego μέν τι] καὶ ἐν ὕπνῳ.) φάντασμα ἐν ὕπνῳ κατεχομένου τοῦ κυρίου καὶ ἐπικρίνοντος, *Them.*

Τὰ γὰρ ἄρτι λεχθέντα εἴδωλα.) καὶ φαντάσματα οὐκ εἰσὶν ἐνύπνια, *Them.*

Οὐδ᾽ εἴ τι.) οὐδ᾽ ὅ,τι ἄλλο λελυμένων καὶ ἐνεργουσῶν τῶν αἰσθήσεων φαίνεται, *Themiſtius.*

Οὐδὲ τὸ ἐν ὕπνῳ φάντασμα πᾶν.) εἰ μὴ συγκατέχοιτο ἡ διάνοια μὴ ἐπικρίνουσα τὸ ὁρώμενον, *Themiſtius.*

Πρῶτον μὲν γὰρ ἐνίοις συμβαίνει.) καὶ ὃ δὲ συμβαίνει ἐνίοις αἰσθάνεσθαί πη, *Them.* [Ποτὲ potius quàm πρῶτον.]

Καὶ οἷον πόῤῥωθεν.) οὐκ ἔστιν ἐνύπνιον. οἱ γὰρ ὑπνώττοντες, καὶ μεταξὺ ὄντες τοῦ τε ἁπλῶς ἐγρηγορότος καὶ τοῦ καθεύδοντες, ἐάν τις ψοφῇ, ἢ φῶς κρατῶν διέρχηται, αἰσθάνονται καὶ τοῦ φωτὸς καὶ τῶν ψόφων. δοκοῦσι δ᾽ ἐν ὀνείρῳ τούτων αἰσθάνεσθαι. ὥστε καὶ πολλοὶ ἐγερθέντες λέγουσι πρὸς αὐτούς. Σὺ ψοφεῖς; ἢ σὺ τὸ φῶς κατέχεις; μὰ τὸν ἥλιον ἐδόκουν ὄναρ ταῦτα ὁρᾶν. τάχα δὲ οὐκ ὄναρ ἦν, ἀλλ᾽ ἀληθῆ. ὡς γὰρ ἔχει ὁ ἁπλῶς ἐγρηγορὼς πρὸς τὸν πῆ ἐγρηγορότα, οὕτω καὶ ἡ ἁπλῶς αἴσθησις πρὸς τὴν πῆ αἴσθησιν, *Them.*

Ἤδη γὰρ ἐν τῷ καθεύδειν ὑποβλέπ.) οὗτοι γοῦν πολλάκις καθεύδοντες, καὶ μὴ ἔχοντες ἐγκεκλεισμένα τὰ βλέφαρα, ἀλλ᾽ ἠρέμα καὶ ὀλίγον ἠνεωγμένα. The. Modicè apertis oculis.

Φωνὴν ἠρέμα ἀκούοντες.) καὶ νομίζοντες ἐνύπνια εἶναι, *Them.*

Ἐγερθέντες ἐγνώρισαν.) μὴ ταῦτα εἶναι, *Them.*

Ἐρωτώμενοι.) πολλάκις. οὐ μνημονεύουσι δὲ ἐγερθέντες ὡς ἀπεκρίναντο, *Them.*

Ἐνδέχεται γὰρ τοῦ ἐγρηγορέναι.) καὶ δῆλον ὡς οὔτε ἁπλῶς ἐγρηγορότες ἦσαν. ἢ γὰρ ἂν ἐμνημόνευον. οὔτε καθάπαξ (ἤτοι ἁπλῶς) ἐκάθευδον. οὐ γὰρ ἂν ἀπεκρίναντο. Hi nimirum, neq; ſimpliciter dormiebant: non meminiſſent enim (neq; ſimpliciter vigilabant: ſic enim non reſpondiſſent, Them.) ſed πῆ, id eſt aliqua ex parte: nimirum μεταξὺ καὶ μέσον ἀμφοτέρων. Sed hæc obſcurè ſentiuntur: ὡς γὰρ ἔχει ὁ ἁπλῶς ἐγρηγορώς, πρὸς τὸν πῆ ἐγρηγορότα: οὕτω καὶ ἁπλῶς αἰσθανόμενος, πρὸς τὸν πῆ αἰσθανόμενον.

Plutarchus in libro quo explicat cauſas, propter quas defecerint oracula, ſcribit, ſua ætate Cleonem quendam ex Daulia fuiſſe, qui ſe ſomniaſſe nunquam diceret. Atq; etiam patrum ſuorum memoria fuiſſe alium quendam, cui idem euenerit. hunc Thraſymedem nominat Heræéa. Pręterea Ariſt. lib. 5. hiſt. animal. ſomniare infantes negat priuſquam peruenerint ad annum quartum. at ſomniant fortè, ſed non meminerunt; pueri quidem perquã obliuioſi ſunt. (Sed in aliorum quidem quæ quintum fortè annũ ętatis, præceſſerunt, pueri meminerunt poſtea per vitam.) Quinetiam de quibuſdam memoria proditum fuiſſe viris & mulieribus, qui ſomnijs caruerint, eos quum primũ ſomniare cœpiſſent, aut in grauem incidiſſe morbum, aut diem ſuum obijſſe, declarante ſomnio inſignem corporis mutationem, Iac. Scheckius.

Παρὰ τὰ φαντάσματα.) Λέγω δὴ τὰς κρίσεις, αἷς συναισθόμεθα ὀνειρώττοντες, ὅτι ὀνειρώττομεν, *Them.*

Τουτέστιν.) τοῦτ᾽ ἐστὶν, *Them.*

Συμβέβηκεν, ὥστε.) Them. omittit.

Κατὰ τὸν βίον ἐωρακέναι.) τοῖς δὲ πόῤῥω παρελθούσης (textus Ariſtotelis habet προελθούσης, quod non placet) τῆς ἡλικίας ἰδεῖν, *Them.*

Τὸ δ᾽ αἴτιον τοῦ μὴ γίνεσθαι.) πρότερον, *Them.*

Ἐμπίπτειν.) ἀναφέρεσθαι, *Themiſt.* Τούτοις οὐδέ.) οὐδ᾽ ἐν, *Them.*

Ἢ κατὰ τὸ πάθος.) malim κατά τι. Themiſt. habet κατὰ πάθος ſimpliciter.

CONRADI

CONRADI GESNERI PARAPHRASIS IN ARISTOTELIS LIBELLVM *de Inſomnijs.*

IN CAPVT PRIMVM.

Somnium quoniam eſt notio quædam, noſcimus autem aliquid vel ſenſu, vel ratione opinionéue, ad alterutram harum animæ partium pertinebit.

2 Atqui non pertinet ad ſenſitiuam partem. ſenſus enim ſenſibilium (ſiue propriorum, ſiue communium) præſentium tantùm eſt, & in ipſa actione: vt viſus vel viſio potius, oculis apertis, colore præſente. at in ſomno vt oculi clauſi compreſsiq; ſunt, ſic & cæteri ſenſus.

3 Sed neq; ad rationem (ſiue ſolam, ſiue vnà cum ſenſu) pertinet. nam quicquid in ſomnis videmus cum aliqua ſenſibili qualitate videmus: de qua iudicare ſenſus debet, nõ ratio. atqui ſenſum (propriè dictum) in ſomnis fieri iam negauimus.

Item, cum ſæpe ſomniantes aliquid præter inſomnium ſentiamus, nempe falſum eſſe id ipſum quod videmus, (vt aliquando recordamur ſi mox experrecti in memoriam reuocemus ſomniũ,) ratione falſitatem deprehendente, ſomniũ non pertinebit ad rationem cum ab illa coarguatur.

Corollarium. Erroris quidem & deceptionis cauſa ſunt vapores & exhalationes, quibus cerebrum vel cor obſcuratur, vnde vigilantes etiam ægroti decipiuntur, ita vt ſani in ſomno, quod ſi illi non nimij, aut nimis craſsi fuerint, ratio non prorſus ab illis impedietur, ita vt quod in ſomnis apparet, falſum, & rerum ſenſu prius vſurpatarum icones, non res ipſas eſſe iudicare poſsit: ſin minus, non poterit, & phantaſiæ deceptæ aſſentietur. Non mirum verò in ſomnis decipi phantaſiam vbi ſenſibilia abſunt, cum ſenſus (externus) ſæpe etiam præſentibus ſenſibilibus (quæ vel nimium diſtant, vel mouentur) decipiatur.

4 Quanquam verò non ad ſenſitiuam partem ſomnium pertineat, non ſine ſenſu tamen prorſus, nec abſque vlla ſentiendi organorum affectione peragitur.

Sed reliquiæ quædam & imagines à rebus externis ſenſibilibus impreſſæ, in ſingulis ſenſuum organis relinquuntur, quæ poſtea in ſomno ad primum ſentiendi organum (cor vel potius cerebrum) deriuantur, quemadmodum & in vigilantibus illic iudicantur ſenſibilium typi ſenſibus hauſti.

5 Aliquo modo igitur ſenſitiuæ partis affectio ſomnium eſt, (cum & ſomnus eiuſdem affectio ſit, à quo ſomnium ſeparari non poteſt) quatenus illum ſcilicet imaginatur (φαντάζεται.) Eſt enim imaginatio facultas à primo quidem ſenſu ratione diuerſa, ſubiecto verò (& obiectis ferè) eadem. Eſt autem imaginatio (phantaſia) animæ facultas circa ſenſibilia abſentia à ſenſu extrinſeco excitata. Inſomnium verò phantaſma quoddam in ſomnis eſt, ſiue ſimpliciter, ſiue potius certo quodam modo (vt infra dicetur) apparens.

IN CAPVT SECVNDVM.

1 Cæterum in ipſis ſentiendi organis ſingulis rerum ſenſibilium ſpecies (typos & imagines, icones) in primis, easq; remanere etiam abiunctis & remotis rebus externis ſenſibilibus, manifeſtum eſt. Sic & motus in re mobili ſæpe perdurat, primo mouente iam abiuncto, (vt in ære Dodonæo;) & motus deinceps progreditur. Sic in alteratione calfactum aliquid, mox proximum ſibi calfacit. Similiter & in ſenſu accidit, qui alteratio quædam eſt. Itaque in ſomno etiam (ſiue leui ſiue profundo; vel in ſenſibus etiam tum externis, tum interius) typi rerum

concepti manent aliquantiſper ; ac inde diſtribuuntur ad primum vſque ſenſorium.

In ſenſu hoc euenire etiam vigilantibus, conſtat: vt ſi quis viſum diutius vel in Solem, vel aliam rem lucidam, vel in colorem aliquem (eximium) defixerit. affectus enim viſus poſtea etiam aliquantiſper ſplendorem & alioſq; colores retinet, eoſq; in rebus alijs quas deinde aſpexerit videre ſe putat. Sic à rei alicuius mobilis aſpectu (vt fluuij rapidi, ſi quis è nauigio proſpiciat) viſus etiam ad rem quietam (in ripa) translatus (conuerſus, extenſus) eam quoque moueri putat, (item qui vertigine afficiuntur.) Et ſimiliter alia ſenſuum obiecta excellentia, ſenſus ipſos afficiunt: vnde ſurdaſtri fiunt, ob ſonos ingentes: & ad odorandum inepti, ob vehementes odores.

2 Quòd ſi etiam exiguæ ſenſuum inſtrumentis rerum ſenſibilium reliquiæ inhæſerint, ſenſum tamen illas mouere poſſe (præſertim in ſomno cum nihil externum impedit,) non eſt abſurdum. Nam & ſpecula obfuſcari videmus intuitu mulierum quæ menſes patiuntur, ita vt veluti macula vel nubes quędam cruenta illis obducatur.

Corollarium. Afficitur enim hoc tempore corpus muliebre vniuerſum, & oculi ſimiliter, aut magis etiam quàm cæteræ partes eò quod venoſi ſint. Ab oculis aër, ab aëre ſpeculi ſuperficies imbuitur. Quod ſi ſpeculum nouum fuerit, vix poteſt abſtergi macula, nam cum læue ſit, maculam facile (& per totam ſuperficiem) recipit, & quia nitidum, liquidò oſtendit, & in profundum admittit. Hoc etiam obiter hîc animaduertitur, viſum non ſolùm pati ab aëre: ſed etiam viciſsim in eum agere emittendo. In vetuſtioribus verò ſpeculis & minus penetrat, & facile abſtergitur macula.

Sic & oleum quod ad odorata vnguenta paratur, & vinum, faciIlimè eorum quæ vel miſcentur eis (liquidorum) vel inijciuntur (ſolidorum) vel prope vaſa ponuntur, aut in proximo plantantur (vt ſi elleborus iuxta vitem plantetur) odores in ſe recipiunt.

Ita exigui etiam ſenſibilium typi in organis ſenſuum recepti & ipſa mouent, & à ſenſu (primo, ad quem motu ſuccedente appellunt) percipiuntur.

3 Porrò per ſomnum facile dormiens decipitur, cum organa ſenſuum eorum ſenſibilium typos reſeruantia, moueantur ac perturbentur á vaporibus: ita vt ſimulachra etiam parũ ſimilitudinis habentia alicuius rei, pro re ipſa & vera accipiat.

Ita qui ad affectum aliquem natura procliuis eſt, ad metum, ad amorem, aliúmue, exigua occaſione aut ſimilitudine motus, hic ſuos amores, ille hoſtes ſe videre imaginatur: idq; eò leuiori occaſione, quò magis ipſe affectui huic vel illi obnoxius fuerit. Sic & in iracundia & quauis cupiditate poſiti, eô decipiuntur facilius, quò maiorem affectum quemq; experiuntur. Sic & febrientibus minimæ quędam linearum in parietibus ſimilitudines, diuerſa nonnunquam animalia repræſentant. Quod ſi affectio non magna fuerit, phantaſiæ impoſturam ratio deprehendit: ſecus, etiam ipſa decipitur. Aliud enim huius, aliud phantaſiæ iudicium eſt. Sic Solis magnitudinem ſenſus pedalem iudicat, ratio contradicit.

Atqui non ſolùm ratio ſenſum aliquando redarguit, ſed etiam ſenſus ſenſum, exquiſitior inferiorem, vt viſus tactum, digitis duobus ſe decuſſantibus & rem aliquam mobilem (vt nucem) mouentibus. tactus enim res duas eſſe putabit.

Motus itaque erroris cauſa eſt circa ſenſum, ſiue id quod ſentitur moueatur, vt iam diximus: ſiue ſenſus ipſe ſimiliter commotus, vt cum terra nauigantibus moueri videtur.

IN CAPVT TERTIVM.

1 Mouentur itaque ſenſoria organa non modò in vigilia à typis rerum interim dum ſenſu percipiuntur, & paulò poſt etiam quàm intra organa receptæ ſunt, licet rebus iam abſentibus: ſed in ſomno etiam magis: cum non æquè elidantur, ac interdiu quum varia ſenſuum rationiſq; obiecta impediunt. Tum enim parui motus euaneſcunt, vt ignis paruus iuxta magnum. Ceſſant autem ſenſus exteriores in ſomnis, calore (vna cum ſanguine & ſpiritu) relinquente exteriora, & interiora petente. hunc motum typi organis recepti ſequuntur, & ad ſentiendi principium (cor, aut potius cerebrum) ſe conferunt: vbi iam ſedato motu dignoſcuntur. In hoc verò motu aliâs ſibi ſimiles feruntur rerum typi, aliâs variant & in diuerſa abeunt, occurſu mutuo diſtorti, propter nimios vapores, vt parui in fluuijs vortices.

2 Quamobrem à cibo, & adoleſcentibus admodum vt pueris inſomnia non fiunt. [Libro 5. hiſtoriæ anim. ſomniare infantes negat priuſquam peruenerint ad annum quartum.] Nimius enim in his motus eſt, à calore alimentum coquente.

Quare, vt in humore ſi quis admodum moueat, imago vel nulla, vel admodum diſtorta redditur, & longè diuerſa quàm eſt videtur. Motu verò ſedato, ſynceræ iam & liquidæ apparent imagines. Proinde melancholicis, febrientibus, ebrioſis, propter motum & perturbationem (halituum, ſanguinis & ſpiritus) viſiones ſæpe turbatæ & monſtroſæ apparent. Iam verò quieſcente ſanguine (in animantibus quidem ſanguineis) & purificato, incolumes qui ſenſibus impreſsi fuerant typi, ſomnia tranquilliora certioraq; reddunt, ita vt ratio in eis phantaſiæ conſentiat, (ὡς φαίνεσθαί τι καὶ δοκεῖν.) Videtur enim ſomnians ea ſibi videre ſimulachra, quæ ab oculis intus mittuntur ad primum ſenſorium: & quæ ab auribus, audire: & ſimiliter à cæteris ſenſibus.

3 Nihil autem mirum eſt ſi ratio phantaſiæ iudicio aliâs conſentiat, aliâs diſſentiat. Nam & circa ſenſus ita contingere diximus, vt tactus & viſus aliâs ſimiliter iudicent, aliâs diſsimiliter. Quòd ſi viſus (inquit Themiſtius) redarguere aliquando tactus errorem poteſt, ita vt non decipiatur ab illo: multò minus à phantaſia ratio decipietur in ſomnijs, niſi vapores & motus nimij impediant, ita vt detineatur ratio & ſuo munere non fungatur.

4 Porrò fit in ſomnis vt imagines & motiones, quæ in ſanguine ceu ſubiecto inſunt, aliæ prius, aliæ poſterius ferantur, ſeq; deinceps conſequantur, interim dum ſanguis craſsior & vaporibus mixtus reſoluitur & repurgatur.

Sicuti ranæ fictitiæ (è cera) in vaſe pleno ſatis diſpoſitæ, in fundo, in medio, in ſummo: ſale liqueſcente, aliæ prius, aliæ poſterius ſupernatantes viſui ſe offerunt.

5 Porrò phantaſmatum in ſomnijs mutatio (variatio,) talis eſt qualis in nubibus, vbi ſimulachra diuerſa apparent, modò hominibus, modò centauris ſimilia, ſubitò mutata.

6 Quòd ſi ratio non detineatur à copia ſanguinis & vaporum (cor vel cerebrum petentium) imagines rerum tanquam imagines nudas, non tanquam res ipſas agnoſcit, ſed vt rebus ſimiles. Si verò prorſus detineatur, decipitur, & malè de eis iudicat, non rectè nec tanquam verè ſentiens & vigilans, quod facit cum non detinetur. Itaque phantaſiæ errorem ratio ſequitur. vt ſi quis imprudens oculum digito premens rem vnam, duas, non viſu tantum, ſed etiam opinione exiſtimet. nam ſi oculum ſe premere animaduertat, viſu tantum duas eſſe putabit, opinione non item. Ergo ſi tale quid in ſomno contingat, vt phantaſiæ ratio con-

tradicat, & imagines à rebus ipſis diſtinguat, ac homo ipſe ſe dormire & ſomniare ſentiat (quod aliquando nobis contingere recordamur, ſi ſtatim experrecti inſomnium ruminemus) iam hoc non propriè nec ſimpliciter inſomnium eſt.

7 Motiones quidem & imagines rerum in ſenſorijs organis etiam in ſomno ineſſe, hinc quoque apparet, quod ſæpe ſomnians aliquis nil aliud quàm imagines quaſdã organis illis conceptas, mox etiam experrectus adhuc percipit. nam iuuenibus quibuſdam & acutè cernentibus, in tenebris idôla multa moueri videntur, ita vt ſæpe ob metum ſtragulis ſe obuoluant, iam vigilantes, ac ſi non ſomniarint, ſed verè huiuſmodi quædam videant. (Quòd ſi in ſenſorijs organis illis ſecundis quanquam nõ in actione verſantibus talia ſimulachra inſunt in ſomno, multò magis fuerint in primo, è quo vis omnis in illa deriuatur, Themiſtius.)

Quænam eſſe inſomnia videri poſsint cum non ſint. Non enim omne in ſomnis viſum, inſomnium eſt.

Verum hæc & huiuſmodi vbi ſenſus (externi) ſoluti ſunt & liberè, vel omnino, vel aliqua ex parte agunt, inſomnia non ſunt dicenda. Euenit enim aliquando vt dormiens ſenſibilem aliquam qualitatem percipere ſe putet, (ſonum, lucem, odorem, ſaporem, tactum,) obſcurè tamen & tanquam emimus: & iam aliqui inter dormiendum diductis modicè palpebris, lucem quam ſe in ſomnis videre putabant, mox experrecti veram eſſe lucem cognouerunt: & alij gallorum canúmue auditam in ſomnis vocem, ab illis ipſis animalibus profectam.

Sunt quæ in ſomnis etiam interrogati reſpondeant, in medio quodam inter ſomnum vigiliamq́ affectu conſtituti. Horum igitur nihil inſomnium eſt, nam et rationem et ſenſus externos vt propriè fiat inſomnium, impeditos eſſe oportet.

Inſomnij definitio.

Inſomnium verò eſt phantaſma à rebus ſenſibilibus excitatum in animali dormiente quatenus dormit, (id eſt, in animali ſimpliciter dormiente, non etiã ratione aut ſenſu vtente. Nam vt vinum cum aqua mixtum non ſimpliciter vinum eſt, ſic ſi phantaſiæ alia facultas cognoſcens accedat, facit inſomnium non eſſe merum.

8 Sunt qui per omnem vitam nunquam ſomniarint, quod quidem rarum eſt. Alij cum ad multam ętatem inſomnia nulla habuiſſent, habere poſtea cœperunt. (De quibuſdam memoria proditum eſt qui ſomnijs caruerint, eos quum primum ſomniare cœpiſſent, aut in grauem incidiſſe morbum, aut diem ſuum obijſſe, declarante ſomnio inſignem corporis mutationem, Iacobus Scheckius.) Cauſa autem in ijs qui nunquam ſomniant eadem eſſe videtur, quæ in pueris & à cibo, nempe vaporum euectorum copia: quæ ſi quando ætatis progreſſu, vel morbo mutatione corporis facta, inhibeatur vel imminuatur, fieri tamen incipere ſomnia probabile eſt.

FINIS.

CONRADI

CONRADI GESNERI

TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS LIBRVM DE DIVINATIONE per ſomnum, ſcholia & annotationes.

In librum de Diuinatione per ſomnium præfatiuncula.

HOMINEM Chriſtianum decet cum aliâs ſemper meminiſſe mortis, tùm præcipuè cum natura ſomnum molitur: quæ affectio veluti imago quędam, meditatio & myſterium mortis eſt, ſicut diximus. Et quoniam ſomno varia accidunt inſomnia, alia mala & turbulenta, alia bona & placida, alia mediocria. Bona ſunt, vel corporis ratione, quæ bonam eius valetudinem & temperiem moderatam ſequuntur vel animi, quæ diuinitus mittuntur: mala ſimiliter, vel corporis, quæ malè conſtituti corporis partim ſigna, partim effectus ſunt: vel animi, quæ aut noſtras cupiditates prauas ſequuntur, aut à dæmonibus immittuntur, qui ne in ſomnis quidem hominum ſaluti inſidiari ceſſant. Mediocria, vt in quibus actiones diurnæ repetuntur. Hæc quoniam ita ſe habent, vt & ſuauiter dormiamus, & vel nihil vel placidè ſomniemus, non ſolùm valetudinis ſuę ac victus ratio habenda eſt cuiq; commoda, plenitudo, crapula, otium fugienda: vt bona corporis ratione ſomnia videamus: ſed propter animi quoq; bonum preces ad dominum Deum fundendæ, vt nos etiam dormientes cuſtodiat, ne vllis cupiditatibus prauis inquinemur, neque ſatanæ tentationibus ſubijciamur. Quôd ſiue in oratione, vel quauis meditatione pia ſomnus obrepat, ſpes eſt ſomnia quoq;, ſi quæ ſequentur, fore bona & placida. In animum enim nihil boni meditantem, & nimis ſecurum ceu vacuam poſſeſsionem, facilè ſe inſinuat, & inuadit Satan. Item ſi corpus alimentis non repleatur, ſi pinguia, ſi varietatem & delicias cibi ac potus declinemus: non corporis tantum valetudini, ſed etiam ſomno inſomnijsq; ſuauioribus fruemur, & animum à cupiditatibus carnis magis vacuum tum vigilantes tum dormientes habebimus.

Inſomniorum:
- Subiectum, phantaſia, *vel ſenſus primus quatenus imaginatur.*
- Obiectum, imago *à quouis ſenſu externo impreſſa, & in ſomno ad primum ſenſorium deriuata vnà cum calore, ſanguine & ſpiritu interiora petentibus.*
- Cauſa *efficiens, phantaſia percipiens iſtas imagines.*
- Cauſa *formalis, ipſa hæc imaginum inſpectio tanquam rerum ipſarum, non tanquam imaginum.*
- Cauſa *finalis, nulla. fiunt enim ex neceſſitate materiæ quæ naturalia dicuntur ſomnia. illorum verò quæ ſupra naturam immittuntur finis aliquis dici poteſt.*
- Cauſa *continens, ipſe ſomnus. hoc enim præſente fiunt, aut fieri poſſunt, abſente non poſſunt.*

De Somnijs & Inſomnijs memoriæ cauſa annotationes, ſuo quæque loco quærendis.

Inſomnium quid propriè. Vide Cælium Calcagninum 1034. Quære item ſomnium apud eundem.

Quirinus poſt mediam noctem viſus cum ſomnia vera, Horat. Serm. 1. 10.

Somnia ab Ægrotis captari ſolita in Æſculapij templo, Cælius Rhodi. 1038.

Diuinatio per ſomnum, vide ὀνειρόπληκτον, & ὄνειρον apud Suidam vſque ad θυηθλῶαι. Vide etiam Lexicon Stephani, in ὕπνος, ἐνύπνιον, ὕπαρ, ὄναρ, &c.

Ὄνειρον eſſe volunt propriè verum & euenturum inſomnium.

Ἐνύπνιον verò falſum, quod fit ἢ ἐξ ἐπιθυμίας ἀλόγου, ἢ φόβου ὑπερβάλλοντος, ἢ πλησμονῆς, ἢ ἐνδείας.

Somnio beatus, Adagium. Ἔχω δ' ὅσ' ἐν ὀνείρῳ φαίνονται.

Somnium, id eſt, nugæ, fabulæ, Adag. Lucia. ὑπηνέμια ὀνείρατα, καὶ ἐπῶν σκιαί. Homerus, Οὐδ' εἴ μοι τόσα δοίη ὅσα ψεύδονται ὄνειροι.

Somnium hybernum, Adag. Prolixa narratio & inepta.

Somnium tuum tibi narro, Adag. id eſt, narro quod ipſemet me rectius noſti.

Inſomnia turbulenta faciunt. Vinum & alia, quæ vel inebriant, vel caput replent: vt cereuiſia, lac, lolium, fabę, quibus ideò Pythagoram interdixiſſe putant, ſmilacis cuiuſdam ſemen, ni fallor, quære in Aggregatore, & alia flatuoſa. Multitudo cibi & potus, vel intempeſtiuitas. Quæ excrementis abundant: Cruda, vt muſtum, & ſi non inebriet. Pinguia, quia multos vapores excitant.

Bonus coniector vates eſt optimus: Cicero 2. de Diuinatione.

Μάντις γ' ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς.

Theocritus. ——οὗτος ἄριστος
Ἔστιν ὀνειροκρίτας, ὁ διδάσκαλος ἔστι παρ' ὧ νοῦς. Id eſt,
Somnia coniectat melius, quàm mente magiſtra
Qui regitur nemo.

Sic & Ariſtoteles in libro ad Eudemum, Φρονίμων καὶ σοφῶν τεχνίαν εἶναι τὴν μαντικὴν, καὶ μόνων. Admonet prouerbium futurorum præſcientiam non è ſortibus, aut augurijs petendam eſſe, ſed à prudentia.

De hac materia, vide Philippum Melanchthonem libro ſecundo de Anima. Et Hegendorphinum in ſcholijs ab initio. Ioachimus Perionius nihil in hunc annotauit. Fabro Stapulenſi hic liber vnicum caput habet, per 8. Concluſiones diuiſum.

Cicero priuſquam de facie cognouiſſet Octauium, poſtea nominatum Auguſtum, ſomniauit eum reipub. principem fore, Plutarchus.

Amilcar ſomnians ſe cœnare intra Syracuſas, &c.

DE DIVINATIONE PER SOMNVM QVAEdam, ex *Proœmio Nicolai Leonici in lib. de Diuinatione per Somnum, à Geſnero exſcripta.*

Diuinatio ex ſomnijs neque penitus eſt contemnenda, veluti nihil de futuris portendens. Nam tum experientia ipſa nos docet, plæraque nonnullis pręcedentibus ſignis, hominibus contigiſſe: tamen in huiuſmodi re omnium ferè hominum conſtans eſt conſenſus.

Vniuerſalis autem fama Heſiodo teſte, haudquaquam eſt contemnenda. Dei enim quædam vox eſſe cenſetur.

Somnia naturalia corporis morbos & incolumitates præmonſtrare valent.

Ad Deum referre ſomnia, illiꝗ horum cauſas aſsignare cum ratione carere videtur, naturam ſcilicet diuinam, quæ in ſe conuerſa, ſe ſolam intelligit & videt, cum ſola ſit ſemper intelligens & intellecta: ad huiuſmodi friuola, fragilitatisꝗ humanæ plena negocia demittere: tum abſurdum eſſe & indecens, Deum fatuis plæriſꝗ & mente captis præmonſtrantia mittere ſomnia, quod ferè accidere percipitur: prudentibus autem viris & optimis nihil per ſomnia ſignificari. Semota autem & ſeiugata diuina cauſa, nihil ſanè de facili reperiri poteſt, cui merito id muneris poſsit aſcribi. Nam quoſdam præmonſtrantia videre ſomnia de ijs qui in extrema occidentis degunt plaga, ad Gaditanum Oceanum Herculeaſꝗ columnas

lumnas, vel de ijs qui in vltimo ponti Euxini habitant ſinu, Boryſthenem'que co-lunt ſiue vrbem, ſeu inſulam, maius profecto eſſe videtur & occultius, quàm vt humana prudentia, mentiſq́ue noſtræ diſcurſu illorum principia & cauſæ rite per-cipi & comperiri poſsint. Quibus ex verbis Ariſtoteles etſi non omnia, quædã tamen diuina eſſe ſomnia, quæ ſupra humanum mentis captum quippiam præ-monſtrare valeant, clariſsimè voluiſſe videtur. Quorum licet ignorentur cau-ſæ, non tamen ideo ſunt abijcienda, aut diuini cuiuſdam vigoris expertia eſſe il-la exiſtimandum eſt. Maxima namq́ue pars de illius ſententia, eorum quæ ſci-mus, minima eſt eorum quæ ignoramus. Quo in loco obiter mihi cum pleraq́ue ſuccurrant, quæ hac de re apud varios rerum ſcriptores literis commendata le-ctitaui, quæ videlicet quibus veraciter ſomni tempore fuere prædicta, quan-tumq́ue ars ipſa medica ſomniorum profecerit viſus, &c.

Plin. lib. 25. naturalis hiſtoriæ, ſcribens de herbis quibuſdam iſthæc ad lite-ram ſubiungit.

Alias inuenit caſus, alias (vt verè dixerim) Deus. Inſanabilis ad hoſce annos fuit rabidi canis morſus, pauorem aquæ potuſq́ue omnis afferens odium. Nuper cuiuſdam militantis in prætorio mater vidit in quiete, vt radicem ſylueſtris ro-ſæ, quam cynorrhodon vocant, eblandidã ſibi aſpectu pridie in fruteto, mitte-ret filio bibendam in lacte. In Luſitania res gerebatur Hiſpaniæ proxima par-te: caſuq́ue accidit vt milite à morſu canis incipiente aquas expaueſcere, ſuper-ueniret epiſtola orantis vt pareret religioni: ſeruatuſq́ue eſt ex inſperato. Et pô-ſtea quiſquis auxilium ſimile tentauit. Hæc ille. Ex quibus profecto diuina quædam eſſe vult ſomnia, quæ pro abſentibus interdum videantur, abſtruſas habentia cauſas, quas humanus veſtigare non poteſt animus, vt hoc etiam in loco fatetur Ariſtoteles, quæ Deum ipſum præmonſtrare, vir religionem po-tius negligens quàm admirans, manifeſtè confeſſus eſt.

Diuina ſomnia ſimplicioribus, & cuiuis è populo potius apparent, &c. Se-cundum hæc: Qui abſcondiſti hæc à prudentibus, & reuelaſti ea paruulis. Et quod humana prudentia ſi ad Deum conferatur, deſipientia potius quàm pru-dentia appellari debet: & quod illi, quos quaſi inſanos & ſtultos quondam ne-glexit mundus, diuinorum reuelationem myſteriorum habere meruerunt, iuxta illud: Nos inſenſati vitam illorum reputabamus inſaniam, & finem eorum ſine honore. & rurſum: Anunciauerunt opera Dei, & facta eius intellexerunt. Vt hæc inquam miſſa faciamus omnia, non ab re ſanè eſſe videtur humanã pruden-tiam experientijs actionibuſq́ue immerſam humanis, ad diuina recipienda ſom-nia minus habilem & aptam videri: quæ ſolutus quodammodo animus, nihilq́ue cum vitæ illius ſpecie agẽs, quę ſibi cum corpore eſt communis, ſed inſeparabili illa permanens vita, ſuſcipere nimirũ & clare cernere cenſetur quod humiliorib. plerũq́ue occultis eueniſſe cauſis liquido eſt animaduerſum. Hæc Nicol. Leonic9.

CONRADI GESNERI DE INSOMNIIS *epiſtola ad quendam nobilem.*

SOmniorum ſpecies varias Diuus Auguſtinus, & Diuus Gregorius nume-rant. Poſſunt autem ex quibuſdam ſomnijs coniecturæ colligi, non modo de præſentibus & præteritis, quod naturale eſt, ſed futuris quoq́ue rebus, ambiguæ tamen & incertæ. Cicero priuſquam de facie cognouiſſet Octauium, poſtea nõ-minanatum Auguſtum, ſomniauit eum Reipub. principem fore, vt à Plutarcho in vita Ciceronis indicatur. Sed deceptus eſt Amilcar ſomnians ſe cœnare intra Syracuſas, exiſtimans enim victoriam ſignificari, ac ideò vrbem poſtridie oppu-gnans, captiuus ibi cœnauit. Cum ergo ſimilia multa reperiantur in hiſtorijs, ne-

quaquam conſtantem adhibebimus fidem interpretationibus, niſi diuinorum ſomniorum, qualia fuerunt Ioſephi, Pharaonis, & aliorum quorundam. Sic ſunt ſomnia noſtra, Delphicis oraculis ſimilia aliquando, & vanis Dæmonum promiſsionibus, illuſionibus potius, quæ in vtramq; partem interpretari nonnunquam cum poſsint, nos nobis prædicimus ac ex ſomnijs pollicemur quę cupiditatibus noſtris magis arrident, vt hinc non raro decipiamur. Quid verò hac de re Philoſophia, ideſt humana ratio ſentiat, inquirere licet, ita vt quatenus erret aut non erret, iudicium ex ſacris literis adhibeamus.

TABVLA IN ARISTOTELIS LIBELLVM *de diuinatione ex inſomnijs.*

* Notauimus aliqua, quæ ab Ariſtotele expreſſa non ſunt.

SOMNIORVM alia pertinent

- Ad *nos, & hæc vel ſunt*
  - Signa *affectionum, vel*
    - Corporis: *morborum nempe præſentium aut futurorũ: aut aliarum corporis mutationum & temperamentorum. Et de his agunt Medici.*
      ¶ In *ſomnis quidem etiam minima facilè deprehenduntur, cum multò maiora videantur quàm ſint & nullis externis obiectis ſenſus turbetur. Minima autem ſunt, vt omnium rerum, ita & morborum principia: itaq; in ſomnis non latẽt.*
    - Animi & *affectuum: nam pro morum affectuumq; varietate, alij alia ſomnia vident, ceu Phyſiognomica quædã ſigna.*
  - Cauſę *actionum à nobis gerẽdarum. Sæpe enim aliqua in ſomnis cogitatio ſe offert, quæ vel admonet nos alicuius rei agendæ (à ſimili, à contrario, vel aliter) vel ad agendum etiam aliquid quaſi religione quadam impellit.*
  - * Symptomata: *vt ſomnia quæ ſequuntur actiones aut cogitationes diurnas. Et forſitan etiam illa, quæ ſupra naturam, aut fortunæ noſtræ conditionem & poſsibilitatem ſunt.*

  Horum *vtpote naturalium, euentus nõ ſemper quidẽ, ſed ſæpe eueniunt.*
- Ad *alios, loco vel tempore*
  - Remotos: *& hæc fortuita, ſeu ſymptomata ſunt, raroq; eueniunt: ac ſi quando euenerint, id per accidens fit, quemadmodum homines interdum, mentione de ipſis facta, ſuperueniunt.*
  - Non *remotos, ſed fortè vicinos: quæ ſi non ſunt ſymptomata, eueniunt vel per*
    - Idola *& defluxiones, vt Democritus ſentiebat.*
    - Motiones *quaſdam, & ſenſiones, vel ſpecies mobiles ſenſibilesq;, quæ qualitate ſua aërem imbuant, vt Ariſtoteles.*

    Hæc *ipſa etiã aliquãdo diuina & prophetica eſſe poſſunt.*
  - ¶ Ita *Michaël Epheſius diuidere videtur. Quæri autem poteſt, an ea quoq; quæ ad alios locis & temporibus remotos pertinent, per motiones quaſdam, quibus aër imbuitur, fieri poſsit. An dicendum non poſſe illas in aëre diu ac procul durare?*

Quæſtiones?

Cur ſomnia diuinantia potius vident?

1 Οἱ τυχόντες καὶ ἀγεννεῖς τῶν ἀνθρώπων;

2 Οἱ ἐκστατικοὶ, qui non prorſus ſed aliqua ex parte inſaniunt, aut inſanire videntur. R. Quoniam animi eorum ab alijs curis & cogitationibus vacui ſunt.

3 Οἱ μελαγχολικοὶ ∴ ὅτι

1 Διὰ τὸ μεταβλητικὸν ταχὺ τὸ ἐχόμενον τῆς ἀρχῆς τῶν ἐσομένων φαντάζονται.

2 Διὰ τὴν σφοδρότητα οὐκ ἐκκρούεται αὐτῶν ἡ κίνησις.

4 Οἱ γνώριμοι περὶ τῶν γνωρίμων. R. Quoniam illi maximè plurimumq́ de ſe inuicem cogitant, & ſe inuicem curant.

¶ Optimus ſomniorum interpres & coniector fuerit, qui ſimulachra quæ in ſomnis plerumq́ diſtorta & rebus ſuis diſsimilia apparent (vti in aquis quæ mouentur valde diſsimiles & inconditæ rerum ſpecies) diſcernere & agnoſcere potuerit. Sic Euripides. Μάντις ἄριστος ὅστις εἰκάζει καλῶς: quem verſiculum Cicero ſic vertit: Benè qui conijciet, vatem hunc perhibebo optimum.

ARGVMENTVM TOTIVS HVIVS LIBRI: EX ARISTOTELIS LIBRO DE

Somno & vigilia, ab initio.

Πότερον ἐνδέχεται τὰ μέλλοντα προορᾷν, ἢ οὐκ ἐνδέχεται: Καὶ τίνα τρόπον εἰ ἐνδέχεται, καὶ πότερον τὰ μέλλοντα ὑπ᾽ ἀνθρώπων μόνον προορᾶσθαι, ἢ ὧν (ἢ καὶ ὧν, Them.) τὸ δαιμόνιον ἔχει τὴν αἰτίαν, καὶ φύσει γίνεται, (an καὶ πότερον φύσει ∴ Themiſt. nihil) ἢ ἀπὸ ταὐτομάτου.

CAPVT PRIMVM.

Ὅτι ἐστί τις καθ᾽ ὕπνον μαντικὴ, καὶ ὅτι ἀνάγκη τὰ ἐνύπνια ἢ αἴτια εἶναι, ἢ σημεῖα τῶν γιγνομένων, ἢ συμπτώματα ἢ πάντα, ἢ ἔνια τούτων, ἢ ἓν μόνον, καὶ ποῖα τούτων ἕκαστα. Ideſt

Eſſe aliquam in ſomnis diuinationem: & ſomnia quæuis vel cauſas eſſe, vel ſigna, vel ſymptomata (ſiue vnum ſiue duo, ſiue omnia hæc) eorum quæ fiunt (ab homine) ante vel poſt ſomnia.

Ῥᾷον.) Repono ῥᾴδιον.

Τι σημεῖον.) Σημειῶδές τι καὶ τῶν μελλόντων προμάντευμα.

Παρέχεται.) Pro παρέχει.

Ἐξ ἐμπειρίας.) Πείθει γὰρ ἡμᾶς ὡς σημειώδη τὰ καθ᾽ ἑκάστους γινόμενα.

Περὶ ἐνίων.) Scilicet πραγμάτων.

Τῶν ἄλλων ἐνυπνίων.) Ideſt, de omnibus, Epheſius.

Καθ᾽ ἣν ἂν γένηται.) Γένοιτο. Videlicet omnia inſomnia aliquid ſignificet.

Θεὸν εἶναι.) Cubare ſolebant ægroti in templis, præſertim Aeſculapij ad captanda inſomnia.

Ἢ αἴτια.) Αἴτιον: vt quæ ad res agendas hortantur vel dehortantur.

Σημεῖον, vt affectuum corporis, vt incubus, comitialis.

Συμπτώματα: infinita, quælibet fortuita.

Σημεῖον ἐκλείψεως.) Signum deliquij, cum Luna ſubire incipit.

Somnium ſignum rei

1 Præteritæ, vt mulieris de filio à cane morſo apud Plinium.

2 Futuræ, vt Amilcaris, ſe cœnare Syracuſis: quòd ſimul & cauſa fuit, vt vrbem oppugnaret.

3 Præſentis, vt biliosus aut febriens ignem ſomnians.

Occaſione inſomniorũ, quæ futuras res præſignificare dicuntur, non potui intermittere quin etiam Geſneri duo inſomnia, ab ipſo in ſchedis annotata haud ita longè ante eius obitum ei viſa, huc aſcriberem, vnà cum eius ipſius interpretatione.

Inſomnium Conradi Geſneri 1561. Octobris die 27. poſt mediam noctem.

Cum eſſem in templo noſtro maiori, & vaginã vacuam haberem gladio Heluetico paruo, quem geſtare ſoleo, amiſſo, ſuperuenit quidam, qui illũ mihi reddidit, inuentum dicens in domo (Aquilæ rubræ hypocauſto minore, ubi aliquando habitaui) iuxta feretrum funeris: & à morte illuc delatum interpretabatur: eſſeq; hoc funeris etiam mihi imminentis ſignum. An gladius, ceu animus eſt, vagina ceu corpus? amiſſus autem è vagina gladius, animi à corpore emigrationem ſignificat? Præpara itaq; te ad mortem propè imminentem.

Inſomnium alterum Geſneri, 1563. octauo Septembris.

Somniaui à media nocte, vix poſſe me euadere morſum canis rabidi. Rabidi aũt canis morſui, ſolebã ſemper antehac cõparare peſtem: & in ipſo hoc periculo, cogitabam, malè feciſſe me, quòd teſtamentum nondum diſpoſuiſſem: eſſe enim hanc fati imminentis admonitionem. Vtrumq; ex autographo.

Τοῦ βαδίζοντος.) Themiſtius habet τό.

Οἷον τὴν περὶ τὸ σῶμα.) Καὶ σημεῖα μὲν δι' ὧν παρίσταται καὶ προδηλοῦται σωματικὰ ἢ ψυχικὰ πάθη. Signa ſunt, quæ corporis aut animi affectus ob oculos ponunt.

Χαρίεντες.) Elegantiores, paulò peritiores.

Αἱ μὲν γὰρ μεθ' ἡμέραν.) Αἱ μικραὶ κινήσεις μεγάλαι δοκοῦσιν ἡμῖν ἐν ὕπνοις, διὰ τὸ τὰ αἰσθητήρια τότε ἀργῆν.

Οἴονται γάρ.) Probat per inductionem. Nota, hæc non propriè inſomnia eſſe, cũ à ſenſibus reipſa percipiantur: ſed αἰσθήματα & φαντάσματα in ſomno.

Ἀπορρέοντος.) Et hoc ſignum eſt futuri alicuius phlegmatici morbi. Sic per cœnòſum & fœtidum locum tranſire ſomnians, de morbo aliquo periclitatur.

Ἐπεγειρομένοις.) Ἐγερθεῖσι δὲ φανερὸν γίνεται ὅτι ταῦτα πάντα μικρά ἐστιν.

Αἱ ἀρχαί.) Principia rerum omnium parua ſunt quantitate, qualitate verò & potentia magna. Principium dimidium totius.

Τῶν οἰκείων ἑκάστῳ.) Suorum cuiq; actuum.

Μέλλοντες πράττειν.) cum opus inſtituitur, vel iam incipitur, ἐν ταῖς πράξεσιν ὄντες, cum iam aliquo uſq; productum eſt. ἢ πεπραχότες, cum abſolutum.

Εὐθυονειρία.) Viſio, Macrobio. Epheſ. Ὥσπερ μέλλοντες πρᾶξαί τι (cum ſyncere & apertè aliquid videtur, ſimpliciter, aut iam agentes: non placet quòd Epheſius addit, ἐν τοῖς ὕπνοις.) ἢ ἐν τοῖς ὕπνοις πράσσοντες, εὐθυονείρως τούτοις συνίσμεν: οὕτω γὰρ εὐθυονειροῦμεν ὡς μὴ ἄλλοτι, ἀλλ' ἐκεῖνο αὐτὸ ἀπαραλλάκτως θεᾶσθαι, ὅπερ ἐπράττομεν. Vide Themiſtium.

Iudicibus lites, aurigæ ſomnia currus.

Πᾶσα κύων ἄρτως μαντεύεται, ἰχθύα κἠγώ. Piſcator apud Theocritum.

Προοδοποιουμένη.) Animus imbuitur, ac præparatur.

Ἡ κίνησις.) cogitatio noſtra.

Ἀπὸ τῶν ἀρχῶν.) Principijs & occaſionibus.

Πάλιν ἀναγκαῖον.) Siue actionibus ſiue cogitationibus.

Ὑπέρβατα.) Ὑπέρβατα λέγει, τὰ ὑπ' ἄλλων πραχθησόμενα, καὶ ἁπλῶς, ὧν μὴ ἔστιν ἐν ἡμῖν ἀρχή. Quæ nos & noſtram poteſtatem excedunt: exceſſoria, vel exceſsiua,

hyper-

hyperbolica. Vatabl.extrema illa & ſupra omnem hominis fidem poſita, & ea quorum origo in nobis non eſt.Sed Hegendorphin.quæ non ex ſe oriuntur.

Μὴ ἐν αὐτοῖς.) Scilicet τοῖς καθεύδουσιν.

Ὅταν μεμνησομένῳ.) Cum procedentibus nobis obuiam venit, quem modo peregrè commorantem cogitabamus.

Τύχῃ μὲν.) Vide,nam ad μὲν nihil ſequitur quòd reſpondeat: an παραγινόμενον? malim,τύχῃ αὐτὸν παραγίνεσθαι. Sic videtur & Epheſius ſentire, & Themiſtius:Τύχῃ παραγινόμενος,Sequitur etiam παραγινέσθαι in eadem ſententia repetita.

Μᾶλλον δ.) Scilicet ἐν τῷ ὕπνῳ ἢ καθ' ἡμέραν.

Οὐδὲ τοῦ μεμνῆσθαι.) Malim οὐδὲ τό.

Οὐκ ἀποβαίνει.) Οὐκ ἀπέβη τὸ πρᾶγμα,pro οὐκ ἐπιτέτευκται,Lexicō. Euadere, dictio hæc vix in hac ſignificatione inuenitur, ne in Promptuario quidem:quanquam paulò poſt repetitam ſubijciemus.

CAPVT SECVNDVM.

*Ὅλως δ' ἐπεὶ καὶ,&c.Ὅτι τὰ ἐνύπνια οὐ θεόπεμπτα,οὐδὲ θεῖα, ἀλλὰ δαιμόνια. Καὶ ὅτι οἱ μελαγχολικοὶ προορατικοί. Καὶ περὶ Δημοκρίτου δόξης εἴδωλα καὶ ἀπορροίας αἰτιωμένου:αὐτὸς δὲ κινήσεις τινὰς μᾶλλον αἰτίας ποιεῖ.*Ideſt.

Inſomnia non eſſe diuina,nec à Deo,ſed à Dæmonibus immitti. Melācholicos natura ad præuidendum comparatos eſſe. De opinione Democriti; ſimulachra quædam & defluxiones cauſantis.Ariſtoteles motiones quaſdam potius.

Τῶν ἄλλων ζώων.) Ὅτι πολλὰ τῶν ζώων ὀνειρώττει,δῆλον: κύνες γὰρ κοιμώμενοι μυκτηρίζουσι.Equi,canes,boues,capræ,Plinius lib.10.cap.65.

Τούτου χάριν.) Ideſt διὰ τοῦτο;per illum,ideſt,illo efficiente.

Ἄρτι ἃ.) Fortè ἀρτία vel ἀρτίδια,ἤγουν τὰ ῥιπτούμενα ἁρπάζουσι.

Μερίζοντες ἁρπάζουσιν.) certatim rapientes.Scholiaſtes legit.ἐρίζοντες.

Πολλὰ βάλλης.) Si ſæpe iactes,venerem aliquandò iacies.Adagium, Si crebrò iacias,aliud aliâs ieceris.Et,Si ſæpe iactaueris,aliquandò Venerem iacies. Cicerō nimirum in de Diuinatione. Quis eſt qui totum diem iaculans, non aliquando collimet? Totas noctes ſomniamus,neq; vlla ferè eſt,quo non dormiamus,& miramur aliquando id,quod ſomniamus euadere? Quid eſt tam incertum, quā talorum iactus,tamen nemo eſt,qui ſæpe iactans Venerem iaceat aliquando.nō nunquam etiam iterum atq; tertium.

Et,*Somnia fallaci ludunt temeraria nocte,*
Et pauidas mentes falſa timere iubent. Tibullus.

Τὰ τῶν πνευμάτων.) Scilicet πολλὰ οὐκ ἀποβαίνειν ἄτοπον.

Κυριωτέρα.) Vehementior efficacior.

Μελλούσης.) Abundat,vel ὑπαρχούσης.Themiſtius habet μενούσης.

Οὐ γίνεται.) Nō fit illud,quòd initio expectabatur. Subaudi οὐ γίνεται τὸ μέλλον.

Δι' ἄλλας ἀρχάς.) Βουλὰς

Πέφυκε ταῦτα.) Interdum,ποτέ malim.

Ἀρχὰς ἐνυπνίων.) Ἐφ' ἃ οἱ ἰδόντες κύριοι.

Ὑπερορίας.) Exceſſus.

Τοῖς τόποις,ἢ τοῖς μεγέθεσιν.) Aut loco aut magnitudine: οὐ παραλλήλου hæc poſita ſunt,& eundē ſenſum habent,Epheſius:& addit,De his nihil dicemus. quòd non placet.Nam de cæteris quoq; nihil amplius dicit.

Ἢ τούτων μὲν μηδὲν.) Ἢ καὶ τῶν ἐγγὺς μὲν πραττομένων,καὶ παρὰ γείτονος ἴσως,μὴ μὲν τὸ γε ἐν αὐτοῖς ἐχόντων τὰς ἀρχὰς τῶν εἰδότων τὸ ἐνύπνιον,εἰ μὴ γίνεται τὸ προορᾶν ἀπὸ συμπτώματος.

Τοῖον δ' ἂν εἴη τὸ μέλλον.) De talibus inquam inſomnijs,ſi non ſunt ſymptoma-

ta, ita ſentiendum potius fuerit (vt iam dicetur) quàm cum Democrito. Pro τὸ μέλλον, μᾶλλον. Epheſius ſic, ἑτέρως ἂν ἔχει μᾶλλον, ἢ ὥσπερ λέγει Δημόκριτος. Scheck. hic fallitur.

Εἴδωλα.) Εἴδωλα Δημόκριτος τὰ μὲν ἀγαθοποιὰ τὰ δὲ κακοποιὰ ἔλεγεν, ὑπερμεγέθη τε εἶναι καὶ δύσφθαρτα, &c.

Κινήσῃ τὸν ἀέρα.) Κινήσεις αἱ ἐν ἀέρι φερόμεναι, & diutius in aëre durant noctu, quod aër tum quietior ſit, & à nobis facilius percipiuntur, vtcunque paruæ fuerint: nam in ſomno etiam minimas motiones in corpore ſentiri diximus. Itaque etiam extrinſecus aduenientes paruas motiones, & per ſenſoria ſe inſinuantes, facilius percipiemus nocte quàm die.

Κίνησίν τινα.) Speciem quandam mobilem & ſenſibilem.

Καὶ αἴσθησιν.) Paſsiuè.

Ἀφ' ὧν ἐκεῖνος.) Ab illis rebus, à quibus ille ſcilicet Democritus.

Ἀφικνουμένας.) Scilicet τὴν κίνησιν ταύτην καὶ αἴσθησιν.

CAPVT TERTIVM.

Αὗται δ' αἱ κινήσεις, &c. Διὰ τί οἱ τυχόντες μᾶλλον καὶ νύκτωρ, ἢ οἱ φρονιμώτατοι, καὶ καθ' ἡμέραν προορῶσι. Καὶ πῶς οἱ ἐκστατικοὶ, καὶ οἱ μελαγχολικοὶ μᾶλλον προορῶσι. Καὶ τίς τεχνικώτατος κριτὴς ἐνυπνίων. Ideſt.

Cur homines vulgares potius & noctu, quàm ſapientes etiam interdiu præuideant: & quomodo Ecſtatici & Melancholici magis præuideant: & quis optimus ſomniorum coniector.

Ὅτι αἱ οἰκεῖαι.) Ideſt μὴ ἔχουσιν οἰκείας κινήσεις,

Τῶν ξενικῶν.) Peregrina. Τῶν ἔξωθεν προσπιπτόντων, Μήποτε δὲ ξενικὰς κινήσεις λέγει, τὰ μέλλοντα οὐχ ὑφ' ἡμῶν, ἀλλ' ὑπ' ἄλλων πραχθήσεσθαι.

Τὸ δὲ τινας.) Quoſdam autem eſſe qui certiſsima ſomniant. Quod autem nonnulli euidentia ſomnia, idque maximè familiares de familiaribus præuideant, &c. nam etiam de aliis, & ignotis videmus aliquando alia ſomnia, ſed rarius.

Περὶ τῶν γνωρίμων.) Cicerò lib. 1. de diuinatione perſcribit ſomnium Arcadis cuiuſdam, quo per viſum oblata fuit ei cædes familiaris ſui, quem caupo in diuerſorio iugulauerat.

Ὥσπερ γὰρ πόῤῥω ὄντων.) Scilicet ἑαυτῶν. Vt enim eminus ſe mutuò internoſcunt familiares, Epheſius. amicos enim etiam eminus illico agnoſcimus præ cæteris.

Μάλιστα.) Τάχιστα.

Σφοδρότερον.) Vehementia eſt vis cum celeritate coniuncta.

Ὥσπερ βάλλοντες πόῤῥωθεν.) Qui eminus iaculantur, niſi vehementior iactus ſit, ad metã non perueniunt, deficiente prius impetu. Sic Melancholici, quoniã & multiplici cogitatione vtuntur, non ſine aliquo ordine, quem rerum cognatio monſtrat, & impetum vel contentionem cogitandi diſcurrendique nõ citò remittunt, ſæpius ἐπιτυγχάνουσι.

Πρότερον εἴπομεν.) In libro de Inſomniis.

FINIS.

CONRADI

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS LIBRVM DE ANIMALIVM motu, ſcholia & annotationes.

HVius capitis initium clarius ſic legeretur, vt Epheſio placuit. Ἐξ ἀνάγκης δὲ ἀκολουθεῖ τῇ νοήσει καὶ τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν (τοῦ διωκτοῦ καὶ φευκτοῦ) θερμότης καὶ ψύξις. Ἐστὶ δὲ (melius γὰρ pro δὲ) τὰ λυπηρὰ καὶ ἡδέα αὐτῶν πάντα σχεδὸν μετὰ ψύξεως καὶ θερμότητος. Τὰ δὲ ἄλλα μεταξύ. Λανθάνει δὲ ὅτι μετὰ θερμότητος καὶ ψύξεως γίνονται, περὶ τὰ μικρὰ λυπηρὰ καὶ ἡδέα. (περὶ δὲ τὰ μεγάλα πάμπαν εἰσὶ καταφανῆ. ὧν θερμότητων περὶ ἡμᾶς γινομένων καὶ ψύξεων, ὁρᾶται ποτὲ μὲν μόρια τινὰ κινούμενα ἐν ἡμῖν: ὡς *Exemplum, vt ſi quis feli caput demulceat, aut ſimul dorſum totum.* ἐν τοῖς ὀνειρωγμοῖς τὸ αἰδοῖον, τὰ σκέλη. Ποτὲ δὲ ὅλον τὸ σῶμα, ὅτε κατὰ τόπον μεταβάλλομεν.

Ἐν τῷ πρακτῷ.) vt finis.

Τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν: ſcilicet τοῦ διωκτοῦ ἢ φευκτοῦ. Ἔστι δὲ τὰ λυπηρὰ.) melius, Ἔστι γάρ.

Ἐκ τῶν παθημάτων.) in maioribus ſcilicet commotionibus.

Τὰ μὲν κατὰ μέρος.) vt caput felis ſi demulcetur. Vt locus pruriens ſcilicet demulceatur, aut in calidam immittatur.

Τὰ δὲ καθ' ὅλον.) Sic ἐν ὀνειρωγμοῖς τὸ αἰδοῖον καὶ τὰ σκέλη κινεῖται.

Οἷον εἰδώλοις.) ἐν τῇ λέξει τῇ, οἷον εἰδώλοις, &c. περὶ τῶν ἀπὸ τῶν ἡδέων καὶ τῶν λυπηρῶν ἐγγινομένων ἡμῖν περὶ τὸ πρῶτον αἰσθητήριον τύπων καὶ ἀναζωγραφημάτων εἴρηται.

Αἰτίαι τῶν αὐτῶν, ſcilicet ψύξεως καὶ θερμότητος.

Ὥστε εὐλόγως ἤδη δημιουργεῖται, &c. Ἀρχὰς ὀργανικῶν μορίων λέγει τὰ νεῦρα, τοὺς μῦς: ὀργανικὰ δὲ μόρια, χεῖρας καὶ πόδας. Γίνονται δὲ τὰ νεῦρα πεπηγότα καὶ οἱονεὶ ξηρὰ, ἢ σκληρὰ, ἐν τοῖς φόβοις. ὑγρὰ δὲ καὶ μαλακὰ καὶ ἀπολελυμένα ἐν ταῖς ἡδοναῖς. Sic igitur affecti nerui δημιουργεῖται καὶ ἄγεται τῇ ὁρμητικῇ δυνάμει (ἀφ' ἧς καὶ τὴν ἀρχὴν ἐγγίνεται.)

Δημιουργεῖται, id eſt fiunt ſecundum iſtas qualitates ab anima motiua.

Περὶ τὰς ἀρχὰς, neruos intelligit.

Τῶν ὀργανικῶν, vt manuum & pedum.

Καὶ μαλακὰ, &c. id eſt, μαλακὰ ἐκ σκληρῶν, καὶ ἀνάπαλιν.

Τοιαύτην ἐχόντων τὴν φύσιν, &c. Τοιαύτην, id eſt idoneam, vt alterum eorum agat, alterum patiatur. Addit Epheſ. rationem, ἐπειδὴ ἀπὸ τῆς τοιαύτης ὀρέξεως τὰ τοιάδε γίνεται πάθη, ἀνάγκη ἅμα τῷ τὴν ὄρεξιν κινῆσαι, γίνεσθαι τοῦ πνεύματος, καὶ διὰ τούτου τὴν νεύρων κίνησιν, καὶ διὰ τούτων τοῦ ζώου.

Τῶν ἐν τῷ λόγῳ.) eorum quæ ad definitionem & eſſentiam ipſorum, τοῦ ποιητικοῦ, ſcilicet καὶ παθητικοῦ, pertinent. Epheſius ſic. Καὶ μηδὲν ἀπολείπει τῶν εἰς τὸ τί ἦν εἶναι καὶ τὸ εἶδος ἑκάστου τούτων συντεινόντων. ὥσπερ γὰρ ἂν λείπῃ τι τῶν εἰς τὸν ὁρισμὸν τοῦ ἀνθρώπου ὑπαρχόντων, οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος: οὕτως ἄν τι λείπῃ τῶν εἰς τὸν ὁρισμὸν τοῦ ποιητικοῦ ἢ ποιητικὸν λαμβανομένων, οὐκ ἔστι τὸ ποιητικὸν τοῦθ' ὅπερ λέγεται. ὁμοίως οὐδὲ τὸ παθητικὸν,

παθητικὸν.

παθητικὸν, Sic Epheſius. An fortè λόγος pro ἀναλογία & certo modo: videtur ſanè. Licebit igitur τὴν ἐν τῷ λόγῳ interpretari, eorum quæ ad certum modũ pertinent: oportet enim inuicem λόγον aliquem habere agens & patiens: nam ſi alterutrum modum vi ſua qua vel agit vel patitur, excedat, non fiet motus. Sic lętitia ſi planè immodica fuerit, corrumpit potius quàm moueatur: & quæ patiuntur, vt nerui ac muſculi, ſi vel nimium duri ſint & δυσπαθεῖς, vel nimium molles & εὐπαθεῖς motus non fiet.

An ποιητικὸν τῆς κινήσεως dicemus, τὴν ὄρεξιν, τὴν καρδίαν, (τὸ τέλος) τῆς καμπῆς μέρος τὸ ἠρεμοῦν. Παθητικὸν verò, ipſos neruos et muſculos: vel partem eam ipſam quę mouetur actu, & articuli partem mobilem.

Διὰ τοῦτο δὲ ἅμα.) Concludit.

Τὰ μὲν ὀργανικὰ μέρη: accuſatiuo caſu. τὰ πάθη, in nominatiuo. Et πάθη dixerim ipſarum partium calfactiones & refrigerationes.

Τὴν δὲ ὄρεξιν ἡ φαντασία.) ſiue per ſe ſiue cum ſenſu aut phantaſia coniuncta.

Ἅμα δὲ καὶ ταχὺ.) Scilicet γίνεται ἡ κίνησις: vel τὸ μὲν ποιεῖ, τὸ δὲ πάσχει. Alcyonius vertit, Simulq; & celeriter ipſa res euenit: quoniam principium agendi & patiendi inter ea refertur quæ mutuam habent naturam. Nam & paulò ante dixit εὐθὺς καὶ ἅμα τὸ μὲν πάσχειν, τὸ δὲ ποιεῖν.

Ἄλληλα τὴν φύσιν ſcilicet ἔχει.

Τὸ δὲ κινοῦν καὶ πρῶτον ζῷον.) Cum Epheſio lego. Τὸ δὲ κινοῦν πρῶτον τὸ ζῷον. Prima vis motrix (inquit) oportet quidem vt inſit in aliquo principio, non tamen tali quod alicuius ſit principium, & finis alterius, ſicuti articuli ſunt: ſed ſimpliciter in aliquo principio, tale autem cor eſt. Sicut ipſum NVNC eſt principium futuri, & præteriti finis: ita corpus eſt principium manus, & finis brachij. Et quanquam tota pars ab humero vſq; ad manum extremam, propter neruorum & pulparum continuitatem pro vna reputetur: ſi tamen manus (hoc eſt θέναρ cum digitis) moueatur, & pars poſterior quieſcat, iam duæ videntur. Ita etiam ſi quieſcente olecrano, moueatur brachium.

Ὅταν γὰρ κινῆται ἐνθένδε.) Ὅταν γὰρ κινῆται ἐκ τοῦδε τοῦ τόπου εἰς τόνδε. à loco ad locum, alicunde, à ſua quiete.

Τῆς δ' ἐν τῷ ὠλεκράνῳ κάμψεως.) ſcilicet γινομένης, τὸ μὲν κινεῖται, τοῦτέστιν ἡ χεὶρ συγκινεῖται τῷ ὅλῳ βραχίονι, pars ſcilicet cum toto. Εἰπὼν δὲ τὸ μὲν κινεῖται, καὶ δέον ἐπενεγκεῖν, τὸ δὲ οὐ κινεῖται, ἀντὶ τούτου ἐπήγαγεν, ἀνάγκη δὲ εἶναί τι ἀκίνητον.

Τὴν χεῖρα ἔχοντι: Ἔχειν τι, Epheſius.

Οὔτε ἐν τῷ ἐσχάτῳ, id eſt neque in manu.

Οὔτε ἐν τῇ ἑτέρᾳ ἀρχῇ: τῷ ῥάβδῳ.

Καὶ τέλος πρὸς τὴν χεῖρα.) finem manus, & principium ſui ipſius: atqui inter hæc duo anima eſſe non poteſt.

Τὸ ἄκρον τῆς χειρὸς: tota manus, puto.

Τοῦτο τὸ μέρος. ὁ καρπός.

Ἀφαιρετὸν, χωριστὸν.

Ἀνάγκη ἄρα, ſcilicet τὴν ψυχὴν.

Ἐξώτερον, Epheſius, ἐφεξῆς. melius quadraret ἐσώτερον vel ἀνώτερον. Alcyonius vertit: neq; ſi aliud cum eo magis continens ſit. Ego malim: neq; in ea parte quæ ab alia ſuperiore dependeat, vel quæ ab alia extra ipſam poſita moueri poſsit. Mox quidem ſequitur ἀνώτερον, in eadem vt videtur ſignificatione, qua hic ἐξώτερον accipitur. Animæ mouentis initium non poteſt eſſe in aliquo articulo *brachiorum aut crurum*, quoniam omnis articulus, *cum ſua parte vel ſuo toto cui ineſt*, moueri ab alio *plerunq; ſuperiore* articulo poteſt; principium verò nõ debet ab alio moueri. Epheſ. ſic, Ἐξώτερον λέγει τὰ ἐφεξῆς: ἔστι δὲ τοῦ μὲν καρποῦ ἐφεξῆς βραχίων, καὶ τούτου ἄλλο, καὶ-

κείνου ἑτέρου. οὐκ ἔστιν οὖν ἐν τῇ τοιαύτῃ ἀρχῇ ἡ ψυχὴ, ἡ τις οὐσία ἐφεξῆς ἄλλη.

Ἔτι γὰρ τοῦ ὠλεκράνου, &c. Τοῦτο ἴσον ἐστὶ τῷ: ὥσπερ γὰρ τοῦ ὠλεκράνου μένοντος, κινεῖται ὁ βραχίων, (οὕτως γὰρ ἐστὶ συνεχὴς τῷ ὠλεκράνῳ) οὕτω καὶ τοῦ ὠλεκράνου μένοντος (malim ὤμου) κινηθήσεται τὸ ἀνώτερον (malim κατώτερον) αὐτοῦ. τοῦτο δὲ ἐστὶ τὸ μεταξὺ αὐτοῦ τοῦ ὠλεκράνου καὶ τοῦ ὤμου. Εἰ δὲ τοῦτο, οὔτε ὁ βραχίων ἔσται ἀρχὴ, οὔτε τὸ ὠλέκρανον, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν τῶν τοιούτων. Alcyonius pro his verbis. Εἰ δὲ μηδ' ἐν τῇ χειρὶ, ὅτι ἀνωτ', &c. vertit: Quod ſi in manu id nõ ſit, nimirum in parte habebitur ſuperiore, &c. Ego malim. Quod ſi in manu (vel carpo) principium mouendi non eſt, quoniam altius principium mouendi, *à quo & ipſa manus cum carpo mouetur, aliud* extat, nempe olecranon: ne in olecrano quidem fuerit: nam ſicuti manus olecrano quieſcente mouetur: ita brachium totum vnà cum olecrano, quieſcente alio ſuperiore, nempe humero, mouetur. *Eſto igitur in humero: ſed huius motus dependet à ſpina dorſi: ſpinæ autem dorſi motus in vertebris ſe mutuo mouentibus conſiſtit.* Epheſius etiam hæc non ſatis probè expoſuiſſe mihi videtur.

CAPVT NONVM.

Ἐπεὶ δ' ὁμοίως, &c. Ὅτι ἀνάγκη ἐν τῷ μέσῳ τοῦ σώματος, &c. καὶ ὅτι τὸ δυνάμει μὲν ἕν, ἐνεργείᾳ δὲ δύο: ὥστε ἀνάγκη αὐτὸ μέγεθός τι ἔχειν.

Ὁμοίως ἔχει, ſcilicet cor.

Καὶ ἅμα τὰ ἐναντία κινεῖται.) pari ratione, reciprocè. ἅμα αὐτὶ τοῦ παρὰ μέρος. In progreſsione enim non ſemper pars altera ſiue dextra, ſiue ſiniſtra, quieſcit, & altera mouetur, ſed alternis, donec quieſcat animal. Epheſius, Ἐπεὶ οὖν ὁμοίως ἔχει ἡ καρδία καὶ πρὸς τὰ δεξιὰ καὶ πρὸς τὰ ἀριστερά. ἐν αὐτῇ γὰρ παύομεν τὰ ἀριστερὰ καὶ δεξιὰ μέρη κινούμενα. ἀρχὴ γὰρ αὐτῆς ἡ τῶν δεξιῶν καὶ ἀριστερῶν κίνησις ἀπάρχεται.

Ὥστε μὴ εἶναι τῷ, &c. ὥστε μὴ ἀεὶ, ſed viciſsim.

Μηδ' αὐτῷ τούτῳ ἐκεῖνο: Epheſius legit αὐτῷ τοῦτο. Lego μηδ' οὖν τῷ τοῦτο ἐκεῖνο.

Ἐν τῷ ἀνωτέρῳ: in articulis.

Ἀνάγκη ἐν τῷ μέσῳ, &c. Medium illud & principium motus non eſt cor, nec nerui ex eo enaſcuntur, nec ſenſus in eo primùm, ſed cerebrum & ſpina dorſi.

Aliquid *mouet tantùm, vt anima.* } duo *extrema.*
Aliquid *mouetur tantùm.* }
Aliquid *mouetur & mouet. Medium ſcilicet ἡ ὄρεξις.*

Sed etiam de ipſius corporis parte media loquitur.

Τὸ μέσον ἔσχατον. Μέσον ceu centrum.

Ὁμοίως δ' ἔχει, &c. Et hoc ipſum æquè comparatur ad motiones ſuperiorum & inferiorum partium, vt ad lacertorum & crurum, quorum origo eſt ſpina capitis, in ijs in quibus illa dorſum perreptat, Alcyonius.

Τοῖς ἀπὸ τῆς ῥάχεως.) τοῖς, inquam, manibus & pedibus. pro τοῖς, Epheſius legit ταῖς, in textu: in ſcholijs verò τὰ ἀπὸ τῆς ῥάχεως λέγει αὖ τὰ κῶλα.

Συμμεταβαίνει: ita vt hoc loco commutato, partes proximè adiuuent, Alcyon. An συμμεταβάλλει potius? ſic habet Epheſius.

Ἀνάγκη γίνεσθαι πλείω: Epheſius habet δύο.

Ἅμα κινεῖται.) alternis, vt & ſupra.

Καὶ θατέρου.) cordis parte altera cum ſpiritu & neruis.

Α. β. γ. α. cor totum cum ſpiritu ſuo. β. neruus dexter. γ. ſiniſter.

Κινεῖ δὲ τὸ α. Sic & Epheſius: ego malim τὸ γ.

Δυνάμει ὂν τὸ α. id eſt cor totum.

Ἐνεργείᾳ δύο ἔσται, in motu ſcilicet.

Μὴ στιγμὴν, μὴ ἀδιαίρετον.

Ἀλλὰ μέγεθός τι ἐστί. id eſt διαίρετον tum cor tum ſpiritum: neutrum igitur anima.
Ἅμα κινεῖσθαι, alternis moueri.
Ἀμφοτέρας τὰς ἀρχὰς, vtraſque partes cordis, potius. Κινεῖν ſcilicet alternis.
Τοῦτο δ' ἐστὶν ἡ ψυχή: ἡ ψυχὴ ἡ πρῶτον καὶ ἀκίνητος κινοῦσα: ἑτέρου μὲν οὖσα, &c.

CAPVT DECIMVM.

Κατὰ μὲν οὖν τὸν, &c. Ὅτι ἡ ὄρεξις ἐστὶ τὸ μέσον ὃ κινεῖ κινούμενον. Περὶ τοῦ συμφύτου πνεύματος τῆς τε ἰσχύος καὶ τόπου αὐτοῦ ἐν τῷ μέσῳ τοῦ σώματος: καὶ τῆς ἄλλης φύσεως αὐτοῦ εἰς τὸ ἕλκειν τε καὶ ὠθεῖν ἐπιτηδειοτάτης.

KΑτὰ τὸν λόγον, ſecundum cauſam primam efficientem. An per λόγον ψυχήν.
Πεφυκὸς δὲ κινεῖν: Epheſius addit μὴ πεφυκὸς.
Τίνα δύναμιν, ſcilicet εἰς τὸ ποιεῖν. Καὶ ἰσχὺν, id eſt robur. Interpretatur.
Πνεῦμα σύμφυτον.) Τὸ πνεῦμα κινητικότατον ὅτι λεπτότατον, μάλιστα πεφυκὸς δύνασθαι διὰ παντὸς καὶ τάχιστα; in meteoris.
Καὶ ἰσχύοντα: quare cohibent ſpiritum in conatu aliquo.
Σωτηρία τοῦ συμφύτου, an cibus vel potius inſpiratio?
Τοῦτο δὲ πρὸς: τοῦτο, id eſt ſpiritus.
Τὴν ψυχικὴν: τὴν ἀκίνητον.
Τὸ κινούμενον: inferius. Πρὸς τὸ ἀκίνητον, ſuperius. Quod contrahit & tenditur, aſcendit & deſcendit, quare leue ſimul & graue eſt: & in vtramque partem mouere moueriq́ue poteſt.
Ὦσις καὶ ἕλξις: Vide Scheckium in compendio cap. 4.
Τὸ ὄργανον: ipſum πνεῦμα quodammodo.
Καὶ ἑλκτική: an in ſyſtole. καὶ ὠστική, an in diaſtole?
Μὴ ἀλλοιώσει, ſed loco: Τοιοῦτον ἐστί, leue vel graue.
Τὰ φυσικὰ σώματα: grauitatis ſcilicet & leuitatis. An hoc videtur dicere? Elementa ſuis in locis ſe mutuo vincunt, vt aër ignem cohibet ne deſcendat, & ignis aërem ne aſcendat.
Ἀπονικώμενον, quo minus ſcilicet aſcendere poſsit, puto.
Κινουμένῳ μορίῳ ἡ ψυχή.) πνεύματι τῷ ἐν τῇ καρδίᾳ.
Ὑποληπτέον, &c. Παραβολὴ, ὅτι οὐκ ἀνάγκη τὴν ψυχὴν ἐν ἑκάστῳ εἶναι μορίῳ, ἀλλὰ, &c. Ita in libro de mundo ſimiliter de Deo & mundo ſcribit.
Ἀλλ' αὐτὸς ἕκαστος.) αὐτὸς abundat.
Καὶ τῷ πεφυκέναι: illud καὶ, per, id eſt, vt etiam paulò ante, Καὶ ἰσχὺν. id eſt robur, interpretari debet.
Ὥστε μηδὲν δεῖ.) δεῖν, Michaël. Melius propter ſequentia. Ita vt nihil opus ſit, &c.
Τοῦ σώματος οὔσης, ſcilicet τῆς ψυχῆς.
Προσπεφυκέναι, ſcilicet τῇ ἀρχῇ.

CAPVT VNDECIMVM.

Πῶς μὲν οὖν κινεῖται, &c. Περὶ τῶν ἀκουσίων κινήσεων, οἷαι αἱ τῆς καρδίας καὶ τοῦ αἰδοίου μάλιστα: καὶ τῶν οὐχ ἑκουσίων, οἷαι, καὶ διὰ τί ἔνια τῶν μερῶν κατ' αὐτὰς κινεῖται, &c.

TΑς ἑκουσίους κινήσεις:

Κινήσεις
- Ἑκούσιοι.
- Ἀκούσιοι, vt cordis (pudendi.)
- Οὐχ ἑκούσιον, vt ſomni, vigiliæ, reſpirationis.

Οὐχ ἑκούσιον, medium eſt inter ἑκούσιον, vt in Ethicis ad Nicomachum docetur: Mixtum motum dicerent medici. Vide Gal.

Τὴν τοῦ αἰδοίου.) Vt ſi ex ſubito & inopinato ſuperuentu mulieris formoſę, moueatur pudendum: nam idem ſi fiat poſt contemplationem & diligentem inſpectionem mulieris ἑκούσιον non ἀκούσιον eſt, Epheſ.

Φανέντος γὰρ.) Aliqui ſe permingunt præ timore, vt hoſte viſo, &c.

Οὐχ᾽ ἑκουσίους.) Somnus (& ſimilia) quatenus mente aut phantaſia non percipiente fit, ἀκούσιος videtur: & rurſus ἑκούσιος, quoniam eius principium & cauſa intra nos eſt.

Ἀναπνοήν.) pulſus.

Καὶ ὅσαι ἄλλαι τοιαῦται: vt palpitationes paſsim in corde.

Οὐθ᾽ ἡ ὄρεξις: ἡ νοῦς.

Φυσικὴν ἀλλοίωσιν: Interpone φυσικήν τινα ἀλλοίωσιν. Et ſubaudienda διὰ τοῦτο συμβαίνει κινεῖσθαι ἅμα τῷ φανέντι, videntur Epheſio, & punctum ſub notandum.

Ἀλλοιουμένων.) Οὐ μόνον δὲ κατ᾽ ἀλλοίωσιν ἀθρόαν τὸ αἰδοῖον καὶ ἡ καρδία κινοῦνται: ἀλλὰ καὶ αἱ αὐξήσεις καὶ αἱ φθίσεις τῶν μορίων, ἀλλοιουμένων τῶν ζώων συμβαίνουσιν.

Ὥστε μὴ ἤδη κινεῖσθαι.) Μὴ Epheſius non habet. Alcyonius habet. Scheckius μὲν reponit.

Ἄπαι δὲ.) Eadem vtrorumque cauſa eſt.

Αἱ παρὰ τὸν λόγον.) ἀκούσιοι.

Τὰ ποιητικὰ τῶν παθημάτων.) id eſt caliditatem & frigiditatem.

Τὰ γὰρ εἴδη προσφέρουσι, afferunt, cient.

Τῶν μορίων ταῦτα ποιεῖ.) ſcilicet ἡ καρδία καὶ τὸ αἰδοῖον.

Ὥσπερ ζῶον.) Ideò etiam mouentur tanquam animalia. Hoc etiam de vtero dicunt.

Φανερὸν δι᾽ ἣν αἰτίαν.) Scilicet ὅτι οἱονεὶ ζῷον ἐστιν. τοῦτο γὰρ ὁρίζεται παρὰ τὸ αἰσθητικόν: ἡ δ᾽ καρδία ἀρχὴ τῶν αἰσθήσεων, καὶ προσέτι ὑγρότητα ζωτικὴν ἔχει.

Ἡ τοῦ σπέρματος.) Hoc enim potentia animal eſt.

Εὐλόγως συμβαίνουσι.) Καὶ ἀπὸ ταύτης δ᾽ γίνονται, vt ſi moueatur cor cum ſuo ſpiritu, mouentur deinceps tum dextra tum ſiniſtra.

Καὶ πρὸς ἀλλήλας.) à corde ad neruos, & contra.

Τῶν ἐπιγεγραμμένων, in linea.

Ἐπὶ τὴν ἀρχὴν ἀφικνοῦνται.) α. ſit cor. β. partes dextræ corporis. γ. ſiniſtræ. Vtrarumque autem motiones perueniunt ad cor. Sit α. ἀρχὴ ἐν μέσῳ. β. γ. verò τὰ ἑκατέρωθεν μόρια, τὰ δεξιὰ καὶ ἀριστερά. Scheckius non rectè hic Ariſtotelem de animæ & corporis ſympathia loqui putat: & ἀρχὴν hic animam ſignificare, cum hæc indiuiſibilis ſit: ἀρχὴ verò de qua hîc Philoſophus loquitur, diuidatur.

Ἐπειδὴ πολλὰ δυνάμει ἐστιν.) Epheſius omittit. Videtur enim præcedenti pagina verſu 30. in medio noni capitis, contrarium dixiſſe. mihi tamen quadrare videtur, ſic. Καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς ἀρχῆς (ἤτοι καρδίας) κινουμένης, (ἐπειδὴ ἡ καρδία πολλὰ ἐστι δυνάμει. nam & quieſcit in eo aliquid, & mouetur aliquid) ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ ἐν δεξιοῖς τῆς καρδίας ἀρχή, ἐπὶ τὰ δεξιὰ διαδίδοται.

Ἐπὶ τὸ β. ſcilicet γίνεται, ἢ διαδίδοται.

Ἐπὶ τὸ γ. οὐκέτι ſcilicet.

Ὡς ἐπ᾽ ἀρχὴν ſcilicet ἀφικνεῖται.

Ἐπὶ τὸ γ. ὡς. Alij, ἐπὶ τὸ β.

Ὅτε δὲ οὐ ſcilicet γίνεται, non fit. Διὰ τί ὅτε μὲν νοησαί των γίνεται ἡ κίνησις ἡ παρὰ τὸν λόγον, ἐν τοῖς μορίοις, ὅτε δὲ οὐ.

Λοιπὸν δὲ περὶ γενέσεως εἰπεῖν. Nota. In Latinis iam ſequitur de generatione. Alcyonius librum de communi animalium greſſu huic ſubijcit.


APHO-

APHORISMI IN ARISTOTELIS LIBRVM DE COMMVNI ANIlium motu.

1 MOtuum omnium principium aliquod eſt, quod ipſum ſeipſum mouet, vel potius immobile eſt: id quod vt in vniuerſum pronunciamus ratione, ita ſenſu etiam in ſingulis verum eſſe deprehenditur.

2 Ergo in animalibus quoq;, vt ad motum totius principium mobile ponimus animam; ita in ſingulorum etiam membrorum & particularum motibus aliquod principium immobile eſt, nempe articulus, vel potius ipſius articuli (qui ſemper duplex eſſe ſolet) pars ſeu nota ſuperior.

3 Articuli veluti centra ſunt: ab his enim quieſcentibus motiones cientur. Sed centrum in circulo, vt omne punctum prorſus indiuiſibile eſt, & immobile vt Mathematica omnia. Articulus verò partim vnum eſt, partim duo: *Sic etiam Cor capite nono partim vnum partim duo eſſe docet.* & partim mouetur, partim quieſcit. Nam in quiete articulus vnum quippiam eſſe videtur: in motu autem pars eius vna quieſcit, altera mouetur, vt ianua in cardine. Sunt enim extrema duorum oſsium in quouis articulo, quorum ſuperiore quieſcente inferius mouetur. Et ſimiliter membrum aliquod, vt brachium vel crus extenſum, vnum & vniforme eſt actu: potentia verò duo, quoniam alteram ſui partem flectere poteſt. quod ſi flectat partem alteram, iam actu duo eſt. Habet enim partem vnam extenſam & quieſcentem, alteram flexam & in motu, vt hoc in diagrammate apparet.



Fingamus enim diametrum δ. α. β. brachium eſſe, ita vt δ. ſit humerus: α. cubitus, β. manus. Quieſcente autem δ. α. mouetur α. β. ita vt fiat α. γ. Ergo α. partim mouebitur, partim quieſcet.

Capite nono, Spiritum innatum ita inquit ſe habere ad animam: ὥσπερ τὸ ἐν ταῖς καμπαῖς σημεῖον τὸ κινοῦν καὶ κινούμενον πρὸς τὸ ἀκίνητον. en nota articuli immobilis eſt: altera verò ab hac immobili mouetur (innititur enim ei) mouet autem ipſa partem ſubſequentem & ſibi continuam?

4 Ergò principium motus in quouis articulo immobile fuerit, non ſemper quidem aut ſimpliciter: ſed quatenus principium, hoc eſt eo tempore dum pars aliqua inferior mouetur.

IN CAPVT SECVNDVM.

5 Sed aliud preterea extra ipſum mobile, ab eo diuerſum, & nulla ipſius pars, & minime in ipſo, mouendi principium requiritur: cui ceu fundamento quieſcendi immobiliq; ſimpliciter, id ipſum quod mouet, innitatur (ſiue pedibus vt ſtans, aliterue vt ſedens, qui extra nauim poſitus, eam impellit, ſiue manibus aut pectore ab eo qui intra nauim poſitus, conto in terram adacto, cui innititur eam mouet.)

6 Hinc ſolui illa queſtio poteſt, cur nauis quantacunq; moueri nequeat ab eo quòd in ipſa naui ſit, vel quod alicui eius parti innititur. Animal quidem vt moueat aliquid duplici obnixu extrinſeco ei opus eſt, altero ad rem mouendam, altero ad aliquid quieſcens: quod ſi obnixus vterque ad rem eandem fiat, moueri non poterit.

IN CAPVT TERTIVM.

7 Cœlum quidem & mundus mouentur ab aliquo extrinſeco immobili, *Deo nimirum*, non tanquam firmamento, ſed tanquam motore: intrinſecus verò partem

tem ſui quieſcentem cui innitatur nullam habet. Nam pòli quos fingunt immobiles eſſe, nulli ſunt, vtpote puncta; quæ vt reipſa non ſunt, ita neq; quieſcere, neq; moueri ea dixeris. & cum cœlum vehementiſsimo motu circum agitur totum, quomodo aliquid eius ſine violenta diuulſione quieſceret? Item cum poli duo ſint, motus autem vnus ad vnum mobile vnumq; mouens pertineat, quomodo motum cœli vnum ab oriente ad occidentem efficient, alterum verò contra? Sed neque intrinſecus aliquid eſſe poterit, à quo moueatur, vt neq; in naui aliquis exiſtens nauim mouere poteſt. Fabuloſum eſt igitur quod de Atlante ferunt.

8 Firmamentum motus externum tantundem in reſiſtendo quieſcendoq; roboris habere oportet, quantum id quòd mouet mouendo. Ergo terra, ſi Atlas mundum mouens ei reſiſtat, tantam vim habeat ad quietem oportet, quãtam & Atlas mouens, & vniuerſum quod mouetur cœlum, ad motum vim habent. Atqui hoc abſurdum eſt, cum ad vniuerſum puncti duntaxat rationem obtineat.

IN CAPVT QVARTVM.

9 Corollarium. Vis aliqua ad motum maior inueniri poteſt, quàm terræ ſit ad quietem: hæc enim terræ vis à grauitate eſt, quæ nimirum infinita in terra non eſt. *nihil enim actu infinitũ eſt*. finito autem aliquid maius dari poteſt. Itaq; etiam ea quæ in cœlis eſt & aſtris vis, cum hæc quoq; finita ſint corpora, non fuerit infinita. Atqui nos cœlum putamus incorruptibile eſſe ſimpliciter & neceſſariò, vt vocem inuiſibilem. Contingit tamen corrumpi, & ſuo dimoueri loco (quod corruptionis cauſa eſſe ſolet) ipſum poſſe, eò quòd vis aliqua maior inueniri queat, quàm vel ea vnde moueatur, vel illa vnde terra quieſcit, vis ſit. Erit igitur mundus cuius hæc partes ſunt, non ſimpliciter & ſuapte natura incorruptibilis, & de ſuo immobilis loco, ſed ſemper accidens: *vt fortè vnus aliquis inter mille robuſtiſsimus inuictusq; eſt, aut inter omnes viuentes, non ſimpliciter: naſci enim aliquis robuſtior poterat. Eſto igitur mundus ſi non ſua natura incorruptibilis, omne enim genitum corrumpi poteſt, Dei tamen voluntate incorruptibilis: & ſimiliter mentes tùm humanæ tùm angelicæ.* Sed hæc quidem probabiliter dicuntur. Exiſtimandum eſt autem cum ex immobili principio dependeat mundus, ſicut illud infinita æternaq; mouendi vi præditum eſt, ita mundum quoq; ſemper ab eo commotum iri, & nunquam diſſoluendum.

10 Ergo in animalibus ita res habet, vt dictum eſt. Ad cœli verò motum intrinſecum quidem principium cui innitatur, nullum requiritur: ſed extrinſecum tãtùm (idq; non ita vt motum in ſeſe excipiendo fulciat, veluti materiale corporeúmue quoddam fundamẽtum ſubiectum, & non ſimpliciter immobile, ſed quatenus motui alterius ſubijcitur: ſed tanquam prima efficiens & incorporea cauſa, immobilis vndiquaq;.

11 Inanimata vero corpora, quoniam eorum nullum ſeipſum mouet, nullum eſt quod aliquam ſui corporis partem quieſcentem in ſe habeat, cui aliæ in motu innitantur. Sed neq; foriſecus vt moueantur inniti opus habent. Ipſorum enim nihil per ſe mouetur, ſed ab animali aliquo: verbi gratia ab homine lapis mouetur, vel per terram, & ita accidit lapidi inniti terræ: qui ſemel ab homine impulſus, vel per aquam vel aërem nullo fulcimento obnitente moueri poteſt, ſuapte grauitate, dummodo principium motus aliunde acceſſerit.

12 Non ſolùm autem in manifeſtis & externis motibus animalia ſtabilimento aliquo extra ſe indigent, ſed etiam cum in ſeipſis aliquid mouerint, ſicuti ad reſpirationem, qui motus eſt pulmonis, reſpirant enim facilius qui ſtant aut ſedẽt, quàm qui ambulant. quoniam hi minus innituntur, nempe altero duntaxat pede alter-

alternis: idq́ tanto breuius quo magis feſtinant: quare etiam tanto difficilior eſt reſpiratio, quanto maior feſtinatio. Et vt reſpirantes, ſic etiam ſpuendo aut tuſſiendo aliquid excernentes, quiete aliqua & obnixu indigent. Nihil enim refert maior ne vt in tuſsi vel ſputo moles moueatur, an minor vt in reſpiratione, ſed ad omnem motum ſimpliciter obniti oportet, aliâs tamen magis, aliâs minus.

IN CAPVT QVINTVM.

13 Sicut ad motum ſecundum locum requiritur vt aliquid in animali quieſcat, ita etiam ad alios animalium motus, vt augmentationem, alterationem. Motus enim ſecundum locum cæteris omnibus prior eſt, & aliorũ nullus ſine ipſo præcedẽte eſſe poteſt. Quamobrẽ cum ad ipſum aliquid in animali quieſcens requiratur, nec abſq́ ipſo cęteri eſſe poſsint, idẽ de omnib. dicẽdum fuerit, *ſed de locali motu fortè primùm & propriè: de cæteris per accidens.* Generationẽ & corruptionem excipimus, qui non propriè motus ſunt, & nihil ſibi ipſi generationis corruptioniſq́ cauſa eſſe poteſt. Præcedit has quidem motus, nòn tamen geniti ipſius, ſed parentum. Nam & ab initio aliunde *à parentibus*, generantur animalia: & dum in vtero augentur aut corrumpuntur, matris, *Cuius veluti pars eſt fœtus*, ratione accidit. *Mihi non quidem generationis; ſed corruptionis cauſa in ipſo animali poſita videtur, vt in libro de longitud. & breuit. vitæ etiam ipſe Ariſtoteles.* At cum iam in lucem eſt æditum animal, mutationum motuumq́ cauſas omnes ipſum in ſe habet: vt motus ſecundum locum, nutritionis, augmenti, & alterationis ſiue corpori peculiaris ſiue ad animæ etiam affectus pertinentis. Aut fortè non ſtatim cum æditum eſt: nam tum quoque nondum loco moueri (nec per ſe alimentum capere) poteſt: & pro differentia lactis, quod à nutrice ſugit, aliter atque aliter afficitur: nam & ipſum lac pro nutricis alteratione alteratur. Itaque ſi ab iracunda, ſi à mœſta lactetur infans, etiam ipſe alterabitur. Adultiores verò iam à proprio temperamẽto alterantur, ſed cum perfectum iam fuerit, hoc eſt cum loco moueri vi propria poteſt, & non amplius lacte nutricis eget; quo tum alitur, ab eodem alteratur. *Sed hæc de parte aliqua interna quieſcente, de motu ſecundum locum rectè vtiliterq́ mihi dici videntur, idem verò ad reliquos motus accommodari, neq́ inſtituti huius eſt & argutius quàm verius vtiliúſue proferri mihi videntur. Dici quidem poteſt ad omnes propriè dictos motus quoniam omnes accidentia ſunt, requiri aliquod ſubiectum actu exiſtens, quod etiam manere dixeris: motus enim & accidentia mutantur ſubiectum manet. Verùm hæc communius dici, & ad accidentia omnia extendi oporteret.*

IN CAPVT SEXTVM.

14 In animata omnia ab alijs mouentur, nimirum ab animalibus: (cœlo excepto, quod tamen Ariſtoteles animatum facit) præter ea quæ à ſe inuicem & mutuo occurſu, *repercuſſionis*, mouentur.

15 Corollarium. Quamobrem omnium etiam motuis, *cælo excepto*, finem habet: vt qui ab animalibus cieatur. Animalia quippe omnia & mouent & mouentur propter aliquid: hoc eſt, finem aliquem.

16 Animalia autem mouentur à ſeipſis, hoc eſt ab anima ſua.

17 Mouet autem anima, vbi præcedentem aliquam cognitionem, appetitus ſequitur.

18 Cognitio (κρίσις) præcedens, vel eſt ratiocinatio (διάνοια) vel phantaſia, vel ſenſus.

19 Appetitus (ὄρεξις) ſequens, vel eſt voluntas rationalis (quam Græci προαίρεσιν ἢ βούλησιν vocant, ex ratiocinatione & appetitu mixtam) vel θυμὸς, id eſt, cõcitatio aliqua affectuum, vel naturalis cupiditas, ἐπιθυμία, (vt cibi, potus, Ve-

neris,& aliarum fortè rerum ad naturæ conſeruationem pertinentium.

20 Cognitio quidem non quarumuis rerum,(non mathematicarum, nec aliarum quæ in contemplationem tantùm veniunt aut ſimplicem animi phantaſiæ, aut ſenſus cognitionem) ſed earum quæ ab homine fieri agiue poſſunt, appetitũ mouet: vt eas ceu bonas maláſue,perſequatur aut fugiat.

21 Bonum nouet ceu finis,dum ab anima cognoſcitur.

22 Non omne tamen bonum,ſed appetibile tantùm & agibile,vt ita dicã quod Græci προαιρετὸν & πρακτόν. Hoc finis eſt: propter ipſum enim quædam præcedunt,& mouentur,aut mouent: ſiue verè ſit bonum, ſiue apparens.

23 Vt à Deo mouetur cœlum,ſic ab anima corpus,ſimiliter ferè.ſed hoc finitè, illud infinitè,&c.

24 Bona quæ apud (circa) nos ſunt, quia non ſemper, nec ſimpliciter bona ſunt, ſed aliâs bona, aliâs non: fit vt modò moueant, modò non moueant, æternum verò bonum ſemper mouet (Deus enim nimirum & tanquam efficiens cœleſtis motus cauſa eſt,& tanquam finis.)

25 Deus immobilis mouet.at animæ facultas,quę prima propriè mouere dicitur, nempe appetitus, ab alio mouetur (à cognitione aliqua, à qua moueri videtur, non quidem ſecundum locum, quòd à potentia in actum producatur:) & aliud mouet, nempe corporis partes.

26 Cognitio ipſa immobilis mouet: appetitus mouetur & mouet: corpus mouere aliquid non eſt neceſſe: ſed poteſt moueri tantùm.

27 Cognitio igitur aliqua præcedit: appetitus ſubſequitur: & ab eo (vel à ſenſu aut phantaſia) corpore aliquo modo alterato affectoq́, denique motus ſequitur.

IN CAPVT VII.

28 Fit autem hæc cõſecutio illico: & totum hoc negocium veluti ſyllogiſmus quidam eſt. At in ſyllogiſmis theoricis, concluſio nihil quàm mera cognitio eſt, abſq; vlla actione.in practicis verò(Practicum hic communiùs accipimus,ita vt etiam τὸ ποιητικὸν includat)poſt duas propoſitiones ipſa actio ſtatim ſequitur: & ea quidem tam exprompta plerunq;, vt ne exprimatur quidem cõcluſio, ſed actio ſtatim eius loco ſuccedat,ſi nihil impediat. Sępe etiam altera propoſitio tanquam per ſe nota omittitur:vt totus ſyllogiſmus practicus vna propoſitione cõſtet. Exemplum: Omni homini nunc eundum eſt. Tu autem homo es. Tibi igitur eundum.Huius ſyllogiſmi minor per ſe manifeſta,omitti poteſt.Et pro concluſione, ſi nihil obſtiterit, ipſa actio ſequi. Sic qui ratiocinatur. Nulli homini nunc eundum eſſe: mox in quiete ſe continet. Quòd ſi quid agendum aut faciendum concludatur, quod certo ordine poſt alia fiat.non id ipſum quod concluſeramus, ſed ea quæ prius requiruntur, mox facere aut parare nobis incipimus. Vt ſi concludatur faciendam veſtem.lana aut pannus emitur,netur,texitur,ſuitur: deniq; veſtis fit.

29 Res quas facere aut agere proponimus,vt nos moueant, bonas eſſe vel apparere,& ſimul nobis poſsibiles eſſe.

30 Quòd ſi paſsio quædam in corde excitetur (à ſenſu aut phantaſia alterato) vtcunq; exigua illa fuerit, corpus totum ab ea aliquo modo affici & alterari poteſt: ſicut à modico gubernaculi motu prora plurimum dimouetur.phantaſiæ quidem de rebus,non minùs plærunq; corpus afficiunt,quàm ſi res ipſæ præſentes eſſent. Inde igitur commotus ſpiritus neruos & corpus aliqua qualitate imbuit:vt dilatetur,cõtrahatur,horreat,tremat,rubeat,palleat, caleat, frigeat, atq; ſic etiã progrediendi,vel aliter ſe ad ſequendũ fugiendúmue mouendi, initiũ fit.

IN CAPVT VIII.

31 Cum bonum aut malum aliquid, vel iucundum aut triſte, cognoſcitur quo quo modo: mox aliqua in corpore ad calorem aut frigiditatem alteratio oboritur: præſertim ſi inſignius aliquod bonum malûmue fuerit, in exiguis enim bonis maliſue, vel in ijs quæ inter bonum ac malum ferè media fuerint, nullus manifeſtus calor aut frigus ſentitur. Alteratio hęc in animi paſsionibus euidens eſt. atq; inde vel corpus integrum mouetur, vt cum loco progredimur: vel partes aliquæ, vt in pollutione per ſomnium, pudendum, crura. Cæterum vt phantaſia, ſic etiam memoria aut ſpe boni maliue concepta, ſpecie illa interna afficimur, ita vt nerui quos partium organicarũ principia (ad motũ ſaltem) eſſe dicimus, calefacti aut refrigerati, humidiores aut ſicciores, durioréſue aut molliores euadant.

32 Concluſio. Ergo cum eiuſmodi fuerint & efficientes cauſæ ipſius motus, quales diximus: & ea etiam quæ motum recipere ac ſuſtinere debent, rectè cõparata: illico pariterq́;, motus veluti effectus cauſam ſuam efficientem comitatur, Vt ſi anima dictârit, eundum: animal ſtatim progreditur, ſi nihil impediat.

33 Organicæ partes & nerui à calore & frigore (ceu proximis cauſis) mouentur: calor & frigus ab appetitu aliquo oritur: appetitum deniq; phantaſia mouet (ſiue ea per ſe, ſiue cum ſenſu aut ratione aliqua coniuncta fuerit.)

34 Motus illico (vt dictum eſt) cauſas ſuas mouentes ſequitur; habet enim eõrum natura relationem mutuam.

35 Primaria ſanè vis motrix oportet vt inſit in aliquo principio: non tamen tali, quod principium ſit vnius & finis alterius (hoc enim ſimplex non eſt) ſicuti articuli ſunt: ſed in aliquo ſimpliciter principio. tale autem cor eſt. Sicuti enim ipſum Nunc in tempore eſt principium futuri, & finis præteriti: ita corpus eſt initium manus, & finis brachij. Et quanquam tota pars ab humero vſq; ad manũ extremam, propter neruorum & pulparum continuitatem pro vna reputetur, ſi tamen manus (vola cum digitis) moueatur, & pars poſterior quieſcat, iam duæ videntur, ita etiam ſi quieſcente olecrano, moueatur brachium.

Rurſum: Animæ mouentis initium non poteſt eſſe in aliquo articulo (brachiorum aut crurum:) quoniam omnis articulus (cum ſua parte, vel ſuo toto cui ineſt) moueri ab alio (pleruną; ſuperiore, hoc addo, quoniam in ſpina dorſi vertebræ tum inferiores à ſuperioribus, tum contrà mouentur, â ſe inuicem) articulo poteſt, principium verò non debet ab alio moueri.

Item: ſi in ſimplici initio ineſſe debet, non fuerit in articulo, tum iam prius expoſita ratione, tum quia articuli pars aliqua in motu alterius partis ſemper quieſcit. itaq; compoſitum quiddam eſt. *His qui volet, reliqua pauca quæ prætermiſit author, ſubiungere, non omnino difficile erit.*

FINIS.

CONRADI GESNERI TIGVRINI MEDICI IN ARISTOTELIS LIBRVM DE LONGITVDINE & breuitate vitæ, ſcholia & annotationes.

De longitudine & breuitate vitæ memoriales obſeruationes.

De longitudine & breuitate vitæ, ſecundum diuerſa climata: itemq́ Venetos vitæ longitudine Anglos & Danos longè ſuperare, &c. vide Amatum Luſitanum centuria tertia, curatione 13.

Aethiopes longiſsimæ vitæ, Cælius Rhodi. 851.

Vitæ meta quæ ſtatuatur à pleriſq́, idem 451.

Vita breuis ob coitum nimium Polypo marino eſt: viuit enim non amplius vno anno: ſic & fœmina ob crebros partus ocyus quoq́ conſumitur, Aelianus de animal. lib. 6. cap. 28.

Monomerum animalculum in Hypani fluuio, vno die viuit: naſcitur mane, poſt occaſum ſolis extinguitur, Idem 5. 43.

Sunt & alia ephemera animalia: de quibus idem 2. 4.

Delphinus felle caret, quare & longæuus eſt, Ariſtoteles.

Elephas vt longæuus, ita caſtiſsimus: & Aeliano teſte ſemel tantum in vita coit.

Ceruus diu viuit, quòd cum ſenectute ſemper hilarior fiat, Io. du Schoul.

An & Corui & cornices diutius viuunt, quòd hæ aues rarius coëant?

Κάπρος μόνος τῶν ζώων ἀποβάλλων τὰ αἰδοῖα ἰσχυρότερος γίνεται, Author epitomes animalium.

Vitæ longæ hominum exempla vide apud Plinium & alibi.

Vitæ hominum vniuerſaliter ſequuntur cordis proportionem complexionalem, quæ eſt inter virtutes actiuas & paſsiuas, inter actiuas ad inuicem, & paſsiuas ad inuicem. Et ideò videmus multos homines, quorum membra immanifeſta (fortè manifeſta) ſunt fortia & virtutes eorum magnæ, & contingunt eis ægritudines mortales: & moriuntur ante ſenectutem: cum alij debiliores & eiuſdem regiminis ad ſenectutem veniant. Ex Auerrhois paraphraſi.

Gorgias Leontinus corpore & ſenſibus omnibus incolumnis, cum ad annos octoginta, vel (vt alij) ſupra centum perueniſſet, cauſam huius incolumitatis interrogatus, dixit, ὅτι οὐδὲν πώποτε ἡδονῆς ἕνεκα ἔπραξε: Vel vt alij, Μηδὲν πώποτε ἑτέρου ἕνεκα. Ochus verò rex, filio interroganti quomodo ſimiliter, vt ipſe ad extremam ſenectam perueniret, reſpondit, τὰ δίκαια πράττων πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους καὶ θεούς, Atheneus. Sic in ſacris literis, vitæ longitudo promittitur illis, qui parentes ſuos coluerint.

Quæſtiones.

Vnde fit quod plantæ quædam diutius durent, quàm viuaciſsima animalia, quanquam in humore & calore ab animalibus vincantur? Quia videntur non vnam tantum habere animam, ſed potentia plures (ſicut & inſecta diuiſa) & ſingulas in ſingulis partibus, quæ per plantationem actu plures fieri poſſunt: & (vt tandē iam prorſus) in eadem planta, priorib. ſeneſcentibus, noua generatur.

Cur a-

Cur aliæ diu durant aliæ citò pereunt? Quæ plantæ (in vniuerſum. Alio quidem modò, ſexus in ſingulis ſpeciebus diſtinguitur.) circa caput; ideſt radicem maiores ſunt, reſpondent maribus: quę verò plus incrementi ad inferiorem partem ſcilicet ramos & fructus habent, fœminis reſpondent: ideò hæc breuius, illæ diutius viuunt, ſicut inter animalia. Arbores marib⁹, herbas fœminis confert, ex proportione, magnitudine partium, inferioris ſuperiorisq́. Fit autem ferè & in ſingulis plantarū ſpeciebus huiuſmodi differentia ſexus; in quo fœminæ circa ramos ſunt maiores, fertiliores, molliores, candidiores, mares contra; Vide Theophraſtum.

Eſt ne idem ſanum eſſe & longæ vitæ? item valetudinarium & breuis vitæ? Diſtinguendum eſt pro ratione morborum: ſecundū aliquos enim morbos concurrit, ſecundum alios diuerſum eſt.

Simpliciter ne in calidis locis homines diutius viuunt, quàm in frigidis? Nō, ſed in temperatè calidis.

Cauſa prima & abſoluta longitudinis vitæ quæ nam eſt? Humidum natiuū multum, calidum, pingue, dulce, glutinoſum, & facile perſpirans. Et hæc cauſa magis conuenit animalibus quàm plantis.

Senes qui habent multam carnem plus viuunt, quoniam cauſa multitudinis carnis eſt caliditas & humiditas, ideſt multum humidi natiui, calidi.

Cauſæ ſecundariæ, accidentales vel extrinſecæ longitudinis & breuitatis vitæ quæ ſunt? Magnitudo corporis; humor ſanguineus; locus calidus & ſiccus (ad alia quidem deterior eſt; ad putrefactionem melior) frigidus & ſiccus minimè obnoxius eſt putredini.

Cur caſtrati plus viuunt quàm non caſtrati: cum tamen ſimiles reddantur mulieribus, quæ minus diu viuunt, quàm viri? Quoniā non coeunt, nec habent excrementum ſpermatis, & mediæ naturæ inter viros & fœminas.

Cur mares diutius viuunt quàm fœminæ?

Cur paſſeres mares minus diu viuunt quàm fœminæ?

Cur mares laborioſi minus diu viuunt?

Cur mares ſalaces minus diu viuunt quàm fœminæ?

Cur arbores præcoces, citius quàm ſerotinæ pereunt?

Cur arbores diutius quàm frutices & herbæ durant?

Quid plantæ in ſua durationis cauſa cōmune habent cum animalibus? quod mares in vtroq; genere diutius quàm fœminæ durant.

Quid plantæ in ſua durationis cauſa ab animalibus (præter inſecta) differūt? Quod vbiq; animam potentia habent inſitam, quæ alimenti organa poteſt producere, vt radices pro ore: truncum pro uentre, &c.

Quid plantæ cum inſectis conueniunt? quòd poſſunt ſuperuiuere etiam à ſectione. Quid ab eis differunt? quòd plantæ diutiſsimè ſuperuiuunt, inſecta perparum. Quamobrem? quia plantæ poſſunt creare noua organa, inſecta non.

Cur animalia marina & homines in maritimis diutius viuunt? Quia ſalſedo prohibet putredinem. Vel quia aqua marina calida eſt & humida.

In quali loco & aëre longior vita datur? Temperatis quidem in loco temperato, & ſibi ſimili: valetudinarijs verò in loco ſibi contrario.

Cur excrementis abundantia βραχύβια ſunt?

Cur cibum non ſumentia ſtatim pereunt?

Vnde conſtant corpora naturalia?

Quæ ſunt longitudinis vitæ & augmenti cauſæ? Quæ mortis, ſenij, & decrementi ſeu tabis?

Cur apes diutius viuunt multis maioribus?

Cur aliquando maiora minoribus?

Cur (ferè) qui 32. dentes habent, viuunt diutius?

De linea vitæ Chiromanticorum. Corpus magis articulatum, perfectius videtur minus articulato, vt organicum non organico.

Poteſt ne in aliquo loco corpus aliquod à corruptione liberari?

Corruptio quot modis dicitur: per ſe, à contrario, & per accidens.

Cur omnia habentia materiam oportet corrumpi?

Cur oſtraca & mollia breuem ætatem degunt?

Cur animalia natura frigida in calidis locis maiora inueniuntur?

Cur animalia dicuntur calida & humida natura, cum tamen, ſi vna ex quatuor qualitatibus excedat, morbus fiat, aut mors, quæ contra naturam ſunt? Per collationem ad Plantas & inanimata, non ſimpliciter ita dicuntur.

IN LIBRVM ARISTOTELIS, DE LONGITVDINE *& breuitate vitæ ſcholia & annotationes.*

Commentaria in hunc librum extant Michaëlis Epheſij, Auerrhois, Auguſtini Niphi, & Iacobi Scheccij.

De vitę longitudine, vide Ioh. Ludoicum Viuem in libro ſecundo de Anima qui eſt quaſi quoddam compendium huius. Scripſit etiam Paracelſus librum de vita longa.

Scopus & argumentum libri.

In libro de Longitudine & breuitate vitæ, quem ſibi ſcopum propoſuerit Ariſtoteles, ſatis eſt euidens. Quærit enim qua de cauſa, quóue modo animalium, hæc multum ætatis, illa parum durent. Primo autem loco quidnam corruptioni facilè ſit obnoxium inquirit: hoc enim intellecto, etiam eius contrarium eluceſcet: nempe quid egrè corrumpatur. Deinde quid ſit longæuum, & quamobrem: tum de longæuis per generis & locorum differentias agit. Poſtea cur plantæ viuaciores ſint animalibus, & in plantarum genere aliæ alijs, indagat: eadem exactius in libro de Plantis ex profeſſo tractaturum ſe, promittens.

Summa & argumentum huius libelli, ex Nicolao Leonico.

Ariſtoteles in hoc commentariolo quærentis percon&tantiſq; modo (vt ſæpe ſolet) proponit, cúrnam animalium & ſtirpium nonnulla quidem longæua, & extenſo durantia tempore: alia vero breuioris periodi, & breuioris vitæ. Vbi meminit etiam vt poſteriora prioribus copulet & coniungat, horumq; nobis librorum ordinem indicet, ſe prius pertractaſſe de ſomno & vigilia, & quod poſthac de morte & vita, ſanitateq; & morbo verba faciet, tanquam de rebus extremis & vltimis in negocio phyſico perſcrutandis. Quoniam autem quod facilè corruptioni eſt obnoxium breuis eſt permanentiæ & ætatis: quod autem difficiliter corrumpitur, longæuum ſanè & diuturnum eſſe cenſetur, iccirco hac de re in iſtò loquitur libello, vbi etiam de ipſis per genera docet longæuis, poſteaq; etiã quærit aſsignatq; cauſas, cur arbores hominibus ſint diuturniores, & in illarum genere aliæ alijs longæuæ ſint magis, & æui extenſioris. A principio, vero ſtatim huius commentarioli, poſtquam cauſas dixit eſſe perſcrutandas, à naturali ſcilicet philoſopho, cur in animalium genere quædam ſint longæua, alia vero breuioris vitæ, ſubiungit & omnino de vitæ extenſione & breuitate eſſe perſcrutandum: quod ſtirpium gratia dixiſſe videtur & arborũ, quę licet altricē

habe-

habeant vitam, non tamen ζῶα ideſt animalia, quamquam ἔμψυχα ideſt animãtia ſunt, &c. poſt quæ dicta perſcrutationis illius ſubiungit modum, illum videlicet neceſſarium eſſe aſſeuerans, qui dubitando quærendóue procedere videtur: ipſe enim eſt qui dixit alibi, dubitare de ſingulis non eſt inutile: & alio ſane in loco, Dubitare eſt propè ſcire. Neq;.n. hoc ab re mehercule. Quæſitor enim aliquis & commodus dubitator latentes & quaſi conſopitos animorum ſuſcitat igniculos, illiſq; ſępenumero ad colluſtrandam veritatis faciem pro fomite vtitur. Quę autem huiuſmodi eſſe debeat ambiguitatis, & dubitationis ratio; ſtatim ſubiungit; vtrum ſcilicet eadem ſit vel diuerſa longitudinis & breuitatis vitæ cauſa, cũ in animalium genere, tum in ipſis ſtirpibus; vbi verum animal (quod ſenſu inſignitur) ab animante, non vero diſterminare animaduertitur. Nam in ipſo etiam ſtirpium genere inquit; & non ſolum in animalibus longitudo & breuitas vitæ manifeſtiſsime deprehenduntur. Quædam enim illarum annuo deſinunt ſpacio, is periodi illarum eſt terminus, vt pleraq; herbarum ſunt genera, arbuſculæq; illæ; quæ in ijs qui Adonidis vocantur hortuli conferuntur. Legitimę autem arbores ſunt diuturniores: in quibus etiam maxima eſt æui differẽtia, namq; oleæ, quercus, ilices, cupreſsi, &c. longiſsimæ ſunt vitæ & ferè æternæ. punicæ autem, fici & mali, exigui ſane ſunt æui: breuiotiſq; etiam inter illas ſunt vitæ præcoces ſerotinis.

CAPVT PRIMVM.

Περὶ δὲ τοῦ, &c. Ἀνάμνησις τῶν προειρημένων, καὶ τῶν μελλόντων λέγεσθαι πρόθεσις.

ΠΕρὶ ζωῆς ὅλως.) Nempe de plantis etiam, de quibus βίος non rectè diceretur, ſed ζωὴ: quanquam de brutis etiam. Βίος & βιοῦν impropriè vel omnino non dicitur de his, ſed de homine tantum: & Ariſtoteles alibi; βίος eſt λογικὴ ζωή. Vide Ammonium cum Lexico. Libro 2. de anima inquit Ariſtoteles ab initio; ζωὴν δὲ λέγομεν τὴν δι' αὑτοῦ τροφήν δὲ καὶ αὔξησιν καὶ φθίσιν.

Βιώσιμος, vitalis Plinio & Celſo: qui viuere poteſt: ſic οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποις ἄνευ ἀέρος, ſine aëre viuere non poſſent homines. Dicitur etiam βιώσιμος qui ſperatur ſuperuicturus, vt ἀσθενῶν τις βιώσιμος dicitur, & βρέφος βιώσιμον. Βίος, Paulò Aeginetæ τὰ βιωτικά. Item ipſi homines, vt vita Plinio; ὁ βίος οὕτως καλεῖ, ſic homines vulgò vocant.

Ἐπισκέπτεον τὰς αἰτίας.) Ariſtoteles in principio ſecundi vel iuxta Latinos tertij Metaphyſicorum. Neceſſe eſt ad eam ſcientiam quam quærimus, ea primùm nos aggredi, de quibus dubitare primùm oportet. Hæc autem ſunt ea de quib. aliter quidam exiſtimarunt; & ſi quid præter illa fuit neglectum atq; omiſſum. Eſt autem operæ præcium benè eos dubitare, qui conſequi percupiunt facultatem: poſterior enim facultas ſolutio eſt eorum, quæ prius dubitabantur. Atqui fieri non poteſt, vt vinculum ſoluatur, ſi ignoretur; &c. An ſatis eſt dubia & argumenta contraria ab initio ponere, etiam ſi non ſtatim ſoluantur? poſtea enim ex ipſa veritate inuenta facilè eſt cuiq; ſoluere. Ponit autem duo dubia. Prius.

Πότερον ἕτερον, ἢ τὸ αὐτὸ αἴτιον πᾶσι τοῖς ζώοις καὶ φυτοῖς: Alterum; Πότερον τὰ αὐτὰ μακρόβια καὶ τὴν φύσιν ὑγιεινὰ τῶν φύσει συνεστώτων, ἢ κεχώρισται.

Πολυχρόνιον.) Vt oleæ, quercus, ilices, cupreſsi.

Τῶν φύσει συνεστώτων.) Πρόσκειται τὸ φύσει; οὐχ ὡς μὴ τῶν ἀψύχων ὄντων φυσικῶν, οἷον λίθων καὶ τῶν τοιούτων. Ἔστι γὰρ καὶ ταῦτα φύσει. ἀλλὰ μᾶλλον καὶ μάλιστα φυσικὰ τὰ ζῶντα. μάλιστα γὰρ ταῦτ' ἔχει ἐν ἑαυτοῖς φύσιν. Ego potius tum animalia tum plantas hic Philoſophum intelligere dixerim: ſed idem Themiſtius quoq; dicit: τὰ ζῶντα enim ſunt animalia ſimul & plantæ.

Νοσώδης.) Valetudinarius,morbidus,morboſus, ἐπίνοσος, νοσερὸς,νοσηματώδης,νοσηματικὸς,ἐκ μικρᾶς αἰτίας νόσῳ περιπίπτων.

Απαλλάττει.) Affinem naturam habeant cum βραχυβίοις,κοινωνεῖ.

Ο'σον ἐπιβάλλει.) Διαφέρει, προσήκει, ἐφαρμόττει. Ε'πιβάλλει δὲ αὐτῇ καὶ προσήκει ἰδεῖν,ἐκ τίνος καὶ πῶς συνίσασθαι δύναται. πῶς δὲ ἐπιγίνεται τῆς ἰατρικῆς ἐστιν ἐπισκέπτεσθαι.

Ε'τι δὲ ἔχοντα.) Malim ἐστι.

Ο'λα τε πρὸς ὅλα. Species ad ſpecies.

Ε'ν εἶδος.) Indiuiduum.Hoc eſt, generatim & ſpeciatim differentia eſt.

Κατὰ γένος μὲν) Εἶδος.

Μακρόβιοι.) Macrobij populi ſunt Aethiopiæ vltra Meroën, vt inquit Solinus,quibus dimidio protenſior eſt vita quàm noſtra.Iuſticiam colunt, amant æquitatem, plurimum valent robore, & forma pulcherrimi. Longæui autem aut priuato loci munere ſunt, vt in Schytia Arimphæi, & Hyperborei, aut propterea quòd in Aequatoris tractum vergunt, iuxta quem temperatam admodum Albertus & Auicenna confirmant, Vadianus in Pomponium Melam.

CAPVT SECVNDVM.

Δεῖ δὲ λαβεῖν,&c. Τί τὸ ἔφθαρτον,καὶ τὸ μὴ ἐν τοῖς φύσει συνεστῶσι: καὶ ὅτι ἕτερος λόγος τῶν συνθέσει συνεστώτων ἐκ πολλῶν,καὶ τῶν συμβεβηκότων: ἕτερος δὲ τῶν στοιχείων,καὶ ὅσα ἁπλουστέρως μετέχουσι αὐτῶν.

Δεῖ δὲ λαβεῖν.) Βραχυβίων μὲν ὄντων τῶν εὐφθάρτων,μακροβίων δὲ τῶν μὴ εὐφθάρτων,ἀναγκαῖον ἂν εἴη, περὶ τούτων διαλαβεῖν, ὡς ἂν ἐκ τούτων περὶ τῶν προκειμένων ῥᾷστα διαλάβοιμεν,

Τὴν αὐτὴν δύναμιν.) Ἀλλ' ἐναντίαν.

Τῶν ἄλλων ἕκαστον.) Pro ἕκαστα.

Τῆς τούτων φύσεως.) Et ex eis concretis generari: diſſolutis corrumpi. Vel εὐκρασίᾳ,conſeruari: δυσκρασίᾳ,corrumpi.

Ο'σα μὴ συνθέσει.) Τὰ τῶν στοιχείων μετέχοντα σώματα, δηλονότι καὶ φθείρεται.Μετέχουσι δὲ τὰ συνόντα τῆς ἐκ ἂν εἰσι φύσεως, οὐ πάντα,οὐ γὰρ καὶ ἡ οἰκία.οὐ γὰρ ἀνάγκη ἑνὸς λίθου φθαρέντος,φθείρεσθαι ἀλλὰ καὶ τὰ ζῶντα. An in artificioſis eſt σύνθεσις tantùm:in ijs verò quæ natura conſtant,vera mixtio,vbi elementa ὅλα δι' ὅλων miſcentur.

Περὶ μὲν οὖν τῶν ἄλλων.) De alijs vt accidentibus, & ijs quæ ex elementis non conſtant ſubſtantijs,vt anima.

Corruptio aliter fit in Accidentibus,aliter in Subſtantijs.

1 In *accidentibus per ſe,à ſuis contrarijs per accidens, cum ſubiecta eorum pereunt.*
2 Subſtantiarum, *cum pereunt partes, & elementa è quibus conſtant: etſi non ita pereant res artificioſæ,quæ ex multis conſtant partibus.*

De corruptione aliter.

Intereunt.
- 1 Accidentia
  - 1 Per *ſe,cum à ſuis cõtrarijs pelluntur, vel miſcẽtur quod* συμφθείρεσθαι *dicunt.*
  - 2 Per *accidens,cum pereuntis ſubiecti interitum ſequuntur.*
- 2 Subſtantia (*quæ corporis rationem habent*) *quoniã de ſubiecto non dicuntur,ideſt in ſubiecto non ſunt, vno tantũ modo à contrarijs pereunt: non etiã per accidens.Sed ignis in ſuperis nihil contrariũ eſt,quomodo igitur peribit? An formæ eſſentiales per accidens non?*

An ſubſtantiæ (vt elementa inter ſe, ignis ab aqua) quoq; pereunt vel per ſe à ſuis contrarijs,vel per accidens,à ſuis ſimilibus,vt minor flamma à maiore.

Εἰ γὰρ ἐστι μὴ φύσει.) Τὸ φύσει λέγει ἐνταῦθα τὸ εἶδος. φύσει, non connata,ſed poſterius accedens.Argumentum eſt,quòd anima per ſe & natura conſiſtat,non vt accidens.

De Anima Michaëlis Epheſij. Εἰ γὰρ μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ εἶδος τοῦ σώματος, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ ψυχῆς εἴρηται, ἀλλ᾽ ὕστερον ἐπεισέρχεται ὥσπερ φασί τινες, ἡ αἰσθητικὴ καὶ ἡ λογικὴ (λέγουσι γὰρ τινες ὅτι ἡ μὲν θρεπτικὴ, καὶ αὐξητικὴ συγκαταβάλλεται τῷ σπέρματι, ἡ δὲ αἰσθητικὴ καὶ ἡ λογικὴ ἐκτὸς ἐπεισέρχονται κατὰ τὸ νῦν, καθ᾽ ὃ τὸ ἔμβρυον πίπτει θύραζε.) εἰ δὲ ἡ μὴ ἔστιν ἡ ψυχὴ εἶδος, ἥ τε αἰσθητικὴ, καὶ ἡ λογικὴ, μηδὲ συγκαταβάλλεται τῷ σπέρματι ἀλλ᾽ ὕστερον εἰσέρχεται, ὥσπερ καὶ ἡ ἐπιστήμη, αὕτη γὰρ ὕστερον ἐπιγίνεται τῇ ψυχῇ διὰ μαθήσεως, εἴη ἄν τις καὶ ἄλλη φθορά: (λέγω δὲ φθορὰν τὴν ἀπὸ τοῦ σώματος ἀπουσίαν) παρὰ τὴν φθορὰν ἣν φθείρεται φθειρομένου τοῦ σώματος, &c.

Πότερον τὸ αὐτὸ αἴτιον.) Democritus cauſam quidem mortis facit nimiam expirationem, quæ non pari inſpiratione reſarcitur: ſed cum duplex ſit mors; altera violenta, altera naturalis; vtrum vna & eadem vtriuſq; cauſa ſit, eaq; vel interna vel externa non explicat: vt neque de prima efficiente reſpirationis cauſa, aëri ne per ſe ingredienti tribuenda ſit, an potius pulmoni illum attrahenti. In ſenecta quidem admitti poſſet, mortem contingere, quod non ſatis munere ſuo fungatur reſpiratio: in violenta verò morte non item, niſi per accidens forte.

Τηρεῖ τὴν βοήθειαν.) ποιεῖ τὴν, &c. Salutem calori & incolumitatem parat, Alcyonius: ſed is negationem οὐκ non rectè omiſit.

Συνθλίβειν.) foris ſcilicet ad expirandum.

Διαςέλλειν. ad inſpirandum.

Καὶ τοι τότ' ἔχρῆν.) Καὶ τοι τότ' ἔχρῆν (ἐν ταῖς ἀλέαις) τὸν θύραθεν εἰσιόντα (ſcilicet τῶν vel θερμὸν ἀέρα.) κωλύειν τὴν σύνθλιψιν, τὴν ἐκ τοῦ περιέχοντος ψυχροῦ γινομένην

ἐκτὸς

ἐκτὸς: & ſic minus frequenter nos ſpirare oportebat, ſi ſpiratio fit comprimente foris aëre frigido. Nunc verò contrarium accidit, quo enim frigidior aër nos foris comprimit, eò rarius ſpiramus. & quo ingreditur calidior, eò frequentius, cũ tamen Democritus calida quædam corpuſcula ingredientia vitam ſeruare dixerit. nos verò aëre calido ingrediente, vitam & per quam illa conſeruatur ſpirationem magis impediri ſentimus.


Καὶ μὴ ἐκπνεόντων.) ſcilicet τῶν ζώων. An καὶ non abundat vt Alcyonius putauit, ſed hic eſt ſenſus. Cum multus calor in nobis collectus fuerit, vel propter calidum aërem inſpiratum, vel propter diutius retentum ſpiritum (quod ipſe dicit, καὶ μὴ ἐκπνεόντων, ideſt, propter expirationem retentam) tunc ſubita frigidi aëris inſpiratione indigemus. Subita inquam tunc indigemus ſpiratione, non expirando: quòd dicit, Ἀναγκαῖον δὲ εἰσπνεύσαντες ἀναπνεῖν. Atqui abundabat calor in nobis, ergo inſpirando refrigerium quærimus, non vt Democritus putat calorem.

Εἰσπνεύσαντες ἀναπνεῖν.) an pro ἐκπνεῖν.

Ὅπερ δὲ λέγομεν ποιεῖ.) Sic autem fieret quòd dicitur πῦρ ἐπὶ πῦρ, ſi verum eſſet quòd Democritus; dicit. An, ὁ δὲ, ideſt, Democritus, ποιεῖ, ideſt, ποιεῖσθαι λέγει. Vide prouerb. Ignem igni.

CAPVT QVINTVM.

Ἡ δ᾽ ἐν τῷ Τιμαίῳ.) *Contra Platonis in Timæo ſcripta de reſpiratione. Eſt autem Timæi ſententia, vel Platonis. Expiratum calidum mouet aërem, motus aër in locum expulſi calidi ſe confert illapſus per poros, donec ad locum in quo calidum fuerat perueniat, ibi calfactus redit ad eoſdem poros per quos fuerat ingreſſus, & inuentum ſibi congenerem aërem impellit, ſequiturq́ impulſum foras: qui denuo per os ingreditur, & ad locum peruenit vnde impellens aër egreſſus erat, ac iterum ſe recipit ad congenerem in arteria aërem, quem impellens expirationem facit: & hoc continuò fit.*



O. id eſt, cor ſitum eſt inter a, & d. Ab eo halitus expirando egrediens iuxta b. aërem externum frigidum impellit; qui in orbem motus, iuxta c. denuo per carnes (per thoracem) in corpus ingreditur uſq; ad d. ideſt, cordis locum: inde calefactus rurſum egreditur qua venerat, & iuxta c. aërem externum ſuo occurſu impellens, facit vt is per os rediens inſpiretur. (Tali reciproco motu (antiperiſtaſin vocat Ariſtoteles) mouentur ferramẽta horologiorum mobilia, nempe dextrorſum & ſiniſtrorſum alternis.) Sic expiratio eſt motus a. b. c. d. Inſpiratio verò contra d. c. b. a. (Eſt autem e. f. linea inter ſuperficiem corporis & aërem externum.)

Ὁ τρόπος τῆς αἰτίας.) ἀνάπνοης.

Ἀντιπεριϊστάμενον.) reciproco motionis actu.

Θερμανθέντα δὲ πάλιν.) (ideſt, τὸν ἐκπίπτοντα θερμὸν, poſſunt hæc verba tanquã abundantia omitti, vel per epexegeſin accipi) πάλιν ἐξιέναι κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον (ἤτοι διὰ μανῶν ὄντων τῶν σαρκῶν) καὶ περιωθεῖν εἴσω διὰ τοῦ σώματος τὸν ἀέρα.

Κατὰ τὸν αὐτὸν τόπον.) ideſt per carnes.

Διὰ τοῦ σώματος τὸν ἀέρα.) an externum & frigidum aërem ab interiore calido elabente introrſum trudi quaſi in orbem.

Πρότερον τὴν εἰσπνοὴν γίνεσθαι τῆς ἐκπνοῆς. Emendaui ex vetere tranſlatione: Τὴν ἐκπνοὴν γίνεσθαι τῆς εἰσπνοῆς. Perionius nihil.

Ὡς περὶ συμπτώματός τινος.) quaſi tantùm naturali quodam aëris & caloris motu fiat, & ideò tantũ ne detur vacuũ, non propter animantis conſeruationẽ.

CAPVT SEXTVM.

Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἡ τροφῆς.) Contra eos qui dicebant calorem natiuũ inſpiratione ali, & alimenti excrementum per expirationem ſeparari.

AErem qui reſpiratur non eſſe alimentum ignis noſtri : probat Ariſtoteles tribus rationibus.

1. Quia oporteret etiam aliorum animalium, qui non reſpirant calore hoc vel ſimili modo augeri & ali, quòd non fit, cum tamen calorem omnia habeant.

2. Quia abſurdum eſt dicere calorem naſci & augeri ex aëre, cum id potius acceptum referendum ſit alimento.

3. Quia ſic contigeret eſſe vnum & eundem alimenti aditum (inſpirando) & excrementi exitum expirando : quod tamen in nulla alia parte contingit.

Probare hoc idem poteſt etiam hoc argumento : quia nihil ſimplici alimento alitur.

Ὑπέκκαυμα ὑποβάλλεσθαι.) ὑπέκκαυμα fomentum pro alimento, vt lignum ignis eſt ὑπέκκαυμα.

Ταῦτα γὰρ ἐροῦμεν.) Primo idem reſpondebimus quod ad ſuperiora, aduerſus Timæum ſcilicet & Democritum; nempe quod oporteret etiam in cæteris animalibus hoc fieri ſimiliter.

Τίνα χρὴ τρόπον.) quocunque modo dixeris, Alcyonius.

Συμβαίνει δὲ καὶ τοῦτο) κατὰ αὐτὸ ſcilicet μέρος.

CAPVT SEPTIMVM.

Λέγει δὲ περὶ ἀναπνοῆς.) Contra Empedoclem, qui venas quaſdam non plenas ſanguine ad nares pertingere dicebat, in quibus cõtentus ſanguis per vices aſcenderet deſcenderetque, & deſcendente quidem aërem inſpirari, aſcendentẽ verò expirari, ſimilitudine à clepſydris ſumpta.

Γίνεσθαι δέ φασι.) ait φησι.

Ὧδε δ' ἀναπνεῖ.) In verſus Empedoclis, paraphraſis: quos Alcyonius & Perionius ſatis eruditè tranſtulerunt. ſed hic fœlicius. Sic omnia inſpirant & reſpirant (vt poſt ἐκπνεῖ punctus ſit) Omnibus (ſcilicet reſpirantibus. niſi quis putet illum animalia omnia reſpiratione frui ſenſiſſe) ſanguine non repletæ. Fiſtulę ideſt, venæ quædam per carnes & extimum corpus tendunt, Et ipſis (ſcilicet venis iſtis) vltimi finis iuxta hiatus vel ſpiracula narium perforantur per totum (ideſt prorſus aperti ſunt & hiant, crebro ordine (per crebros ſaltus) fingit enim multas eſſe eiuſmodi venas, & tanquam ſulcos quoſdam ſeu canales apertos, vt in ſyringibus muſicis) Sunt autem tantilla foramina illa, vt corpus quidem φαῦλον, ideſt craſsiuſculum, & quòd viſu vſurpari poteſt facilè contineant. Subtiliſsimum verò, vt aër (qui non eſt φανὸς, viſibilis, propter tenuitatem) facilè ſibi tranſeundi viam inueniat. Inde (à ſpiraculis narium, deorſum ſcilicet) cùm liquidus ſanguis fertur. Aër ſonans deſcendit (per nares ingreſſus deſcendit per venas) impetu magno. Cum vero recurrit vel ſurſum fertur (ſanguis in venis illis) rurſum expirant animalia. Vt cum puella Clepſydris (harpigijs, ideſt vaſis rigatorijs hortorum, vide problemata Alex. Aphrod.) è ductili ære

ludens

ludens cum formoſa manu contegens anguſtum tranſitum colli clepſydræ In liquidum argenteæ aquæ corpus (vas) intinxerit, Aqua nondum egreditur: ſed cohibet eam Aër ſubingreſſus per foramina crebra (fundi) Donec illa detexerit viam preſſam (ſcilicet digito, Perionius. quaſi legerit πυκινὸν πόρον, quod placet, nam paulò poſt etiam πόρον vocat hunc locum Empedocles. Alcyonij tranſlatio hic non placet) tunc enim Spiritu deſerente ſubingreditur aqua. At (ſic) rurſus cum vas in æris fundo aquã continet Tranſitu vel foramine ſupremo hominis manu obſtructo; Aër externus interiora vaſis petens (per foramina fundi) aquam detinet, Circa portas iſthmi (colli) reſonantis parte ſumma (κατὰ τὰ ἄκρα) eam obfirmans, Donec homo manum remiſerit. Tum enim rurſus contra quã prius Aëre (ſupra) ingrediente aqua ſubtus effluit. Ita ſcilicet etiam ſanguis cũ per meatus agitatur Cum retro (à naribus) ad partes interiores deſcendit (Mox) aër externus cum impetu influit. Deinde cum ſurſum effertur, rurſus expirant animalia, & tantundem reddunt aëris quantum ante acceperant.

Σαρκῶν σύριγγες.) an pro διὰ σαρκῶν, vel pro σάρκιναι σύριγγες.

Καὶ σφίν.) ταῖς σύριγξι ταύταις, vel τοῖς ἀναπνέουσι.

Ἔσχατα τέθρα.) Varinus nihil, neq; τέθρα. Narium vltimæ ſummitates, innominatus. An potius ῥινῶν pro δερμάτων? non, quia μυκτῆρσιν Ariſtoteles ipſi exponit. Malim τέλσα. τέλσον, τέλος καὶ ἔσχατον, παρὰ τῷ ἱπποκράτει τέλσας, στροφάς, τέλη, πέρατα, Varinus.

Φανόν.) τὸ σωματῶδες craſsiuſculum: nimirum quod ita craſſum eſt ὥστε φαίνεσθαι καὶ ὁρᾶσθαι.

Κεύθειν.) στέγειν.

Τετμῆσθαι.) an εὑρίσκεσθαι (τέτμης, εὕρῃς, καταλάβῃς. Varinus) ætheri (aëri) autem via tranſitu inueniatur.

Οἴδματι μάργῳ.) impetu magno. Perionius agmine longo; quaſi legerit μακρῷ. Μάργος, μαινόμενος, ideſt, vehemens, ὁρμῶν, vt infra οἴδματι θύων.

Κλεψύδραις.) Vt in clepſydra cum aqua deorſum cadit, aër ingreditur (vel potius aëre ingrediente, aqua deorſum fertur, & rurſus cum aër nõ admittitur, humor aſcendit: Sic in noſtro corpore ſanguine deſcendente, inſpiramus, illo aſcendente, expiramus. Non tamen vndiquaq; videtur conuenire.

Εὐπετέος χαλκοῖο.) æris benè diducti, ideſt bene extenſi fabricando.

Ἔσωθι πεσών.) intrò ſe inſinuans.

Ἐσόκ' ἀποστεγάσῃ.) εἰσόκε donec detexerit crebrum fluxum, Innõminatus. ideſt, donec manum à denſo & clauſo vaſe remouerit, vt aër ingrediatur. An, Quàmdiu denſum (aquæ) fluxum cohibet?

Αἴσιμον ὕδωρ) debita aqua, quæ iure ingredi debet, ſi aër non impediat.

Ἡ δὲ πόροιο.) tranſitu ſiue meatu humana manu obſtructo. Ἡ δὲ πόροιο τοῦ πορθμοῦ χωσθέντος βροτέῳ χρωΐ.

Αἰθὴρ δ' ἐκτός.) δὲ abundat.

Δυσηχέος) reſonantis. nam cum aqua per iſthmum, ideſt, meatum anguſtum infunditur aut effunditur, ſonitus fit.

Ἄκρα κρατύνων.) extrema obtinens.

Ἄραντες μὲν γὰρ.) Inſpiramus non vt Empedocles putabat ſubſidente & deorſum abeunte ſanguine, ſed potius parte aliqua, vt pulmone ſe attollente. Quod ſi calor attollit, & is in ſanguine locum habet; inſpiratio nimirum ἄρσις potius & ἀναφορὰ quàm καταφορὰ erit. (materia ſcilicet & locus.

Ἔχειν δὲ τὸ αἷμα, & cæt. χώραν.) ſcilicet εὔλογον: niſi legas ἔχει. χώραν tanquam

Συνίζοντες.) ſubmittentes. Verbum neutrum videtur actiuè accipere, ſubſidentes pro ſubmittentes, vt etiam in ſequente pagina, πνεύματι ἀέρι τι καὶ συνίζοντι.

Οὐ κατὰ ταυτὸν.) an quia folles non modò ante fiſtulam habent perforatam, ſed etiam retro corium, quod aperitur cum inſpiratur aër: cum pellitur, clauditur, ceu epiglottis quædam. An in clepſydris potius hoc dicendum erat? nam cum aër ſupra ingreditur, aqua contenta deſcendit; cum verò infra, aqua aſcendit.

CAPVT OCTAVVM.

Τὰ μὲν οὖν παρὰ τῶν ἄλλων.) Repetitio eorum, quæ in ſuperiore libro de iuuentute & ſenectute aſtruxit, ſcilicet omnia animalia innatum habere calorem, idque in medio ſui: iſtum calorem vocat ignem: & cum duplex ſit ipſius ignis interitus μάρανσις & σβέσις, contrà marcorem oſtendit neceſſariam eſſe refrigerationem.

ΠΡώτῳ τόπῳ.) vt medio ſcilicet.

Θατέρου γὰρ ἕνεκα θάτερον.) Videtur ſupplendus locus, ſic. Sanguis enim & vena ad ſe inuicem referuntur; cum hæc inſtar vaſis contineat, ille contineatur, nec alterum abſque altero ſit.

Ἐν τούτῳ γὰρ ἡ φύσις ἐκπεπύρωκεν αὐτὴν ſcilicet τὴν ψυχήν.) hoc eſt, In hoc enim (natiuo) igne naturam anima ardentem condidit; Alcyonius. Quid ſi ἐμπεπύρευκεν legas, vel potius ἐμπεπύρωκεν. nam & in libro de iuuentute & ſeneƈt. ſic legimus, τῆς ψυχῆς ὥσπερ ἐμπεπυρωμένης ἐν τοῖς μορίοις τούτοις in corde ſcilicet vel parte analoga.

CAPVT NONVM.

Ἐπεὶ δὲ τῶν ζώων.) De inſectorum refrigeratione. Parum caloris habentibus animalibus per externum aërem, piſcibus per aquam: multo autem calore præditis per inſpiratum aërem refrigerationem contingere.

Inſecta alia minus calida eſſe & refrigerium eis ſufficere ex aëre ambiente: alia calidiora, quæ omnia etiã Bombos edunt & canunt, & ideò corpus eis in medio ſectum eſt (vt anguſto tantùm filo cohæreat, vt & illic aëris ingreſſu magis refrigerentur, & motu etiam intrinſeci aëris qui in eis apparet nonnihil refrigeſcant.

ΕΠαμφότερα γὰρ μικρᾶς.) An & facilè generantur vt ex putredine, & in magna copia: (& facilè corrumpuntur & intereunt, & quædam facilè reuiuiſcunt; & paulò poſt. Διὸ καὶ ἐν τῇ τέφρᾳ χρονισθέντα ἀνίσανται.

Ἄναιμα γὰρ ἐστί.) Parentheſis hæc etſi vera, tamen parum hîc quadrare videtur.

Ὑπὸ τὸ διάζωμα.) ſub ſepto tranſuerſo. Διάζωμα membrana quæ in illis loco diaphragmatis eſt; quam puto inſequentibus etiam ὑπόζωμα vocat.

Μηλολόνθαι.) Si melolonthæ ſunt noſtri ſcarabei Maij; vt puto; Laubkäfer/meyenkäfer/neſcio quomodo illi diu viuant, niſi etiam vermium vitam, in ques mutantur, engerich eis ad numeres: edunt quidem murmur quoddam.

Ἔξωθεν τῷ πνεύμονι.) quemadmodum ea quæ forinſecus inſpirant pulmone ſcilicet mouentur, & piſces branchijs.

Οἷον διὰ τῶν καλάμων.) Ein nünen / oder ein günen (inquit Friſius) vocant ruſtici; cum in calamo textorio ligni parte ſubtiliter ablata, relinquitur membrana.

Ὅσα ἄναιμα, πλείω χρόνῳ.) An & cancri δέχεται μὲν τὴν θάλατταν, ἄναιμα δ' οὐκ ἐστί, vt non ſit diſtinguendum hic poſt ἀναίμων.

CAPVT DECIMVM.

Περὶ δὲ τῶν ἀναίμων.) *Quod omnia quæ pulmones habent, reſpirent.*

Ἐκεῖνα μὲν οὖν ἄναιμον.) Ἐκεῖνα μὲν οὖν (ſcilicet τὰ ζωοτόκα) ἄναιμον ἔχει τὸν πνεύμονα: Τούτων δὲ (ſcilicet τῶν ᾠοτοκούντων, &c.

Χρῆται δὲ πάντα.) Omnia amphibia.

Σελάχων.) Cur σελάχη potius nominauit quàm piſces ſimpliciter? an quia hoc genus inter piſces marinos latius patet?

Ἐν δὲ ἐφ' ἓν ὄργανον.) Vt pulmo ad ſolùm aërem, branchię ad ſolam aquam: vt non de quauis parte in genere hic dicat vnius partis vnum duntaxat (præcipuum, quamuis hoc quoq; verum eſt,) opus eſſe.

CAPVT VNDECIMVM.

Ἐπεὶ δὲ πρὸς μὲν τὸ εἶναι.) *Os ad cibum conficiendum ſimul & reſpirandum deſtinatum eſſe, & qui fiat, quòd alimentum nihil impediat reſpirationem: & quomodo animalibus hac in parte natura proſpexerit, pedeſtribus ſanguineis per epiglottidem, auibus per arteriæ contractionem, cetaceo generi per fiſtulam: piſcibus verò nihil hinc eſt periculi: alia enim parte refrigerantur, & alia cibū capiunt. ſuffocantur tamen aqua illorum ventrē ingreſſa; quòd ne fiat, breuiſſimo cibo in ore conficiendo immorantur, ideoq; dentes ſerratos habent.*

Πρὸς τε τὴν τῆς τροφῆς ἐργασίαν.) Quomodo nunc naturā dicit ore vti ad duplicē actionē reſpirandi ſcilicet & capiendi alimenti? cum paulò ante dixerit, vnum organum ad vnum (ſcilicet opus) duntaxat à natura conditum eſſe. An dicendum, vnumquodq; organum; ad vnum tantùm primariùm opus factum eſſe, obiter verò & quaſi per abuſum; eius vſum etiam ad alia quædam conuerti interdū. Os igitur primariò factum eſt capiendi gratia alimenti; multa enim os habent, quæ ad hoc ſolum eo vtuntur, vt inſecta. In perfectioribus verò idem os aëri quoq; vel aquæ aditum præſtat: etſi non neceſſariò; cum per nares quoq; deriuari hęc poſsint, vt & nares non neceſſariò, cum per os etiam abſq; illis fieri poſſit. Arteria verò neceſſariò propter hoc facta eſt: obiter vero pulmoni quoque inſeruit.

Πρὸς τὴν ἐργασίαν τῆς τροφῆς.) Lego, πρὸς τὴν λῆψιν καὶ ἐργασίαν τῆς τροφῆς. Nam hæc verba (καὶ τὴν λῆψιν τῆς τροφῆς) mox non ſuo loco ſubduntur.

Μὴ διακωλύειν.) ſcilicet τὴν κατάποσιν.

Ὥστε ταύτῃ.) id eſt, per arteriam.

Ποιεῖται τὴν ἄφεσιν.) ſcilicet τοῦ ὑγροῦ, vt & Alcyonius vertit.

Ἄνποῦ δὲ τοῦτο τὸ νῦν εἰρημένον,) quid nam vel vbi?

Ἀλλὰ διὰ τὴν τροφήν.) ſcilicet ἀναγκαῖον δεχόμενα τὸ ὑγρὸν ἀφιέναι.

Τῶν ἐπιπτυγμάτων.) additamenta. An ἐπίπτυγμα cruſtæ partes intelligit quę latera tegunt? an eas fortè comprimere poſſunt, vt exprimatur aqua?

CAPVT DVODECIMVM.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ δέχεσθαι.) *Cur animalia quædam pulmonem habeant, & de caloris vi.*

Καὶ διὰ τί τὰ ἔχοντα.) hanc quæſtionem in decimo quarto demum capite aggreditur.

Τὰ ἔτι αὐτὰ τῆς φύσεως.) aſteriſcum hic facit Alcyonius.

Τῆς φύσεως τῶν φυτῶν.) Non videtur hoc aptè quadrate præcedentibus etſi verùm eſt, melius quadraret τῆς φύσεως τῶν ἀναίμων καὶ ἧττον θερμῶν.

Πλείςῳ κεχρημένον.) pro ſua parte.

Ὥστε καὶ τῆς οὐσίας.) An quod vitæ animæq́ nobilioris cauſa eſt, idem etiam ſimpliciter vitæ & eſſentiæ cauſa dici meretur?

Θετέον αἴτιον αὐτό.) nimirum ipſum pulmonem, propter copiam & puritatem ſanguinis in eo.

CAPVT DECIMVMTERTIVM.

Τὴν δ' ἐξ ἀνάγκης.) Contra Empedoclem digreditur, qui piſces igneæ naturæ eſſe dixit, & in ſicco natos, recepiſſe ſe in aquam temperandi ſui feruoris gratia.

Καὶ τῆς κινήσεως αἰτίαν.) Quid ſi legas, καὶ τῆς φύσεως: nam & infra mox ὕλην καὶ φύσιν ferè συνωνύμως accipit.

Καὶ τὰ τοιαῦτα) tum reſpirantia, tum aquam haurientia.

Καὶ μὴ γῆς.) Alcyonius γῆς omittit.

Τὰ δὲ ὀλίγαιμα αὐτῶν.) ſcilicet τῶν ἐνύδρων.

Πῇ μὲν ἔχει τὸν ζητούμενον.) Empedocles piſces igneos, calidos & ſiccos eſſe dixit ideoq́ aquam petere ad conſeruationem ſuæ naturæ. Ariſtoteles ait ſententiam eius πῇ μὲν ἔχειν τὸν ζητούμενον λόγον, &c. hoc eſt aliqua ex parte rationem reddere eius quod quæritur, non (omnino) tamen veram eſſe. Sunto enim piſces (per hypotheſin) calidi & ſicci, caloris quidem temperandi gratia, bene erit eos aquam petere: ſicci verò ratione non item. Siccum enim humidum materiæ ſunt corporum: & omnis materia in ſuo ſimili conſeruatur, in contrario perit. Calidum verò & ſiccum, ἕξεις & διαθέσεις ſunt materiæ: quæ ſuum contrarium cum excedunt requirunt vt ab eo temperentur & ita conſeruentur. Sed videtur hîc etiam Ariſtoteles debuiſſe diſtinguere: nempe ἕξεις illas & διαθέσεις, ſi nimiæ ſunt & contra naturam, tum illas iuuari & conſeruari contrariꝭs: ſi verò naturales ſint, & non exceſſerint modum qualis nimirum piſcium διάθεσις eſt, in ſuo ſimili conſeruari. Itaq́ piſces dicemus, cum frigidæ humidaq́ naturæ ſint, in ſimili ſibi elemento viuere. Sed hoc ſatis expreſsit ſupra, cum dixit, τῶν ἕξεων τὰς ὑπερβολάς. & mox, ἡ δὲ φύσις pro αἱ δὲ φυσικαὶ καὶ σύμμετροι ἕξεις. Itaque illud, καὶ εἰ ψυχρά, ἔσαι ἐν ψυχρῷ, mutilum videtur: & complendū aliquid, nempe εἰ ψυχρὰ οὐκ ἀμέτρως οὐδὲ παρὰ φύσιν (τὴν ἑαυτῶν.)

Ἡ δὲ φύσις.) ſcilicet τῆς ὕλης, vt inferius etiam.

Ἥ θ' ὕλη τῶν ζώων.) An ὕλη res omnino naturalis eſt, neq́ debet in contrariꝭs locis conſeruari?

Καί τοι τοῦ αὐτοῦ λόγου ἐστίν.) Alcyonius vertit. Atq́ eadem etiā ratione ad aquas tranſire deberent, quod magnopere ſiccæ (ſcilicet arbores) ſint, quemadmodum ille piſces magnopere calidos ſtatuit: neq́ enim ad aquam adirent, quod frigida eſſent, verum quod humida. Quid ſi Græcè legas, κατὰ δὲ τὸν τούτου (ἤτοι Ἐμπεδοκλέους) λόγον ἐχρῆν εἰς τὸ ὕδωρ (ſcilicet τὰ δένδρα μεταβάλλειν τὸν τόπον) διὰ τὸ εἶ) αὐτὰ ὑπέρξηρα, ὥσπερ τὰ (ἔνυδρα) ὑπέρπυρα φησὶν ἐκεῖνος, οὐ γὰρ διὰ τὸ ψυχρὸν ἦλθεν αὖ εἰς αὐτὸ (ſcilicet τὰ δένδρα εἰς τὸ ὕδωρ) ἀλλ' ὅτι ὑγρόν. Vel à principio legas, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, &c.

Τὰ ἐξ ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ συστάντα.) Addit puto ψυχροῦ, quoniam ex humore ſolo nihil concreſcit: niſi id vel à calido vel à frigido patiatur. Vetus interpres legit. τὰ μὲν ἐξ ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ συστάντα, ἔσαι ἐν ὑγρῷ: τὰ δ' ἐξ ξηροῦ ἐν ξηρῷ. quod placet. Alcyonius verò, τὰ μὲν ἐξ ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ συστάντα, ἐν ὑγροῖς ἐστι. τὰ δ' ἐκ ξηροῦ, ἐν ξηρῷ. Perionius melius omnia ſic legit & vertit, vt habemus.

Τοῦτο μὲν οὖν δεῖ.) Et hoc per inductionem inuenire & experiri licet, quęrendo vnius cuiuſq́ materię loca propria: & contra, per ſingulas anni partes, quòd qualita-

qualitates actiuas attinet contrarias à contrarijs ſeruari & temperari inueniemus. Pro ἂν, aliâs legunt οὐ Alcyonius Aſteriſcum appoſuit.

Καὶ κατὰ τὰς μεταβολάς.) καὶ aliâs non legitur.

CAPVT DECIMVM QVARTVM.

Ὅτι μὲν οὖν οὐ διὰ θερμότητα.) De materiali cauſa, ob quam animalia reſpirant, quæ pulmonem habent: & cur quæ ſanguineum ipſum habent frequentius ſpirent. Et quòd aër ad refrigerandum ſit aptior, quàm aqua.

KAὶ ἀναιμότατον.) aliâs ἐναιμότατον, vt vetus interpres & Alcyonius: & ſic vertunt: & videtur conuenire ſequentibus. An pulmo viſcerum ἐναιμότατος eit? habent tamen illum alia magis ἔναιμον, quæ magis etiam citiusque refrigerari indigent, alia minus.

Διὰ τὸ μικρὰν εἶναι τὴν ῥοπήν.) an, eo quòd paruo momento duret vis caloris animæ aut vitalis; niſi ſcilicet ſubinde ventiletur.

Εἴσω δ᾽ εἰσιέναι διὰ παντός.) Ταχείας καὶ ψύξεως δεῖται: καὶ ταύτης εἴσω εἰσιούσης διὰ παντός.

CAPVT DECIMVM QVINTVM.

Ὅν δὲ τρόπον ἡ καρδία.) De cordis ſitu in animalibus: quomodo piſces refrigerentur per meatus à branchijs ad cor tendentes. Et de cauſa ſuffocationis.

ΠΡὸς δὲ ἀκρίβειαν, ἐκ τῶν ἱστοριῶν.) Quomodo cordis ſitus ſe habeat ad branchias, cognoſcere oportet, inquit Ariſtoteles, πρὸς μὲν τὴν ὄψιν, ἐκ τῶν ἀνατομῶν: πρὸς δὲ ἀκρίβειαν, ἐκ τῶν ἱστοριῶν. quaſi verò maior ἀκρίβεια ſit ſcriptorum quã præſentis inſpectionis. An dicendum eſt, ſcriptores idoneos, non quiduis, nec quod ſemel aut iterum tm̃ vidiſſent, ſed ſæpius & accuratè cognita ſcriptis mandaſſe?

Δόξειε μὲν γὰρ οὐχ ὡσαύτως.) De branchiarũ connexione cum corde, nullum aliũ ocum apud Ariſtotelem inuenio in libris de hiſtoria & de partibus alimalium, imò ad librum de reſpiratione remittit. Dicit autem hic, meatum è ſummo corde ad medium branchiarum locum (vbi omnes inuicem cohærent) pertingere maiorem: & vtrinque alios (duos, Alcyonius) minores meatus à corde pertinere εἰς ἄκρον ἑκάστου τῶν βραγχίων. Sed quomodo duos dicit Alcyonius, ſi ad ſingulas extremitates branchiarum ſinguli perueniunt meatus? branchiæ autem alijs plures, alijs pauciores ſunt. In paruo piſce mihi inſpicienti vnus tantùm meatus à medio corde exire viſus eſt, ad branchiarum medium locum atque ibi in vtranque partem ramulos emittere, quos propter paruitatem vix vidi.

Πάντα τὰ βράγχια.) dextræ & ſiniſtræ.

Τῆς καρδίας μὲν ἔτεροι.) μὲν abundat, malim αὐλόν: & vbi ἔτεροι, Alcyonius duę.

Διαυλωνίζοντος.) Sic verto aqua per branchias ſemper reciprocante. Δίαυλος enim eſt curſus reciprocus, obeundi ſcilicet ſtadium ac mox redeundi; ita curſus fit διστάδιος (& metaphoricè pro reflexu & recurſu.) Διαυλωνίζειν tamen ſimpliciter exponunt per anguſtum fluere, vel flare, vt ventus per locum anguſtum.

Ἡ τοῦ αἵματος θίξις.) ſanguinis cuius pulmones compotes ſunt.

CAPVT DECIMVM SEXTVM.

Ἔστι μὲν οὖν πᾶσι τοῖς ζώοις κοινόν.) De morte, eius differentijs, & cauſis.

AΛλ᾽ ἔχει τι κοινόν.) ἀλλὰ etiamſi. Κοινὸν ἔχει τὴν τοῦ θερμοῦ ἔλλειψιν.

Ἡ τοῦ μορίου.) pulmonis.

Σύστασις.) ξηρότης, vt ex ſequentibus colligitur.

Ἐξ ἀρχῆς.) φυσικῆς αἰτίας τοῦ γένους. An ἐξ ἀρχῆς τοιαύτης, ideſt, τῆς ἐντός.

Τοιαύτη.) ſcilicet ſiccus.

Τοῖς μὲν φυτοῖς μέσον.) Medium eſt in loco, qui inferiori ſuperiorique parti communis eſt, &c. habent enim has differentias etiam plantæ. Dextri vero & ſiniſtri, anterioris & poſterioris non habent. In animalibus quidem principium vitæ in horum omnium medio eſt.

Ὅσα μὴ ζωτικά.) κρείττονα καὶ τιμιωτέραν ψυχὴν ἔχοντα.

Καὶ κινοῦνται τοῖς ποσίν.) quæ corticem quoque gerentes pedibus ſe mouent.

Τὸ μὴ συγκεῖσθαι τὴν φύσιν αὐτῶν.) τρόπον γὰρ τινὰ νεκρά ἐστι διὰ ψυχρότητα.

Τὸ θερμὸν τὸ κοινωνοῦν αὐτῆς ψυχῆς.) τὸ ἐν τῇ καρδίᾳ, ἢ τὸ ἀνάλογον.

Οὐδ᾽ αἴρειν καὶ συνάγειν.) quòd inferius paulò αἴρειν καὶ συνίζειν. idem διαστέλλειν καὶ συστέλλειν.

Τέλος δὲ γινομένης ἐπιτάσεως.) ingraueſcente malo. Id eſt, tandem verò aucto iam malo, ideſt, ſiccitate pulmonis aucta. Sed cum paulò poſt dicat, ἤ τις ἂν ἐπίτασις γίνεται τοῦ μορίου, fit autẽ non τοῦ μορίου (vt pulmonis aut brãchiarum) ſed qualitatis (ſiccitatis) ἐπίτασις. Quærendum an ἐπίστασις ſit legendum, vt Epheſius legiſſe videtur. Eſt autem ἐπίστασις interceptio & cohibitio motus, cum ſcilicet pulmo attolli amplius & ſubmitti non poteſt, & omnino moueri deſinit. Quare ſupra etiam legendum coniicio. Τέλος δὲ γινομένης ἐπιστάσεως, quanquam & ἐπιτάσεως illic legi & defendendi poteſt, in poſteriore loco non item.

Ἤ τις ἂν ἐπίτασις.) εἴ τις ἄν. Ἀποσβέννυται.) abundat.

Ὥσπερ ἀγκελαίας.) lego ὥσπερ γὰρ ἀγκελαίας καί. Nam ſi γὰρ non addas, præcedens ἀποσβέννυται abundat.

Πυκνὸν τὸ πνεῦμα ποιοῦσιν.) quòd magnitudine flatus efficere non poſſunt, frequentia compenſare nituntur.

Συνίζειν.) ſubmittere.

CAPVT DECIMVM SEPTIMVM.

Γένεσις μὲν οὖν ἐστιν.) *Definit generationem, vitam, iuuentutem, ſenectutem, vigorem & mortem.*

Φθορὰ βίαιος μὲν, ἡ τοῦ θερμοῦ σβέσις.) Videtur ſanè σβέσις, ideſt extinctio ignis vel caloris, dupliciter fieri: vel violenter & ſubito, quæ nomine generis σβέσις appellatur: vel paulatim & nulla vi, ſed quia alimentum intrinſecus deeſt, &c. & dicitur μάρανσις. Iam ſi quod animal nõ ſubito, ſed paulatim, eò quòd cibũ non capit, vel propter morbum paulatim, conſumentem interit, hæc etiam violenta mors fuerit. At ſi paulatim propter ſenectam, non violenta, ſed naturalis erit mors: vt mortis ſecundum naturam vnum ſit genus tantùm, μάρανσις. Venena quædam ſubito tollunt hominem refrigerando, κατὰ σβέσιν. alia quædam ſeptica, paulatim κατὰ μάρανσιν, tanquam in phthiſi aut hectica febri. Sic & morbi, angina σβέννυσι: φθίσις, μαραίνει.

Τούτου δ᾽ ὃ μὲν ἐν γήρᾳ.) Alcyonius etiam legit τούτου: ego malim ἔστι δ᾽ ὃ μέν.

CAPVT DECIMVM OCTAVVM.

Τί μὲν οὖν ἐστι γένεσις.) *Paucis colligit quæ hactenus explicata ſunt: & obiter cur piſces in aëre reſpirantia in aqua ſuffocentur.*

Ἡ δ᾽ αἰτία τῆς κινήσεως.) ſcilicet τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

Ὧν αἱρουμένων.) videtur abundare articulus ὧν.

Ἔτι δ᾽ ἡ σύστασις.) item ipſius partis (pulmonis) conſtitutio ad hunc modum ſe habet, qui ſcilicet ad motum idoneus eſt, ſicuti folles, vt dicet capite viceſimo.

CAPVT

CAPVT DECIMVMNONVM.

Τρία δ' ἐστὶ τὰ συμφαίνοντα.) De tribus motibus cordis, palpitatione, pulſu, & reſpiratione: de illis in præſenti capite, de hac in ſequenti agit.

Πήδησις καὶ σφυγμός.) Πήδησις καὶ σφύξις contrario modo fiunt: hæc calore humido in flatum reſoluto, & ſic ex minore mole in maiorem redacto: Illa verò calore vndecunq; contracto & in anguſtum concluſo, propter frigiditatē obſiſtentem (vt in metu partibus extrinſecis refrigeratis per antiperiſtaſin & in morbis præſertim tremore cordis dicto, frigidis humoribus circa cor abundantibus (& id cōprimentibus, puto. De quo vide tremoris cauſas apud Medicos.)

Διὰ κατάψυξιν περιττωματικὴν.) eò quod refrigeretur cor; ab humoribus circa ipſum, qui vel excrementitij ſunt, ex alimenti ſuperfluitate: vel per colliquationem partium, ſcilicet ſolidarum, vel bonorum humorum corruptionem oborti.

Συντηκτικήν.) Quid frigus ſyntecticum ſit, vide de generatione animalium

Ὁμοία φύμασιν ἐστι.) ideſt τῇ τῶν φυμάτων κινήσει.

Τῇ δ' ζέσει ἡ ἔκπτωσις.) Feruor autem deſinit, cum per os vaſis aqua decedit, Perionius: An ὁρίζοντα vocat latera & oras vaſis? vel ipſa vaſa tota?

Ἐν μὲν τοῖς φυσήμασι.) omnino lego φύμασιν: accipit autem phymata generalius pro phlegmonis.

Ἐὰν μὴ διαπνευσθῇ.) Phlegmone enim duobus modis ſoluuntur, vel cum per halitum & poros diſcutitur materia, vel cum paulatim in pus vertitur.

Ταχυτέρα πεττομένη.) ideſt, tū ceſſat feruere & dolere phlegmone vel phyma cum putreſcere citius incipit humor. Pus enim per putredineni fieri videtur. Dolent autem vlcera inquit Hippocrates interim dum pus fit, quo iam facto dolere deſinunt. Aliâs legitur, vt Alcyonius quoq;: παχυτέρου πεττομένου ὑγροῦ σῆψις. hoc ſenſu. Feruere & dolore phymata tum deſinunt, cum humor qui craſsior accedit putrefit. Primum enim in eis eſt ſanies tenuis & cruda, quæ per coctionem & maturationem paulatim craſſeſcit.

De vſu pulſus & reſpirationis.

Ariſtoteles aliud cordis pulſum, aliud eius reſpirationem facit: cum Galenus dicat reſpirationem id cordi præſtare, quòd pulſus cæteris partibus.

Galenus in libro de pulſuum vſu (vide in compendio Galeni pagina 505) oſtendit pulſus & reſpirationis uſum eſſe eundem, atq; ita pleroſq; medicos & philoſophos ſenſiſſe, quanquam aliquis diuerſum eſſe fortè conijceret, eò quòd pulſu priuatæ particulæ (vt ſi quis partem fune intercipiat, fit enim in ea ἀσφυξία poſt vinculum) non magnoperè lædantur, & ſenſum motumq; retineant: (neruis ligatis non item.) Reſpiratione verò adempta, illico mors affertur. His reſpondebimus, reſpirationem quamuis eundem vſum præſtet, magis tamen neceſſariam eſſe continuatam eius functionem, vt quæ cordi principi & calidiſsimo viſceri refrigeriū pariat: quā arteriarum quæ idem alijs particulis præſtant.

Reſpiratio ſanè & pulſus eaſdem ob cauſas & ſimiliter mutātur: (nempe calore exercitij, balnei, febrium ad celeritatem, frequentiam & magnitudinem: frigiditate ad contraria. quanquam ex repletione immodica pulſus quidem maiores fiunt, reſpirationes autem, compreſſu ſcilicet diaphragmate, minores atq; crebriores. ſed hîc & diaphragmia cōpreſſum in cauſa eſt cur minor fiat reſpiratio, & crebritate compenſatur quod magnitudini deeſt, &c. CVM igitur (inquit) nihil iam aduerſari videatur, quo minus vnus reſpirationis & pulſuum vſus finiſq;, facile promptumq; collectu arbitror, caloris in quaq; parte cuſtodiendi

gratia pulſum conditum eſſe: atque ita, quod ex reſpiratione vni præſtatur cordi, id ex pulſu calori illi qui in toto eſt animali accedere: Communem verò vtriuſque eſſe etiam animalis ſpiritus nutritionem, magis tamen arteriarum propriam.

CAPVT VICESIMVM.

Ἡ δ' ἀναπνοή.) *De reſpiratione, quomodo fiat: & quomodo per motum pulmonis & branchiarum refrigeretur animal.*

EN' ᾧ ἡ ἀρχή.) ᾧ ſcilicet μορίῳ.

Κἀκείνῳ.) calor.

Διπλοῦν δ' εἶναι.) ſcilicet ὑπολαβεῖν δεῖ cogitare oportet.

Δεῖ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ.) quid hoc ad præcedentia? an non poterat rectè eſſe in medio, niſi organum eſſet διπλοῦν, ideſt, ad vtrumque latus pertineret?

Πλεῖον γενόμενον.) ſcilicet τὸ θερμόν.

Ὅπερ φαίνονται.) an ὥσπερ.

Αἴρουσιν γὰρ τὸν θώρακα.) an αἴρουσι γὰρ τὸν θώρακα, διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν τὴν ἐνοῦσαν τῷ θώρακι (ἤγουν τὴν καρδίαν) αἴρεσθαι.

Τοῦ τοιούτου μορίου.) videtur abundare.

Καὶ ψυχρὸν ὄντα.) καὶ τοῦτον ψυχρόν.

Αὐξανομένου.) ſcilicet τοῦ θερμοῦ.

Τὰς σύριγγας ἐμπίπλειν.) ſcilicet τὸν ἀέρα δεῖ, vel ἐμπίπλει.

Ζῇ καὶ κινῇ.) κινεῖ malim.

Καπόντος.) ſcilicet ὕδατος.

Ἀεὶ δ' αἰρομένου τοῦ ἐν τῇ καρδίᾳ (θερμοῦ:) ἀεὶ δέχεται πάλιν καταψυχομένου.) vide ne vltimum verbum hic redundet. Alcyonius vertit, ſemper eundem refrigeratum denuo accipit (an melius, eandem ſcilicet aquam refrigeraturam denuo accipiunt piſces vel branchiæ. ἀεὶ δέχεται πάλιν καταψυχόμενον ſcilicet τὸ ὕδωρ.

Πάλιν καταψυχομένου.) eundem refrigeratum denuò accipit, Alcyonius. Vide ne hic abundet καταψυχομένου.

Καὶ περὶ μὲν οὖν ζωῆς.) Epilogus.

Ἣ δὲ διαφέρουσι.) ſcilicet Phyſica & Medicina.

FINIS LIBRI V.

PARA-

PARALIPOMENA PHYSICARVM MEDITATIONVM, QVAE AD FINEM LIBRI quarti,qui de Anima eſt,referenda ſunt.

ΣΥΜΦΩΝΙΑ ANIMI ΔΙΑΤΕΣΣΑΡΩΝ.

15 In *Anima*

- Rationali eſt
  1. Ratio,*quæ cognóſcit,intelligit.*
  2. Voluntas, *καθόλου: quod cognitum eſt approbat, tanquam ſibi conueniens,& amplectitur,aut optat καθόλου.*
  3. *Προαίρεσις ἐν μέρει,hoc tempore,circa hanc rem,vt conuiuium.*

  (1–3:) *Hæc & practica et Theorica eſſe poſſunt.* — *Hæc ſemper eſt practica, καὶ περὶ τὰ ἐν μέρει πρακτά.* Das fürnemmen.

  ¶ *Atque hæc tria bona ſunt in homine , per Dei gratiam.*
- Irrationali eſt
  4. *Ἐπιθυμία verò obiecto præſente,mala & nimia facultates ſuperiores omnes irritas facit:& hæc eſt cauſa peccati in plerisq́;,infirmis ſcilicet,alioquin non omnino malis. In his enim vt ἀκολάστοις, anima tota corrupta eſt,& præcedentes etiam omnes facultates prauæ. In continente , ἐπιθυμία licet non vincit, repugnat tamen προαιρέσει & rationi. In temperato verò non repugnat:& is optimus eſt.*

1. Hæc quatuor in homine ſi conſentiant ad bonum,vt ſit quaſi quædam harmonia omnium , vnde veteres quidam animam noſtram harmoniam eſſe dixerunt,id eſt eſſentiam quandam harmonicam,&c.ſimilis eſt angelis , & ceu angelicam vitam degit: vt in temperantibus circa voluptates:in modeſtis,circa honorem:in liberalibus,circa diuitias,&c.Eædem ſi ad Dei amorem & honorem conſpirent, homo Deum amare dicitur , & colere ex tota anima ſua, & ex omnibus viribus ſuis,vt in Decalogo præcipitur.

2. Sin ἐπιθυμία repugnet,non vincat tamen,humanum,vt in continente.

3. Si verò vincat rationem cupiditas,beſtiale,ϑηριῶδη,ἄλογον.

4. Si verò omnes quatuor conſentiant ad malum,& ratio prorſus non repugnet,malæ cupiditati,diabolicum.

¶ Hinc apparet,cum propoſita & conſilia noſtra à cupiditatibus ſubinde impediantur aut aboleantur,non habere nos aliquam arbitrij libertatem. Trahunt enim nos ipſa obiecta,& tranſuerſos rapiunt, & ἐπιθυμία vincit conſilium & rationem;vnde ſerui ſumus peccati. Quod ſi contra ratio vincat ἐπιθυμίαν, id non noſtræ facultatis,aut voluntatis,ſed gratiæ diuinæ,quę voluntatem noſtram ceu materiam informat ac perfecit, vt figulus lutum, ac veluti organum mouet ac dirigit.Et cum Deo mouente aliquid rectè facimus , ſerui & organa Dei ſumus, & ſic quoque non liberi.Hunc ipſum tamen ſtatum veluti ſeruituti peccati,quæ omnium malorum finis eſt,conferentes,ſæpe libertatem vocamus:& pios ac ſanctos ſpiritu liberos eſſe prædicamus,&c. Verum in Ethicis ciuiliter & humano more proximas tantùm cauſas reſpicientes, πάντα τὰ πρακτὰ libera & penes nos eſſe dicimus.

DE TRINITATE ANIMAE NOSTRAE

ET DIVINA; MEDITATIO: QVA QVAERIMVS,

quomodo homo ſit conditus ad ſimilitudinem Dei.

Anno 1565: Aprilis 4.

16 ANima rationalis noſtra ; quæ cognoſcit res ſola ratione intelligibiles & vniuerſales, vt Deum, diuina, artium & ſcientiarum omnium principia, artes ac ſcientias ipſas cognoſcendo docet, diſcit, meditatur, exercet, triplex eſt.

1. Vna quæ mens appellatur, quæ maximè abſtracta eſt & ſeparata ab omni corpore & materia ; & vice doctoris fungitur, & ipſa ſeipſam ac ſuam originem agnoſcit, & ſcientiarum axiomata ac maximas propoſitiones ſuppeditat : docet hæc ſemper, non diſcit, nec ratiocinatur (cum celerior ſit quàm vt opus habeat, ſicuti ſenſus tardior quam vt poſsit) ſed propoſitiones maximas ſuppeditat, ſiue intra, ſiuè potius extra ſyllogiſmos. Huius proprium eſt; τὸ θεωρεῖν : primum τὸν θεὸν, καὶ τὰ θεῖα: εἶτα τὰ μάλιστα καθόλου πάντα, καὶ τὰ πάντως ἄυλα, καὶ ἀναγκαίως ἀληθῆ καὶ ἀκίνητα. Hæc veluti prima vnitas in numero ſe habet.

2. Ea verò facultas, quæ axiomata à mente recipit, velutiqꝫ diſcit & ratiocinatur, & à prima vnitate emanans, iam veluti binarius fit ac diuiditur, & ab vniuerſalibus ad particularia quoqꝫ deſcendit : & non ſolum τὰ πάντως ἄυλα, ſed etiam τὰ ἔνυλα εἴδη & corporum accidentia, & ſi quædam cogitanda ab omni materia ſeparat, aut ſeparare conatur. Διάνοια Græcè, Latinè Ratiocinatio dicitur. Hęc ſcientiarum methodum & ordinem inſtituit, & circa artes aut ſcientias potius, veras & neceſſarias verſatur, vt Theologiam primùm, diſcendo ſcilicet (vt mens docendo) & Mathematicas, & huiuſmodi demonſtratiuas, ac quarum concluſiones ſemper ſunt veræ, nulla exceptione, nullo locorum ac temporum differentia. Ab vno principio ad vnum finem ſemper tendens, id eſt, ab vno argumento ſeu medio & cauſa concluſionis, vnam ſemper concluſionem inferens. Quare binario comparatur.

3. Tertia verò Δόξα ſeu Opinio, & ipſa rationalis eſt, ac ſolius hominis & ratiocinando diſcit & indagat aut docet & confirmat aliqua: Sed quia verſatur circa res non neceſſarias, nec omnino veras ; nec ſemper eodem modo ſe habentes, (vt naturales, corporeas, materiæ annexas, & ab ea ne cogitatione quidem ſeparabiles, humanas, ciuiles, probabiles, veriſimiles, contingentes, poſſibiles nō ſuo, ſed rerum quas conſiderat ; mobilium nempe & mutabilium culpa fit, vt artes quas conſtituit, & earum concluſiones, minus ſunt firmæ ac certæ. Itaqꝫ ab vno principio ſeu argumento ; non ſemper eandem concluſionem & verum elicit, quamuis id vt plurimum (ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ) ſed aliquando falſas.

4. Quartum cognitionis genus in nobis eſt Phantaſia & Senſus: quod cum particularia tantum cognoſcat, & nobis commune ſit cum brutis, & artem nullam conſtituat (etſi brutis etiam veluti artes quædam, vt ſua domicilia conſtruendi nonnullis, natura inſitæ ſunt, & homines quidam vſu & experientia magis quàm ratione artes quaſdam addiſcant) non pertinet ad hunc locum. Pythagoras quidem quadruplicem hanc animę noſtræ cognitionem, quaternarium appellat: Ναὶ μὰ τὸν ἁμετέρα, &c.

Tota autem hæc rationalis anima, vna eſt anima, tota diuina & immortalis, nec ſuæ ſubſtantiæ ratione differt à ſeſe, ſed rerum quas agit vel conſiderat reſpectu.

AN VERO talis etiam quodammodo in Deo trinitas eſt? Nempe vt Deus pater ſit τὸ πρῶτον ὄν, καὶ ὁ ἐνδιάθετος λόγος ἤτοι νοῦς: Filius autem ab eo natus, ὁ προφορικὸς λόγος, ſine quo τὸ πρῶτον prorſus lateret nec intelligeretur : non omnibus

rebus,

rebus,ſed rationis capacibus tantùm,angelis & homini(cuius mens angelus quidam eſt) ſe communicans. Spiritus ſanctus autem, iam veluti ternarius quidam progrediens vlterius,& rebus omnibus,materiæ etiam & corporibus, totiq́ naturæ,ad vegetandum & mouendum & conſeruandum ſingulas,veluti τὸ συνεκτικὸν τῶν πάντων αἴτιον, καὶ πᾶσιν ἀεὶ καὶ πάντῃ παρὸν, ἐμψύχοις τε καὶ ἀψύχοις, λογικοῖς τε καὶ ἀλόγοις.nec enim ita per omnia ſe extendit,vt homini deſit,imò illi vel maximè adeſſe videtur,cum is ſolus vim eius ſentiat in animi ſui conſolatione & inſtructione.Hæc enim eius virtus eſt,vt rem vnamquanq́ in ſuo ſtatu conſeruet, aut etiam meliorem reddat,aut lapſam reſtauret (& veluti externa quædam rerum anima vitaq́ ſit,tum rationalis in ſuo motu, tum in ſuo irrationalis.nec tamen à binario ſeparatur,vt neq́ is ab vnitate prima,&c.

Et ſicuti rationalis anima noſtra,in hac vita tantùm, τῇ διανοίᾳ καὶ τῇ δόξῃ vtitur ad conſiderationem rerum variarum, quibus hîc indigemus: in meliore vita & nullius preterquam Dei indiga, non amplius ijs vſura, nec enim aliquid diſcere opus habebimus, in vita æterna, vbi perfecta erit ſcientia: & rerum optimarum omnium,lucis ac veritatis præſens intuitus, vt quærere aut ſcrutari & deſiderare tanquam abſentia,non ſit opus: multò minus verò opinari & falli poſſe.Itaq́ tunc opinio,& ratiocinatio,non amittent quidem ſubſtantiam ſuam, quos à mente diuerſam & diuiſam re ipſa nunquam habuerint: ſed menti à qua natæ aut progreſſæ ſunt, ſe ſuosq́ effectus, quorum iam non amplius vſus eſt reddent, & erit vndiquaque vna & ſimpliciſsima immortalis anima.

Sic etiam Spiritus ſanctus non amplius opus erit,vt res vllas moueat, immobilia enim omnia ſunt futura: neq́ vt vegetet aut reſtauret, cum vna in omnibus continua & æterna vita,ſine vllo vllius labis aut corruptionis periculo ſit futura: neq́ vt conſoletur, vbi perfecta beatitudo ſine vllo vllius calamitatis aut aduerſitatis metu perpetuum ſui nobis fructum,& æternam lætitiã exhibebit.Nec amplius indigebimus filij apud patrem pro nobis intercedentis officio, cum nullus amplius peccato ſit locus futurus: & idcirco ne reconciliari quidem aut placari locus. Reddent itaq́ & Filius & Spiritus ſanctus ſe patri, hoc eſt ſubſtantiæ ſuæ primæ, & ſine omni perſonarum aut officiorũ diſtinctione ſicuti ante conditum mundum erat:ita tum quoq́ vnus omnino per omnia in ſeculo ſeculorum Deus erit,nulla amplius nominis diſtinctione:qui etſi nunc etiam vnus eſt,quod ad eſſentiam,perſonarum tamẽ,aut officiorum & nominum differentijs diſtinguitur. Et hoc nimirum eſt quod Apoſtolus dixit, 1.Cor.15. Quum autem ſubiecta fuerint illi (Deo patri) omnia, tunc & ipſe filius ſubijcietur ei qui illi ſubiecit omnia, vt ſic Deus omnia in omnibus. Quo ſcripturæ loco, quidam ad alia abutuntur. Nec eſt quod inde aliquis obijciat,filiũ eſſe creaturam Dei patris,& non fuiſſe ab æterno.Secundũ eſſentiã enim coeternus eſt patri, non tanquã filius ab eo diſtinctus ante conditũ mundũ,ſed tanq̃ Deus vnus:niſi dicamus,Filiũ etiã tunc fuiſſe,ſed omnino intra patrem. cum mundo autẽ incipiente veluti mediatorẽ apparuiſſe, &c. vt merito primò primogenitus creaturarum dicatur, ipſe tamen non creatura. Vtcunq́ eſt,ante conditum mundum tempus nõ fuit,quod autem ante tempus fuit, rectè æternum vocatur:filij verò nomen,& mediatoris officiũ,propter hominem ei à patre datum,cum mundo primùm, qui hominis gratia factus eſt,ei datum videtur. Sicut in nobis etiam ἡ διάνοια, quanquam mentis ceu filius videatur,cùm nihil quàm mentis explicatio quædam, λόγος etiam interpretatio ſit, non dicitur tamen eſſentia aut tempore à mente differre, vt neq́ opinio,&c. Sed neq́ inferior eſſe patre dicetur Filius aut Spiritus ſanctus ſubſtantia, ſed officio:vt neque inter homines pater & filius, cùm vterque ſit homo, niſi ratione quadam,item ſeruus & dominus.

Sed hæc meditando & admirando, non affirmando quicquam proferimus non ſine animi trepidatione; cum captum humanum omnem longè exuperent: meliora ſi quis docuerit, libenter admiſſuri. Scio enim nihil eſſe tam ſimile in rebus quibuſcunque ſimillimis; quin aliquid interſit. Quod ſi in rebus alijs id contingit, quanto magis in Deo per omnia incomparabili, &c.

Meditari verò interim; & Deum rogare, vt meditationes noſtras ſuo ſpiritu dirigat, vt veritati conſonæ ſint aut fiant; quid nilíceat? ſed ita vt incertas & admiratione tantum plenas huiuſmodi cogitationes, in vulgus non proferamus; ne quia inde erroris occaſio oriatur. Si tamen cum infidelibus vt Turcis, Iudæis aut Chriſtianis etiam Trinitatem negantibus, diſputandum nobis eſſet, philoſophis præſertim, hæc & eiuſmodi locum fortè aliquem habuerint.

IN DEO tria præcipua, Potentia, Sapientia, Bonitas: Et quoniam Potentia eum imitari non poſſumus: Sapientia tamen & Beneficentia eum imitari debemus.

ERRATA.

Folio 37. linea 25. lege ſimpliciter. f. 41. l. 45. metuunt. f. 60. l. 42. terram. f. 104. l. 40. humiditatem f. 106. l. 37. compoſitione. f. 135. l. 10. debiliorq; f. 161. l. 34. coaguletur. f. 174. l. 3. ἐντελέχεια. f. 200. l. 5. caſtrati. f. 229. l. 8. videntur, eodem l. 17. ipſamet. f. 234. l. 2. appetitu & paulò poſt. l. 7. equi. & l. 8. appetatur. f. 259. l. 39. practicus. f. 261. l. 15. ἐνεργεία. f. 276. l. 11. principia.

IN LIB. SCHOLIORVM.

Folio 28. linea 12. lege humiditatem. f. 34. l. 13. γίγνονται. f. 90. l. 22. τοιοῦτοις. f. 91. l. 36. θρεπτικῶν f. 92. l. 13. ſibi. f. 120. l. 20. tantum. f. 122. l. 34. noſcit. f. 133. l. 7. ταχεῖς. f. 163. l. 3. σκληρόφθαλμα. f. 165. l. vlt. σύμφυτον. f. 169. l. 44. κεφαλῇ. f. 172. l. 22. ἐνέργεια. f. 174. l. 22. αἰσθητά. f. 175. l. 37. μεταβάλλει. f. 182. l. vlt. internis. f. 193. l. 9. αἰσθητικοῦ. f. 294. l. 9. cruris. f. 207. l. ἐσχάτῳ.

FINIS.

MVSEVM BRITANNICVM